BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
G
40
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

597884


IN LABORE
FIDES.
PRINCEPS
COMITIS LUDOVICI
CARACCIOLI
ODOARDO
FARNESIO
SERENISSIMO
Superiorum permissu.
Placentie Typis Io: Antonij Ardizzoni MDCXXXIII
Coriolanus F.

NAPOLI

597884
Rac. Vill. G. 40

PRINCEPS
CO. LVDOVICI CARACCIOLI
AD SERENISSIMVM PRINCIPEM
ODOARDVM
FARNESIVM
PARMÆ, PLACENTIÆ ETC. DVCEM

IN QVO.

A primis annis ad vltimam vſq; ſenectutem inſtituitur Princeps, vt iuxta vera Politicæ præcepta perfectiſſimam gubernandi methodum teneat, inſertis ſubinde Hiſtoriarum exemplis, quæ præcepta ipſa temporis auctoritate confirment.

Biblioteca Nazionale NAPOLI

Vbi Inſtituuntur etiam Conſiliarij, Iudices, Aulici Ducis, & quicumque alij, qui Principi in gubernanda Republica proxime inſeruiant.

PLACENTIAE.

Apud Io. Antonium Ardizzonum
M.D.CXXXIIII.

SER.^MO PRINCIPI

ODOARDO FARNESIO

PARMÆ PLACENTIÆ ETC. DVCI.

LVDOVICVS CARACCIOLVS

DICAT, CONSECRATQVE.

E *Domeſticis tenebris in eruditam totiusq; orbis lucem egreſſurus hic liber, Odoarde Dux Sereniſsime ſyderum tuorum lumen implorat; et bene illorum ſibi ſyderum lumen implorat ad gloriã, quorum ſe beneficis influxibus enutritum ſenſit ad vitam. Paternum tibi eſt liliantes è terra flores euocare, & maternum influxibus ſtellarum lactare. Floruit ecce ingenium qualecumq; meũ tuæ ditionis in horto, animam ſilicet inſpirante liberaliſsimo tuo beneficiorum influxu; & quomodo natum iam florem ingratus animus denegabit? Tuus eſt, accipe benigniſsime Princeps, et prodiga illa beneficiorum manu acceptum odorare: non enim vana adulationis, ſed ſinceri affectus odorem exhalabit, quem Farneſianis in auris liberalitas educatrix e duxit. Et quamuis proprium ſit Farneſianæ domus munificos ſtellarum influxus ſub florum ſuorum vmbris occultare, ne laudem, quam generoſa in donando manus ſemmnauit, inanis gloria furetur; patere tamen Sereniſsime Princeps, vetutiſsimum illud iam ſolui ænigma, vt ſciat orbis, quibus in terni inſcripti non no-*

✠ 2 *mina,*

mina, ſed mores Principum naſcantur flores. Dixi (naſcantur flores) quia, dum ego mei Principis, nono ab hinc anno è ſapientum regulis efformatam Ideam iam iam vulgaturus ad limam reuoco, appares mihi viuacibus ita coloribus exaratus in illa, vt diu dubitauerit calamus, an mei Principis Ideã, an te viuentem expreſserit; Hoc vno pictoribus felicior, quòd illi Principem, dum pingunt, Ideam fingunt; ipſe vero, dum Ideam effinxit, Principem vidit expreſſum, quẽ ipſa ſibi Idea prototypum propoſuerat, an exprimendum, an admirandum, ignoro. Ibit itaque tua inſcriptum imagine hoc opus, & inter populorum applauſus, & dogmata perferet, & hiſtoriam; quia & dogmata portat, quibus Princeps efformetur ad gloriam, & hiſtoriam, qua tua hic numerata virtutes innoteſcant ad famam. Interrogantibus enim identidẽ, cuius eſt imago hæc, et Idea; reſpondebitur, Odoardi; quorum ego vocibus excitatus videor iam mihi audire: Redde ergo, quæ ſunt Odoardi, Odoardo: inſcriptum etenim nomine tantum, non moribus Cæſaris numiſma Cæſari deberi veritatis oraculum promulgauit. Accipe ergo Sereniſsima fronte, Benigniſsime Princeps, quod omnium tibi ſuffragijs approbantibus debetur; nec indignare humili in pagina, te mundo ſpectandum exhiberi; quia virtus ipſa perennius ſibi monumentum in paginis, quam in ære collocauit; et patere me laudari, quod bene expreſserim, dum te admiratur, & ſtupet orbis expreſſum. Nè tamen longa virtutum tuarum lectione detineantur oculi, patere etiam tuum nomen inſcribi; ſic enim idem ſibi liber, & opus erit in præceptis, & operis compendium in nomine;

tuumq;

Digitized by Google

tuumq́ erit, cujus haberis argumentum, tueri ac fouere. Ita fiet, vt imaginem abſolutiſsimi Principis tibi adeo ſimilem, a me antea ineleganter elucubratam tute poſt modum tuo veluti lumine illuſtres, augeasquè ſin ad maiorem tuorum commendationem morum, ad operis certe mei tutelam, ac patrocinium, Vale Sereniſsime Princeps, mequè ſingulari tua, vt ſoles, beneuolentia complectere, ac foue &c.

BENEVOLO LECTORI S.

DE Principe priuatus ego dicturus, & Principum, & priuatorum cenſuram ſubire me cognoſco. Principum quidem, quorum mores longa præceptorum, & vſus inſtitutione formandos, tanquam politicarum rerum ſcientiſſimus Magiſter ad meã ſcholam adhortor. Priuatorum vero, quorum ſphæram egreſſus, & inter Principum curas priuatum animum inferens, nec Princeps ſum, quem inſtituo; nec priuatus, cuius eſt non arroganti audacia Principum ſe negotijs intrudere, ſed humili obſequio Principum conſilia venerari. Verè enim non Principi ſubditus, ſed ſubdito Princeps rectè viuendi leges præſcribit. Et ſi propriam prædicare inſcitiam illum cenſeret Annibal, qui coram multorum triumphorum Ducibus, qui ſæpius iratæ fortunæ vultus inter bellorum tumultus irriſerant, de inſtruenda acie, ineundo prælio metandisq; caſtris declamaret; quomodo non eum multo magis cum Phormione ridebimus, qui maris docet itinera, & mare non vidit, implicatos syluarum calles euoluit, & syluas neſcit? Cum ego præcipue ad meam inſtitutionem Principes vocem, quos ad Imperium natura creauit, efformauit educatio, exercuit vſus & varietas euentuum erudiuit, ita vt de gubernanda Republica plus norint ipſorum crepundia, quã mea canities. Sed tamen cur ego timeam . . . .

neque tot ierecarinæ.

Natufraga ſeruatis omnibus.

mea mergatur? communis cum pluribus error vel calamum excuſabit, vel culpam imminuet; Si tamen

culpam

culpam reputat. Rector nauis à priuato quouis, & viliſſimo remige de periculo admonere; Scio quidem plus diſci experimento, quam doceri eloquio; ſed ſcio etiam, in abuſum facilime deflectere vſum, quem non dirigit ratio, non gubernant pręcepta, & qui agendarum rerum conſilia præteritis potius euentibus, quã prudentiæ regulis conformat. Aegrotat medicus, morbisq; , quos optimè nouit, afflictus, non grauatur ab indoctiſſimo, quoq; ſanari; & ęgrotans inter ſeditiones Princeps pacis ſibi viam indicari à minimo quouis ſeruo indignabitur? Sed eſto, errauerim, dum Principẽ inſtitui; non erraui certe, dũ Principẽ narraui. Natus eſt hic liber inter priuatos parietes, eo vſq; adoleuit, vt lucem affectaret in prælo, & eruditorum manus ambiret in aulis, antequam ego ad Aulam aduocarer; & inter Principis mei familiares adnumeratus nouis ſubinde honoribus cumularer. Cum ecce in aulã inductus meum video Principem in ODOARDO Sereniſs. ità expreſſum, vt dubitauerim, an liber eſſet inſcribendus de Principe ad Odoardũ, an Princeps ODOARDVS; ſed ne aures illas offenderẽ, quę magis laudẽ mereri, quam audire deſiderant, librum emittere decreui; non Odoardi vultu, ſed nomine, ita vt non ego, ſed ipſe ODOARDVS (licet non propriæ gloriæ vultu) in lucem egrederetur Principes inſtiturus ad Imperium. Accipe ergo Benigniſſime Lector qualecumq; hoc opus, & ſi Caracciolũ indignaris, qui Principi leges præſcribit, ODOARDVM venerare, qui Principum animos ſe ipſo per Caracciolum format; Cum autem veritas amet potius ſimplici quadam, & hiſtorica narratione proponi, quam exquiſitis verborum lenocinijs eleganter veſtiri, cur ego fucato, vel potius perſonato vultu tibi Principem imitandum proponam; quem vellem, ſi Princeps es, imitareris, vt eſt? Nimis natiuæ detrahit pulchritudini, qui plus gratiæ tribuit artificio,

quam

quam naturæ. Preſſius ego ſcripſi,& ſine Oratòrijs verborum floribus;non enim me comæ,aut cincinni delectant; maturior ætas poſthabitis floribus fructus quærit; Memento me magna hic dediſſe,ſed rudia, ac naſcentibus ſimilia, quę amicam obſtetricantem manum depoſcunt, meq; cupere, vt omnia à me conſcripta candido ſumas animo,meoq; bono aliquot

Notationes.

I Compoſitum alienis ſententijs videbis librum, lector,has tamen ipſas à veteribus,ac claſſicis Auctoribus ne aſperneris colligatas, noſtrorum verborum exornatas dote.

II Methodus conſideranda. Non caſu euulgantur capita;ſat, ſi præcedentibus conferantur in ordinem omnia aſpicies digeſta,quæ faciliorem tibi reddent ſequentium intelligentiam.

III Notas, & monita pluribus priſcis, & recentibus conſperſa exemplis ne dedigneris, vt ſine moleſtia, ac nauſea minus officiat,ſi forte, quæ deprehendetur,dictionis vbertas.

IIII Sicubi videar liberius in Principes, Aulicos dixiſse, conſideres velim, me de Principe haud poſſe dicere, quin mihi Imperium formanti primum lædentia vitia fuerit neceſſe amoliri, vt exinde inſtructus ille præclaris decoretur virtutibus, nec in Aulicos dixiſſe,niſi vniuerſe malos,nec item iſtos, ſed inſtitutum, ſi quod deterrimum, damnaſse. Abſit, enim,abſit,quoſcunq; vt ſuggillem Principes, quibus reuerentiam pluribus debeo rationibus obſequentiſ-

ſimam,

ſimam,alióſq; mordeam Aulicos, quibus cum probis vitam degere,ac verſari me quotidie cognoſco.

V. Militaria præcepta tetigi. Alienum duceres à meo inſtituto, fateor;ſed Auctores ſecutus,qui Principis inſtitutionem ad vſum militarem dexterrimè compoſuerunt, veniam facile haud poſſum demereri.

Hæc igitur ſunt, ex quibus meam volui explicare mentem, ne forte minus candide æmulorum perſpicaciȩ, vel acrimoniȩ occaſionem porro darem ſecus de me, meiſq; ſcriptis ſuſpicandi; qui ſi minus recte fortaſſe ſenſerint, bono tamen animo vtar, ſecurus ſiue conſcientiæ meȩ, ſiue humanitatis recordatione, cui error,& caligo innata,ſi qua in re forte lapſus inueniar. Nullum eſt opus, in quo non accuſentur homines,difficile namq; eſt quidquam per agere, vt nihil erres, quod etiam ſine errore quiſquam aliquid peragat:difficile eſt enim non iniquum Iudicem reperire. In quo finem facio,mi Lector, & te eum Iudicem mihi præbere opto, quem ſe bonis boni ſolent,ideſt,æquum facilem,& beneuolum. Vale.

Appro-

Approbationes.

DE mandato Admod. R. P. Inquiſitoris Placentini.
Ego Fr. Io. Franciſcus de Regio Lector Theologus Ordinis Prædicatorum legi retroſcripta folia de Principatu; nihilq; in eis deprehendi, quod Catholicæ fidei, aut bonis moribus aduerſetur.

1633. Die 8. Aprilis.

DE mandato M. R. P. Inquiſitoris Placen. Ego Fr. Io. Baptiſta Spadius de Florentiola Sac. Theol. Mag. vidi huius libri ſeptimi de Prudentia Principis capitulum xix. vſq; ad xxxix. incluſiue, & nihil in illis reperi contra regulas Indicis &c. idem &c.

Fr. Io. Baptiſta qui ſupra &c.

SVſceptam à me iamdiu, & ab A. R. P. Sacræ Theologiæ Magiſtro, & Inquiſitore Placentino Fratre Claudio Coſtamezzana datam prouinciam legendi necnon et examinandi opus, quod inſcribitur Princeps Comitis Ludouici Caraccioli incipiendo à lib. ſeptimo vſque ad librũ decimũ incluſiue tandẽ ſingulari Dei prouidẽtia fultus nõ ſine animi mei voluptate vel maxima, totã abſolui. Ego Frater Cornelius Ruſcius à Placentia Sacræ Theologiæ Lector, ac Sanctiſſimæ Inquiſitionis Conſultor, & cumque omnia, quæ in eo continentur, præclara, omnia laude digna cenſuerim; Tum vero vtilitatem maximam legentibus ijs præcipue, qui artem Politicam profitentur, in eo legendi ſatis dignam ni fallor, auſpicatam, non potui non vehementer admirari. Etenim; cum plures, ijdemque excellentes viri, hanc Principis normam, & exemplar, pro ſententia formarint, alij tamen ſubtilitatibus philoſophicis nimis dediti, alij in quadam diſciplina domeſtica nimis, & facili verſantes, quod generatim ab omnibus deſiderabatur, fortè non attigerunt. Vnus hic Ludouicus Caracciolus Comes penna magis, quam Comitatu Illuſtriſſimus, non ſubtilitatibus nimijs, quę inſtituto noſtro parum conducunt, ſed doctrina, vita, factiſque antiquiorum teſtata, ut quę dicerentur eſſent faciliora imitatu, recte omnia effinxit, deſcripſit, perluſtrauit. Sed quid? An forte in hoc opere adeſt aliquid, aut imperfectum, aut mancum, aut cenſura dignum? Nihil. Præterea hic, quæ philoſophi etiam inſignes, aut alij ſubtilitatibus minus dediti tradiderunt, nihil intactum reliquit præclariſſimus hic vir. Sed cum omnia recte, omnia clare, & aperte, quæ neceſſaria erant, ante oculos legentium propoſuerit, hoc vnum de ſeipſo reliquit veſtigium: vt prudentia rerum pari cum pietate coniuncta, facundia in dicendo, in inueniendis rebus ſubtilitas, in ordinando inuenta facilitas, in limando veritatem perſpicacitas, in tradendis præceptis firma conſtitutio, & iudicium; ac denique omniũ, quæ deſiderari poterant, cõpleta abſolutio, vbique perſpiciatur. Quare, cum hoc egregium opus nihil fidei, nihil bonis moribus contrarium cõtineat, immo omnia pietati, Religioni ac fidei Catholicæ ſint valde congrua, dignum eſſe duxi, vt Typis excudatur. In quorum fidem hęc manu mea ſubſcripſi. Datum Placentiæ in camera meæ ſolitæ reſidentiæ Conuentus Sancti Ioannis. Die 26. Decembris 1633.

Ego Frater Cornelius Ruſcius qui ſupra manu propria.

PRæſens Opus, cui inſcript. eſt Princeps Comitis Ludouici Caraccioli, de mãdato A. R. Patris Inquiſitoris Placent. per legi nihilq́; in eo reperi circa regulas Indicis librorum prohibitorum, immo vt refertum magna eruditione dignum vt Typis demandetur exiſtimo.

D. Caietanus C. R. S. Vincentij Placentiæ
Theolog. ac Conſultor Sancti Officij.

Imprimatur.

Fr. Claudius C. Inq. Plac.
Lepidus Librianus Vic. Gen. Imprimatur.
Roſa Vidit.

Amice Lector.

Egreditur hic liber, quo ad orthographiam, non qualem voluiſſet auctor, ſed qualem compoſuerunt librarij. Non licuit ipſi propter abſentiam correctioni vacare, & ſic aliorum coactus eſt ſtare iudicio. Indoluit quidem ipſe, vt ſuum vidit opus aliud, ac voluiſſet, ſed quid faceret? Errauit dixit prælum, prælum corrigat, folium in fine addatur, quod errores omnes fateatur, & veniam impetret à lectore, dicatq; non erraſſe illum qui errores cognouit. Vale, meq; amans, meum opus amicè legas.

PER LO PRINCIPE POLITICO

DELL'ILLVSTRISS. SIG. CONTE

LODOVICO CARACCIOLO

SONETTO

D'Enea Spennazzi.

COME con fermo piè sù i Regij Sogli
Saggio PRENCE s'adagi, e prema il fato:
Come regger trà i flutti e trà li ſcogli
Poſſa il Popolo ſuo, debba il Senato:

Come ad vopo ſi veſta, e qual ſi ſpogli
Il pacifico petto, il petto irato:
Come glorie lo Scettro ognhor germogli,
Del ferro adorno, e de le leggi armato:

O Regi, o voi, cui'l crin diadema implica,
Di quell' ARTE ſublime onde ſi Regna
Ecco appreſtarui i modi alta fatica.

Quì, (fugata ahi talhor con forza indegna
Da le Regge per man d' empia Nemica)
Coronata SOFIA ſe ſteſſa inſegna.

Argumen-

Argumentum Operis.

AD Optimum Principem efformandum, qui Populos regat, & Virtute Duce, ſibi, Subditorumq; animis, publicam comparet fælicitatem; vniuerſum hoc opus decem libris digeſtum inſtituitur. Quidquid ſiue ad Principem, ſiue ad Principatus conſeruationem ſpectat, in his ordinatè deſcribitur. Cumq; Principatus non niſi ab illo debeat adminiſtrari Principe, qui ſublimioribus decoratus virtutibus probè agnoſcat, quid ipſius Principatus conſeruationi vel patrocinetur, vel obſit, quid Populorum tranquillitati vel aduerſetur, vel proſit; ideò præmiſſa de Principatu tractatione, educatur ſtatim Princeps, & per virtutum gradus ad eximiæ perfectionis culmen adducitur: quæq; ſint Inſtrumenta regnandi, Religio, Prudentia, Auctoritas: quæuè Principatui aduerſantia, ſiue à cauſis exorta intrinſecis, ſiuè extrinſecis, demonſtrantur.

Principatus temporalis, de quo hic præcipuè eſt ſermo, ſicuti Naturalis alter, alter dicitur Acquiſitus, ſic vterq; ſuas poſcit, & habet tractationes: de Naturali quidem, ſi ea deſiderentur, quæ de Succeſſione, de Suffragio, aut Sorte tractari ſolent, habentur, de Acquiſito verò ita res abſoluitur, vt omnino Principatus quoquo modo, vi, aut ſponte, & voluntate Subditorum, vel per contractus acquiſitus ſtabiliatur.

Verùm Regnantis præcipuus finis fælicitas; quam iure ſibi ſola adſciſcit, & comparat Virtus, cuius pulchritudine Principis animus ita debet allici, vt in ipſo educationis exordio hæc ſola ab optimo Educatore debeat proponi. Quod quidem tunc præſtabit, & conſequetur, ſi & optimum ſui exemplum præbeat, & Principis propenſiones, vt prauas ſuperet, proſpicere curet; & in ipſius animum timorem Diuinum inducere ſtudeat, & ſcientiarum vtilitatem, Nobi-

lium conſuetudinem, diſciplinarum exercitium, virtutum ornamenta ita proponat, vt Princeps inſignioribus virtutibus, Iuſtitia, Modeſtia, Affabilitate, Maieſtate, Temperantia, Fortitudine, Beneficentia, Magnificentia, & Charitate exornetur.

Hiſce Virtutibus exornatus Princeps iam regnat, & tria adhibet regnandi inſtrumenta, Religionem, Prudentiam, & Auctoritatem. Religione quidem, omnes, quæ ſubrepunt, coercet Innouationes, à fœdere cum Infidelibus abhorret, Conſcientiæ libertatem non admittit, & omnibus, quæ pietati, & morum probitati aduerſantur, obſiſtit: Prudentia verò non ſolum prudenter eligit Conſiliarios, Magiſtratus, Summum Ducem, Aulicos, Legatos; & quid quemq; deceat, vel dedeceat, quid in eis curet, quid remoueat, optime nouit; verùm etiam cuncta proſpicit, & rimatur, quæ ad Principatus conſeruationem conducant, & ſplendorem; & ſi quid de Finitimorum Populorum Statu, de Subditis, de Mercatoribus, de Artificibus, de Continendis in fide Populis, de Cauſis, quæ Vrbem frequentem, magnificamq; reddunt, de præceptis ad Ciuilem prudentiam pertinentibus cognitionem exigant, prudenter nouit, & exequitur. Auctoritate quoque regnat Princeps, qua tunc maximè præcellens apparet, ſi potens exiſtat. Potentiam verò ſibi comparat Militaribus copijs, Arcibus, Colonijs, Fœderibus, Imperij mediocritate, & Coniunctione, Populi multitudine, & diuitijs; de quibus omnibus ita Princeps edocetur, vt ipſius Principatus iam omnino ſtabiliri videatur.

Verùm non ſolum Inſtrumenta Regnandi traduntur, ſed etiam quæ Principatum euertere ſoleant, aut poſſint, explicantur. Prodeunt in primis Cauſæ intrinſecæ, Principis contumeliæ, Iniuſtitiæ, Minæ, nimia Fiducia, Auaritia, Odium, Contemptus, quæ parere ſolent Coniurationes, & Proditiones; de quorum remedijs, vt euitari valeant, diſſeritur. Sequuntur Cauſæ ab ipſis Subditis deductæ, quorum rationes, & opportunitates, quæ magis vnum Statum, quam

alium

Digitized by Google

alium euertere valent, excogitantur; quorum factiones, & ſeditiones, quæ ſæpè ſubitò, & ex prauis rebus exoriri ſolent, deteguntur, & euertuntur. Vires verò hoſtis, quæ Cauſæ extrinſecæ dicuntur, Prudentia militari proſternuntur; de qua ita exactè agitur, vt nihil, quod deſiderari poſſe videatur, omittatur. Agat quiſquis, qui Principis efformationem, & Regni conſeruationem curat, ſequentem perlegat Synopſim, & exactius totum Operis argumentum proſpiciet.

Digitized by Google

Synopſis.

- Principatus
  - Quàm neceſſarius, ac dignus, pro quo Principi eſt elaborandum.
  - Non eſt à Fato, ſed à Deo vel ordinante, vel ſinẽte
- Diuiditur
  - In Spiritalẽ, ſiuè Diuinũ.
  - Temporalẽ.
    - Temporalis ſubdiuiditur.
      - In naturalem hic
      - In electiuũ
        - Siuè tacitum,
          - Vel
        - Vel expreſſũ
          - Vel
        - Vel
        - Vel
      - Acquiſitum
        - Qui vel vi acquiritur.
        - Vel ſpontè, & voluntate Subdi.
        - Vel per contractus
        - Vel alijs modis
          - Diuiſione
          - Religione
          - Fortuna
          - Qua

Totius Operis.

per ſucceſſionem
- Quæ ſemper debetur Primogenitis.
- Quæ ſæpe tranſuerſalibus cõceditur
- Quæ plures regendi formas exigit.

Hic Principatus vel eſt
- Succeſſiuus aliquibus legibus fundatus.
- Vel Deſpoticus.

per hæreditatem
- Quæ ſæpè defertur Viro affini, ſiue Conſanguineo.
- Quæ ſæpè defertur Fœminæ, cui præſtituuntur regendi rationes.
- Quæ poſtulat quaſdam regendi formulas deſcribendas.

Suffragio.
- Qui diuerſam ab alijs regendi formam exigit.
- Qui non eſt tanti, vt ſucceſſiuo præferatur.

Sorte.

Vel aperta
- Vel iuſta vi — Quomodò regere debeat Princeps Populos à ſe vi deuictos.
- Vel Tyrannica
  - Quomodò ferocia coerceri, quando tyrrannus non vult relinquere Principatum, licet debeat.
  - Quomodò tractãdi ſubditi, vt ſeruilẽ timorẽ cõuertãt in amorẽ
  - An transferre ſe debeat Princeps illuc habitatum.
  - Quomodò agendum cum ijs, quorum opera fuit vſus.

Vel dolis, vel fraudibus
- Quomodò ſe gerere debeat cum nouis Subditis callidè, & per dolum acquiſitis.
- Et de legis Principatu.

ſorum — Quomodò ſe gerere debeat cum his vti dedititijs.

— An Princeps poſſit redigere in ſuam ditionẽ Populos aliquibus cõditionibus.

Succeſſoris Finis

Succeſſoris finis præcipuus fœlicitas
Cuius medium eſt virtus, ad quam
Efformari debet Princeps —— Per educationem, quæ excoli debet ab optimo Educatore, qui

- Elaborare debet, vt ſui optimũ præbeat exemplum.
- Propẽſiones, & Indolem Principis rimari debet.
- Pro ſuperandis prauis propenſionibus Principis omnes neruos intendat.
- Timorem Diuinum in animũ Principis inducat.
- Vtilitatem, quam ſecum affert plurium ſcientiarum cognitio, cognoſcat & Principi huius cognitionis cognitionem tradat.
- Commodum ex cœtu plurium Nobilium Princeps emanans eidem demonſtret.
- Quibus virtutibus exornatus eſſe debeat Princeps, ſciat; ideò agitur.
- Quibus diſciplinis exerceri debeat Princeps, (calleat inter quas cognitio in primis Politica) quæ Regnandi Inſtrumenta apta; maximeq́, conſeruandi Imperium Succeſſione partium, & cauſas euerſionis adamuſſim teneat.

Quam

- De Iuſtitia, quam ſeruare debet Princeps.
  - Quam in ſe ſeruare.
  - Quam erga alios ſine vlla perſonarum acceptione.
  - Quæ ſit Iuſtitia Commutatiua.
  - Et Diſtributiua.
  - Quę Iuſtitia Vindicatiua Principis.
  - Quæ Clementia Principis.
  - Quam neceſſaria fides in Principe.
  - An violare fidem vtilitatis ſuæ cauſa poſſit Princeps.

- De Modeſtia Principis — Quam noxia ſui Opinio.
- De Affabilitate.
- De Maieſtate.
- De Temperantia
  - Cibo, Somno, ac Potu.
  - In voluptatibus tactus.
- De Fortitudine.
- De Beneficentia.
- De Magnificentia.
- De Charitate.

Inſtrumenta duplicia ſunt Regnandi, & Euertendi. — Inſtrumenta Regnandi; Quæ

I. Religio, quæ

- Quæ colenda eſt à Principe.
- Quæ neceſſaria eſt.
- Quæ prohibet Principem eſſe ſimulatò animo.
- Quæ Principem cogit eſſe Religioſum erga S.P. & Confeſſarium.
- Quæ cogit coercitionem innouationum.
- Quæ prohibet fœdus cum Infidelibus.
- Quæ Conſcientiæ libertatem non admittit.

Inſtrumenta Regnandi ſunt

II. Prudentia — Quæ ſit, cuiusq; partes

III. Auctoritas.

Quæ

Digitized by Google

Totius Operis.

Verſatur

- **I. Circa Electionem Conſiliariorū**
  - Quæ Auctoritas, ac Neceſitas Conſilij:
  - Quæ, & qualia Conſilia debeant eſſe Principis:
  - Quę qualitates Animi, & Corporis Conſiliariorū.
  - Quę regulæ obſeruandæ in hiſce electionibus.
  - Quæ ſit Conſultatio.
  - Quis Conſiliariorum finis.
- **II. Circa Electionem Magiſtratuū**
  - Qui multiplices ſunt
    - Præſides.
    - Pręfecti Annonę
    - Quæſtores.
    - Cenſores.
  - Qui eſſe debeant Nobiles, quam aptiſſimi.
  - Qui maximè creari debent, & ad maiores promoueri dignitates.
  - Qui citrà vllum munus acquiri debent.
  - In quos ſæpe inquirendum eſt.
  - Qui palam grauantes, palam puniri debent.
  - Vtrùm ſit ſatius eſſe temporales, quam perpetuos.
  - Quàm maximè peccent ij Principes, qui Magiſtratus vni concedunt.
  - Quomodo Magiſtratus audacia compeſci poſſit.
- **III. Circa electionē Vnius Ducis** — De cuius præſtantia, & officio agitur.
- **IIII. Circa electionē Aulicorum.**
  - Quæ debeat, & quomodò artibus Aulicorum, quibus ſæpiſſimè circumuenitur, accurrere poſſit.
  - Quomodò ſe gerere debeat, vt Aulicum ſibi reddat beneuolum.
  - An deceat gratioſum vnum, vel plures habere.
  - Quomodò àb Aſſentatoribus cauere debet, & quātum ſpernere maledicta.
  - An diſcordię Aulicorum tolli poſſint à Principe, an verò vtiles ſint.
  - De his, qui à ſecretis ſunt Principis.
- **IIIII. Circa electionē Legatorū.**
  - **De quorum neceſſitate agitur.**
  - **An eligendi, qui magis in litterarum ſtudijs verſati, an verò qui experientia edocti.**

Primo

Secundum Inſtrumentum Prudentiæ, item verſatur.

- I. Circa Cognitionẽ
  - Populi, ſtatus Finitimorũ
    - Quæ errata poſſit accidere
    - Quam vitandi delatores.
    - Quã diligẽs eorũ, q̃ gerũtur apud vicinos, lõginquoſq; inueſtigatio.
  - Quantum interſit habere Vaſallos, & eſſe parcum in concedendis Feudis.
  - Naturæ ſanguine Coniunctorum adhoc, vt in fide poſſint contineri:
  - Quantum externi Mercatores conſeruari in Republica, eorumq; priuilegia — An à Principibus poſſit exerceri Mercatura.
  - Quantum conducat artes, Artificesq; conſeruare
  - De Agricultura conſeruanda, ab omnibus oneribus immuni reddenda.
  - De Pauperibus infimæ ſortis hominibus in fide continendis.
- II. Circa cognitionem cauſarum, quę Ciuitatẽ populoſam, magnificamq; reddunt
- III. Circa cognitionẽ aliorum pręceptorum ad Ciuilem prudentiam pertinentiũ
- IIII. Circa cognitionem eorum, quæ ſub arcanis Dominationis continentur.

Tertium Inſtrumẽtũ Auctoritas, quæ acquiritur.

- Forma Imperij.
- Moribus, & externa horum cõpoſitione: & aliorũ, quæ circa Principem ſunt excellentia.
- Potentia:
  - Quæ conſiſtit in vi neceſſaria pro cõſeruatione Imperij, & Militaribus copijs. — De Armorũ vſu, & de Cauſis Romani Imperij amplitudinis, ac Turcici, & illius interitus, & huius futuri exeidij.
  - An vis in Arcibus ſummè neceſſarijs ad potentiam conſeruandam.
  - In Colonijs.
  - In Fœderibus — An confœderationũ Vires adeò ſint potentes, vt Princeps horum tutò poſſit vti auxilijs, & quæ cuicunq; Principi conuenire poſſint.
  - In Mediocritate Imperij
  - In Coniunctione.
  - Et gentium multitudine, & Populi.
  - Quæ In Amore conſiſtit — Vtrũ ſit ſatius timeri, aut armati
  - In Diuitijs — Quam ſeruandus modus in accumulandis.
    - In conſeruanda Mercatura.
    - Agricultura.
    - Et pretijs rerum foſſilium.
    - In bona Oeconomia, & Parſimonia.
    - In excogitatione rationum, quibus Imperium coaleſcere poſſit;
    - Et aliarum rationum æquarum, & iniquarum, quæ damnantur, congerendi pecunias.
    - An, & quandò in ſubſidium adhibenda ſunt Bona Eccleſiaſtica à Principe.

Ex

Euertẽdi Inſtrumenta, aut à

- Cauſis intrinſecis prodeuntibus.
  - Ex Principis contumelijs — Quæ cauſæ ſæpe faciunt degenerare bonum Principem.
  - Nonnullæ, vt interitus commoderatus, Tumultuantium dolor, & extraneorum admiſſio.
  - Nonnullæ ex otio, & oratoribus, & remedijs.
  - Nonnullæ ex inuidia, Patrimoniorum conſumptione, Imminutione dignitatis, Diſſimilitudine nationum, & Inconſulta armorum diſtributione.
  - Ex iniuſtitia, minis, & nimia fiducia.
  - Ex Auaritia.
    - Quam maximè fallitur Principes, qui Subditorum egeſtatem ſuam putant ſecuritatem.
    - Quibus artibus tributorum neceſſariorũ Inuidia leniatur.
  - Odis, & metu, cauſis interitus Principatus.
  - Contemptu, cuius cauſæ enumerantur, ex quibus.
    - Coniurationes, Proditiones.
    - Quomodò euitentur.
  - Quæ remedia contra ſeditiones.
    - Aliæ rationes coercẽdarum ſeditionum.
    - Effectus, quos producit Principis mutatio.
  - Ex parte Subditorum.
    - Aut Aulicorũ.
      - Quorum rationes excogitantur.
      - Quorum opportunitates.
      - Quæ magis vnum ſtatum, quam alium euertere.
    - Aut Ciuium, quorum cõſiderantur.
      - Factiones, & Remedia,
      - Seditiones, quæ ſæpè improuiſę, & ex paruis rebus.
      - Quarum cauſæ Superſtitionis proximiores, & Religionis.
- Cauſis extrinſecis.
  - Ex Vi maiori
  - Ex Vi hoſtis

Vis Hoſtis propellitur Prudentia Militari —— Quę exigit conſultationem multiplicem.

- Vtrum Bellum ſit Iuſtum:
- Vtrum Bellandi facultas habeatur.
- Cauſis belli Iniuſti.
- An Belli finis iuſtus eſſe debeat
- An pugnandum, vbi hoſtis ſatisfactionem offerat.
- de nis { Quę præcedere debeant bellum. / Quæ parāda ſint tempore ſuſcipiendi belli.
- Arma, quæ curanda.
- De Viris neceſſarijs.
- De delectu habendo, &c
- Quam magna cura habendus delectus.
- De neceſſaria Ducum præſtantia.
- Vtrum Domi, an foris bellum gerere ſit vtilius.
- De Itinere Militari.
- De Fluminum Tranſitu.
- De Valli Munitione.
- De Caſtris clam mouendis.
- De Exploratoribus in Exercitu neceſſarijs.
- De Acie Inſtruenda.
- De Cauſis committendi prælij.
- De Pugnantium Stratagematibus.
- De Militaribus Incurſionibus.
- De Cladibus acceptis ſarciendis.
- Eorū, quæ curāda ſunt à Principe in loci obſeſſi defenſione.
- De Vrbium defenſionibus, quæ in eruptionibus, & alijs cōſiſtere ſolent.
- An Fugere interdū licitum ſit. Vtrum, nec hoſtis in fuga intercludendus.
- De Nauali rei ratione, & bello.
- De Vrbium oppugnationibus.
- De Victoria in cōflictibus parta
- Quid Victori, Quid Victo agēdum.
- De Pace.

LIBRORVM.
ET CAPITVM INDEX.

Principis Co. Ludouici Caraccioli.

Liber Primus.

Cap. I. DE Principatu naturali.
De neceſſitate, ac vtilitate Principatus; & quàm elaborandum ſit Principi pro ſubditorum ſalute. pag. 1.

II. Principatum non à fato, ſed à Deo eſſe, à quo omnia reguntur, aduerſus impiam Atheiſtarum opinionem. 6.

III. De generali Principatuum diſtinctione; Eccleſiaſtici videlicet, ac temporalis, & quàm ille dignitate priuilegijs, atq; honore hunc antecedat. 11.

IIII. De Principatibus delatis per generis ſucceſſionem, ob plurimam vtilitatem ferè ſemper in vſu habitis: quamq; maximè deceat, filijs in ſpem Imperij educatis à patre viuente aliquid impertiri autoritatis. 15.

V. Principatus, qui ſucceſſione quæruntur, Primogenitis deberi ſemper alijs præferendis. 19.

VI. De ijs, qui ex tranſuerſo ſuccedunt, & de more gentium diuerſo in filiorum, filiarumue ſucceſſione. 22.

VII. Modi quidam generales, & adiumenta ſtabiliendo Regno hereditario iure comparato. 24.

VIII. De Principatibus abſolutis, aliquibus tamen vel comitijs, vel legibus ſubiectis. 28.

IX. Deſpoticum, ſiue abſolutum Principatum, in quo omnes tamquam mancipia habentur quibuſuis licèt fulcris ſubnixum, ruinam minitari cōtra quorundam Politicorũ opinionem. 33.

X. De Principatibus delatis iure hereditario. 36.

XI. Quid de feminarum Principatus vtilitate ſentiendum ſit, & ad eum, ſi quando contingat, feliciter obeundum monita. 37.

XII. De varietate Principatus, ratione Principis hereditarij præcipuè,

pue; diuerſæ, vel ætatis, vel ſtatus, vel ditionis, quæ ætati, & ſtatui cuiuſq;, & ad munia adiumenta. 41.
xiii. De electione Principum deliberata, ac ſuffragiorum beneficio expreſſa, maximè Pontificum, & Cæſarum, vbi & plura de eorum poteſtate. 46.
xiv. Triplici inſuper modo Principatus electiuos ad aliquem demãdari, vel merito, vel caſu, vel vi, & quid in ſingulis præſtandum. 52.
xv. Vtilius fieri Principem per ſucceſſionem, quam per electionẽ. 56.
xvi. Principum Electionem per ſortem fuiſſe multiplicem, eamq; omnino damnandam vna excepta Diuina. 60.

Liber Secundus.

Cap. i. DE Principatu acquiſito. pag. 63.
ii. In Populorum deuictorum regimine non vnam rationem ſeruandam eſſe, & vnde id poſſit euinci. 65.
iii. Quam varium debeat eſſe Principis regimen, pro varietate naturę, vel morum ſubactarum Nationum, ſuæ cuiã, & ipſius religionis. 67.
iv. Quomodo coercendi Populi, qui vi ſemel ſubacti ſemper contumaces, libertatiq; inhiantes, iuſtam ſeruitutem detrectant, nec miniori freno cohiberi poſſunt. 69.
v. Quomodo habendi, & tractandi ſint ſubditi nuper acquiſiti; vt timorem quendam inſitum, ac pene ſeruilem in amorem conuertant. 73.
vi. An Princeps in Imperium vi acquiſitum habitationis gratia ſe transferre, aut Colonias mittere debeat, quaſque vtilitates ex tali Principatu percipere poſſit. 75.
vii. Quomodo gerere ſe debeat Princeps cum ijs, quorum ſtudia, & opes adiumento ſibi fuerint ad ſubigendum aliquem Principatum. 77.
viii. De occupato Principatu per dolum & tyrannidem, & de artibus, quibus ſæpè vtuntur, qui Principatum inuadere ſatagunt. 79.
ix. De varijs generibus noui Principatus; ad quem priuatus perueniat Princeps, & quam cautè ei agendum ſit. 83.
x. De legis Principatui nonnunquã ſubijci Principes, & quãdo. 86.
xi. Principatus nonnunquam auro comparari, maximè vero per venditionem. 88.
xii. De Principatibus delatis per alios contractus, & in primis per affinitatem. 90.
xiii. Quid Principi ſit agendum cum illis, qui eius poteſtati ſponte ſe tradidere. 92.

XIIII. De Principatibus fortuna, diuiſione, ac Religione partis. 93.
XV. Vtrum Princeps omnes Populos, qui ſaltem aliquibus conditionibus ei ſe ſubijcere vellent, ſub ſuam ditione redigere debeat. 96.

Liber Tertius.

Cap. I. DE electione magiſtri morum Principis in more habita nec temere habenda, & quomodo huic inſtituendo debeat magis exemplo, quam documentis præire. 99.
II. Morũ Magiſtro contendendum eſſe, vt Principis propenſiones perſpectas habeat; cauendum tamen, ne eas ex Phyſiognomiæ, Chiromantiæ, Aſtrologiæque legibus conſpicetur, ſed potius ex verbis, & geſtis. 102.
III. Ad prauas Principis propenſiones euincendas, quibus morum Magiſter inſtructus eſſe debeat, arte, & ſtudio, per nullum obſtaculum negligendis. 105.
IIII. Ab optimo morum artifice in Principis animum ad virtutis ædificium baſes iaciendas duas potiſſimum, Amorem in Deum, ac timorem, vbi & aliqua de ex ijs promanante in Principe miſericordia. 108.
V. Conſuetudinem etiam nobilium adoleſcentulorum adiumento futuram Principi ad virtutem, & quid in ijs deligendis educatori præſtandum. 110.
VI. Quo tempore præſertim tradendus ſit Princeps morum Magiſtro, & quibus iſte virtutibus præditus eſſe debeat. 113.

Liber Quartus.

Cap. I. DE Iuſtitia, quam erga ſe ipſum Princeps ſeruare debet. pag. 117.
II. Quantopere ſeruare debeat Princeps iuſtitiam erga alios, ſine vlla perſonarum acceptatione. 118.
III. De Iuſtitia commutatiua, & diſtributiua ſeruanda à Principe, vbi & plura de inconſulta honorum diſtributione. 120.
IIII. Principem præeſſe iuri dicundo debere, præſertim in cauſis egentium, enitique, vt litigia minuantur. 125.
V. De iuſta in improbos ſeruanda animaduerſione à Principe. 129.
VI. De Clementia, qua Princeps præditus eſſe debet. 131.
VII. De fide ſeruanda à Principe. 137.
VIII. An Principi violare fidem vtilitatis ſuæ gratia liceat. 139.

Liber

Liber Quintus.

Cap. I. QVam modeſte ſe gerere debeat Princeps, vt ſuperbiæ notam effugiat, & quæ remedia circa hanc adhibenda. 143.

II. Quam noxia Principi ſit nimia ſui, rerumq; ſuarum opinio, & quam validè hæc corrigi poſſit. 148.

III. Quam affabilis eſſe debeat Princeps, & quæ morum facilitas in eſſe debeat, & quæ in hac curanda ſint. 151.

IIII. Quam maximè conducat Principi maieſtas, maximè quæ obſit ſolitudo, & quæ requirantur ad maieſtatem tuendam, ac conſeruandam. 154.

V. De Temperantia Principis in cibo, potu, ac ſomno. 157.

VI. De temperantia Principis in voluptatibus, & de officio erga Vxorem remedijsq; aduerſus libidinem. 160.

VII. De fortitudine Principis, & animi magnitudine. 163.

VIII. Quàm neceſſaria ſit beneficentia Principis, & quibus, quomodo, quantum, & quo tempore ſit donandum. 167.

IX. Magnopere magnificentia, quæ ad ædificia pertinet, Principi eſſe neceſſariam. 172.

X. Caritatem omnium virtutum eſſe Reginam, reliquasq; omnes complecti. 175.

Liber Sextus.

Cap. I. RElígionem Principi eſſe colendam, impietatem, ſuperſtitionemq; vitandam. 177.

II. De vi, effectu, ac neceſſitate Religionis, hancq; ſolam conſeruare Rempublicam. 180.

III. Principē nō ſimulato animo eſſe debere Religioſū, & quę cōmoda, & quæ incōmoda, & circa quę Religioſus eſſe debet. 183.

IV. De Religione Principis erga Summum Pontificem, Epiſcopum, Confeſſarium, & quantum ad eum ſpectet res Eccleſiaſticas defendere. 185.

V. An ſemper expediens ſit, vt Reipublicæ Nouatores à Principe coerceantur. 188.

VI. Non debere Principem cum infidelibus inire fœdus, nec illorum opem implorare, & quantum damni ſit cum infidelibus verſari. 191.

VII. Eam quæ vocatur conſcientiæ libertas, non ſit cum graui cauſa permitti debere à Principe. 193.

VIII. Principem in Religione nihil ſtatuere debere. 196.

IX. Quam elaborandū ſit Principi, vt verā Religionē conſeruet. 197.

X. De modo reducendæ veræ Religionis. 199.

Liber Septimus.

Cap. I. DE Prudentia Ciuili Principis, quæ ſit, eiuſq; partes. pag. 203.
II. Quam neceſſaria ſit Principi Prudentia, quę in deligendis maximè conſiliarijs requiritur. 207.
III. De cōſilij Cōſiliariorũ, Cōſiliorũq; neceſſitate, & vtilitate. 209.
IV. Quæ, & qualia magni Principis conſilia eſſe debeant. 211.
V. De dotibus, tùm animi, tùm corporis quibus præditi eſſe debent Conſiliarij. 214.
VI. Quando, & quomodo capienda ſit conſultatio à Principe. 224.
VII. De Conſiliorum fine, & ſcopo, quem bonus Conſiliarius ſibi proponere debet, & quãdo Principi amplectẽda Cōſilia. 228.
VIII. De generali Magiſtratuum diſtinctione. 231.
IX. De Annonæ præfecto, & quanta hæc à Principe ſit curanda ſolicitudine. 234.
X. De Quæſtorum adminiſtratione, & cura. 237.
XI. De Cenſoribus, & horum neceſſitate, & de luxu, huiuſq; remedijs. 239.
XII. Quantę curę eſſe debet Principi probos, idoneosq; viros eligere, quibus honores ſupremos, dignitatesq; mandet. 242.
XIII. Præcipua munera nobiliſſimis aliqua ſaltem virtute præditis potius, quàm infimis tribuenda eſſe. 243.
XIV. Quam maximè peccent ij Principes, qui Magiſtratus vni concedant. An ſatius vtramq; poteſtatem coniungere, ciuilem & militarem; & an vni Duci omnia committenda. 246.
XV. De Magiſtratibus à Principe diſtribuendis absquè vlla lucri expectatione. 248.
XVI. Inquirendum ſæpè in Magiſtratus, vt facilius in fide, & officio contineantur. 251.
XVII. An Princeps Magiſtratus ſuos errantes, & ſubditos per ſummã iniuſtitiam grauantes punire palam debeat. 253.
XVIII. Satius ne ſit Principi, Magiſtratus eſſe perpetuos, an verò ad tempus conſtitutos. 256.
XIX. Eos creandos Magiſtratus minores, eos aſſumendos Aulicos, qui ad maiores dignitates promoueri poſſint, & non contemnendos honores ab ijs, qui geſſerunt maiores. 259.
XX. Quibus artibus Princeps Potentis opes compeſcat. 262.
XXI. Quàm neceſſaria ſit Optimi Ducis præſtantia, & de huius officio, & arte. 266.
XXII. Quomodo rectè Princeps Aulam conſtituat, ſeq; erga Aulicos gerat. 268.
XXIII. Quot, & quæ ſint prauorum Aulicorum artes, quibus ſæpiſſimè

Principes circumueniunt, & quomodo ijs occurrendum. 273.
xxiv. Difficilè præſcribitur certa ratio Aulico, qua tempeſtuoſos Aulæ malè inſtitutæ fluctus fæliciter euadat. 279.
xxv. An deceat Principem habere gratioſos, qui vulgo appellantur fauoriti, an vnum, an plures, quibusq; de cauſis hi tandem in præceps ruant. 283.
xxvi. Quàm maximè Principi fugiendi ſint Aſſentatores, quoquè ſtudio contemnendæ maledicæ ſubditorum voces. 287.
xxvii. An diſcordiæ Aulicorum à Principe ſint extirpandæ, an verò vtiles ſint. 292.
xxviii. De Aulicis, qui à ſecretis ſunt Principis, & quę horum ſtudia. 294.
xxix. Quam neceſſarium legatorum munus, quamq; inuigilandum ſit, vt optimos Princeps eligat. 295.
xxx. An eligendi legati, qui magis in litterarum ſtudijs verſati ſint qui longa potius experientia edocti. 299.
xxxi. Quam vtilis ſit Principi ſubditorum Imperij ordinum, ac etiam finitimorum cognitio. 303.
xxxii. Quæ poſſint eſſe errata ordinum, & quomodo prudenter à Principe corrigantur. 307.
xxxiii. Quam vitandi ſint delatores, vt rectè ſeruentur ordines, ac Principis ſalus. 309.
xxxiiii. Quæ ſit Principi Vaſſallorum nobiliumq; vtilitas. 313.
xxxv. Quæ ratio à Principe ſeruanda, vt magnates ſibi coniunctos in officio contineat. 317.
xxxvi. Qua cura ſeruāda ſit in Republica mercaturę exercitatio. 320.
xxxvii. An Princeps poſſit exercere mercaturam. 324.
xxxviii. Quam neceſſarij in Republica artifices, quoq; ſtudio ſint conſeruandi. 327.
xxxviiii. Princeps tueatur maximè agriculturam, eamq; quantum poterit ob oneribus immunes reddat. 329.
xxxx. Quomodo pauperes, ac infimæ ſortis homines in fide ſint continendi. 331.
xxxxi. Quanto ſtudio Princeps ea, quę à finitimis, ac longinquis geruntur, debet inueſtigare, quamq; ei finitimorum amicitia ſit neceſſaria. 334.
xxxxii. Quæ cauſæ Ciuitatem populo, ac magnificentia ornatam referant. 337.
xxxxiii. An mixtæ prudentiæ locus ſit ad Principem. 343.
xxxxiv. Traduntur aliæ Prudentiæ præcepta quæ ſub arcanis dominationis continentur. 352.
xxxxv. Alia quædam præcepta ad ciuilem prudentiam ſpectantia, traduntur. 358.

Liber

Liber Octauus.

Cap. I. Quomodo Principis auctoritas comparetur, ac conſeruetur. pag. 367.
II. De moribus Principis, & externa horum compoſitione; & de illorum qui circa Principem ſunt, excellentia. 372.
III. Explanantur ordinatim ea, quæ Principis potentiam maximè corroborant. 375.
IIII. Amari, & timeri poteſt Princeps; quodq; ex his ſit præſtantius. 377.
V. Statuitur quam neceſſaria ſit Principi quærendarum diuitiarum cura. 379.
VI. Qui modus ſeruandus ſit in comparandis diuitijs. 382.
VII. Multiplex bonorum Principis affertur varietas; eorumq; pleniſſima diſtinctio. 384.
VIII. Bonæ œconomiæ vtilitas ad opes congerendas. 388.
VIIII. Quæ ſpectanda ſint in mercatura, agricultura, & rebus poſſibilibus. 390.
X. Aliæ quærendæ pecuniæ rationes traduntur, quas induſtrioſe olim Principes, & Reſpublicæ perſecutæ ſunt. 392.
XI. Quæ ſint congerendarum opum iniquæ rationes. 395.
XII. Quibus modis Principis Imperium amplificetur. 398.
XIV. Qualis ſit cōſeruādi Imperij, & militaris ordinis neceſſitas. 403.
XV. De armorum ſtudio, quàm moderatè in vſu habendum; & de cauſis Romani Imperij amplitudinis, ac Turcici, & illius interitus, & huius futuri excidij. 406.
XVI. Quàm neceſſariæ ſint Arces, vt Regni potētia ſeruetur.
XVII. Coloniæ an re vera vtiles ſint, nec ne. 421.
XVIII. De fœderum diuiſionē, quæq; eorum ſit vtilitas. 423.
XIX. Explicatur quomodo plurimum potius conferat Imperij mediocritas, quam amplitudo. 432.
XX. Potentiora, firmioraq; eſſe Imperia, quæ coniuncta, quam quæ diuiſa, licet pluribus gaudeant commodis. 436.
XXI. Quam ſtudioſe Principi ſit comparanda Populi multitudo, quæq; eius vtilitas. 439.

Liber Nonus.

Cap. I. Omnia Imperia euerſionibus obnoxia. pag. 443.
II. Quæ ſint mutationum cauſæ ex Principe prodeuntes, ac primum de Religionum, morumquè diuerſitate, ac iniuſta poſſeſſione. 445.
III. Alia affertur cauſa Imperij euerſionis; quæ nimirum eſt Tyrannicum Principis dominium. 449.

IV. Iniuſtitiam, minas, nimiamq; fiduciam Principis Imperio ſemper noxias. 452.
V. Quam ſæpè noxia ſit Principi ſuperbia, ita vt per eam ab Imperio eijciatur. 454.
VI. Quam maximè vitanda Principi Auaritia omnium malorum radix, & frequens euerſionum cauſa. 456.
VII. Quam falſo cenſeant aliqui ſubditorum egeſtatem eſſe Principum ſecuritatem. 459.
VIII. Quomodò lenienda ſint tributa, ne inuidiæ ſint obnoxia. 463.
IX. Odium, ac metum præcipuas eſſe cauſas exitij Imperij, & quid agendum ne populi odio ſubijciantur. 469.
X. De contemptu, cauſa euerſionis Imperij, quaſq; ob cauſas contemnatur Princeps. 472.
XI. Coniurationes quo modo ab odio, metu, contemptuq; ſubditorum exoriantur. 477.
XII. Coniurationibus agnatæ Proditiones, ad quas aliquando ſollitantur plures, ijq; quibus vnis fidit Princeps. 480.
XIII. Quibus rationibus Inſidiæ, ac coniurationes detegantur, puniantur, ac euitentur. 485.
XIV. Copioſius explicatur Aulicorum rationes, quibus ſtatum euertere, ſibiq; potentiam omnem aſciſcere ſtudent. 490.
XV. Quæ opportunitates Imperia ſæpè euertant. 492.
XVI. Quæ res magis vnum Imperium, quàm aliud ſubitis euerſionibus reddit obnoxium. 495.
XVII. Qui effectus ſæpenumerò Principatuum euerſiones conſequantur. 497.
XVIII. Quàm ſæpè factionibus in Imperia ſeditiones erumpãt. 500.
XIX. Communiores ſeditionum cauſæ afferuntur. 503.
XX. De cauſis ſeditionum proximioribus; maximè ex ſuperſtitione, ſiuè praua Religione prouenientibus. 505.
XXI. Quæ mala, quantæq; ſeditiones ex religionum diſſimilitudine emergant. 503.
XXII. De extraneorum admiſſione præcipua ſeditionum cauſa. 509.
XXIII. De otio, & oratoribus ſæpenumerò euerſionum cauſis, & remedijs. 511.
XXIV. De alijs ſeditionum cauſis, Inuidia ſcillicet, Patrimoniorum Conſumptione, Imminutione dignitatis, Collegijs, & Societatibus, & inconſulta Principum liberalitate. 514.
XXV. De ſeditionum improuiſa, & ex paruis rebus origine, & fortuitis caſibus. 516.
XXVI. De Generalibus contra ſeditiones, ac perturbationes Principatus remedijs. 518.
XXVII. De alijs coercendarum ſeditionum rationibus. 525.

Liber

Liber Decimus.

Cap. I. DE vi hoſtium, ad quam depellendam neceſſaria militaris Principis Prudentia; Et quã damnoſum Bellũ. 527.
II. An Bellum licitum ſit. 530.
III. An cuiq; bellandi facultas ſit. 532.
IV. Quæ cauſæ belli ſint iuſtæ. 535.
V. Quæ iuſtæ ſint bellorum cauſæ. 539.
VI. Finem Belli iuſtum eſſe oportere, hocq; etiam iuſtè gerẽdũ. 541.
VII. Vtrum, ſi Hoſtis ſatisfactionem offerat, pugnandum ſit. 544.
VIII. De conſilijs, quæ bellum præcedunt. 547.
IX. Quæ paranda ſunt à Principe tempore ſuſcipiendi belli. 550.
X. Arma, quæ curanda. 553.
XI. De militum neceſſitate ad bellum gerendum. 556.
XII. De militum primo delectu, an ſubditi, an mercenarij externi, an auxiliarij deligendi. 558.
XIII. Ordinarios milites quoſdam pro Principatus conſeruatione alendos eſſe. 563.
XIIII. Delectum magna cura habendum. 567.
XV. Quam accuratè militaris diſciplina ſeruanda ſit. 569.
XVI. Ducum neceſſitas, & vtilitas in bello expenditur; & vtrum ipſi adeſſe Princeps debeat. 576.
XVII. Vtrum Domi, an foris bellũ gerere facilius ſit, & vtilius. 580.
XVIII. De Itinere militari, Caſtris, & excubijs. 583.
XIX. Quam vtilis, quamq; neceſſaria Valli munitio. 587.
XX. De fluminum tranſitu. 589.
XXI. De Caſtris clam mouendis. 590.
XXII. De exploratoribus in Exercitu neceſſarijs. 592.
XXIII. De Acie inſtruenda. 594.
XXIIII. De cauſis committendi prælijs. 596.
XXV. De Pugnantium aſtutijs. 599.
XXVI. De militaribus incurſionibus, & excurſionibus. 601.
XXVII. De Prælijs, ſiuè Certaminibus publicis Direptionibus, Captiuis, & alijs huiuſmodi. 603.
XXVIII. De Cladibus acceptis ſarciendis. 605.
XXVIIII. Fugere interdum licitum eſſe; nec Hoſtem in fuga intercludendum. 606.
XXX. De Naualis rei ratione, & Bello. 608.
XXXI. De Victoria in Conflictibus parta. 611.
XXXII. De Vrbium acquiſitionibus, ac præcipuè de oppugnationibus. 613.
XXXIII. Quæ in loci obſeſſi defenſione curanda ſunt à Principe. 619.

XXXIIII. De Vrbium defenſionibus, quæ ſæpè in Eruptionibus, conſiſtunt, ac alijs. 621.
XXXV. Quid Victori, quiduè Victo agendum ſit. 623.
XXXVI. De Pace. 626.

PRIN-

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINCEPS

COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI,

Liber Primus.

DE PRINCIPATV NATVRALI.

De neceſsitate, ac vtilitate Principatus; & quàm elaborandum ſit Principi pro ſubditorum ſalute.

CAPVT PRIMVM.

INTER omnia vel maximè vtilem, ac neceſſarium exiſtimo Principatum; cùm enim natura homines ad ſocietatem, mutuamq. communicationem ferantur, aliorumq. hominum beneuolentia vtantur, (Neque enim Scytharum, aut Arabum more humanum genus in vniuerſum vitã agere Naturæ Author conceſſit; quamuis Barbarorum illa feritas ſine Imperio eſſe omnino non potuerit) Principatum conſtitui oportuit. Hoc vnum præ ceteris in oculis paſſim inſurgit exemplum. Cetera quidem animalia rationis vſum non habentia partus ſuos ſine alicuius ope edũt: Mulieres obſtetricum ope destitutæ periculũ non rarò ſubeunt. vni verò homini a Deo conceſſus ſermo ad patefaciendos inter nos animi ſenſus, quid aliud, quàm vim humanæ Societatis prædicat? Quæ ſocietas haud rectè temperari poteſt; ac regi, niſi vni, aut pluribus rerum permittatur poteſtas. Brutis vnus præeſt homo, homini diuinior pars Anima, cui duæ ſubijciuntur partes, Iraſcibilis, & Concupiſcibilis, vt vocant. Item inter corporis membra vnum ceteris præſtat, cuius nutu, & ope reliqua mouentur omnia; ſiue deinde illud fuerit caput; ſiue potiùs cor, vt Peripateticorum eſt ſententia. Sicut ergo vnus imperat in magno Mundo Deus; ſicut Anima rurſum dominatur in corpore, ſic Princeps in ſua Republica imperium gerit, tamquàm in proprio corpore, cuius membra ſunt, quæ in ea degunt. Nec ſanè quiſquam tantam Principatus neceſſitatem infitiari audebit, qui perpenderit Deum Optimum Maximum ab ipſo Mundi naſcentis exordio, non ſolùm omnibus, ac ſingulis animantibus ſuos ſtatuiſſe Principes, verùm

Neceſſitas Principatus.

Adſtruitur à cõtrario brutorũ exẽplo.

Vt Deus in Mũdo, & anima in corpore, ſic in Rep. Princeps.

Inanima quoque habere quaſi Principes ſuos.

Digitized by Google

etiam ipſis arboribus, fontibus, fluminibus, reliquiſq; inanimis, quæ condidit, non denegaſſe, quæ Principis inter ipſa referrent Maieſtatem. Imperare, ſubijci, regi, ac gubernari, ita eſt conſentaneum iuri naturæ, diuino, ac humano, vt Reſpub. ſine Principe, pro monſtro haberi poſſit, & quaſi corpus quoddam ſine capite, aut caput ſine membris legitimè inter ſe ſe cooptatis. Quod ſi admirabilis huius inferioris mundi varietas ex quatuor conſtans elementis, contrarias qualitates habentibus, & ſpiritualium, & corporalium rerum ſubſtantijs conflata, aliqua ſymmetria numeri, ponderis, & menſuræ non colligaretur, & certis legibus ſubiectionis, & regiminis temperaretur, confuſione ſua breui tempore præſtantiſſimum hoc, & ampliſſimum orbis opus corrueret, & in diuerſas dilaberetur partes; quæ diuiſæ, & diſiunctæ tollerent rerum viciſſitudines; & quidquid ſingulæ efficere, & producere conarentur, communis omnium diſcordia peſſundaret, & partes diſcordes ſuiſmet gladijs ſe ipſas confoderent. Quemadmodum ex his quatuor Elementis contrarijs, & cæteris ſubſtantijs miram harmoniam oriri affirmarim; ita ex diuerſis hominum ſtudijs, gradibus, ordinibuſq; dulcem fieri concentum non abnegarim: ex diuerſis fidibus ad ſymmetriam ordine compoſitis ſonus efficitur dulciſſimus, grauibus, medijs, & acutis inter ſe coniunctis: redacto ad concentum concordiæ laudabilis imperantium, & parentium ſtatu, harmonia ſuauiſſima exoritur. Si omnes eſſent æquales, & ſinguli pro arbitrio alios vellent regere, & regi recuſarent; eſſet diſcordia, facilis ex diſcordia ſocietatis diſſolutio, nullus virtutis gradus, nulla meritorum diſcretio, æqualitas tandem, in æqualitate, ſumma eſſet inæqualitas. Si ſuſtuleris vinculum, quod ex quinque Ducibus ſubordinatis componitur, nempe Deo, Sacerdote, Principe, Doctore, & lege; diſſipatam cernes humanam ſocietatem, deprauatos mores, perverſa omnia; iam populum videbis cæcutire ſine luce. Deus omnia dirigit, & conſeruat: Sacerdos, quæ ad animarum curam, cultumq; diuinum pertinent, adminiſtrat: Princeps, quæ ſpectant ad populi ſalutem, gerit: Doctor leges docet, & iudicat: Lex eſt veluti norma gerendarum rerum, & vitandarum, ad quam populi actiones omnes conformantur. His vigentibus, viget auctoritas, pax, & abundantia; his e medio ſublatis, furta, incendia, cædes, rapinæ, aliaq; id genus ſcelera exiſtunt. Superba hominis, & ad malum propenſa ſemper natura diu in ſocietate ſine Rectore nequit permanere. Moroſum, & difficile animal eſt homo; neque ſeruitutem, neque libertatem diu ferre poteſt: ſub boni Principis imperio ad laſciuiam Incubit; ſub aſpero langueſcit, & ſub vtroque cōtra imperantem inſurgit;

Reſp. ſine Principe inſtar monſtri.

Eadem neceſſitas ex elementorū concordia.

Ex fidiū impari pōdere.

Quinq; moderatorū vinculi vis, Dei ſcilicet, Sacerdotis, Principis, Doctoris, & legis vinculi vis.

Homo animal moroſū & difficile.

ſurgit; & ſi eius conatus ſeuerioris alicuius pœnæ freno compeſcitur, querelis ſemet abſoluit. Quanta igitur arte opus eſt, vt hoc animal ferox, ſuperbum, varium, nulli minus æquũ, quàm ei, cui ipſum parere eſt æquiſſimum, rectè regatur, & propoſitum in Rep. vitæ finem conſequatur! Perpetua enimuerò vigilia Principi opus eſt, ne in vitia prolabatur præceps; ac inſigni dexteritate eſt agendum; vt, ſi quid veneni ab aliqua hominum parte fuerit effuſum, ita auertatur, vt cum minima aliorum noxa defluat.

Illud enim præ ceteris mortalibus habet Princeps, vt præ ceteris debeat eſſe ſolicitior: imaginẽ refert Diuinam, Dei fungitur munere, Dei agit cauſam: quo enim quiſquis maior eſt poteſtate; eò propius ad Deum accedit vigilandi cura. Itaque, ſi Princeps ſuum ſtrenuè exequitur munus; maior eſt, quàm qui dignè poſſit laudari, aut coli; ſi minùs, minor eſt, quàm qui humani generis odia poſſit explere. Solem vides? quanto ille ceteris præſtat corporibus, quæ in hoc inferiore Mundo naſcuntur, & intereunt? & tamen perpetuis libens nobis, ac terrarum orbi famulatur obſequijs; ſæculorum ſpatia peragit; æuum, ac tempora in annos, dieſq; partitur; nutrit animantia; vegetat plantas; lucem denique toto Cælo diffuſam profundit ad ornamentum, & ad vitam vniuerſitatis. Tolle Solem de Mundo; vel fac, vt ille aliquantulum exorbitet a ſemita, præſcriptoſq; ſibi a rerum Conditore limites tranſiliat; iam omnia turbari; iam hanc Vniuerſitatis Molem, cuius nunc tanta eſt pulchritudo, in antiquum Chaos relabi, ac ruere videbis. Nunc verò poſitis a Deo legibus obſequens Sol, quaſi fidicen concinnè modulatur ſonos; nunquam rerum interturbat harmoniam; eadem ſemper inſiſtens via; eandem tenens orbitam; acceſſus, ac receſſus ſuos tam conſtanter alternat; vt nunc Hyemis frigoribus, tum animantium corpora contrahat, tum ſemina terris credita foueat; nunc æſtiuis caloribus contracta explicet, ſeminaq; iam firmata radicibus educat in germina, maturet in meſſes; ſi propiùs accederet, cuncta combuſturus; vel, ſi recederet longiùs, cuncta gelu, & frigore perempturus, ad ferendã Hyemem nos exerceret. Quid? quòd ita lucem partitur, ac diuidit ſuam; vt ſomno, ac vigilijs (quorum alterno vſu animãtium corpora fouentur) ſua deferat, & quaſi præſcribat tempora; dum terrarum orbem circumquaque oberrans; hos occidens ad quietem hortatur; illos oriens ſuſcitat ad labores? ſciat Princeps ſe in Regio ſolio collocatum a Deo, quaſi Solem in Cælo; vt, quò altior eſt dignitatis honos, & alienæ etiam ſalutis ſit cura ſolicitior. Regnum ſuum Solis ad exemplum obeat, ac rimetur; nunc quaſi accedat in beneficia explicata Maieſtas;

Quanta Principi in ſubditos ſolertia.

Solis laus ex imia ex ſuis munijs nũq interruptis.

Princeps in Regno quaſi Sol in Cęlo.

nunc quaſi recedat in ſupplicia contracta; præmiorum, ac pœnarum vices munificus, ac iuſtus alternet; non cedat labori, nõ ſuccumbat oneri; nouerit ſe non magis, vt præſit hominibus datum, quàm, vt proſit. Principis ars alienis eſt ſtudere commodis; dura, & plena laboris ars, ſed quæ ipſo vſu lenitur. Nauarchum nauis curſus moderantem, maris procellæ, licet aſsiduæ, licèt contumaces fatigent, haud frangunt tamen. Agricola quamuis graui aratro iugiter inſiſtat, nullum intermittit laborem. Venator curſum habet in delicijs, licèt feras, vel in alta montium cacumina anhelus, vel in abiectas vallium voragines præceps conſequatur. Sic Princeps, plurimis licèt, ijſq; grauiſsimis publicæ rei diſtrictus, exercituſq; negotijs, minime aſperum ducat laborem: quippe qui intelligat, ſuum ſe tũc maxime ſuſcipere opus, ſuam ſe artem exercere. Militibus quidem fas eſt vigiliarum, ac ſomni vices inter ſe partiri; at Duci multò acrior, ac pæne perpetua incumbit vigilandi cura; cuius aut ſomno, aut vigilijs totius exercitus, aut ſalus, aut pernicies adſcribitur. Sic & Principem neceſſe eſt quaſi perennibus excubare vigilijs, vt aliorum ſomnos, & quietem ſuo labore, ac vigilantia cuſtodiat. Nauigantibus Mare licet abſq; cura vitam agere, & ne aſpicere quidem mare; immò etiam neſcire fas eſt, vbi nam ipſimet terrarum verſentur; plures etiã, dum naui feruntur, diuerſa rerum agitant ſtudia; alij talis ludunt; alij cantionibus indulgent; alij conuiuantur: Quòd ſi oborlatur forte tempeſtas; hi quidem iacentes, atque oſcitantes rei euentum præſtolantur; alij verò, vel alto ſomno ſopiti non ante expergiſcuntur, quàm portum tenuerint. Nauarchi opus, & labor eſt; illum neceſſe eſt deſpicere in mare, ſuſpicere in Cælum, proſpicere ad terram; quin & ea, quæ ſub aquis latent, non licet ei ignorare, ni velit in ſaxa latentia impingere, aut in Syrtes, ac ſcopulos præcipitanter impelli; Illi vni totam noctem non licet ſomno dare; interdiù autem, ſi breuem aliquam temporis partem ſurripit, ac ſomno tribuit; hunc ipsũ ſomnum ſolicita mens dubium, ac ſuſpenſum capit; nam ſubinde excitatur, vt aut velũ cõtrahi, aut clauum ſiſti, aut aliquid aliud ad cõmunem ſalutem, rectumq; nauis curſum præcipiat; adeò vt ille vnus, vel dormitans, ac ſemiſopitus magis curam nauis gerat, quàm alij omnes penitùs vigilantes. Idem videre eſt in militaribus expeditionibus. Vnuſquiſque militum ſui tantùm curam agit; Ducis eſt, omnium curare commoda; vt omnes ſint armis inſtructi; ſuis omnibus commeatus abundè ſuppetant; ceteraq; ad exercitus vniuerſi vel ornamentum, vel præſidium neceſſaria minimè deſiderentur; quibus ſi careant milites, bonus Dux non magis dolet, aut angitur, quã ſi ipſemet

Principis eſſe ſtudere alienis commodis.

Duci magis quam militibus laborandum.

Aliud nauigãtibus, aliud licere nauarcho.

Quæ ſolertia Nauarchi.

Quales præfecti militũ.

egeret,

egeret, aut earum inopia rerum laboraret; cùm tanti ſuorum militum ſalutem, quanti ſuam faciat? Quid aliud eſt Princeps in Republica, quàm Nauarchus in Naui publicæ ſalutis amator? hanc vnam animo verſat curam, & coquit, vt ſubditi felicem vitæ curſum ſe rectore teneant, ſiue Reſpublica trãquilla fruatur pace; ſiue armorum, ac ſeditionum procellis fluctuet; nec in ſecundis ſocors, nec in aduerſis trepidus; peruigil, atque intentus clauum regit; ceteris interim, aut in trãquillitate otioſè quieſcentibus, aut felicem aduerſæ tempeſtatis exitum bonæ ſpei plenis præſtolantibus. Quid aliud eſt Princeps in Republica, quam Dux in exercitu? qui, dum in hac vitæ via quaſi milites progredimur, omnium cõmoda ſuis laboribus quærat; non minùs ſuorum prouehat ſalutem, quàm ſuam; nec magis proprijs, quàm alienis afficiatur incommodis? Epaminondas certè Dux magnus ciuibus feſta agitantibus ſolus obibat mœnia; & de intempeſtiua ſolicitudine quærentibus, familiaribus ſolitus erat reſpondere, ſe ſolicitum eſſe, vt ciuium lætitia poſſet eſſe ſecura. Quid referã Antigonũ; q cũ filiũ cerneret degenerẽ, immodeſtè, atq; intẽperãter ſe gerẽtẽ in populares, inqt, An nõ nouiſti, fili mi, q ſuis vigilijs aliorũ cuſtodit ſomnos, ſuis curis aliorũ otia facit, & fouet? Quod haud ægrè qlibet Reipublicę moderator aſſequetur, ſi in animũ induxerit ſuũ, cũ ſcilicet ad Thronũ euehitur, ſe quaſi in ſpeculã attolli, vt publicæ ſaluti peruigil proſpiciat, cũ diademate coronatur; ciuium omniũ curas, & Reipublicæ negotia velut in capite ſuſcipere peragenda. Inſigni ergo viro tantæ cura molis demandari debet. Agrũ, & Vineas niſi perito Cultori permittimus: Nemo Nautæ ſe credit Maris, & fluctuũ ignaro: Grandem hanc Imperij nauem tot homines ferentem, vnius inſcitia, ignauiaq; perielitari patiemur? Magna eſt, ferè dixerim, diuina ſcientia Medicorum, qui corpus humanum tot, tamq; varijs morbis conflictatum, tam diuerſis muneribus organa deſtinata habens, & venis, arterijs, viſceribus, muſculis, humoribus, ſpiritibuſq; compactum ita curant, vt omnium partium ad omnes partes Analogiam, Symmetriam, & amicum conſenſum tueantur, atque hoc conſequantur, vt omnium temperatura, ac conſtitutio omnibus ſuauis ſit, ac propitia. At verò in Principe ſcientia regendi eſt tantò operoſior, quantò maius eſt, atque a ſe diſſidens corpus Reipublicæ, quàm corpus humanum; tantò ſublimior eſt, quantò dignius eſt conſulere omnibus, quàm ſingulis. Proprium eſt Principis corporis totius, & membrorum inter ſe diſtantium, & ſæpe a ſuo capite deficientium ſeruare concordiam, tranquillitatem, & amorem. Si in his parùm verſetur Princeps, cetera omnia ſuis deſtituuntur finibus:

Princeps, vt Nauarchus.

Vt Dux in exercitu.

Epaminõda ſolicitudo, & dictum egregium.

Dicteriũ Antigoni in filium degenerem.

Niſi ab Inſigni viro regi debet Imperium.

Diuina Medicorum ſcientia.

Operoſior tñ, vt dignior, regendi, quam medẽdi ſcientia.

Quid ſi Princeps ſit ſocors.

mercatura in fraudes,& impoſturas deſinet; Nauigatio in Pyraticam; Iudicia in rapinas;militia in latrocinia; artes liberales in deſidiam;Religio in ſuperſtitionem.

Principatum non à fato, ſed à Deo eſſe, à quo omnia reguntur, aduerſus impiam Atheiſtarum opinionem.

CAPVT II.

Principatũ eſſe à Deo, quomodo euinci poſſit.

NON poſſum hic eorum non acriter improbare ſententiam,qui Principatum à fato eſſe, non à D. O. M. bonorum omnium largitore audacter dictitant, & pleno ore pronunciant. Qua enim tandem ratione in dubitationem poteſt reuocari,vtrùm Regnorum omnium ortus, ſalus,& interitus adſcribenda ſint Deo, ſi cũcta, quæ creauit verbo,ratione diſpẽſat,virtute regit,ac perficit? Cùm verò æterna illa veritas,ac ſapientia ſacris in litteris palam ſæpè profiteatur,non modò regna ſe dare,& Imperia; ſed etiam eadẽ auferre,transferre,augere,imminuere; quin immò Vrbiũ euerſiones,Monarchiarum commutationes multò ante,quàm eueniãt denunciet;quomodò eum Regnorum omnium adminiſtrationibus intereſſe,atque adeò præeſſe, quomodo ab eo pendere omnia, qui omnia creauit, omnia ſeruat,ac ſuſtinet,erit diffitẽdum? Ipſamet Mundi conſtitutio, & opificium nonne Deum authorem ſuum teſtatur,& opificem? Cuius ſiquidem (vt alia omittam) olim primigenij nefanda ſcelera vndis vltricibus vniuerſo ſimul cum hominum genere demerſit; nec tamen in iuſtum Noe,eoſue,qui cum eo degebant, animaduertit; ſed dimiſit impunè. Aegyptios verò quot ærumnis preſſit, & exercuit? non modò aquas Rubri Maris abiunxit, quibus eos interimeret,ac demergeret; verùm etiam haud minor artifex in minimis,quàm in maximis;ranis,& locuſtis eos afflixit, vt viliſſimis animalculis impiæ gentis ſuperbos ſpiritus deprimeret, ac edomaret.

Item, quæ exempla id doceant.

Verùm, quoniam & idem ex dictis Ethnicorum, & infideliũ ſatis etiam aperte liquet, ad ea examinanda hæc facile proponuntur. Inſunt animis quædam diuini luminis ſcintillæ, quæ inter denſiſſimarum nubium caliginem emicantes mentem ſuis tenebris obſeſſam excitant, ac reddunt illuſtrem; nec eam in vitijs ſuis torpeſcere omnino ſinunt. In his fere Mundus impiorum

Conſentiunt infideles Principatũ eſſe à Deo.

Digitized by Google

impiorum cum viris optimis conſentit; quamuis deinde in ratione iudicandi pariter, & agendi magna ſit diuerſitas. Pericula repentina, & magna fidelibus religionem ſæpè incutiūt, eoſq; ad pietatem, ad preces, & ad peccatorum deteſtationem inducunt: impiorum verò infidelium ſuperſtitionem accēdunt, atque ad atrocia ſcelera eos ignorantes verum Numen, impellunt. Ieiunant, & orant Niniuitæ, & Bethulienſes, cùm excidium ante oculos obuerſatur: At Rex Moabitarum primogenitum in mœnibus immolat. Curtius, vt legionum diſcrimen auertat, dat ſe præcipitem: Carthaginienſes præſtantis formæ, & indolis tres pueros Sathanæ in holocauſtum exurunt. Omnes Numen aliquod, quod calamitatibus auertendis, maliſq; minuendis idoneum, & beneficum eſſe naturaliter ſentiunt, placare ſe poſſe confidunt. Omnes ex aliquo Numine ſe, ſuaſq; rependere agnoſcunt; ſolùm in eius deſignatione, & electione aberrant. Plato Deum, & fortunam Mundi rectores putat. Cicero prouidentia Dei Mundum, & omnes eius partes ab initio conſtitutas eſſe, & omni tempore adminiſtrari, & ſingulis à Deo conſuli demonſtrat. Ariſtoteles Deum ſicut in curru Aurigam, aut in naui Gubernatorem omnibus in rebus ſuper ſtare aſſerit, qui præſit corporibus, animabus, animantibus, Angelis, & cunctis, quæ terra, vel aere, vel cælo cōtinentur. Seneca, ſine cuſtode tantū opus ſtare non poſſe, ſentit; ſiderumq; curſum; diſcurſumq; haud fortuitos eſſe exiſtimat. Hæc ſunt teſtimonia aliena; quæ quoniam Atheorum, Epicureorumq; conſcientiam non eouſque agitant, vt confeſſionem veritatis, aut aſſenſum extorqueant.

Impios cum Impijs ſæpe diſſentire in ſola ratione iudicādi, vel agendi.

Id exemplis confirmatur.

Quinā mundi rectores ex Platone. Quiſnam ex Tullio.

Quid de hoc aſtruxerit Ariſtoteles.

Quid Seneca.

Ideò ſit ratio, quæ doceat prouidentia diuina cuncta gubernari. Quam verò cauſam omnium mutationum eſſe dicemus, niſi ab vno aliquo principium ducant; atque in vnum omninò finem dirigantur? Sidera, multipliceſq; illi Cælorum orbes, terras tanta pernicitate circumeunt, vt irrequietas eorum periodos, quibus indefeſſa vertigine rapiuntur, nullo poſſis vel oculorum obtutu, vel mentis ratiocinio aſſequi: nec illo tamen motu boni aliquid in ſe conferunt; ſed mundo inferiori, atque hominibus eum incolentibus exhibent famulatum: idq; non propria ducti vel voluntate, vel ſcientia, ſed ſummæ cuiuſdam Intelligentiæ, potentiæq; vi, ac Imperio. Quid? quòd ipſa mens noſtra teſtis eſt ſibi præeſſe diuiniorem? quippe nemo mentem tam capacem, tam nobilem, in omnia intelligendo ſe formantem, alia cupientem, alia liberrimè auerſantem, ab alio, quàm à ſuperiori quadam mente originem trahere audebit aſſerere, non enim tantam intelligendi, ſentiendiq; ſolertiam, tam celeres appetendi motus efficere, atque ordinare mens noſtra

Ratio docet hoc idem ex orbibus Cælorum collecta.

Ex ipſa mēte noſtra.

Digitized by Google

Ex effato illo: nihil à ſe ipſo eſſe.

ſtra ex ſe ſe poteſt, aut alia quæque expers rationis. Adde certiſſimum illud apud philoſophos quoſcunque pronunciatum, Nihil à ſe ipſo eſſe; nec res ſingulas ſua ſe vi creaſſe, ſed ab alio ortum habuiſſe; ideòq; ab alio conſeruari, & ad ſuos fines dirigi. Quæ enim ars, quæue intelligentia tot actiones, inſtrumenta, locum, coniuncta, & alia id genus, tam affabre poſſet concinnare, & inter ſe tam miro conſenſionis vinculo continere? & tamen res ipſæ nihil horum agnoſcentes naturæ quodam ductu, atque impetu afficiuntur, ſuarum operationum prorſus ignaræ. Si noſtri igitur cauſa tanta moles vertitur; Si etiam

Ex minimis quibuſque.

parua, quæ in hoc Mundo exiſtunt, tanto conſtant, ac fiunt artificio, prouidentiaq; vt in vno pæne grano ſinapis, ſeu tritici, non minor ſit admirandi materies, quàm in vaſtiſſimis Cælorum orbibus; certè hominum ſocietatem, & vices imperandi, parendiq; & præmiorum, ac pœnarum eumdem Deum moderari, eſt dicendum: Quomodo enim præſtantiſſimæ naturæ negliget gubernationem, qui olerum (vt ita dicam) Rempublicam tam concordibus, tam plenis naſcendi, creſcendi, florendi legibus conſtituit, & inſtruxit; idq; eum in finem, vt homini ſeruiant? Si igitur vilia ſeruitia, ſi iumenta, ſi mancipia tanta cura gubernat; quis miretur eum nos dignos habuiſſe, quos regeret, qui omnia noſtra gubernat? neque enim ſtolidos parentes imitatur; qui agrum, pecuniam, domos liberis ſuis parant, ipſoſq; negligunt. Tolle Numen, & Prouidentiam, qua res humanæ gubernentur, mirum dictu, quot, & quæ ſequentur ab omni ratione, ſanoq; iudicio aliena. Dabitur illicò aditus mortalibus ad omnem vitæ turpitudinem, ad omnem iniquitatem, arrogantiam, tyrannidem, denique ad perfidiam, iurgia, periuria, ſacrilegia, & ad omnia ſcelerum genera; cùm nihil ſit tam immane, vel iniquum, vel impium, quod metu numinis ſublato, mens humana non audeat aggredi, ac perficere. Mundus deinde erit inſtar nauis in Mari fluctuãtis, quæ gubernaculo, & gubernatore ſit deſtituta: item inſtar maximæ Reipublicæ ex omni hominum genere conflatæ, in qua nullæ eſſent leges, nullus Iudex, nullus rector, nullus tranquillitatis, & boni publici curator. Si ita eſt, quomodo Mundus poteſt conſiſtere, præſertim cùm rebus tam diſparibus, & contrarijs, & pugnantibus conſtet? Sicut enim nauis abſque Gubernatore huc, illuc fortuito vndarum impetu iactatur, donec feratur in ſcopulos, vel impingat in breuia, vel fluctibus hauriatur, & demergatur: & Reſpublica abſque rectore, cædibus, & ſeditionibus ſe ipſam conficit: ita neceſſe eſt Mundum ſine vllo ordine ferri, & contrariorum pugna diſſolui, ſi nullus eſt Rector, qui dirigat, & pugnantia ſimul componat. Poſtremò hæc rerum vniuerſitas &

Argumẽtum à minori ex oleribus.

Qui ſint parẽtes ſtolidi. Si prouidentia tollatur è mũdo, quæ repente futura incommoda.

Mundus qui tum futurus.

Dari prouidẽtiã quibus ex abſurdis euinci.

& partium eius formatio, ac diſpoſitio caſu extitiſſet, & in hanc formam, & ſpeciem coaluiſſet; Si enim nulla eſt mens, quæ ſingulas eius partes formauit; & in hanc ſtructuram, quã videmus, digeſſit, ac compoſuit; neceſſariò fatendum eſt caſu id totum accidiſſe, iuxtà ſententiam Democriti, qui ex fortuito impetu, & concurſu atomorum omnia formata eſſe ſtatuebat: at quid hoc eſt aliud, quàm mera fatuitas? quomodo, quod ſumma ratione conſtat, caſu fieri potuit? videt quiſpiam ſplendidiſſimum, & ſumma arte perfectum Palatiũ; cuius ſtructuram omnes Architecti mirantur; quærit, quis Artifex hoc conſtruxerit: Reſpondetur ei, à nullo artifice extructum, ſed ibi olim extitiſſe montem arboribus conſitum, quò per terræmotum corruentes partes diſſilierint; & hoc lapſu, & colliſione ſingulas partes ita formatas in hanc ſpeciem ſubſtructionis, & Palatij formam, loco informis cumuli, repente coaluiſſe. Quis adeò vecors erit, qui hoc credat? Deum eſſe; qui res mortales regat, iudicet, bonis memorem ſe, beneficumq; demõſtret, & impios vlciſcatur, plures expertos eſſe populos videmus. Ab Aſſyriorum auaritia Aſiam exhauriri Deus permiſit; hos per Chaldæos ſpoliauit; Chaldæorum luxum per Medos; & Perſas latiſſimè imperantes, ac ſummo faſtigio ſublatos, per ſordidiſſimam Græciæ gentem, Macedones ſcilicet, iugum ſeruitutis ſubire coegit: Hos verò inter ſe colliſos Romanis debellandos, conterendoſq; obiecit: cùm Romanorum deinde peccata exceſſere modum, vt nec tolerari ampliùs, nec medicinam ferre poſſent eos mutuis cædibus attritos Cymbris, Erulis, Gothis, Vuandalis, Longobardis, alijſq; Barbaris trucidandos diuiſit. Nunc ferè Aſia, & præſtantior Africæ pars, & nobilis Græcia contemptę religionis pœnas ſub acerbo, ac duro Turcarum dominio luit. Sileant itaque, qui plura contra prouidentiam, ac Dei gubernationem obijcere conſueuerunt; non enim ex quo bonis viris aduerſa eueniunt, & malis proſpera, dicendum eſt omnia non à Deo gubernari, cùm Rempublicam hanc ab optimo, & prouidentiſſimo Principe Deo conſtitutã, optimè etiam, ac tranquilliſſimè eam regi ſit neceſſe, & præmia bene meritis, ſuppliciaq; impijs conſtitui oporteat; etenim quos optimos ſæpe iudicamus; ij ſæpe ſceleſtiſſimi ſunt. At nec humana bona faciunt felices; neç mala miſeros; ſæpe enim, quos pro felicibus aſpicimus, ijdem ſunt miſeri, ſordidi, turpes, ad ſimilitudinem parietum extrinſecus culti. Non eſt iſta ſolida, & ſincera felicitas; cruſta eſt, & quidem tenuis; Vmbratilis potius, & imaginaria felicitas dicenda. Sileant etiam, qui induſtriæ, labori, conſilijs, aſtutiæ, & humanæ prouidentiæ euenta reſpondere, aſſeuerare contendunt; ſanè quaſi

Democriti fatua opinio de rerũ creatione.

Probatur à ſimili mundum non caſu quidẽ factum.

Plures populos expertos eſſe vindicẽ prouidentiæ iuſtitiam.

Reſpõſio ad quædam obiecta.

Sæpe, qui boni videtur, impios eſſe, & qui infelices, maximę miſeros.

Cur iuſta ratio ſpecie veri ſæpe illudatur.

quaſi non ad alia conuerti animos hominum oporteat, ſed ſuo quemque ingenio, prouidentiæq́; fidere deceat; Nam iuſtam rationem ſpecie veri illudi ſæpe liquet; cauſa erroris eſt, quòd medias cauſas ſine ſumma cauſa conſiderant impij; præſertim cùm Imperiorum initia, conuerſiones, & interitus, per cauſas intermedias ad eos fines valde idoneas contingere videamus: Hi enim totum euentum tribuunt cauſis, quæ apparent; cauſam æternam, etiam mediarum moderatricem ignorant. Cùm ad occaſum, & velut ad mortem ſuam vaſta Regnorum corpora tendunt, iam ante ſigna, & ſymbola multa prudentibus apparent, quibus certo præſagio de futura ruina vaticinantur. Cùm iam in lubrico ſtaret Perſarum Imperium; laſciuia, luxus, ignauia, diſciplina militaris omiſſa; Duces belli imperiti, ignaui, nec vllus, cui fideres, niſi ex Græcia, auaritia, contumeliæ in ſubiectos, ambitio, & inde diſcordia conſiliorũ, populorum alienatio, & omnia mala eius occaſum accelerarẽt; fortitudinis prudentiæq́; dona, & auxilia, tam ſceleſtis, tam arrogãtibus diuina iuſtitia ſubtraxit: Nec ſint, qui iactent, indignum eſſe, diuinam Maieſtatem ad omnia etiam viliſſima deſcendere, ad vermium, & formicarũ fetus, ad opera hominum, quorum plurima, aut vitioſa ſunt, aut vitijs coniuncta: cùm hoc neminem mouere poſſit, qui diuinum Numen didicerit mentem eſſe infinitæ virtutis; quæ omnes arenas maris, omnes vniuerſi particulas perſpectas habeat: & Deum eſſe, qui nihil anxius agat; nihil diſtractius; qui omnium rerum cognitione, ac gubernatione à ſingulorum tutela non auocetur; à cuius cura nihil eximi poteſt, quemadmodum eſſe ſine eo non poteſt. Nec ſint, qui demõſtrare cõtẽdant, cũ natura eodẽ curſu omnia peragat, circuitus Cælorum ſtatuti ſint; mutationes Mundi inferioris ſuo modo etiam non admodum diuerſæ exiſtant; animalium, & fruticum naſcendi, moriendiq́; perpetuæ ſint vices; & hominum etiam pueritia, adoleſcentia, virilis ætas, & ſenectus, in omnibus pari modo ſibi ſuccedant; ſatis ſuperq́; cõſtare, naturam ſibi ſufficere, omniaq́; illa naturali quadam lege, & neceſſitate fieri, non autem ab alia quadam mente, quæ dominatum in natura ipſa exerceat: quia toto Cælo aberrarent; non enim niſi incredibili ſapientia ſtatus omnium, motuum ordo, elementorum pugnæ, & concordiæ quædam ſeruãtur; Quomodo enim fortuna, aut caſu, res ſemper eadem ferè ratione naſcuntur, aut intereunt? Mouet itaque hæc omnia ipſe primus motor immobilis, ſemper ſui ſimilis, & præſertim mouet per ſecundas cauſas. Sicut vnus in ſuperis Deus eſt, qui Machinam hanc totam moderatur, ac temperat. Sic in terris veluti curatores, & Vicarios quoſdam ſuos conſtituit,

Interitus Regnorum multis ſignis, ac ſymbolis pænunciari.

Hac factum in auerſione Perſarũ Imperij.

Occurritur ineptæ quorunda obiectioni.

Aliud obiectum.

Naturã haud quaquam ſibi ſufficere, abſque primi motoris impulſu.

Principẽ eſſe Dei imaginem, qui eius vices gerat.

qui

qui diuerſis in partibus eam tueantur, & adminiſtrent; atque ex his quoſdam ad magnos honores extollere voluit, & ad magnas opes, & copias, & ad Imperia, vt in Imagine oſtēdat cæleſtē ſuam, & ſine fine, ac modo potentiam: vt enim cùm Cælum, & micantia illa aſtra intuemur, ab ijs ad puram primam, & inacceſſam quandam lucem deducimur; ſic ab humana iſta magnitudine ad authorem illius, & fontem Deum peruenimus.

De generali Principatuum diſtinctione; Eccleſiaſtici videlicet, ac temporalis; & quàm ille dignitate, priuilegijs, atque honore hunc antecedat.

CAPVT III.

NEMINEM arbitror eſſe, qui ignoret varia eſſe Principatuum genera, quæ diuerſas formas, diuerſosq́. regendi ritus pro nationum, gentiumq; varijs naturis exigunt. At ſupremus ille Principatus, qui Dei eſt, omnes excedit alios, parendique cunctis rebus imponit præceptum: Ille eſt, qui vitæ, & necis habet poteſtatem: Ille, qui ad portas vſque mortis ducit, reducitq́ue. Ille inquam, cuius leges quiuis fruſtrà conatur effugere. Ex tanto Principe, vel ſinente, vel iubente, quæcunque profluunt poteſtates: In Cælo diſtinctæ poteſtates: in terris haud indiſtinctæ conſpiciuntur. Dominationes, Poteſtates, & Principatus non incongruam inferiorum poteſtatum arguunt diſpoſitionem; quæ in genere inter homines duæ tantum aſſeruntur; ſpiritalis, ſiue Pontificia; & temporalis, quæ Regia dicitur. In hac eò minor dignitas, quò corpus anima eſt inferius: hanc ad corporum ſalutem, pacem, vitæq́. honeſtatem Deus eſſe voluit; illam verò ad diuina, & ſupernaturalia extendi, vt mentes ad metam, ac terminum ſuæ felicitatis extolleret. Dei Principatum ceteros omnes excedere.

Multi Regiam Maieſtatem admirati, vel adulati anteponunt ſceptrum Infulæ. Sapientiores verò, & ab omni ſuſpicione adulationis, ac erroris alieni, hanc illi præferunt. Magna ſunt iura Principum; ſed in Sacerdotibus apex eſt dignitatis, ſummæ gloriæ imago. Maius quidem eſt reuera Sacerdotium Principatu. Principem ſemper ſoluit, & ligat Sacerdos; & ratum ſemper erit in Cælo apud Deum rectum Sacerdotis iudicium. Hæc ſpiritalis poteſtatis eminentia ex præſtantiori eius fine colligitur: Eccleſiaſtici enim magiſtratus finis eſt, ſubditos ad pietatem, religionemq́. & ad ſupernaturalem feli- Quàm præſtans ſit Sacerdotij dignitas. Præſtantiam Sacerdotij ex eius fine argui.

citatem

citatem deducere; quod eſt præſtantiſſimum: Politici verò ſcopus eſt, ſolùm pacem, & publicam vtilitatem ſpectare, virtutemq́, moralem, & Ciuilem felicitatem. In hoc tamen ſummo ſtudio hæ duæ videntur coniungendæ poteſtates, vt mutuo auxilio ciues ad morum prouchant ſanctitatem. Sacerdos docẽdo, hortãdo, aliquãdo etiã cogẽdo, æterna præmia ꝓponẽdo, à vitijs auocat, & ad virtutem adducit; id quod præſtat & Princeps, licèt Imperio magis, quàm monitis. Ciuilis enim poteſtas per ſe, externa opera tantummodò ſpectat; Eccleſiaſtica autem animas, & internam pietatem reſpicit, & intuetur: hinc pœnæ Ciuiles ferè externæ ſunt; vt infamia, exilium, mors: Eccleſiaſticæ verò internæ pleræque, vt excommunicatio, & irregularitas, quæ ad animas pertinent. Ex his itaque poteſtas ſpiritualis abſolutè dignior elucet, & præſtantior ciuili, cùm finis ſacræ poteſtatis ſit multò præſtantior.

Ad Ciuilem felicitatẽ Eccleſiaſticã ac temporalem dignitatem vna conſpirare debere.

Hinc poteſtatis ſacræ tantam exiſtimo eſſe dignitatem; vt abſolutè cenſcam, nullam cum hac eſſe comparandam. Conſideret vnuſquiſque Sacerdotij dignitatem, eamque intueatur à priuilegijs, & exemptionibus, quæ partim diuino, partim ſunt humano iure conceſſæ: animaduertet enim in rebus Eccleſiaſticis nullum ius eſſe Imperatoris, aut Principis; immò in omnibus ad cultum diuinum ſpectantibus Regiam voluntatem ſubditam eſſe Sacerdoti, reperietq. in eo tam ſublimem eſſe poteſtatem; vt, quod aurum in metallis eſt, id Sacerdotium ſit, ſi cum Regno comparetur. Hoc idem ſentit, & Atheos ille ſcriptor, & diuinæ prouidentiæ impugnator; de Pontificio enim, ſacroq. Principatu diſſerens, licet hunc aut virtutis, aut fortunæ beneficio cenſuerit obtineri; neutrius tamen opera voluit conſeruari. Hi vni, inquit, omnium dominatum habent, nec illum defendunt. Habent, vt, qui ſubijciuntur, populos; quorum tamen regendorum cura nulla tanguntur: eorum Prouinciæ indefenſæ cùm ſint, qui ab eis auferat eas, nemo eſt: Populi ſub eorum adminiſtratione, cum ſe neglectos ſentiant; ſeditiones haud excitant; vt autem ab eis ſe ſe ſubtrahant, aut explicẽt, tãtũ abeſt; vt ne poſſint quidẽ: hi vni ex omnibus dominatus ſecuri ſunt, & felices. At nõ Chriſtianũ tantũ Imperiũ his potitum eſt dignitatibus, ac priuilegijs; verùm & Iudæorum olim magno in honore habitum, vti opus, & imago ſuperni illius, quod Chriſtus verus Sacerdos, & verus Rex per ſe, ſuoſq. Legatos, & Vicarios Pontifices intulit Eccleſiæ. Hinc ad gentium impios Sacerdotes poteſtatem ſuperſtitio deriuauit. Meroes, quæ eſt Regni Aethiopici Metropolis, penes Sacerdotes ſumma erat poteſtas, tantaq́. authoritas, vt nonnumquam miſſo nuncio mortem Regi imperarent, & alium ei ſubrogarẽt.

Quàm multis fruatur prerogatiuis Sacerdotiũ.

Sacerdotem inter ceteras dignitates vt aurum inter metalla.

Iudæorũ imperium Typus Eccleſię.

Quanta eſſet Sacerdotum authoritas apud Aethiopes.

In Aegypto non minor authoritas: Iudices enim apud Aegyptios ijdem erant, & Sacerdotes. Perſæ magos quam maximè venerantur: Horum conſilio, & prædictionibus publica omnia adminiſtrantur; quid quiſque præmij promereatur, quidq. pœnæ, decernunt: nec ſanè vel legitimum aliquid, vel æquum videtur, quod Magorum non ſit ſententia firmatum. Romani in Ius Sacerdotij multa contulere, a quo fœderum, bellorum, paciſq. rationem trahebant. Cauſa tam honoratæ ſuperſtitionis erat, quod Numen ipſum venerabile agnoſcentes, cultores eius colendos arbitrabantur. Accedunt aliæ prærogatiuæ Sacerdotum authoritati conceſſæ; quæ partim diuini, partim humani ſunt iuris. Iure diuino Sacerdos eam habet immunitatē, quæ ad ſacrificandum, ad docendum, ad ligandum, & ad abſoluendum eſt neceſſaria; nec expreſſis decretis, nec per ambages, nec per callidam verſutiam in ſuo munere poteſt impediri, ne officijs curialibus, ſtudijs, ac precibus vacare poſſit. Epiſcopi munus eſt paſcere oues, ſeruare integras, contritas alligare, & debiles fouere; omnibus, monitis, adhortatione, conſilio, ac auxilio; adeſſe; conſolatione, atque increpatione prodeſſe: non igitur ita à Principe in aulicis negotijs, legationibus, militia, ac Prouinciarum adminiſtratione diſtrahi poteſt, vt munus ſuum nequeat explere. Huic omnino proſpectum eſt iure humano etiam Principum, hoc eſt piorum munificentia; prædia enim Eccleſiæ tributa ſunt, quæ vt vſibus cæleſtium rerum dedicata, ſordidorum munerum fæce pollui nefas eſt. Huic multis legibus cautum videmus, præſertim Federici Secundi Imperatoris, & Conſtantini, qui etiam coniugia Clericorum, ac liberos eorum, mares pariter, ac feminas immunes ſemper à quibuſcumque muneribus eſſe voluere. Nec credat Princeps vllum ius habere in Eccleſiaſticis rebus. Ozias Rex turibulum ferens, contra legem Dei ſacrificium ſibi violenter aſſumens reſiſtente Azaria Sacerdote, cùm obtemperare recuſaret, & credere; diuina indignatione confuſus lepræ maculis in fronte fœdatus eſt; neque enim Princeps Sacrorum eſt Iudex. Conſtantinus Magnus cùm ad eum Donatiſtæ appellaſſent; eos ad Melchiadem reiecit. Valentinianus, cùm Hipatianus Heracleæ Epiſcopus eum de loco Concilij conſuleret; reſpondit ſibi non licere ſe negotijs Eccleſiaſticis immiſcere; proinde ipſi, vbi iuberet, conuenirent. Theodoricus Gothorum Rex Arrianus Symmacho accuſato iudices Epiſcopos eſſe voluit, ad quos cauſæ diſcuſſionem remiſit: illum imitatus Nepos eius Athalaricus, noluit Clericos à ſæcularibus iudicari.

Quāta apud Aegyptios, & Perſas.

Quāta apud Romanos.

Quas prærogatiuas habeat Sacerdos iure diuino.

Epiſcopi munus à quo impediri non poteſt à Principe.

Leges à Federico II. & Conſtantino Imp. p Clericis latæ.

Principē in eccleſiaſticis rebus nullū ius habere. exempla ad idem.

Sacerdotium quippe ita colit, ac veneratur ciuilis poteſtas, vt ei ſe ſubditā eſſe re omninò fateatur. Sacerdotum eſt, qui legatione

Quanto honore afficiatur Sacerdo-

tium, quâq; magna ſit authoritas huius in Principes quoſq;

legatione Dei funguntur, docere: Principum verò, his auſcultare, vti præcipienti Deo; ſi autem Sacerdotibus omnes Principes, tàm maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi non obtemperauerint; non ſolùm infames; ſed extorres à Regno Dei, & conſortio fidelium, & à Liminibus Sanctæ Dei Eccleſiæ explodendi. Hinc multorum Sacerdotum ad Summos Principes liberrimæ leguntur increpationes; cuius rei, ſi aliqua requirantur, exempla non deſunt. Beatus Innocentius Pontifex Arcadium Imperatorem, quia conſenſit, vt Sanctus Ioannes Chryſoſtomus à ſua Sede pelleretur; à Chriſti grege ſemouit. Beatus Ambroſius, licèt vniuerſæ non præeſſet Eccleſiæ, vt notam, quæ ceteris Sacerdotibus grauis videbatur, iniuriam deleret; Theodoſium Magnum Imperatorem, à fidelium conſuetudine abiungens, ab Eccleſia excluſit; & ſcriptis etiam ad poſteros tranſmiſſis, eloquenter oſtendit aurum non tantò pretioſius eſſe plumbo, quantò Regia poteſtate altior eſt dignitas Sacerdotalis. Zacharias Summus Pontifex Regnum Gallicum à Ludouico in Pipinum tranſtulit: item Stephanus Secundus Imperium à Græcis in Germanos, & Carolum Magnum Pipini filium confirmauit; & Germanis maiore priuilegio Imperatorem eligendi tradidit poteſtatem. Id ipſum probauit Innocentius primus in Arcadium Cæſarem. Reſtitit & Liberius Summus Pontifex conuenticulis à Cæſare indictis contrà Athanaſium. Duo gladij Petro fuere, iuriſdictionis vtriuſque ſymbolum referentes; quorum alterum tamen in vaginam iuſſit remitti; neque enim voluit corporis mortem paſſim ab Eccleſia inferri; quamuis in lege veteri Sacerdotes gladio vterentur; qui & hanc Eccleſiæ poteſtatem indicaret. Eo vſus eſt Samuel in Agag Regem; Elias in Prophetas Baal; Eliſeus in pueros irriſores; Ioiadas in Athaliam; & ipſe Petrus in Ananiam, & Sapphiram. Huius Sacerdotij magiſtratus ciuilis eſt defenſor. Argueretur Sacerdotiū pluribus, Princeps Chriſtianiſſime, inquit Bonifacius ad Honorium, niſi apud te eſſet ſecurum cauſarum; & niſi in oppreſſionibus ſuis, & hæreticorum correctionibus fide tua, diuino cultu, & pariter cum Imperio ſemper florente vinceret. Hinc etiam iureiurando obſtringitur Summo Pontifici Imperator: Cuius in Decretis Othonis tale extat exemplum. Tibi Domino Ioanni Papæ ego Rex Otho promittere, & iurare facio per Patrem, & filiū, & per ſignum hoc Crucis, & per has reliquias Sanctorum, quòd ſi, permittente Domino, Romam venero; Sanctam Romanam Eccleſiam, & te Rectorem ipſius exaltabo quam plurimùm potero; & nunquam vitam, aut membra, & ipſum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo conſilio, aut meo cōſenſu, aut

Quæ liberè dicta, aut facta à Sanctiſſimis Pontificibus cum Principibus Eccleſiæ nō obſequentibus.

Duos gladios Petri duplicis fuiſſe iuriſdictionis ſymbolum. Altero quā veteris legis Sacerdotes vſi fuerint.

Magiſtratū Ciuilem defenſorē eſſe Sacerdotij.

Ob id Summo Pōtifici obſtrīgi Imperatorē iureiurando Quod nam eius extet exemplum.

aut mea exhortatione perdes: & in Romana Vrbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de his omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio; & quidquid de terra Sancti Petri ad noſtram peruenerit poteſtatem; tibi reddam; & cuicumque Italicum Regnum commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit ad defendendam terram Sãcti Petri, ſecundùm ſuum poſſe. Sic me Deus adiuuet,& hæc Sancta Dei Euangelia. Ex his itaque, vt præferatur ciuili dignitati Sacerdotium, clariſſime liquet.

De Principatibus delatis per generis ſucceſsionem, ob plurimam vtilitatem ferè ſemper in vſu habitis: quàmque maximè deceat, filijs in ſpem Imperij educatis, à patre viuente aliquid impertiri authoritatis.

CAPVT IIII.

NATVRA mortalium prauis animi affectionibus agitata,regnandi cupiditate ità rapitur; vt ſine vllo diſcrimine ſexus, ætatis, ſanguinis, & morum; turmatim bonos, ac malos, ſecum ad omnes imperandi conatus abripiat: & niſi huic dominandi cæcæ, & flagranti cupiditati duo obſtitiſſent;Regnantium videlicet ſucceſſio, & electio;omnes iiſdem ſtimulis incitati præcipites agerentur; & totus terrarum orbis confunderetur; & fine vlla ſpe ſalutis rueret in præceps. Ex Principe Principem naſci ſemper tutius fuit; arbor enim vt plurimùm antequàm annoſa decidat, floreſcit, & ſuaues emittit fructus. Succeſſionem iam dixerim, cum iure gentilitatis, liberis, vel agnatis, Principatus traditur: Id quod duobus contingit modis, directè, & oblique; filios, nepotes, pronepotes directè; reliquos verò ex tranſuerſo,veluti obliquè, ſuccedere dicimus. Ex his, qui directè ſuccedunt, aut ſunt primogeniti; aut,his ſublatis, reliqui, vel maſculi, vel feminæ: Ex his verò, qui obliquè; filij fratrum, & alij conſanguinei.

Innata omnibus imperandi libido.

Refert Thucydides antiquitùs, antequàm ambitio ad mutandam Rempublicam Græcos impuliſſet, eoſdem ſexcentis continuis annis rectos fuiſſe à Regibus per ſucceſſionem legitimam vocatis, in quibus fuerunt Athenienſes, Spartani, Corinthij, Thebani, Epirotæ, & Macedones veterum Regum

Quã in vſu habiti fuerint Principatus ſucceſſiui.

Digitized by Google

Piſiſtratus, vt Regē ſe, non Tyrānū probauerit.

Imperio ſubiecti. Contendit Piſiſtratus oſtendere, cum occupaſſet Tyrannidem Athenienſium, ſe Regnum ſibi debitum vſurpaſſe; ipſe enim, inquit, genus à Cecrope duco, & id meo mihi Iure vindico. Quod Regnum Athenienſes olim cum iureiurando firmaſſent; Codro, illiuſq. genti præbuere, & poſtmodum abſtulerunt. Perſarum Reges iure ſucceſsionis imperitarunt; refert Iſocrates, eorum Monarchiam non aliam ob cauſam ad tantum faſtigium euectam fuiſſe, niſi quòd Reges Perſarum, non electione, ſed ſucceſsione ad Sceptrum vocarentur: poſt mortem enim Parentum, Regnum transferebatur ad liberos; quibus è vita ſublatis, quaſi per manus, propinquioribus de agnatione tradebatur; idemq. ſeruatum eſt, translato Imperio ad Parthos. Hunc morem ſeruauere etiam ferociores aliæ nationes; inſtitutis namque Regnis poſt primum electum, ad filios ſemper tranſlatum eſt Imperium. Sic poſtquàm Coſroes Perſa Ciliciam, Perſidem, Mediam, Armeniam à Romanorum ditione ad ſe tranſtulit, ſibiq. vſurpauit: cœpit anno quinto Imperij Iuſtiniani regnare; & Imperatorem Aſiæ ſe appellauit; Regnumq. Perſicum ad ſuos ſucceſſores per trecentos annos dimiſit; quouſque à Saracenis, vel Agarenis fuere expulſi. Aegyptij quoque à Rege primo vſque ad Sethonem vltimum Regem, & Sacerdotem, per ſucceſſionem continuam ex genere trecentos quadraginta Reges numerauere. Nec tantum Reges, Perſis, & Indis fuere, verùm & Tartaris, Germanis, Gallis, Hiſpanis, Anglis, Turcis, Moſcouitis, Allobrogibus, Etruſcis, plurimiſq. alijs Populis, & Regionibus extitere. Ipſi Tartari ſuo obtemperarunt Regi, qui appellabatur Cingis; ex quo prodiere plurimi alij, qui ditioni Turcarum ſubiecti vexillum, & ſceptrum ex manibus tæterrimi Tyranni ſuſcipiunt. Inter Germanos etiam omnis dominandi ſpes in ſucceſſione collocatur; vbi plurimæ Prouinciæ numerantur, quæ diuerſis ſubiectæ Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Archiepiſcopis pro animarum tranquillitate inuident nemini. Nec à tam recto tramite declinauerunt Galli, qui à Faramundo primo, vſque ad Pipinum; ab eo vſque ad Hugonē Capetum; & ab Hugone vſq; ad Chriſtianiſſimum hunc Regem Ludouicum, continuum, & ſucceſſiuū Regnum habuiſſe gloriātur. Hiſpani plurimos Reges cōmemorant; in primis Pelagiū primum, cui ſuccedens Veremundus tertius, reliquit poſt ſe nuptā Sanctiā Ferdināndo Caſtellæ; à quibus geniti ſunt Alphōſus octauus, & Ferdināndus, alijq; qui poſtea propter Ioānæ cum Philippo Auſtriaco matrimoniū huic præsēti Inuictiſſimo Hiſpaniarū Regi tradidere Regnū. Angli ſemper ſucceſſionem Regni retulere ab Egberto primo Rege vſque

Perſarū Monarchiā ob Regum ſucceſſionē tātū creuiſſe.

Coſroes Perſa per vim ad ſe tranſlatū Aſiæ Imperiū ad ſuæ gentis ſucceſſores per trecētos annos propagauit.

Aegyptij à primo ſuorū Rege ad Sethonem poſtremū trecentum, & quadraginta Reges numerarunt.

In Germania dominādi ſpem in ſucceſſione locari.

Idem de Gallis.

Idem de Hiſpanis.

Anglicorum Regum continuata ſucceſſio.

vſque ad Guilielmum, à quo vſque ad Iacobum Sextum continuata inſpicitur ſeries. Apud Turcas ſucceſſio magni ſemper eſt habita: primus Turcarũ Imperator Othomãnus reliquit poſt ſe Orchanẽ, Amurathem, Baiazetem; ex quo alij orti Imperatores ſemper ſucceſſionem amplexi ſunt, vti tantæ ditionis firmiſſimum propugnaculum; ex quo factum eſt, vt Summum Imperium ad Muſtapham vſque peruenerit. Suis non caruere Ducibus Moſcouitæ, ab Ruſco vſque ad Michaelem Fendruelum ſtirpem ducentes. Allobroges Bertoldum, ſiue Beraldum filium Vithichindi, Magnæ Saxoniæ Regis titulo primi Comitis extulerunt; nunc Victorium à Carolo ſtrenuiſſimo Duce ortum, ſuum Ducem agnoſcunt. Etruſci olim non inuiti ſub Alexandro Primo totius Etruriæ Magno Duce, nunc non ſine maxima animi geſtientis lætitia, pariq. admiratione Ferdinandum Magnum Ducem, ſapientiſſimorum Ducum ſucceſſorem, præſtantiſſimum colunt, ac venerantur: ſub eius ſuauiſſimo, atque Auguſtiſſimo Imperio aurea nacti tempora vndique ſe ſe tutos arbitrantur; & vbique felices intuentur: quorum ſumma felicitas aurea affinitatum, & cognationum catena Sereniſſimorum Ducum, Chriſtianiſſimorum, & Catholicorum Regum, Sacræ Maieſtatis Imperatorum, ac Summorum Pontificum ita nectitur, ac colligatur, vt nullo Bellonæ ferocientis ferro, nullo furentis Martis fulmine frangi poſſit, vel lædi: quiq; in Templo gloriæ tanti Principis, & Magni Ducis tot Trophæa læti admirantur, vt in terris cæleſtem amplitudinem, gloriam, & ſummam felicitatem nacti eſſe videantur. Nec minus Parmenſes extollunt ſuosglorioſiſſimos Duces; qui in regendis Ciuitatibus, ita arte militari, ac animi præſtantia excelluere; vt ex eis extiterint fulmina belli, & ſapientiæ lumina; quæ omnia nunc in Sereniſſimo Odoardo ſuauiſſimo, ac ſtrenuiſſimo Duce eouſque emicant, atque elucent; vt feliciſſimus ſucceſſor, & heres vnicus omnium bonorum tam animi, quàm fortunæ tot Sereniſſimorum, & præſtantiſſimorum Ducum præclaras virtutes, ac laudes in ſe vno tamquam in excelſo ſummæ gloriæ faſtigio cumularit: quem idcirco ſubditi ſumma cum veneratione amplectuntur, & ſummo fideliſsimi animi amore proſequuntur. Mutinenſes verò non minus felices lõgo florentis ſucceſsionis ordine proferunt feliciſsimos, ac Sereniſsimos Duces ſuos; quorum rebus præclarè geſtis, & ſummis laudibus plena ſunt Hiſtoriarum, ac Poematum volumina: & nunc in flore ætatis eius, quem colunt, & admirantur omnium Eſtenſium Ducum florem, & fructus iam maturos agnoſcunt exultantes.

Turcarũ Imperij ſucceſſionem firmiſſimũ eſſe propugnaculum.

Moſcouitarũ Ducũ ſeries.

Allobrogũ.

Etruſcorũ.

Parmenſiũ.

Mutinenſiũ.

Quam vtilis ſucceſſiuus Principatus.

Et certè ad euitandam animis mortalium inſitam ambitionem, non parùm conducit hæc ſucceſſio. Viuente Principe ſine ſpe futuræ ſucceſſionis, ſtruuntur inſidiæ, parantur coniurationes. Quid autem mali afferant flagrantes Imperij cupiditates, teſtantur apertiſſimè miſerrima inteſtina Romanorum bella, Marij, Syllæ, Lepidi, Cæſaris, Pompeij, Antonij, & Auguſti: hinc enim factiones, ærarij expilationes, & interitus Reipublicæ oriuntur, & ſimulates inter ciues, & Prouinciales; quæ cōqeſcūt omnia, cū certus exiſtit genere ſucceſſor: nō regiones, nō claſſes perinde ſunt tā firma Imperij munimenta, vt liberorum numerus. Confirmantur hæc illuſtri exemplo Philippi

Interrupta Mediolanēſium Ducum ſucceſſio q̄d nō attulerit incommodi.

Mariæ Ducis Mediolanenſis, cuius non tam mors, quàm orbitas, quas perturbationes, quas calamitates, quas neces Mediolanenſi regioni attulerit, nemo eſt, qui ignoret. Populus enim, vt cognouit Ducem ſine liberis obiiſſe, non minùs liber, quàm tutus, vt credebat, conſurgens ad capeſſendam inanem libertatem, maximo cum clamore duodecim viros elegit, qui Rempublicam adminiſtrarent; ſed interim nulla interpoſita mora, vocibus vociferantis famæ excitati ſunt, qui Principatum ſibi deberi contendebant. Federicus Tertius Imperator

Quot inhiabant Imperio.

tunc ſe iure potiorem eſſe aſſerit. Alphonſus Aragonius ex teſtamento hereditatem ſibi vindicans petit. Carolus Dux Aurelianenſis ex ſanguine Vicecomitum natus, ab inteſtato eā ſibi deberi contendit. Franciſcus verò Sfortia coniugem ſuā, vti Philippi filiam, patris heredem nominat, & conatur adire hereditatem. Audiuntur legationes contendentium in Senatu Mediolanenſi; ſed fruſtrà: dilaniatur enim vbique Philippi

Quot in partes Ciuitates feceſſerint.

hereditas. Veneti Placentiam, Cremam, Laudam occupant. Ludouicus Dux Sabaudiæ Valentiam inuadit. Aſtenſes Ducem Aurelianenſem Carolum ſequuntur; qui ſuſceptis à Galliæ Rege non paruis auxiliaribus copijs, Alexādrinorum agros vaſtant, atque depopulantur. Papienſes inteſtinis agitati diſcordijs diu ancipites fuere, quibus ſe potiſſimùm partibus iungerent. Nouarienſes, Cremonenſes, Alexandrini, ac Dertonienſes Mediolanenſe Imperium ſubiere. Parmenſes in ſocietatem quodammodo recepti ſunt: tandem bellis inter hos excitatis præualuit Franciſcus Sfortia, quibus conſilijs, quāue arte, qui ignoret, arbitror neminem.

Quàm vtile aliquid ſucceſſorib' impertiri authoritatis. Id Auguſti Cæſaris exemplo.

Quæ cùm ita ſint, validiſſimum præſidium ſucceſſionem eſſe omninò fatendum videtur. hinc pium, & optimum conſilium eorum Principum ſemper fuit, qui, vt Imperium in ſua familia firmum, & diuturnum ſtabilirent, illud filiorum natu maximo conſignare, & tradere voluerunt. Cæſar Auguſtus primùm ſororis filium Marcellum; deinde generum Agrippam, tum nepotes

potes

potes ſuos; poſtremò Tiberium Priuignum in proximo ſibi faſtigio collocauit. Ioannes Comnenus Alexium filium, vt quorundam ſeditioſorum tumultus reprimeret, adhuc viuus ab exercitu Imperatorem ſalutari iuſſit. Hugo Capetus, ad quem à Caroli Magni familia Galliæ Regnum ſpectabat; ne in Regno nondum ſatis firmato rerum nouarum cupiditas turbulentas ſeditiones excitaret; Robertum filium totius Imperij ſociũ ſibi cooptauit. Ad hunc eumdem finem Principes Christiani ſibi ſucceſſuros in Imperio titulis quibuſdam, quibus veluti digito demonſtrentur, inſignire voluerũt, proximè vocandos ad ſumma Imperia. In Imperio Germanico, Romanorum Reges; in Regno Galliæ, Delphini; in Britannia, Vualliæ Principes vocantur; olim in Cypri Regno futurus Rex primogenitus Galileæ; & in Neapolitano Regno Salerni Princeps appellabatur. Quapropter Alexander Magnus iure reprehenditur, quod rogatus, quem Imperij heredem feciſſet; non nominatim aliquem dixerit, ſed digniſſimum: qua voce veluti claſſicum inter amicos cecinisset, aut Eridis pomum ieciſſet; ita omnes regnandi cupidi in æmulationem conſurrexerunt, vt infenſiſſimis odijs, belliſque, & inauditis ſceleribus ſe mutuò ſint perſecuti. Plurimos tamen non ignoro caſus eſſe, quibus nominare ſucceſſorem perniciosum eſſet. Perpendant Principes naturam filiorum, antequam eos ſocios Imperij adſciſcant; quia cupiditas regnandi multos præcipites agit; qua de re teſtis ſit Philippus II. Hiſpaniarum Rex, ſi valde dubia ſit ſucceſſio, aut periculum immineat, ne ſubditi ei omnino refragentur; haud inconſultum erit, ſi Patre adhuc viuente ad Imperium adſciſcatur filius, certaque omnino relinquatur ſuccedendi ſpes. Optimum itaque Reges ex genere, eſſe videmus; reſque publicas rectè inſtitutas potiùs vnius Imperio, quam numeroſæ prolis ſubſidio firmari, vt latiùs ex dicendis patebit.

Ioanns Comnen' Alexiũ filium viuẽs Imp. ſalutari iſſit. Hugo Capetus filiũ ſibi deligit collegam in Regno.

Alexãdri Macedonis ſugillatio, quod certum ſibi ſucceſſorem non deſtinauerit.

Principatus, qui ſucceſsione quæruntur, Primogenitis deberi ſemper alijs præferendis.

CAPVT V.

SI contigerit Principem è vita migrantem multiplicem ſobolem ſibi ſuperſtitem relinquere; Primogenito Principatum deferendum eſſe, quis ibit inficias? quamquam enim plures ad Imperium aſſumptos aliquando conſtet; in quibuſdam tamen Regnis experientia comprobatum eſt, nec certam, nec longam fuiſſe

Nõ expedire ſubditis à pluribus ſimul regi.

ſocieta-

ſocietatem, nec vllo pacto ſubditorum ſaluti Principum pluralitatem expediſſe; vbi enim plures imperant, procul eſſe contentiones, ac diſcordias, difficile eſt. Quocirca ex conſuetudine ferè Iuris gentium, Imperia, Regna, & Principatus vnus tantum obtinet, & hic Primogenitus; quem ſi ſine liberis obire contingat; proximior, & grandior ætate ſubſequitur; & hoc exemplo Politiæ Apum conſuetudo iam obtinuit, vt Principatus, Ducatus, Marchionatus, & dignitates, nedum Regna, inter fratres minimè diuidantur; ſed Primogenito, vel proximiori deferantur: ſicq. familiarũ dignitas, ac ſplendor perpetuo elucet, cum tituli diuiſio vilem reddat dignitatem, ſæpeq. familias ad nihilum redigat. Apud antiquos Hebræos Primogeniti ſemper in honore fuere, potiorq. eorum, quàm ceterorum fratrum conditio. In Deuteronomio ſancitum erat, vt parentes Primogenitos largiori, ditiorique hereditatis parte donarent; nec odio, amore ve impulſi aliter ſancirent, vt lex iſta poſteris profutura, perpetuo in Republica conſeruaretur. Porrò, vt in diuidenda hereditate, Primogeniti reliquis fratribus præferebantur; ſic his quoque loci honeſtioris, digniorisq. optio tribuebatur; cuius honore non tantum èminebant, verùm & alijs veſtium ornamentis, alijſq. dignitatibus decorabantur, quibus ceteris fratribus præſtarent; quorum factus æmulus Conſtantinus Magnus Imperator, Summo Pontifici, quaſi Matris Eccleſiæ primogenito Imperatoria inſignia conceſſit, ac tradidit.

Quãto in honore Primogeniti habiti fuerint ab Hebræis.

Hæc cum ita ſint non aliunde huius rei decerpi poteſt ratio, quàm ex maioris vi amotis, quo Parentes filios ſuos proſequuntur, quos primo loco ſuſceperunt. Compreſſerat per vim Amnon ſororem ſuam Thamar, quam iniuriam Abſalom Thamaris frater moleſtiſſimè tulerat; nec minùs ægrè Dauid vtriuſque parens indignũ facinus acceperat, & nihilominus ſcelus inultum reliquerat; quamquam non impunè abierit flagitioſus Amnon, cũ eũ Abſalom, vt ſororis iniuriam vlciſceretur, Pueris ſuis tradiderit trucidandum; cuius cædis ſimul, ac fama diffuſa eſt, Dauidis animum ita perculit, vt ſciſſa veſte, alijſq. animi mærentis indicijs patefaceret, quàm iniquo animo mortem Primogeniti tulerit. Cur autem parentes tãto amore primogenitos filios complectantur, poſſe multiplicem afferri rationem crediderim; vel quòd diuturniori tempore confirmata beneuolentia mutuis animi argumentis cõcreſcat; vel quod magno labore parta, cariora, iucundioraq. ſemper exiſtant. Primogeniti partus, Matri laborioſior, vtrumque parentem pluribus ſemper afficit curis, cum primogeniti ex intimis parentum cordibus totum ſibi ferè hauriant amorem,

Ratio ꝑ primogenitis ab exemplo priorum.

Pro iiſdem aliæ rationes.

quibus

quibus ſoli maximo ſemper ſolatio exiſtunt, ſi rectè viuant; Hinc oritur, eos in ſcripturis, laborum Primitias nuncupari: ſed ne cæca amoris animi cupiditate ductos credamus homines, vt ſolis Primogenitis totam Principatus hereditatem relinquerent; introſpiciatur res Ipſa. Natura enim ita comparatum eſt, vt in ſingulis viuentium generibus primogenita maiorem præferant excellentiam, ac perfectionem. Hinc Abel, cum ſacrificium offerre conditori rerum vellet; vt ſacrificium Domino gratius eſſet, de primogenitis gregis ſui obtulit ſacrificium: ob id Dominus ad Abel reſpexit, & ad munera eius. Huc accedit, quod ætatis beneficio primogeniti cautiores exiſtant, & varijs rerum experientijs prudentiores credantur. Nec aliquis miretur, minores natu grandioribus fuiſſe aliquando prælatos, cum id Dei ipſius Iudicio factum conſtare queat, quem in ſuis Iudicijs falli non poſſe certius eſt, quàm vt de eo dubitari poſſit; quamuis enim Primogeniti alijs fratribus honore antecellant; tamen non ſemel Dominus Minores Maioribus anteferre voluit, vt ſuperbiam comprimeret.

Primogenitos primitias laborum exiſtere Parentibus; Primogenitorum excellentiam eſſe à natura.

Cur nonnunquam fieri vt minores natu maioribus præferantur.

Inter Parthos hic Primogenitorum ſucceſſionis mos fuit receptus; poſt mortem enim Arſacis Regis Parthorum, qui reliquerat duos filios, Mithridatem, & Pharnacem; maior natu Pharnaces more gentis, totius Regni heres exiſtit. Sic etiam in Macedonia ius ſucceſſionis Regni primogenito, ex liberis deſcendentis Regis deferebatur; Perſeus enim natu minor Demetrij Regis filius, cum Demetrium fratrem accuſaret apud Patrem, tamquam illius vitæ inſidiantem, vt ipſe ſuccederet Regno; Pater intulit: fili, fruſtra tentas regnare; tuis optatis obſtat ætas; obſtat gentium ius; obſtat inueteratus Macedoniæ mos; obſtat etiam Patris Iudicium: hunc tranſcendere, niſi per meum effuſum ſanguinem, non potes. Apud Spartanos idem ius fuit, vt mortuo Rege, ex eius liberis imperaret natu maior. Hoc & in Hũgariæ Regno ſeruatum eſt, vt in eo ordine ſobolis primus ſuccederet. Apud Barbaram Gothorum nationem, hanc conſuetudinem locum habuiſſe pro comperto habemus. Siſenandus poſt mortem Patris Cintillæ, Viſigothorum Regis, Hiſpaniæ Regnum per Tyrannidem inuaſit, occiſo Cintillæ Primogenito, ad quem hoc pertinere videbatur. Eadem lex apud Polonos: Craci enim Principis Polonorum filius natu minor Lechus cum maiorem, cui Craco nomen erat, ſpecie venationis in ſiluas ductum, incautum occidiſſet; & mentitus ſimulatis lacrymis eum perijſſe, honorificè ſepeliſſet, & ita obtinuiſſet Principatum, qui necato fratri maiori natu debebatur; non multo poſt, detecto ſcelere, deturbatus fuit Principatu, & in exilium actus. In Galliæ Regno ſuccedit primogenitus ſolus,

Ius Primogenitorũ ſeruatum apud Parthos; & plures alias nationes.

Ius ſucceſſionis Primogeniti apud Macedones.

Idẽ ius apud Spartanos, Hungaros, & Gothos.

Idem olim apud Polonos.

Idem apud Gallos.

ſolus, quo deficiente, alij fratres ordine ſuccedunt. Diuiſum aliquando fuit Regnum; ſed cum ad internecionem vſque perueniſſet; tandem eo ad priſtinum ſtatum reducto; minimè poſtea idipſum diuidi placuit; quemadmodum & in priſco Francorū Regno obſeruatū vidimus; ex quo Antenor ante Domini ortum imperare cœpit, cum in Schancellis Inſulis victus, necatus eſt à Gothis; vnde pulſi Sicambri ſub filio eius fuere: huic poſt mortem Marcomirus filius ætate maior ſucceſſit, qui regnauit annos vigintiocto; & ſic alij, ex quibus creandorum Regum per ſucceſſionem inueterata, & inuiolata habetur conſuetudo; in qua primogeniti ſunt ſine vlla diuiſione relati. Natura illius Regni eſt, vt ad vnum, aut filium, aut proximiorem, filio deficiente, perueniat; hocque, non tam iure voluntatis vltimæ præmorientis Regis, quàm iure conſuetudinis ex tacita Regni lege recepta. In alijs Regnis id etiam obſeruatur tam Hungariæ, quam Luſitaniæ. Adijciam tamen primogenitum ſemper intelligendum eſſe, habita, & relata ratione ad ætatem liberorum, non ad tempus, quo Rex, aut Princeps, aut nobilis, vel alius, qui huius iuris habiturus eſt ſucceſſionem, adeptus bona eſt; in quibus iure primogenito ſuccedendum ſit, quemadmodum in ſucceſſione Regni Perſarum, Dario mortuo Iudicatum eſt; in quo prælatus fuit Ariobarzanes primogenitus eius, etſi genitus fuiſſet antequam Pater eius Regnum fuiſſet conſecutus.

Gallici Regni ſucceſſio ad quos deficiēte Regia familia deferatur. Idem apud Hungaros, & Luſitanos.

Qui veniant primogenitorum nomine.

De ijs qui ex tranſuerſo ſuccedunt, & de more gentium diuerſo in filiorum, filiarumve ſucceſſione.

CAPVT VI.

Ex ſupradictis ſatis aperte conſtat, in Primogenitum debere tranſmitti Principatum ab eo, qui multiplicem Prolem maſculam ſuſceperit. Quod ſi Patre ad huc ſuperſtite, è vita decedat primogenitus; qui poſt hunc ſequitur, frater, Principatum ſuo propè iure conſequitur, ceteriq; deinde ætate grandiores; ſi primi immatura præoccupati morte, ſine prole, claudant dies: Si verò vna cū maſculis feminas, e viuis excedens Princeps poſt ſeſe relinquat; aut ſi hæ ſolæ exiſtant, varij tunc in ſucceſſione ſunt ritus. Communis gentium

tium mos fuit, vt æquè ſuccederent parentibus inteſtatis ſine ſexus diſtinctione: Quod & legibus Viſigothorum cautum eſt, apud quos, vt & apud Romanos, vocantur ordine, primum filij, poſt hos Nepotes; ſubinde Pronepotes; quorum defectu Pater, Mater, Auus, Auia, ac deinceps gradu proximiores ad Principatum euehuntur. Et quoniam non diſtinguebat ſexum Lex duodecim tabularum in hac inteſtati ſucceſſione; ritum hunc non ſuſtinentes Prouinciæ quædam nobiliores habitæ, quæ vtrumque ſexum accuratiùs conſiderarunt; feminis maſculos prætulere.

Quid ſi ſolæ feminæ maneant ſuperſtites.

Lex duodecim tabular. non diſtinguebat ſexũ in ſucceſſione.

Iure Armeniorum antiquo, neque Parentibus ſuccedebant feminæ, neque fratribus. Boianorum legibus ſancitum erat, vt fratres æquè diuiderent ab inteſtato Patris bona; &, ſi ex diuerſis geniti eſſent matribus; vnuſquiſque ſuæ Matris heres ſtatueretur. Alemannorum hæc erat lex, vt ſi duæ ſorores fratribus vixiſſent ſuperſtites; ad ipſas hereditas perueniret. Anglis, ſeu Thuringis eadem ferè lex; filium enim bonorum omnium decernit heredem; ſi filius non ſit; ad filium pecunias, & mancipia; reliqua verò ad proximum paterni generis conſanguineum pertinere dijudicat. Burgundiorum ſimilis lex à Gondebado Rege lata eſt, & Saxonum non abſimilis.

Quã varius feminarum ſucceſſionis mos.

Hac in re q̃ fuit Alemannorum lex. Itẽ Anglorum.

Item Burgundiorum.

In lege autem Salica, quam Faramundus Rex Francorum per Sicambros illos prudentiſſimos Viciſogoſtram, Bodagaſtẽ, & Vuindogaſtem iuſſit ferri; quamque poſtea, & correxere, & auxere, poſt Clodoueum Regem primum Chriſtianum, Clodoueus, Childebertus, & Lotharius; ſic ſcriptum reperitur. De Terra ſalica in mulierem nulla portio hereditatis tranſit, ſed hanc virilis ſexus acquirit: hoc eſt, filij in ipſa hereditate ſuccedunt. Manu legis huius Salicæ, ſemper in Regno Galliarum, ſuffulti maſculi filij, excluſis filiabus ſceptrum tenuere; & hæc lex iudicio firmata eſt, ferroque, & rationibus comprobata. Sic enim iudicatum eſt, contra filiam Ludouici Hutini, vxorem Caroli Comitis Ebrolcenſis, quæ poſt mortem Patris vnica ſuperſtes Regnum Galliarum, & Nauarræ, cuius etiam Rex fuerat Pater, ſibi petebat; ſtatutumque iuxta conſuetudinem fuit, vt à ſucceſſione Regni Galliarum pelleretur, quod illud non niſi maſculis deferretur: & proinde delatum fuit Regnum Philippo Longo eius patruo, fratri Ludouici Hutini; datum verò vxori Caroli Regnum Nauarræ, quod iure ſucceſſionis transferri in heredes cuiuſcunque ſexus ſolet; Sicque non tantum filiæ à Regni Francorum ſucceſſione excluduntur; ſed etiam earum filij, ne tranſeat hoc Regnum in alienam familiã per filias; Et quia excluſa aliqua perſona, ex ea deſcendentes quoque excludi eſt neceſſe. Hinc orta bella, & prœlia inter Anglos,

Vis legis Salicæ Faramundi Regis Francorũ iuſſu latæ, ne feminæ ſuccederent.

Confirmata exemplo.

Vnde orta bella inter

Anglos, & Gallos, & qua occaſione.

Anglos, & Francos; quia ſibi perſuaſerunt, ex proximitate Iſabellæ Regnum poſt Carolum Pulchrum ad illam, & eius poſteros peruenire poſſe, iure ſucceſſionis; non conſiderata lege Salica à Principibus præſcripta, & conſuetudine inueterata; quæ etiam ſine lege expreſſa, legis inuiolabilis vim haberet. Quò circa minimè mirandum eſt, cur Angli, nubente Maria ſorore Regis Angliæ, Ludouico duodecimo Francorum Regi, Regni ius remiſerint, quod putabant ſibi in Regno Gallorum deberi, idque conſenſu, & conſilio ſapientum..

Ratio ab Imperio feminarum exclusionis.

Semouendas verò feminas ab Imperio, ratio illa haudquaquam obſcurè videtur ſuadere; quod femina Regni alicuius heres conſtituta, ſi nubere recuſauerit,ac ob id nullam ſuſceperit prolem; Rempublicam in magnum diſcrimen adducit; cum potentiſſimum Imperium ſub inſidijs feminæ periclitari non leuiter poſſit: Si verò nupſerit, aut peregrino Principi, aut Ciui ſubdito ſuo: ſi peregrino; iam Regnum ad exteros traducitur, ciuibus frementibus, Principiſque ſui coniugi, nedum peregrino parere recuſantibus: ſi Ciui, ſubditoque ſuo; non ſine incommodis euaneſcit, in tanta conditionis diſparitate æqualitas illa voluntatum conciliatrix, conſeruatrixque beneuolentiæ, ſine qua matrimonia, ſuſpicionibus, rixis, & mutuis odijs, ac quotidianis ferè conuicijs ſubiacent. Verùm quia *aliæ* in alijs Regnis, velut in Regno Nauarræ, & Hiſpaniæ conſuetudines extitere, aut etiam leges ſancitæ ſunt; quod in illis conſtitutum fuit, iuri, æquitati, & Reipublicæ conſentaneum cenſendum eſt; & à Principibus, iiſque, quorum intereſt, tamquam publicis commodis opportuniùs vſurpandum.

Ab hac conſuetudine Hiſpanos abhorrere.

Modi quidam generales, & adiumenta ſtabiliendo Regno, hereditario iure comparato.

CAPVT VII.

QVICVNQVE Imperij habenas præ manibus habet, gubernationis rectæ finem, vt benè, beateque ſubditi, belli, & pacis temporibus viuant, non expendet tantùm; verum etiam, & natura Principatus recto rationis momento religioſè examinabit: vnus enim Principatus vnum Typum, & normam regendi exoptat; alius alium; Regius alias leges, & conſtitu-

Principatũ pro varietate ſua variũ etiam typum habere.

conſtitutiones exigit; alias Deſpoticus: Hinc ratio, vt aiunt, ſtatus oritur; quæ nimirum aut bona, aut praua eſt; alia enim eſt prudentum; alia ſtatus: Si finis laudabilis eſt; recta ſtatus ratio habetur: Sin minus; praua ratio aſtutia cenſetur. Hinc Princeps, qui verum, & honeſtum finem intuetur; ante oculos ſuam, & ſubditorum propoſitam habens felicitatem, quam aſſequi contendit; aut ſe Principem abſolutum, certis tamen legibus deuinctum; aut omninò abſolutum videt: Si ſe Principem abſolutum agnoſcit; non ignoret æquitatem, amorem, obſeruantiam, liberalitatemque in Ciues, & ab ipſo ortam abundantiam, pacem, & iuſtitiam; præcipuas eſſe cauſas conſeruandi Principatus: certum namque eſt Ciues, & alios ſubditos, dummodo ab omni externi, aut ciuilis belli, domeſticarum inſidiarum, omniſque iniuriæ metu liberos ſe eſſe ſciant, & rebus neceſſarijs affluentes; cetera nihil ducere, vel penſi habere: non abſolutus verò Princeps rectè perpendat leges, quibus Principatum eſt aſſecutus, iiſque ſemper obtemperet, & ſuis ita conſulat ciuibus, vt ſibi, & eis perpetuam pariat felicitatem.

Non difficilem ſe Princeps more Tyrannorum; ſed facilem, & humanum præbere debet; ita tamen, ne ex hac facilitate in contemptum incidat, & ſua ſponte videatur eſſe contemptus. Humanitatem cum grauitate quadam coniunctam præſeferat; & ita ſe ipſum componat, vt ſaltem talis habeatur. Reges inſipientes, aut parum prudentes, imperitis ſtatuarum effictoribus comparantur; nam vt illi, quo deformiora ſigna ſua, diſtorto ore, & ſpecie horrẽda, ſculpſerint; putant eo pulchriora videri, & ſplendidiora; ita hi imprudenter vocis grauitate, vultu minaci, toruis oculis, morum aſperitate, & ſolitudine, maieſtatem Imperij ſibi perſuadent imitari, atque oſtendere; non ſane illis ſignis Coloſſicis longè diſſimiles, quæ cum extrinſecus heroica videantur, & Deo conuenientem habere formam; interius terra, lapide, & plumbo compacta deridentur.

Principũ humanitas, vt plurimum cõmendata ſ

Libidinem, & contumeliam, non ſuam tantum Princeps, ſed ſuorum etiam, tàm vxoris, quàm liberorum, & comitum ſuorum in alios Ciues coerceat. Hoc præceptũ à M. Tullio Cicerone Q. Ciceroni fratri Aſiæ Proprætori in lectiſſima ad eum Epiſtola traditum comperio; His autem, inquit, in rebus iam te vſus ipſe profectò erudiuit, nequaquam ſatis eſſe, ipſum haſce habere virtutes; ſed eſſe circumſpiciendum diligenter, vt in hac cuſtodia Prouinciæ, non te vnum, ſed omnes miniſtros Imperij tui, Socijs, & Ciuibus, & Reipublicæ præſtare videare. Hac autem in re, quam ſæpè peccetur, ipſum quotidie docet experimentum; ſubditis enim iniuriæ maiores, eæque grauiores frequentiùs à

Libido maximè Principi effugienda.

Regum ſocijs, & familiaribus, quam ab ipſis Regibus inferuntur. Claudij Imperatoris acta fuere laudabilia; ſed Sociorum eius, ac liberorum, & vxoris Meſſallinæ intolerabilia, ac nefanda: Corporis voluptatibus vtatur moderatè, aut ſaltem ita domi viuat, vt vulgo à rebus Venereis alienus, in cibo parcus, in potu ſobrius, & in ſomno temperatus habeatur. Somnolenti enim, ac vinolenti facilè conteri ſolent, & opprimi; vt Pheræum Tyrannum vino, ac ſomno obrutum accipimus interemptum. Et Dionyſium Iuniorem Siciliæ Tyrannum, Aſtiagem Medorum Regem, Domitianum, Neronem, Heliogabalum, aliosque Imperatores dies ſuos obijſſe eadem ferè nece comperimus.

Temperantia ſummè laudabilis.

Vrbem præclaris ædificijs, mœnibus, portubus, & templis exornet; hac enim ratione beneuolentiam Ciuium ſibi conciliabit; quippè, tamquam Ciuium patronus, & parens Vrbem curet, & augeat; non verò opprimat, vel euertat, vt Tyrannus: quod conſilium Auguſto probatum fuiſſe memoriæ proditum eſt, cum non tantum per ſe ipſe, verum etiam Agrippæ ſui opera, Romam ità exornauerit; vt eam ſe lateritiam accepiſſe, & marmoream poſteris tradere gloriaretur.

Magnificẽtia ſummoperè commendabilis.

Viros virtute præditos, eoſque, qui in re aliqua præclare ſe gerant; non perimat, vel in exilium pellat Tyrannorum more; ſed eos honoribus ijs afficiat, & colat; vt ne in libera quidem Patria, maiores ſibi audeant ſpondere; cum viri virtute præſtantes, magnorumque ſpirituum, his aucti honoribus non facile ſint res nouas moliturі.

Viros virtute, & ſapientia ſpectabiles benignè amplectatur Princeps.

Præmia, & honores per ſe tribuat; pœnas, & ſupplicia per Magiſtratus, & Iudices. Hac enim ratione Ciuium ſibi ſemper comparabit, ac ſuſtinebit beneuolentiam. Hoc Regni Franciæ magnum habetur arcanum, ac vbique prædicatum: Rex enim Galliæ omnium quidem in Republica eſt præmiorum arbiter; nullas tamen vllis infligit pœnas, & ſupplicia, quæ Magiſtratibus odia pariunt; quò fit vt omnium amore, nullius odio dignus habeatur.

Arcanum dominationis per ſe ipſũ, nullum pœnis addicere

Neminem ſuorum ad nimiam prouehat potentiam; ſæpe enim fieri contingit, vt hac freti, atquè innixi, ipſi Regnum occupare, aut ſaltem res moliri nouas ſatagant. Mæcenas olim Auguſtum acriter reprehendit, quod Agrippam ad nimios euexiſſet honores, ita vt Agrippam Cæſaris generum fieri neceſſe eſſe, ſæpiſſime dictitaret. Seianum à Tiberio Imperatore, tum cum Imperium habebat in votis; morte multatum Romana referunt monumenta: Quod idem, ſed tardiùs, quàm par eſſet, memoria noſtra videmus eueniſſe Duci Guiſio, eiuſdemque fratri S. R. Eccl. Patri

Quam pernitioſa nimia alicuius potentia.

purpurato,

Digitized by Google

purpurato ab Henrico Tertio Rege Galliarum; quos ita extulerat; vt vna cum alijs, qui in idem conſpirarant, frenum cunctis Gallis Regibus inijcere, &, vt conſtans deinde percrebuit rumor, Regem Henricum per inſidias è medio tollere ſint conati.

Adiungat ſibi ſaltem alteram Populi partem; cum enim duæ in cunctis Ciuitatibus vt plurimum ſint Populi partes; Diuites, & pauperes; ſumma videbet eniti Princeps, omnes vt Principatui bene cupiant, eiuſque Imperium ſaluum, & incolume eſſe velint; quod hac ratione fortaſſe aſſequetur, ſi, iuſte imperando, Populo hanc iniecerit opinionem; vt, non niſi incolumi Imperio, ſe quoque incolumem eſſe non poſſe, exiſtimet. Boni Principis munus, & officiũ eſſe crediderim, vt omnes peræquè partes ipſi ſint curę: Verũ quia difficile arbitror, vt omnes Principi bene cupiant; non ab re eſſe opinarer (dummodo præceptũ hoc ceteris, vt nimis acre, minus ſapiat) ſi Princeps alteram ſibi adiungeret partem; nam ſiue ſuis ipſe opibus parùm valeat, adiumentum ſemper potiùs tenuiorum erit, quàm diuitum; ſiuè plurimum ſuis fidat viribus, diuitum acceſſione munitus, facile reliquam partem in officio continebit; &, ſi alterius partis homines in eius excidium coniurarint; cum ſuis opibus, tum Ciuium illorum, qui ipſi, eiuſq; Imperio bene cupiant, facile illis obſiſtet, ſeque tuebitur.

Summũ cõmodũ Principi, ſiue diuitum, ſiue tenuiorũ partem ſibi cõciliare.

Pecuniam publicam non largitionibus, & donis turpibus temerè abſumat; ſed potiùs pecuniæ, & ſumptuum rationem reddat: Plebem beneficijs demulceat, optimatumq; conſuetudine vtatur. Illius Imperium, qui tam erga optimates bene, quam ſtrenue aduerſus multitudinem ſe gerit; longè præclarius, atq; beatius eſt, ob eam rem, quod hi, qui parent, meliori, & beatiori fortuna vtantur; quo enim beatiores, & florentiores ſunt parentes, & Ciues; eo quoque florentiorem eſſe imperantem eſt neceſſe.

Pecuniæ publicæ tenacitas maxime laudanda.

Populum Annonæ caritate preſſum, & humi iacentem rerecet, & ſuſtollat: Romæ quicunq; Regnum affectarunt, frumenti, Annonæ, & Agrorum diſtributione (vnde leges Agrariæ) alijſq; modis, quibus Plebis expleretur ingluuies, idipſum præſtitere; vt Caſſij, Memmij, Manlij, Gracchi, & alij. Seuerus Imperator tanto ſtudio rem frumentariam procurauit; vt moriens frumentum Populo Romano ad ſeptem annorum victum ſufficiens publicis in horreis reliquerit. Conſentit Italorum adagium, quo dicunt, panem in foro, Iuſtitiam in Tribunali, ſecuritatem vbique, boni Imperij eſſe indicia. Coſmus Superior Mediceus, cum Ioannem Annibalis filium ad Bononienſem Principatum capeſſendum dimitteret;

Annona ſũmæ curæ Principi.

Studium Seueri Imperatoris, circa rem frumentariam.

Coſmi Medicei tria Principi data documenta.

Digitized by Google

inter cetera Reipublicæ gerendæ documenta, tria hæc ei præcipue dicitur tradidiſſe. Annonæ curã ſedulo ageret; omnibus nullo diſcrimine ius diceret; & ab alienis vxoribus abſtineret.

Imperij moderatio præcipua inter alias virtutes.

Hanc denique vnam Principatus conſeruandi cauſam, velut Principem, exiſtimet, Imperij moderationem: Principatus enim euertuntur, ſi nimis intendatur, aut augeatur poteſtas. Principes, qui omnia pro libidine adminiſtrare contendunt, nihil legibus relinquentes, facile è ſolio deturbantur: contra maximè inſiſtunt ij, quorum poteſtati non permittuntur omnia, Moloſſium, & Spartanum imperium ob non nimiam poteſtatem maxime extitere diuturna. Romanorum Conſulum regiæ, & nimię poteſtati obiectus tribunatus Plebis, effecit, vt Reſpublica eſſet ſtabilior, ac diuturnior: quare nec Ephori Lacedæmone ſine cauſa à Theopompo oppoſiti Regibus; nec Conſulibus Tribuni: ſic olim ſapientior Dauid Senatum ſeptuaginta Patrum inſtituit, cuius auctoritate regia poteſtas coerceretur.

De Principatibus abſolutis, aliquibus tamen vel comitijs, vel legibus ſubiectis.

CAPVT VIII.

MAGNA ex parte in politioribus Regnis pendet regnantiũ poteſtas à conſilio Patriæ; aut, vt ita dicam, ſtatuũ Patriæ; cuius licet magna extet cõtra iniquiores Principes vtilitas; eiuſdẽ tamẽ non parua quoq. ſunt incommoda; cum hoc morã afferat rebus, vel vtilibus, vel neceſſarijs.

De conſilijs ſtatuum Galliæ.

In Gallia tres ſunt præcipui ordines, penes quos legitimũ gẽtis conciliũ, Regniq. adimendi, ac conſtituendi facultas ſẽper fuit; Eccleſiæ, Nobiliũ, & Plebis. Hi ſinguli pro ſua quiſq. cõditione ſuas habent leges, ac inſtituta, adeò inuicẽ connexa, vt ægre facultas ſit, alijs alios opprimendi, aut in Reges cõſpirãdi.

Quantũ conducat in Gallia Eccleſiaſticus ordo.

Eccleſiaſticus ordo nulli non cõmunis; qui huic animũ adijciat, pro Galliæ cõſuetudine nõ raro accidit, vt etiam Plebeius, qui virtute excellat, & ingenio ceteris antecellat, ampliſſimos in eo genere honores cõſequatur; qui ſane ad virtutẽ, & ad litterarũ ſtudia mirificã inflãmandi homines vim ſolẽt exhibere.

Cõmoda Nobilitatis Galliæ.

Nobilitas Galliæ, ſiue equeſtris ordo maximis fruitur commodis, ac priuilegijs, eoq; fit, vt magno quodam amore Regem amplectatur, ac vitam pro ipſius, ac Patriæ ſalute libens profundat. nullum pendit tributum; pluraq; habet vitæ præſidia, ita vt nullam quæſtus gratia, artem exercere compellatur.

Plurima

Plurima ſunt Aulæ miniſteria, quæ nobilibus ſolis tribuuntur. Hi omnes annuum à Rege colligunt ſtipendium; quibus etiam ampliora ſperandi ſæpe non leues ſeſe dant occaſiones: Principes autem, maiorifq. dignitatis Proceres, quoniam, & ipſius Regis fruuntur beneficentia, ac Rempublicam adminiſtrant; nobilibus victum, & alia ſæpe communicant. Reges perpetuum alunt equitatum, exercendæ, alendæq. nobilitatis cauſa compoſitum; quo in genere plurimæ ſunt præfecturæ, quæ inter illos diſtribuuntur, non minus pacis, quam belli tempore duraturæ. Primores Nobiles, pro ſua quiſque ratione, ac virtute præficiuntur equitibus: ex reliquis autem, alij ſunt Legati, alij ſigniferi, alij Cataphracti; &, qui per ætatem arma ferre non valent, reliquis famulantur; cumque nullum extat bellum, ipſis domi manere, ſuique ſtipendij partem aliquam parſimonia conſeruare licet. Ad hæc, haud dictu facile cenſeo, quam multæ ſint in Gallia, quæ ſoli Nobilitati committuntur Præfecturæ; præficiuntur enim alij Prouincijs, alij finibus, alij Caſtellis, & Arcibus, alij Vicis; vt interim munera illa, quæ Principibus tantum concedi ſolent, miſſa faciam; cuiuſmodi ſunt, qui ipſorum lingua Conneſtabuli, Mareſcalli, Ammiralij, & id genus alij nuncupantur. Ex quibus abundè conſtat Equeſtrem ordinem, valde honeſtè, & liberaliter in Gallijs haberi.

Cômoda Pôpularis ſtatus.

Popularis ordo ſua etiam non exigua habet commoda: Ad hunc pertinent Mercatores, qui eo maiorem faciunt quæſtum, quo tutò ipſis per omnem Galliam proficiſci, ac negotiari licet; cum nobiles ab omni mercaturæ exercitio ſe abſtinentes ſplendidè, ac ſumptuosè veſtiantur: huic etiam ordini conueniunt, ac tribuuntur Quæſturæ, ac rationes nummariæ; item & Præturæ, & quidquid ad iuriſdictionem pertinet: quà quidem in re plurimum honoris, & emolumenti exiſtit. Sunt enim tam in hoc Regno Iuris miniſtri, Iudices, Aduocati, cauſarum Procuratores, Scribæ, & id genus alij, quàm in reliquis omnibus alijs Prouincijs; quod peropportunè illis accidit, qui relicta mercatura, his rebus operam nauare ſtudent.

Summa Vulgi vtilitas.

Accedit, & quartum hominum genus; promiſcua videlicet eorum multitudo; qui, & agros colunt, & omnis generis tractant artificia: hi autem, vel nimia vtantur libertate, vel admodum ſint diuites, vel armis etiam aſſueti, minimè eſt conſultum. Ex his qui conditionem ſeruitutis odere; & ſuapte natura ſuas fortunas augere moliuntur; facile arma capiunt, & potentiores opprimunt; quod & in Gallijs, & alijs in locis non ſemel accidiſſe conſtat; Vt autem eiuſmodi ſint ordines, ac veluti gradus in omni

Digitized by Google

Republica; non minus eſt neceſſe, quàm in corpore humano; in quo videmus infirmiora, & ignobiliora membra dignioribus famulari. Quamobrem nihil eſt, cur vlli vitæ ſuæ rationem cauillentur, vt deplorent, & indignè ferant; quoniam & ius ipſis communicatur; &, quam à maioribus acceperunt, vtuntur libertate; & ad multa Reipublicæ miniſteria adhibentur. Sola autem virtute, induſtria, ac ſtudio poſſunt emergere, & ad popularem euehi ordinem: Quod vtique his minime licet, vt ad ſecundum Principum, & Procerum extollantur, niſi Regis ſingulari beneficio, & ei tantum, qui pro incolumitate Reipublicæ præclarum aliquod facinus fuerit aggreſſus; Quod quidem prudenter cenſeo inſtitutum, tum vt ordo equeſtris conſeruetur, qui in bello ſæpe minuitur, & ſumptu vix ferendo eſt; tum etiam, vt homines tantis exciti præmijs, virtute contendant, & ad ſupremum illum gradum euehantur. Hac etiam ſpe conſiſi Plebeij infimi ordinis, adſpirãt ad popularem; & cum in eo moram fecerint aliquã diu; contendere ad equeſtrem nituntur; itaque contingit, vt minus ſit inter ipſos inuidiæ, & maleuolentiæ; quando virtutum meritis patefactum eſſe ad ampliſſimos honores aditum perſpiciunt; & propoſitum eſſe periculum illis; qui malis artibus eoſdem ſtudent obtinere; Quod ſi vel conatus non eſſet difficilis; vel ijs nulla ſpes relinqueretur ad meliora; qui ſunt mediocris, & infimi quidem gradus, magni tamen animi; rebus ſtuderent nouis; & occaſionem excitandi motus arriperent, & ſui ordinis homines contra potentiores ſuſcitandi. Hanc rationem domi ſeruauere diligenter Romani; quippe qui à Populari ſtatu gradum faciebant ad ordinem equeſtrem; vnde patebat aditus ad patriciam, ſeu Senatoriam dignitatem.

Concilij ſtatuum authoritas in quo.

Authoritas Concilij ſtatuum omni tempore ſumma fuit, in quo nempe agebatur de creando Rege, vel abdicando; de pace, & bello; de legibus publicis; de ſummis honoribus, ac præfecturis; de adminiſtrationibus Reipublicæ; de aſſignanda Patrimonij parte Liberis defuncti Regis; vel dote filiabus conſtituenda; denique de his omnibus, quæ negotia ſtatuum populari nomine nuncupantur: Poſt hæc erecti ſunt tempore Hugonis Capeti illi, quos Pares Franciæ vocãt, ille enim amoto legitimo Rege cum Regnum occupaſſet, Proceres nouo beneficio, & honore ſibi deuinciẽdos putauit; qui Regem Imperij ſui inſignibus exornarent; & ſi quis ex potentiorum, aut Principum Franciæ numero, criminis alicuius capitalis reus fieret, iudicium illorum ſubire cogeretur.

Pares Franciæ ab Hugone Capeto ad quid conſtituti.

Quã imminuta Cõcilij ſtatuum authoritas.

Præter hæc publica munera, ſucceſſu temporis alia inſtituta ſunt, vt Parlamenta iuridica, præſertim Pariſienſe, cuius authoritas

ritas

ritas tantum excreuit; vt nulla lex, nulla conſtitutio rata ſit, niſi quæ à tanto fuerit approbata Concilio. Hoc & habet præ ceteris tantum ſplendoris; vt ipſi Reges quandoque, cum rem aliquam magnam præ manibus diſcutiendam habent; eam ad hũc ipſum conſeſſum deferant: quidquid autem omnino pertinet ad Regni conſtitutionem; in eo recitatur, ſcriptiſque, quorum ipſum cuſtodiam habet, demandatur publicis. Hæc omnia licet ab omni antiquitate, & primordio Francorum ad publicos ordinum conuentus referrentur; & poſtea ijs abolitis, ad Senatum, de quo hic eſt ſermo, Pariſienſem; ea tamen hodie ad ſolum Regem, & quos illi in conſilium placet adhibere, trãslata ſunt: Ideoq; aliud conſilium magnum fuit inſtitutum, ex veris Principibus, ac præſtantioribus Aulæ, & Regni; Quod tempore Caroli Septimi, & Octaui, non niſi circa negotia Status Regni, ac ipſius Reipublicæ incolumitatem occupari ſolebat; vti etiam aliud ſecretum, in quo cunctæ proponuntur deliberationes, ſummam rerum concernentes, & ſuper quibus iam à priuato, & Finantiarum conſilio fuerit deliberatum. Item ſi eiuſmodi negotia fuerint, quæ Regis peculiarem requirant cognitionem; in hoc cuncta beneficia, litteræ, Mandata Regia ſignantur; aliorum Principum, Legatorum, Præſidum, & Capitaneorum litteræ referantur; reſponſa accipiuntur, & ſtatuum Secretarijs committuntur.

Eo inducto quod vocant Parlamentũ.

Quid in Magno Galliæ Cõſilio pertractetur. Quid in eo quod ſecretum appellant.

In Anglia quando quædam accidunt, quæ vel ad ſalutem, vel ad detrimentum Regni, ac ſubditorum ſpectant; tunc conſueuerunt Reges conuentus conuocare; in quibus Regni ſtatus, & ordines tres congregantur, Clerus, Nobiles, & Populares, vt ab his bene penſata re, de qua agitur, à Regibus deinde eorum decreta confirmentur, vel reprobentur. Et quamquam antiquitus hi conuentus ea authoritate, ac libertate fruebantur, vt Reges, potius politica, & ciuilia capita fuerint, quam aliorum Domini, & Monarchæ; attamen ab Eduardo Tertio ad hæc vſque tempora Regum authoritas adeo creuit; vt hodie regiarum magis cupiditatum, ſacraue quædam, ac ſimulacra ſint, quibus Reges in rerum dubiarum conſultationibus laborem, & in periculis damnum ſubterfugiant, quàm vt per eos poteſtatem ſuam moderari velint; nam in ijs quidquid conſulitur, aut decernitur; validum nunquam exiſtit, niſi Regis accedat confirmatio; quin immo, non modo quidquam decernere nequeunt, ſed neque niſi Regis nutu congregari; ſolentq; Reges, ad eos ſuo arbitrio quoſlibet admittere, ab ijſdemq; remouere: iam cunctis ita facti formidabiles, vt nemo in Conſilijs, aut extra ipſa audeat, ne minimo quidem verbo, Regiæ voluntati obſiſtere, niſi damnum & ruinam ſibi velit inferre; & ob id, quemadmodum ſerui, &

Vis Concilij ſtatuum Angliæ.

Quam exilis olim eſſet in hoc Regno regum authoritas.

Conſilij aſſeſſores ipſo Rege admitti, & admoueri pro libito.

ſubditi

ſubditi ſunt eorum aſſeſſores; ita neceſſe eſt, vt actiones, & conſilia, quæ ex illis prodeunt, ſeruilia ſint, vel ſaltem videantur.

Hiſpaniarũ Regia Conſilia.

In Hiſpania Rex ſuas Prouincias, & Regna ope Conſiliorum gubernat: ſunt enim plura Conſilia; primum ſecretum; alterum Belgicum; tertium Italum; alia Indiarum; Aragoniæ; & Nauarræ; cum quibus, & cum eorum Præfecto, qui præcipuus eſt, confert Rex negotia, quæ ad Imperium optimè regendum, conſeruandum, & augendum pertinent; & ſingulorum auditis reſponſis, & ſententijs; quam putat potiorem, executioni demandari præcipit. Prouinciæ reguntur à Principibus, iuxta tamen legum earum præſcripta, extra quarum cancellos eis egredi nequaquam licet. Aragonia pluribus gloriatur priuilegijs; nullumq; præfici, niſi Aragonenſem permittit: Principes, Ciuitates, & Populi extraordinarijs oneribus grauari ſe nequaquam patiuntur, ſed mordicus retinentes priuilegia, & indulta; volunt ea ſibi ad vnguem ſeruari.

Eadem vis Côciliorum in Belgio q̃ in Gallia.

In Belgio eſt adminiſtrandæ Reipublicæ, ac Iuſtitiæ eadem ratio, quæ in Regno Galliæ; eadem Magiſtratuum vocabula, eademq; vis Prouincijs omnibus ineſt. Princeps petiturus aliquid, vel nouum tributum, nouaſq; leges impoſiturus, omnes conuocat totius Belgij ordines, ſiue ſtatus; videlicet Eccleſiaſticos, Nobilitatem, præcipuaſq. Ciuitates; quibus conuocatis, ſi Principis petitioni non indulgeant, multis conatur rationibus, vt ordines ad aſſentiendum impellat; nec enim dictum illud Tyrannicum vllo modo locum habet (ſic volo, ſic iubeo) quia etiam ſi ad vnum pene omnes ordines Regis petitioni aſſenſi fuerint; ſola tamen Antuerpia conſenſum hunc infringere, & irritum facere poteſt; cum nequaquam ſatis ſit, vt ordines, ſeu ſtatus generatim conſentiant; niſi etiam omnium ſtatuum ſingula quoque membra ſuum præbeant aſſenſum. Eccleſiaſtici ſuam portionem pendunt ſeparatim; Nobilitas, & Ciuitates propter neceſſitatem commeatuum, & vtilitates, inter ſe ſimul ſoluunt. Brabantini, tamquam primi propter antiquitatem, & dignitatem ducalem, ſuam dependunt partem in Florenis; & ſic reliquæ Prouinciæ iuxta conſuetas leges; quæ haud facile mutantur.

In Belgio nil poſſe illud Tyránnum, ſic volo ſic iubeo.

Ordo apud ipſos tributa ſoluendi.

Deſpoti-

Deſpoticum, ſiue abſolutum Principatum in quo omnes tamquam mancipia habentur, quibuſuis licèt fulcris ſubnixum, ruinam minitari contra quorundam Politicorum opinionem.

CAPVT IX.

ABSOLVTVS Princeps eſt, & deſpoticus, cum omnium Dominus eſt; quoſq; vult, interficit, percutit, extollit, ac deprimit. Turcarum Imperium Deſpoticum eſt, ſubditis, ſi vllum vnquam, ſæuum, graue, & acerbum. Abſolutum enim Dominum vitæ, necis, omniumq; fortunarum Tyrannus ille ſe ſuis ipſe oſtēdit. Duo ſunt potentes Monarchæ, Hiſpaniarum Rex, & Turcarum Imperator: diuerſa ſtudia vtriuſq; hunc Tyrannum, illum Regem legitimum oſtendunt. Hiſpanus Academijs, Mercatura, arte bellica, Nauigationibus non ſine magno ſumptu ſubditos exercet; & magnas opes ad Procerum dignitatem, ad Nobilitatis ſplendorem, ad animos alendos, ac firmandos adiungit: Othomannus verò pauperie, & ſeruitio populum premit; Timariotas, & Ianizaros, veluti ſatellites Prouinciarum ſpolijs onerat; nec illos tamen ad maiora, quàm ad rapinarum, & voluptatis ſpem erigi permittit, eoſq; animos vni ſibi deuinctos reddere ſui fautores Imperij, ſoloſq; ex omnibus patrocinatores, impunitatum illecebris habere & nititur, & ſatis habet. Ferreum ſane iugum Aſiæ populis, multiſq. Europæ, & Africæ partibus impoſitum ab Othomannis, & quomodo tandiù conſeruetur, penitus ignoro. Scio equidem infeliciſſimum eſſe Regnum, non multum temporis, & violentum, duraturum; & tamen, proh pudor! non deſunt qui ſuis Principibus Mahometana conſilia ſuggerant, vt Principatuum robur, & diuturnitatem tam barbaris exemplis ſtabiliant.

Duo potētes Monarchæ. Hiſpaniarū Rex, & Turcarum Tyrānus quā diſpari ſtudio cū ſuis agāt.

Timariotis, & Ianizaris Turcarū, ad omne facinus fieri facultatem.

In ipſa ſtirpe Othomānica, ſi vnus Regno deſtinatur, vel pellicis alicuius blanditijs, vel tumultu militari; reliqua eius ſtirps tota proſternitur; Fratrum, & Nepotum turba mactatur, vt vnus ſine metu imperet; quamuis id rarò contingat; At poſtea quā filij Baiazetis, & poſteri bellis ciuilibus, atq. externis ſunt

Quibus caſibus, & periculis dominatio Turcica ſubiaceat.

attriti, mala perpetua ſunt, vt in hoc Regno; licet enim multi ſint filij Imperatoris nefanda licentia ex pluribus ſuſcepti vxoribus; omnes tamen ſpem Imperij animo concipiunt, vel ex Parentis fauore, vel militum prætorianorum auxilio; quam ſpem non parum adauget mortis timor; cum inter ſolium, & ſepulchrum; inter Diadema, & Laqueum, nihil medij ſit relictum; Quid igitur metuant morituri? timor extremus cum audacia fiduciam parit, & honeſtæ glorioſæque mortis deſiderium: præterea metus hic, & ſpes filios Patri ſuſpectos efficit, & infenſos; cum enim vnum præferri alijs minimo ſigno didicerint; iam à Patre ſe morti addictos arbitrantur; hoc addo totam Domum Imperatoriam ad vnum caput ſæpè redigi; cui ſi humanitus aliquid contingat, iam Imperij, aut nullus, aut puer heres futurus ſit; ſubditorum verò innumeræ ex eo calamitates oriuntur: Agricultura omnino deſeritur; Regiones exſpoliantur; Agricolæ fuga ſibi conſulunt; quorum tàm fertiles agri longè, latèque ſilueſcunt; & incuria regnantium omnia ad vaſtitatem tendunt; Arma omnibus adimuntur: res ſolum peragitur à paucis, quaſi latronibus, quibus omnia permittuntur.

Terrore mortis imminẽtis ad deſperationem adductos Othomanorum filios audaces fieri ad omne nefas.

Filios patri fieri eodẽ timore ſuſpectos.

Eadem internecione cõtingere poſſe, vt ſæpè nullus, vel puer remaneat heres Imperij, & quæ tũ mala.

Moſci Imperium deſpoticum quos habeat ritus.

Moſcus ſuos etiam ſubditos planè deſpotice regit, & eos pro mancipijs fere habet; nec alia ratione Imperium, & authoritatem tuetur, vt ſolus Princeps colatur; nemini exteras Regiones peragrare concedit; ne fortè prudentior, inſtructiorque, quàm Deſpoticum poſtulet Imperium, domum redeat; nullas ſcholas, niſi in quibus legere, & ſcribere addiſcant, admittit; nec in literis progrediendi deſiderium oſtendiſſe iuuat; ne quis ſupra Principem, aut Principi par eſſe queat; ideoque cum de re grandi, & recondita quæritur, prouerbio dicunt, Deus hoc ſcit, & magnus Dux. Non diſſimilis fuit ratio Tyrannidis, olim Ingæ in Braſilia, vbi nemo rem propriam habebat, ſed Ingæ beneficio, nec vlla res ad heredes poterat tranſmitti. Non multum ab hac imperandi ratione Perſarum Regnum abeſt, etſi legibus fundatum; quoniam vbi nimia poteſtas viget, potentia ſæpè violenta opprimuntur leges.

Vnde ibi paroemia: Deus hoc ſcit, & magnus Dux

Similem Tyrannidem, olim fuiſſe in Braſilia, vt etiã in Perſide.

Inanis opinio quorundam Politicorum aſſeren. facilius conſeruari Principatũ ſeruientibus affluentem, quam Proceribus.

Quæ cum ita ſint, non poſſum equidem non improbare eorum opinionem, qui Macchiauelli ſententiæ adhærent, Principatumque hoc pacto facilius aiunt cuſtodiri; illum, in quo Procerum eſt multitudo, facilius inuadi exiſtimantes. Difficultatem occupandi Turcarum Regnum, in eo ſitum autumant, quod illud molientes, nec proditione, nec defectione Procerum ad optata poſſint peruenire; cum omnes ſint mancipia; ex quibus, qui alios corrumpere vellent, nihil Turcæ nocere, & eius hoſtibus prodeſſe valerent; cum nullam in populos authoritatem habeant.

habeant. Qua propter Turcarum Imperatori bellum quicumque illaturus, cogitare debet, ſibi nitendum eſſe, vt magis viribus proprijs, quam alienis ſtudijs, & ſeditionibus, eum ſuperet, eiuſque exercitium fundat: eo autem debellato, acieque fuſa, ita vt exercitum reficere nequeat: cogitet nihil eſſe, quod præter Principis ſtirpem, victor timere queat; qua extincta, nullum eſſe ceteris apud Populos fide, & authoritate carentibus, de quo quid quam ſibi timendum ſit. Contrarium accideret alia Regna inuaſuris, vt eſt illud Galliarum; facilis enim illis proditione procerum pateret ad illa occupanda acceſſus; cum in eis inueniantur, qui animo infenſi res nouas moliri ſtudent; ideoque ad quodlibet Regnum viam hoſtibus aperire, atque victoriam expeditiorem reddere poſſunt; ad quam poſtea tuendam difficultates plurimæ exoriuntur; non modo propter eos, qui fuerint opitulati; verum etiam propter oppreſſos, qui ſuas lugent miſerias: non enim ſatis eſt Principis ſanguinem extinxiſſe, ſuperſunt etiam aliorum opes, qui nouarum Imperij conuerſionum authores ſeſe conſtituunt, ac proferunt quibus; cum ſufficere, ac reſiſtere non poſſint Victores; oblata proditoribus rei bene gerendæ occaſione regnum amittunt. Hæc quicumq; conſideret, non ignoret Principis ſalutem ſecuritatem, & potentiam in aliorum animo, viribuſque conſiſtere; & Principem, ſi homines ſelectos, & nobiles non habeat, eſſe in poteſtate infirmorum, quorum armis cingitur, & qui facile mouentur, & ſpectant res nouas; quibus ibi fas, vbi maxima merces. Si autem Principes habet, & Proceres; nihil audent infimi: facilius autem Principum inſidiæ præcauentur, quam infirmorum: hinc videmus, quamuis fuerint varij in Gallia motus; Regum tamen parricidas fuiſſe viles, & abiectæ plebis quiſquilias; nec à Principibus ſubornatos. Non multum itaq; ſua intereſſe putant vulgares hæ animæ, cui ſeruiant; immò viciſſitudines dominorum exoptant; quoniam inde ſeruitutis iugum leuius, & ſuauius ſperant futurum. Turcarum etiam vires, victo ſæpè Imperatore, Græciam niſi longo poſt tempore occupauerunt, quibus Principes, & ſi non ſatis multũ, tamen reſtitere. Non ne idem in Hungaria videmus; cuius maiore parte Turcis prodita, & ſubacta olim, reliqua tamen portio Principũ, & Nobilium virtute acriter vim vi repellit, immò & libertatem tuetur? Hos tolle; ceteri nil magni agentes, pacti agellos ſuos, & ædiculas, nil curant. magno Imperio magnam etiam acceſsionẽ fieri, ſerui crebrius proditores fuere, quàm nobiles. Quis pecunia Pyrrhum vendidit? Quis Darium vulneribus confecit? nonne vile ſeruitium? proditus eſt Priamus? proditus eſt Agamemnon? ſed à vili adultero; Pompeius Magnus ab Eunucho. Quæ, cum ita ſeſe habeant

Quid potiſſimũ enitendi ſit cogitãti Turcicũ Imperium occupare.

Deuicto, vel inter empto Principe, nihil à reliquis illi timendũ.

Contrarium in alijs Regnis tuẽtuꝛũ

Principis ſeruitutem à ſubditis pẽdere.

Facilius Procerũ inſidias præcauere quam infimorum.

Principes viros Turcis, à Græco Imperatore diù obluctatos eſſe.

Hoc etiam nũc in Hungaria cognoſci.

Seruós pecunię deuotos, quæ paricidia perpetraſſe.

beant; caueri poſſunt inſidiæ, ſi moderatè, ſi æqualiter ſubditi regantur; ſi non vni omnia committantur: Et dignitati, & ſaluti publicæ ſatis conſuletur; ſi Princeps opulentiores bonarũ artium expertes minimè reſpexerit; ſi generis nobilitatem non fouerit honeſtate deſtitutam; ſed potius virtutem fuerit amplexus, & induſtriam; retenta tamen ſibi libertate ſtatuendi; tunc nullius hominis inanem fremitum timebit; ad nullum lædendum iniuſtè mouebitur; nullus erit tantis opibus nixus, vel tanta nobilitate clarus; qui legi imperanti reluctetur, tantumque ſibi ſumat; vt ab ſtudio fouendæ virtutis Principem abducere audeat.

De Principatibus delatis iure hereditario.

CAPVT X.

Feudorum varietas.

NON ſatis perfecta haberi poteſt cognitio hereditarij Principatus; niſi ea, quæ traduntur de feudorum qualitate, præmittantur: ex quibus quædam dicuntur antiqua; in quibus ſuccedunt deſcendentes, & collaterales: Alia Paterna; in quibus ſuccedunt deſcendentes tantum, etiamſi heredes aliorum bonorum mortui poſſeſſoris non ſint: Quædam noua, & hereditaria; in quibus ſuccedunt, qui hereditatem defuncti domini conſequuntur: Aliud exiſtimo eſſe, in quo ſucceditur iure hereditatis; Aliud in quo, iure proximitatis. Quando enim Regnum defertur iure hereditatis, & nouum quæſitum eſt; ex voluntate defuncti ſucceditur, vel expreſſa per teſtamentum, vel tacita ab inteſtato: Iure vero proximitatis per concurſum, vel qui proximiores ſunt in eodem gradu, ſimul ab inteſtato admittuntur; nec licet reijcere reliquam hereditatem defuncti, retento Principatu; neque Principatum, retenta hereditate.

Aliud feudũ iure hereditatis acquiſitũ, aliud iure proximitatis.

At quando Principatus antiqui per legem, vt aiunt, Regni fundamentalem deferuntur proximiori, & antiquiori, vel alio modo; licet tunc heredi retinere Principatum in gradu, & qualitate requiſita in idoneo; reiecta hereditate, & reiecto impoſito onere, niſi ipſe ſeſe abſtinuerit; debetur Principatus filio, aut proximiori, etiam non heredi, vt pluribus ſeditionibus obſiſtatur; & ciuilibus diſcordijs, quæ inter contendentes de Principatu ſolent exoriri; quibus ſæpè ad interitum Imperia rediguntur. Propter hæc inſtar priuatorum Imperatores aliquando liberis ſuis, teſtamento Imperium diuiſerũt, vt præſtitit Conſtantinus Magnus,

Vis fundamẽtalis legis Regni.

Magnus, qui tres filios heredes Imperij reliquit, nulla adhuc dicta lege de ſucceſſione, vel electione Imperatoris. Alexander Magnus moriturus, cum deficeret; ſexto die præcluſa voce exemptum digito annulum Perdicæ tradidit Imperij ſignum; quæ res gliſcentium amicorum diſſenſionem ſedauit. Dagobertus Rex Francorum ſuggerentibus ijs, qui vtilitatibus Regni conſulere videbantur; æqua lance inter duos filios ſuos Regnum diuiſit moriturus; & Sigibertum ex liberis ſeniorem Auſtriæ Regem inſtituit; Clodoueum verò minorem natu Neuſtriæ, & Burgundiæ pro dignitate præfecit. Martinus Rex Aragonum moriens ſine liberis, Aragoniæ Regnum ſubditorum iudicio reliquit, vt ſcilicet propinquiorem, ac meliorem virum, cui tutius Regnum committi poſſet, eligerent. Quare illi Ferdinandum Ioannis Caſtellæ Regis filium ex Leonora Martini ſorore, multis alijs ſpretis, elegerunt.

Conſtātinus Imper. ex teſtamen. filijs partitus eſt Imperium.

Alexander Magnus moriturus ſignū Imperij Perdicæ tradidit.

Dagobertus Rex Francorum.

Quid Martinus Tarraconenſium.

Quid de feminarum Principatus vtilitate ſentiendum ſit, & ad eum, ſi quando contingat, feliciter obeundum monita.

CAPVT XI.

NON ea prædita eſſe poteſt femina prudentia, conſtantia, conſilioque, vt Imperio par eſſe queat; & hæc vnica ſatis eſſe poteſt ratio; ob quam, ſi ius ſinat (interdum enim ſucceſſionis iure veniunt ad Principatum) à gubernandi munere, feminæ, vel ſint remouendæ, vel certè ad illud non adhibendæ. Plura ſunt alia, quæ id ſuadent: qua in re, licet meum minimè ſit, vtrimque rationes, vtrimque exempla bonæ, & malæ adminiſtrationis in medium adducere; & parum ſit etiam rationi conſentaneum; vt ego huiuſcemodi litibus, & controuerſijs inter tot pugnantia ſapientum placita, & multiplici experientia incerta, & nationum ſententias, me vellim arbitrum; hoc tamen vnum innuam, feminæ Regnum ad longos annos non

Feminā parem eſſe Imperio nō poſſe.

protrahi; quamuis eius prudentia, conſilium, & ſagacitas multis in rebus ſæpius eluceſcat.

Exempla ſacra inſigniũ feminarum.

Enumerabo autem in primis inſignes hic aliquot mulieres ex Scripturæ ſacræ monumentis, alijſq; decerptas; quarum prudentia, aut inimicorum conſilia Patriæ noxia, diſcuſſa ſunt, & euerſa; aut earum ſolerti iudicio prouiſum eſt, ne impendens aliquod malum familiam, aut gentem penitus euerteret; & quarum prouido conſilio, & inſigni fortitudine, quam plurima ſunt geſta.

Iudith, & Eſther.

Talis Sancta Iudith, quæ Ciues ſuos deditionem meditantes in officio continuit: talis Eſther, quæ populum ſuum à manibus furentis Aman eripuit, & Regi Aſſuero gratum reddidit, & Mardochæum ad ſummum dignitatis faſtigium euexit:

Abigail.

Talis, quæ Dauidis gladium ab Nabalis mariti ſui ceruicibus auertit.

Exẽpla profanę Hiſtorię Mathildis laus.

Non prætcribo Alexandri Seueri Matrem Mammæam, Placidiam, Pulcheriam; denique Mathildem, quæ impari potentia; ſumma tamen conſtantia, fide, pietate, & prudentia contra Reges potentiſſimos Italiam, Eccleſiamque defendit. His addantur Iſabella Ferdinandi vxor, Irene Auguſta, Libuſſa Bohemorum Regina, Semiramis, quæ Babylonem auxit, & Phœnicis Imperij fines latè propagauit;

Inſigne facinus Tomyris Scytharũ Reginæ.

Tomyris, quæ feminarum decus inſigne, Cyri ſanguinem ſitientis caput, in vtre incluſum ſanguine ſatiauit.

Zarinæ Sacarum Reginæ res geſtæ.

Zarina Sacarum Regina prudentia, ac clementia gentem ſuam ad mitiorem, ac humaniorem cultum adduxit; multas Vrbes condidit; tantaque fuit inter ſuos gloria; vt à Medis ad eam Parthi defecerint, non ſine inſigni muliebris ſexus commendatione; nam eius iuſtitiam, & humanitatem præferebant Medorum inſolentiæ; tantiſque eam pollere viribus exiſtimabant; vt ab ea contra veteres Dominos ſe defendi poſſe autumarent.

Blãca mater D. Ludouici Galliç Regis

Quanta virtute Blanca Franciæ Regina Diui Ludouici Mater, & Regnũ adminiſtrauit, & filium optimè educauit?

Margarita Henrici Angliæ Regis vxor.

Margarita Angliæ Regina vxor Henrici Sexti, marito quietis ſtudio animum à Republica abducente, pacis, & belli temporibus par magnis Regibus, omnia adminiſtrauit; Henricum à coniuratis captum in bello, in libertatem aſſeruit; eiecta Regno, ter illud claſſe armata repetiuit.

Virtus Vẽdæ Polonorum Reginæ, & dictum inſigne.

Poloni fortiſſimi Populorum Vendæ Imperium detulere; hæc libens iactabat malle ſe Principem, quam Principis vxorem eſſe; quæ & cælibem duxit vitam; de Marcomannis triumphauit, qui ferociores erant, ac ſuperbiores, quàm Longobardi;

Longobardi mortuo Rege Theodolindę Bauarę detulerunt Imperium.

mortuo Anthere, cum de ſucceſſore ageretur, &, vt fit, in factiones iretur, & ſeditionibus inteſtinum bellum gliſceret; Imperium Theodolindæ Bauaræ, ipſius

Antheris

Antheris vxori, obtulere; ea lege, vt, quem maritum illa cooptaſſet, illum quoque Regem gens vniuerſa veneraretur; quod ita eſt factum, vt ipſa Agilulfum ſibi adſciuerit coniugem, cuius Imperio gens illa cultior eſſe cœpit, & humanior.

Sæpè etiã feminæ vtile Imperium.

Non itaque perniciosum feminæ Imperium eſſe cenſeo; immò ſæpè vtile Reipublicæ, ſi ſecundum Regni leges ipſa heres ſit; ſi enim feminæ Caſtrum eripi non debet, quia femina ſit; pari ratione nec idcircò à Principatu, niſi Regni legibus, nec à ſceptro ſexus inferior debet arceri; hac tamen lege, vt, Patria conſentiente, aut non obſiſtente, in leges, domumque mariti veniat; quod donec fiat, ipſa Rempublicam gerat; in quo duo ſeruanda eſſe, Patriæ vtilitas, & Religionis integritas oſtendunt. Primum eſt, ne ipſa ſponſum Patriæ ingratum, aut ſuſpectum adſciſcat; deinde ne Patria odioſum heredi feminæ obtrudat, ſed mutuo conſenſu, & bonum maritum, & bonum Principem eligant; Hac via Hiſpani in tantam excreuere magnitudinem.

Sæpè etiã feminæ Imperium breue.

Huiuſcèmodi Regna ſæpè breuia ſolent eſſe, quoniam multi ſolent eſſe competitores; cum vxor tantum dotem ſecum trahat. nonnulli etiam eo impudentiæ progrediuntur; vt bello, & ſanguine nuptias improbe exornent; pleraque enim bella, quæ cum Carolo Geldriæ Duce Franciſcus Galliarum Rex geſſit, quamquam aliæ cauſæ fingerentur; eo tamen tendebant, vt Carolum ſibi, & Galliæ Principibus generum adſciſceret; adeò, vt interdum Rex ipſe, & Carolus veram belli cauſam ignorare viderentur.

Seruãdas eſſe in Regnis ſucceſſionis leges.

Sunt inſtitutiones, & leges Regnorum; non minus ſeruandæ in cauſis publicis, quam leges, & diſpoſitiones circa res priuatas; vt enim nemo eſt, qui rei propriæ non velit ſibi dari arbitrium; ſic nulla vniuerſitas, vel ſocietas hominum, nec vlli Reges; aut qui Regibus ſubijciuntur, inueniri facile poſſunt, qui præſcriptas viuendi, imperandi, & parendi leges æquo animo ſubuerti patiantur; cum pro illis pugnent, veluti pro aris, & focis. Diuerſæ verò ſunt diuerſarum Regionum conſtitutiones; aliæ Orientis, aliæ Occidentis; aliæ Septentrionalis, aliæ meridionalis plagæ; diuerſi enim fructus ſunt, alij in alijs locis; diuerſa emolumenta, ac incommoda, & diuerſi mores propter diuerſam viuendi, & operandi neceſſitatem; quas omnes, ſi quis vellet ad vnum morem viuendi contrahere, nihil proculdubio moliretur: ob id minimè mirandum, in tam diuerſis moribus, diuerſas leges, & diuerſa reperiri decreta; quibus poſſit,

Diuerſa eſſe regionũ iura, & leges.

ſiue mas, ſiue femina ſuccedere in Principatibus, & Regnis.

Quid agẽdũ à femina cũ imperat.

Cum femina imperat, plura meditari debet; in primis quam præclarum quidem, ſed difficile ſit onus, Imperium; quocirca ſumma eſſe debet regentis feminæ vigilantia,

Non ignoret quod tractetur in Aula.

ſumma prudentia. Quæ in Aula tractantur, à perſpicaci femina haud ignorentur: ſi in ſummis rebus agendis vir præſtanti ingenio prudens eſt; femina etiam in aſſiduis peragendis negotijs haud ſit imprudens. Naturam videmus ſæpe monſtra procreare; quæ tamen ſi feminam Imperio deſtinauerit; ingenio etiam, & corporis lineamentis, quæ in ſupremo Imperij Throno eam reddere ſpectatiſſimam poſſint, mirificè exornat.

Si Regni ſit heres, ſpiritus nimium ſuperbos vitet.

Si Regni heres exoriatur; non Regiæ proſapiæ meritis inflata, neque ſuperbiæ Regiæ tumida ſpiritu, ſuum regat Imperium. Sint eæ ſolæ virtutes, quæ in generoſis pectoribus honorificam conſtituunt ſedem.

Quid ſi Principis mater pro filio adhuc puero Principatũ regat.

Si mater Principis regat; ſidus agnoſcat, quod exoritur; nec ſuam putet lucem, niſi quam à tanto mutuatur ſplendore; nec ignoret ſe de pluribus rebus ſollicitam eſſe debere: In Principe tenero ſpiritus nequaquam femineos inſerat; quos ſi ei inſtillare ſtudeat, & ſatagat, ſibi perſuadeat, Principi non paruam perniciem, regnoque maximam ruinam ſtrui. In ſubditorum animis non tam laudabile ſemper erit nouas potius inſerere ſpes firmi ſubſidij, feliciſque Imperij bonæ educationis intuitu; quàm inutile, Principatus oppreſſionis timores incutere, vt ſaluti Principis ſui diù, noctuque inuigilent. Certè hic commendarim ſemper, non minus approbandam, quàm alijs proponendam cuiuſdam feminæ Principis matris adminiſtrationem, quæ ſuis vndique abſoluta numeris fuit, pro tempore, quo Principe filio adhuc puero penes eam ſummum regimen erat; ſingularem illam, & cuicunque etiam alij imparem ita prætulit prudentiam, vt ſumma temporum tranquillitate maximo cum gaudio, potita fuerit.

Princeps femina nulli alteri feminæ arcana cõmunicet.

Si naturalis femina Princeps oriatur; à ſapientum fide conſilia depromat, arcanorumque ſuorum conſortem vilem non efficiat feminam;

Ob id Ioannam Neapolis Reginam imperium amiſiſſe.

Ioannam Neapolis Reginam, eum ſe ipſam fere Philippæ Catanenſi dediſſet; gloriam vna cum Imperio amiſiſſe memoriæ proditum eſt.

Caueat ab armis.

Ab armorum ſtrepitu ſummopere caueat: Nimis pernicioſum eſt conſilium in alienam ſe dare fidem, & alterius ſe committere arbitrio. Bellum procul abſit: Quod ferrum tractat, ignem euomit, ſanguinem fundit, omniaque proſternit, ac deuaſtat.

Beneficentia excellat.

Sola in beneficentia ſit vis, quæ ſubditorum corda deuinciat.

Iuſtitia,

Iuſtitia, & otium, quæ omnem tollunt amaritudinem, immò euehunt ad felicitatem, ſummæ ſemper curæ Principi feminæ ſint. Hæc caueat, ne omnino leges abroget. Non ignoret etiam paucorum iuſtum ſupplicium, & plurium timorem ſæpe Principatui ſtabilem ſedem conſtituiſſe. In deliberationibus magis prudentum pede, quam proprio gradiatur inceſſu. Oris totius verenda quædam maieſtas non ei abſit; ita tamen, vt ſit ſemper vigilantia comes, ne dulci fraudulentorum cantu allecta, ſe ipſam, & Principatum perdat. Semper honeſta viuat, ne vultus formoſi fiat præda, dum Populorum eſt Regina. Ad alia minime intenta; quæ enim noua nouas res aggreditur, ſe pluribus offert ictibus, qui haud facile propulſantur; ſi cum alijs fecit fœdus, vndique vexationes perquirit, pectuſque, ac viſcera letalibus offert vulneribus. In proprij Principatus incumbat defenſionem, nec offenſione prona exiſtat, nimirum, niſi ſecus ſuadeat neceſſitas. Ab opportunis, & optatis rerum euentibus, ne nimis ſe extolli patiatur; ſæpe enim præſentium rerum riſus futurarum occupatur lacrymis. Conſuetudo, & lex ſint duo cardines, qui totam regant Imperij molem: his, quaſi duobus fatalibus machinamentis, ab omnibus ſe tuebitur; & à cunctis odij, & iniuriæ, damnique ſcopulis, domi, foriſque munita, ac tuta, maxima ſexus ſui fama, atque exiſtimatione, inter mortales admirabilis facta triumphabit.

Iuſtitiam, & otiũ amplectatur.

Non abroget leges.

Nec ſit nimis ſeuera, nec præceps in deliberando.

Oris maieſtatem nunq̃ non ſeruet.

Honeſtatem tueatur omnino.

Sua tueatur, nec aliorum inhiet offenſioni.

Sæpe riſus præſentium rerum à futurarum lacrymis excipi.

Sit retinens legum, & cõſuetudinis.

De varietate Principatus, ratione Principis hereditarij præcipuè, diuerſa, vel ætatis, vel ſtatus, vel ditionis, quæ ætati, & ſtatui cuiuſcumque, & ad munia adiumenta.

CAPVT XII.

OMNINO animaduertendum eſſe cenſeo, cum plures ſint ſtatus Principis hereditarij; plures etiam exigi formas, quæ præſcribendæ videntur cuicumque Principi, recte Imperium regere ſatagenti.

Iam primum mihi hoc in mentem venit quærendum, cum nondum Princeps ætatis adultæ annos attigerit: Quis modus,

Quid agendum Principi Iuueni.

quæ regendi forma ei præfigenda ſit: & ſanè difficile videtur, cum tenera ebullit ætas, prudentem, ac rectam poſſe vigere rationem. Si Princeps admodum adoleſcens fuerit, & à virtutum tramite pauliſper deflexerit; fit inſtrumentum iraſcentis Dei, quo quaſi manu diuina ſubditi plectuntur. Hanc regendi artem inter alias, & admirabilem, & propè diuinam dixerim; quæ inter teneros Principis annos ſe vix, aut ne vix quidem deprehendi patitur; nec ſe diu deludi vnquam ipſa fert à teneris Principibus. Quod quamuis ita ſit, Principes tamen huius æui iuuenes, qui annos præuenientes ſumma cum laude, vnà cum lacte optimam regendi artem ſuxere; ab ijs procreati Parentibus, qui hanc optimè coluere; non minus in deliberationibus iudicio ſenes, quam ætate iuuenes, non tantum magnam ſui excitant opinionem; verum & rerum prudenter geſtarum admirationem penè incredibilem. Rarò ſolent vnà morari, maieſtas, & iuuentus, & mutuo ſeſe fouere conſenſu. At in his Principibus maieſtatem, & iuuentutem inter ſe ita complexas agnoui, & agnoſco; vt alteram ab altera ſecerni minime poſſe, omninò fatear. Naturæ munera, & virtutum inſignia adeò in hiſce elucent; vt Populi ſubiecti, ac exteræ gentes hos ſolos admirentur, colant, ac venerentur. Hi proponantur alijs, in Imperij ortu aſſumendis ad imperandum; ne ſui Imperij molem, veluti nauem, ad calamitatum, cladiumque ſcopulos collidentes frangant; quibus ſemper cauendum eſt, ne in conſultationibus præcipites agantur; ne collucens ille ſplendor in floreſcente Imperij Principis ortu occidat, & euaneſcat, obrutus conſultationum nimbis, ac procellis. Spiritus ſatis vigens eis dono datus à Deo O.M. non ad intemperantiæ flagitia illos promouet; ſed ad præclariſſimas res gerendas, eorum animos impellit: Hi quò magis ſuorum gloriæ maiorum exiſtunt æmuli; eo maiorem adhibent curam, vt glorioſiores euadant; non enim eorum tantum nobiliſſima proſapia; verum & gloria, quæ in heroicis pectoribus ſemper firma ſolet hærere, ad laudatiſſimas actiones, ac progreſſus, eos ſemper prouocat, ac impellit: ſubditis facillimè blandiuntur hi Principes, (& tamen hoc ardenti iuuenis naturæ maximè repugnat) hoc enim ſufficiens illi leuamen exiſtimant grauiſſimis obſequentium anguſtijs, & ſeruientium. Si vultu conſpiciuntur imberbes; moribus ſaltem agnoſcuntur ſenes: ſola prudentia ſiuè propria, ſiuè per alios acquiſita; teneram ætatem ferè paruipendit, hancque deludit; atque in Principis iuuenis Aula, quaſi indignata, vix commorari patitur: Verumtamen, nunc ætatem Principum horum iuuenum non irridet amplius; immò miratur, & horum Aulas ſuum domicilium, ſuamque

Priceps à recto tramite deflectẽs inſtrumentum iraſcẽtis Dei

Principes huius æui, etſi adoleſcẽtes, veri regendi artem nõ latere.

Raro maieſtatem cum iuuẽtute ſociari. Sociari tamẽ in his Principibus.

Quid ijs cauendũ in cõſultationib.

Vigentẽ ſpiritum nõ ad intemperantiam, ſed ad præclara facinora habuiſſe. Æmulatores ſuorum maiorum eſſe. Facilitatem ſubditis exhibere.

Prudẽtiæ cũ ætate tenera ferè nullã eſſe ſocietatẽ. Eſſe tamen vel maximã in horũ Principum aula.

ſuamque pulcherrimam ſedem, & eſſe, & fore arbitratur, ſibi quaſi gratulabunda; quoniam tàm benignè, & feliciter ſit accepta ab his; quos ſibi iam infenſos ſummopere exiſtimabat. Non pauca extant horum prudentiæ monumenta, quibus in ſubditis ceteriſque opinionem iam firmam ſuæ ſingularis prudentiæ, & ſui roboris inſtillauere; non enim periculum eſſe poteſt, ne incauti decipiantur; cum artem effugiendi ſeniorum Principum retia apprimè calleant.

Si Princeps ſenilem ferè ætatem ferat ad Imperium, ſibi immortalem gloriam, & ciuium optatam felicitatem proponat, ſibiq; perſuadeat, non ex ſenio laudē oriri, ſed ex præclaris rebus geſtis, quibus nimirum ſibi gloria comparanda ſit. Plures ſunt ſenectuti nimis indulgentes, qui onera in alios reijciunt humeros, & omnia ferè aliquorum nutui agenda relinquunt; quaſi ignorent, quo magis ipſi ſe onere ſubtrahant; eo magis propriæ laudi, ac partæ gloriæ detrahere: ex quibus fit, vt rectores, ac miniſtri eorum à legibus abſcendentes, omnia perperam agant; & Princeps ſuum quaſi oblitus honorem, ac decus, prius occidat in ſubditorum cordibus, quam mors ſua falce eum proſternat; etſi enim ex Principis iam penè confecti ſenio languoribus, maior conquieſcendi emergit licentia, ac facultas; nihilominus Principem decet eſſe cordatum, & pectore inuicto; vndique enim proditoribus oriuntur ſpes. Magnates illi bono inſidiari non deſinunt, quod aduerſum ſuis cupiditatibus agnoſcunt. Viles, & abiecti homines ſe ipſi potentioribus facillimè ſubijciunt; Hinc vltimæ periodi rarò, aut felices ſunt, aut proſperæ: ſicq; exequijs præſentibus torpeſcit obſequium; idcircò ſeuera clementia, & ſeueritas clemens in vltimo ferè occaſu eum ſuſtinebunt. Iam morti proximus, vel cupiditatem oppreſſionum populi extinguet; vel certè non patefaciet; non certis exponet Populum periculis; ſi enim hic has artes contempſerit, vel obliuioni tradiderit; priùs ſe oppreſſum, quàm morti addictum cognoſcet. Ab oneribus imponendis non abſtineat tantum; verum nec vlla beneuolentiæ prætermittat indicia; vt etiam poſt mortem ſui ipſius deſiderium relinquat. Succeſſores, ſi qui erunt; non ſint in incerto, nec ante faciem morientis; niſi ſint filij, vel fratres, vel nepotes; præſentia enim eorum ſplendorem languentis extinguit, omnemque eius deijcit exiſtimationem. Videmus enim ex rutilanti flamma, omnia, quæ adſunt, aut immutari, aut penitus comburi. Si ſucceſſor ſit filius, aut nepos; inter curas Imperij verſetur, vt experientia inſtruatur pro ſuſtinenda Imperij mole.

Si Princeps ſubditorum beneuolentiæ ſe ſatis inhærere videbit; non ignoret etiam ſibi plurimum eſſe elaborandum pro tuenda

Marginalia: A quibus cauere debet Princeps ſenex. — Ne ſenectuti tantū indulgeat, vt Principis munia detrectet. — Huic grati facile inſidias extrui. — Huic præcipuè clementia cū ſeueritate iungendam. — Caueat, maximè à Populorum oppreſſione, ne opprimatur ipſe. — Quid illi cū ſucceſſore præſtandum. — Si beneuolētia ſubditorū nō exigua

ſit erga Principē, vt ſuſtinenda.

tuenda Imperij maieſtate. Amor omnia vincit: diutina beneficentia ſit illa, quæ maieſtatem ſuſtineat: pro timore exiſtat authoritas; ex timore enim odium; ex amore non æquo contemptus: contra ex authoritate obſequium oritur. Ad deuinciendos animos, honorum communicatio plus pollet; quàm quoduis aliud beneficium, quod non æque aliorum cupiditates expleat; in hoc enim ſumma eſt prudentia, vti è contrario nullum certiùs præſtari poteſt argumentum diminuti amoris; quā ſi rigor in legibus, corruptela in iudicijs, vndequaque ſe prodant.

Quādo Princeps liberorū munimento fulcitur.

Si Princeps ſucceſſores habeat Imperij, vndique ſe ſemper ſeptum videbit, nec vllus vnquam poterit timor eum inuadere: tunc deficit animus noua molientibus; ceſſat & ambitio, quæ animos, veluti venenum, inficit; & Imperij infeſtas vndas excurrere patitur: ſi extant heredes; eos torpeſcere in otio, minime permittat Princeps, cum regendi ars non cuicumque par ſit. Dolore afficiuntur ſubditi, cum ſucceſſores deſidioſos aſpiciunt, & Imperio impares, aut ſperatæ felicitati, minime arridentes: hinc ad extrema deuenitur; ſuis enim deſperantes rebus, ſpem ſibi fulciendam more imperantium exiſtimant: & vbi aperta vis non valet; ad dolos confugiunt, & Regiæ ipſius fundamenta quatiunt: hoc inſitum à natura, vt quo quis viribus minùs polleat, eo magis fraudibus nitatur: ab offenſione iniuſta putant ſubditi iuſtam ſibi oriri defenſionem, quæ à Deo profluat, cum præbet occaſionem Princeps; quare ſæpe occidit poſteritas, dum ſuccreſcere, & palmites conatur emittere.

Curet, vt heres virtutib⁹ Imperatorijs exerceatur,

Si Princeps ſit opulentæ ditionis.

Si Princeps Populum opulentum regat; in id totis viribus incumbere debet, ne quid aduerſi accidat; Si enim Populi otium foueat; licentia ſtatim pullulat, & vitium; nec deſunt vnquam vicini, qui ſæpe, ac ſæpius eius Imperium inuadere concupiſcant; neque enim opulenti Regni tot ſunt commoda, quot varia hominum ingenia, qui ad tam opulenti Imperij prædam inuitantur audaces. Populi verò, qui in feliciſſimo hoc Regnó vitam degunt; ſæpè delicijs torpeſcunt; Non pari ambulant paſſu; Diſciplina, & virtus, cum opulentia, & otio; Quā propter Princeps, qui talem Populum regit, dies, noctesq; inuigilet, nunquam ſe externæ fidei committat, ſed amicitias ita excolat, vt ex eis damna ſibi non eueniant. Multorum ſterilitatem opulentia ſua foueat, & eos ſibi deuinciat: in ſuis pacem cum affluenti annona conſeruet; Magnates ad honores euehat; vt præſtitis à Principe expenſarum occaſionibus libentiſſimè acquieſcant; ceteris verò popularibus hominibus eos ſpiritus inſtillet, qui tales ſubditos ſupra humanam conditionem ferè extollant; humores, ſi qui erunt, qui facile peccare poſſent,

Finitimis non fidat.

Caueat, ne otio, aut deliciarum affluentia populi torpeſcant.

Aliorū ſterilitati ſua occurrat opulentia.

Quid cum nobilibus.

Quid cū popularibus illi ſit agendū.

facile

facile erit expurgari abſque ferri alicuius, quod manifeſte lædat, miniſterio; cum indigeſti per inſenſibilem corporis politici halitum exhalare poſſint, atq. deijci. His itaq. conatibus pace tranquilla domi vtetur, nec foris bellum pertimeſcet.

Si tenuioris ſtatus ſit Princeps.

Si Princeps ſit anguſtæ ditionis; huius ſalus ſola ei ſummæ ſit curæ: propagationis vero deſiderium omninò abſit: ſi enim eius feruens animus ad altiora tenderet; ſtatim vicinus ſe offerret armatus: quamobrem ſe ſolum in ambitu ſui Imperij muniat; & nunquam hoc ex eius memoria exeat: plures ſæpe conſeruari flores virentibus dumis cinctos; multaque augeri, ſi latiùs regnandi cupiditas ſe ipſam cohibeat; quæ enim erumpũt plusquam par eſt, facillime euaneſcunt, & concidunt. Non ſit ad vtrumque indifferens, niſi virium præcedat examen: quãdo cum nullus timor, nullaue ſpes certa, ac ſatis honeſta cogit; infirmos infirmus amplectatur, cum potentioribus nullo modò coeat: immo ſi inter duos bellum exoriatur, dummodo conſultatio locum habere poſſit, aut vires infirmi obſiſtere queant conatibus aliorum; cautè agat Princeps, & ſibi omnino caueat; ne in turbandis alienis finibus, & conſilijs; & ne ſe immiſcendo alienis diſcordijs, ſibi perpetuum paret excidium, alijsque gloriam quærat immortalem. In hoc ſe prudenter gerat; quiuis enim exceſſus tollit illud æquilibrium, quod vires conſeruat; caueatque ab exterorum auxilio, hoc enim videmus quàm plurimis ſæpè obfuiſſe.

Late regnãdi cupiditatẽ cohibeat.

Bella cũ alijs Principib᷒, vel pro alijs cum fieri poteſt nõ ſuſcipiat.

Nõ admodũ fidat exterorum auxilio.

Si Princeps ſit vndiq; ſeptus Potentioribus.

Si Princeps plures finitimos habeat poteſtate præſtantiores; inter Scyllam, & Charybdim, vel inter ſpinas ſẽper verſabitur; quocumque enim pedem referet, ſe ipſe ſemper ſaucium inueniet; prudens ideo ſemper erit, ſi nimis ſe extollere, ſi nimium ſuas vires augere non conabitur; nec manum admouebit, niſi languida prius, ac pene proſtrata viderit potentiorum membra, quibus nulla ſane poſſint adhiberi ſalubria medicamenta. Nulla alia cupiditate afficiatur, niſi vt ea laxet in germen, quæ fructus beneuolentiæ in ſubditorum cordibus producere, & cumulare poſſint. Hi tuebuntur eum ab omnibus inſidijs; nec vlla manus erit tam audax, quæ armatam beneuolentiam erga Principem non pertimeſcat. Factis his fundamentis; illa quies, quæ ſolatur animos, in animo Principis conſiſtet; Illorum, à quibus ſe ſeptum videt, foueat infirmiorem. Pari non diffidat, immò omnem ſpem ſuam ſitam in eo oſtendat. Erga Potentiorem nullum relinquat officium, quod quamcũq. eius à ſe detrudat indignationem. Omnes ſpes abijciat Imperij propagandi; cum gloriam maiorem conſequatur anguſti Regni Princeps, in ſeruandis finibus ſuis, & defendendis; quam in quærendis nouis Imperijs.

Populorum beneuolentiam illum maxime adiuturam.

Non diffidat pari.

Digitized by Google

Si Princeps populi feroci ſit.

Beneficentiã excitare beneuolentiam.

Populos ſuapte natura facile ſuccũbere oneri, & exoneratos inſoleſcere.

Quam regulã Principi cum his ſeruandam.

Si populum ferocem ſe regere videbit; ſolam Populi beneuolentiam plus prodeſſe; quam vllam aliam regendi artem, non ignorabit; beneficentia verò ea eſt, quæ beneuolentiam excitat: Si populus ita ferox exiſtat, vt regi quodammodo minimè queat; Princeps onera imponat, quæ tamen vires eorum non excedant; quibuſcumque enim populis inſitum eſt à natura, vt oneribus facilè ſuccumbant, & exonerati facilè inſoleſcant; ſtimulum tamen neceſſarium addendum duco, qui leniter eos pungat; ſuper baſe enim, quæ non omninò ſubſiſtat, nõ exſtruũtur ædificia, quæ magnas connectant,& fulciant moles: ſit regula tracta ex cibis medij ſaporis; qui ſicut nauſeam non afferunt; immò & valetudini conducunt; ita ſanius, ac delicatius quodammodo erit illud Imperium; in quo ex clementiæ,& ſeueritatis cibo medius quidam efficiatur ſapor, ac condimentum: temperatura humorum valetudinem nobis conſeruat; inordinata & malè affecta quædam complexio, diuturni morbi origo exiſtit. Iam non ignoramus Imperij callem anguſtum, & arduum eſſe; quem ſi quis percurrens Princeps, nimis ſurſum oculos intendat, nimia ductus dominandi cupiditate; facile eſt, vt in foueam incidat, & præceps ruat; ſin cautus, & ad Imperij moderationem intentus erit; vnà cum populo feliciter, ac beatè viuet.

Quam anguſtus Imperij callis.

De electione Principum deliberata, ac ſuffragiorum beneficio expreſſa, maximè Pontificum, & Cæſarum, vti & plura de eorum poteſtate.

CAPVT XIII.

DIſcuſſis Principatuum generibus, ſucceſſiui videlicet, ac hereditarij, qui per tacitam quandam electionem deferuntur; poſtulat nunc ordo, vt ea enumeremus, quæ per expreſſa, & libera ſuffragantium vota,quoquo modo conferri conſueuerunt. Electio itaq; Principum,vel eſt omninò libera; vel ad certum quoddam genus perſonarum, à quibus debeat fieri, adſtricta.

Quando ſæpè electio locum habeat.

Electio Numæ poſt Romulũ raptũ.

Hoc ad primam ſpeciem electionis pertinere cenſeo, quod factum eſt mortuo Romulo ſine heredibus; tunc enim iacuit diù ſub interregno Regnum propter factiones, quibus tandem ſedatis, creatus eſt Numa: fuerunt & alij Reges huiuſmodi, vſque

ad

ad poſtremum ex ſeptem Tarquinium ſuperbum; hic enim Regnum, quod à Seruio tenebatur, rapere maluit, quàm expectare; immiſſiſq. in eum percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem non melius geſſit, quàm acquiſiuit à Populo. Illud certum apud Romanos per ſuffragia præcipuos magiſtratus, & qui curam Reipublicæ ſuſciperent, deligi: ſed & maiores aliquando creabantur à Senatu, non habita ratione nobilitatis generis, ſed virtutis. Traianum Principem, Nerua Cocceius Imperator fecit, eumdemq. poſtea Cæſarem in Senatu deſignauit; neq. verò coniunctionem ſanguinis, cum propinqui non deeſſent, antepoſuit publicæ vtilitati; neq. hoc eum deterruit, Hiſpanum eſſe Traianum; nullumq. antea, præter Romanos, Imperium Romanum obtinuiſſe; cenſebat enim, vt vir bonus, atq. Iuſtitiæ amantiſſimus, virtutem cuiuſq. non Patriam, perpendi debere. Moyſes amicus Dei, quo cum facie ad faciem locutus eſt Deus, potuit ſucceſſores Principatus filios ſuos eligere, & poſteris propriam relinquere dignitatem, ſed noluit: extraneus enim de alia tribu electus eſt Ieſus, vel Ioſue, vt hinc ſciremus, Principatum in Populos, non ſanguini deferendum eſſe, ſed vitæ magna cum laude ante paratæ.

Per ſuffragia Magiſtratus apud Romanos deferri.

Electionem Traiani in Cæſarē quāta æquitate factā à Nerua.

Moyſes quē ſibi ſucceſſorem delegerit.

Venitur etiam ad electionem, quando in Principatu, qui iure ſanguinis defertur, deſunt legitimi ſucceſſores, vt factitatum eſt, morientibus Imperatoribus ſine filijs; & apud Argiuos deficiente ſtirpe Regia Heraclidarum; & alios quoſdam Longobardorum Reges; comitijs enim habitis per electionem creabantur.

Alia electionis ratio. Quando locus eſt etiam electioni.

Habet autem locum electio libera, quando ad nullum genus perſonarum eſt reſtricta; quam Poloni ſemper ſucceſſioni prætulere. Regis tamen illorum non ſumma eſt authoritas, ſed omnia fere per comitia deliberat, cum omnia in nobilium manu ſita videantur: Senatores autem, qui & Palatini dicuntur, & Prouincijs præſunt, id vnum reſpiciunt, vt regiæ voluntati obſequantur; nam à Rege honores, & opes conſequuntur; Equeſter verò ordo, qui conſtat ex prouincialibus nobilibus ordini Senatorio ſubiectis, bonum publicum non reſpicit, ſibi perſuadens, niſi obſiſtat Senatoribus, libertatem ſuam perditum iri, & ſolam dominaturam Tyrannidem; huicq. ordini Senatorio, quoad poteſt, aduerſatur. Veneti quoq. ſuum Ducem habent electiuum; ſed tota poteſtas eſt penes optimates, ſiue Nobilitatem; quæ triplex refertur, Vetus, media, & noua; & licet multis ex Ciuibus ad minores dignitates via pateat, Nobilium tamen ſuffragio, ac decreto omnia peraguntur.

Alia electionis ratio.

De electione Regis Poloniæ.

Equeſtrē ordinem in Polonia pro viribus contra Senatorium ſtare.

Venetos etiā Ducē ſibi deligere, nullā tñ illi deferri poteſtatē.

Aliud genus electionis Principum, ſed ad certam ſpeciem hominum relatum, oſtendi poteſt exemplis; & eſt, quando, vel lege,

Sæpe etiā probatur electio nō libera vtī Pontificis,

lege vel more receptum eſt, vt ex certis perſonis tantum fiat electio, & iuxtam formam conſuetam. Veſtigia huius remanent adhuc in electione Archiducis Carinthiorum, ſic etiam præſcriptum eſt, vt Summus Pontifex Princeps Eccleſiaſticus ex Collegio fratrum Cardinalium eligatur, quamquam in electione ſæpè fuerit variatum.

Quam varia fuerit Sũmi Põtificis eligẽdi forma.

A quibus eligatur Summus Pontifex, quæſtio temporum exigit diſtinctionem; electio enim Sacroſancta Romana, & Apoſtolica non ab Apoſtolis primum, ſed ab ipſo Domino, & Saluatore noſtro primatum obtinuit; nam Petro Apoſtolo dixit (Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meã.) ſubinde Diuus Petrus ſibi in Sede delegit ſucceſſorem Clementem, quamquam hic immediate Diuo Petro in Sede non ſucceſſerit, & ipſo volente ante illum eamdẽ tenuerint Linus, & Cletus, ſiuè Anacletus; eo quod, viuente adhuc D. Petro, Linus, & Cletus adiutores adſcripti ſunt in adminiſtrationem bonorum externorum, qualem Diaconus habebat. Deinceps, quia exemplo perniciosũ viſum eſt, vt Pontifex deligeret ſibi Epiſcopum ſucceſſorem; alia formula eligendi Summum Pontificem comprobata eſt; & à ſolis Eccleſiaſticis delectus eſt. Eccleſia poſtea pacem adepta, interfuit populus, & ſecuta Imperatorum comprobatio; ſeu vt ita dicam authoratio. Hæc omnia in electione Pelagij, & Gregorij primi ſatis apertè comperiuntur. Benedictus Secundus Summus Pontifex ſtatuit in poſterum eſſe deligendos Summos Pontifices per Clerum, & Populum Romanum, ſine conſenſu Imperatoris: Prohibitum deinde Laicis; ne ſe immiſcerent Pontificum electioni: ab Adriano, ne conſenſus Imperatoris adhiberetur; & ne electio, ab Imperatoribus facta, rata eſſet, cautum eſt. Adrianus primus, qui & Sedem Apoſtolicam adeptus eſt, cum eius rogatu, Carolus Magnus ad defendendas res Eccleſiæ veniſſet, habita Synodo cum centum quinquaginta Patribus, electionem Summi Pontificis Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum; cum omnibus inueſtituris Carolo conceſſit, & cum dignitate Patriciatus. Ludouicus primus Caroli Magni filius ceſſit hoc ius electionis in perpetuum Paſchali primo Summo Pontifici; & ipſe antè à Populo Romano, ſine conſenſu Imperatoris, electus fuit. Verumtamen Leo octauus, Othoni ſecundo Imperatori poteſtatem eligendi Pontificem renunciauit, certis ob id datis literis, quò tutius ſe Imperij hoſtibus opponere poſſet; ſpoponderat autem iuramento antea Otho Ioanni duodecimo anteceſſori fidem, & nihil ſuo conſilio, conſenſuve perditurum; nihilque de rebus, quæ ad illum, Terramq; Sancti Petri ſpectarent, ſine eius conſilio facturum. Ex his tandem varijs conceſſionibus, nihil

Primum Põtifex ipſe viuens ſucceſſorẽ ſibi deligebat, vt S. Petrus Clementem.

Tũ Othonis tempore Eccleſia cœpit elato Põtifici ſuo aliũ ſubrogare.

Inde etiã populum interfuiſſe, & additam quaſi Imperatoris authoritatẽ.

Mox p Clerũ, & Populum Romanum, ſecluſo Imperatore.

Semoti deinde & laici omnes ab electione.

Conceſſũ poſtea ab Adriano primo ſuffragium Carolo Magno.

At eius filiũ ceſſiſſe hoc ius Paſchali primo.

Rurſus Leonẽ Pontificẽ viij. Othoni II. renũciaſſe

Ex his cõceſſionibus, quę incommoda deriuaſſe.

præter ſeditiones, & ſchiſmata Eccleſia retulit, donec Nicolaus Secundus Sabaudus ex Concilij decreto Mantuæ habiti, ſtatuit Sūmum Pōtificem à ſolis Cardinalibus eſſe eligendū. Alexander Senenſis ſtatuit addendo diſſentientibus inter ſe in electione Cardinalibus, valere illius electionem, quam ex tribus Cardinalium partibus duæ elegiſſent, excepta cauſa neceſſitatis, in qua non exceptantur duæ partes Cardinaliū; immò & huic ſolemnitati renunciare poſſunt eligentes: & ſi duæ partes conſentire non poſſunt, arbitrantur quidam brachio ſeculari cogēdos eſſe ad cōſentiendum, & donec conſentiant in conclaui detinēdos, vt Peruſij factum fuit in electione Honorij Tertij. Item in electione Cæleſtini, & Innocētij Quarti; quamuis ius repugnet. Subinde ſub Gregorio Decimo Summo Pontifice coacta eſt Synodus Lugdunenſis coram Michaele Paleologo Imperatore, in qua inter alia illud ſancitum eſt, vt ſi Summus Pontifex in Ciuitate moriatur; Cardinales, qui præſentes ſunt, teneātur expectare abſentes per decem tātum dies, quibus elapſis, qui adſunt, eò conueniant, vbi degebat iam mortuus Pontifex, vt fusè explicatur in conſtitutione Gregorij Decimi, quam expoſuit, & confirmauit Clemens Quintus propria conſtitutione, in qua & ſecundum præcedentem conſtitutionem Gregorij Decimi aliæ ſolemnitates; quæ in Pontificis electione, & confirmatione requiruntur, ſatis apertè habentur deſcriptæ.

Nicolaū Secundum electum reſtrinxiſſe ſolis Cardinalib⁹.

Quid ſi Cardinales in partes diſcriminati pugnent ad inuicem.

In Synodo Lugdunenſi ſtatutum eſſe Cardinales, qui in Vrbe vbi defunct⁹ eſt Pontifex adſint expectare abſentes per decē tantum dies.

Quod & cōfirmatū eſſe à Clemēte V.

Huius ſupremi Monarchæ electi ſumma eſt poteſtas; omnes enim Eccleſiaſticas, & Seculares dignitates, & pleraſq. alias, ſine vllo diſcrimine diſtribuere poteſt, neq; minus in liberos homines, quàm in quoſcumq. ceteris Principibus ſubiectos. Quòd ad dignitates Eccleſiaſticas explorati iuris eſt, Summum Pontificem creauiſſe, & creare ſolere Cardinales, & Epiſcopos diuerſarum nationum, & ſub diuerſorum Principum Imperio conſtitutos, non conſultis ipſorū Principibus. Quod ad ſeculares pertinet, conſtat Reges Poloniæ, atq. Luſitaniæ electos fuiſſe à Romanis Pōtificibus, eorūq. populorū Principes olim titulo Ducū creatos fuiſſe, & ab ipſis Reges coronatos. Innocētius III. Romæ Petrū Regē Aragoniū, Vxorēq. Reginā in Aede Sācti Pācratij creauit; coronauitq. Ioānem Regē Angliæ, & Hyberniæ, qui ea Regna Sedi Apoſtolicæ tributaria eſſe voluit. Itē Rex Daciæ Bulgarorū, innumeriq. alij à Pōtificibus creati, atq. diademate inſigniti fuere, vt etiā exſpoliatos Regno, ac dignitate plures, & ꝑcipuè Angliæ Regē ab Innocētio III. memoriæ ꝓditū ſcimus. In rebus Imperij multomagis ſe immiſcere poteſt Sūmus Pōtifex, vtpotè quæ iuris Pōtificij ſint, Sediq. Apoſtolicæ immediate ſubiectæ: Gregorius etenim V. numerū Electorū inſtituit, quibus eligēdorū Cæſarū facultatē cōceſſit, qq. ſæpiſſime in diuerſis

De Summi Pōtificis authoritate.

Quod ius habeat Pontifex in dignitatibus Eccleſiaſticis deferendis.

Quam authoritatē in ſæcularibus.

Exēplo declarant.

Plures Reges à Pontificibus Regno exſpoliatos.

Imperij res iuris Pontificij eſſe.

Gregorium Quintū Imperatoris Electores cōſtituiſſe.

Ioãnē xxij. poteſtate quoſdã exſpoliaſſe.

Electores quem Romanorũ Regē, vel Imperatorem elegerint, à Pontifice petere vt ratum habeat.

Eoſdē etiam electos iureiurãdo ſe Põtificis obedientiæ deuocare.

temporum rationibus à diuerſis Pontificibus eligendi priuilegio fuere exſpoliati, quemadmodum olim Ioannem vigeſimum ſecundum factitaſſe legimus. Hæc autem authoritas ob id dilucidior conſpicitur, quoniam, vt primum Rex Romanorum, vel Imperator eſt electus; Electores à Pontifice, vt ratum habeat, petunt; & ſæpenumero cum Pontifex conſenſum non præſtitiſſet, ad nouam eſt deuentum electionem; præterea conſtat Regem Romanorũ, vel Imperatorē electũ ſtatim in Pontificis manu fidei iuramentũ, ac obediētiæ tranſmittere cõſueuiſſe.

Põtificē poſſe deponere Imperatorē electum, & confirmatũ.

Nõ potuiſſe Carolum V. tradere Imperium Ferdinãdo fratri, inſcio Põtifice, etſi annuētibus Electoribus.

Caroli Quinti notabile dictum.

Regē Romanorũ donec à Pontifice, vel eius Legato diadema receperit nõ vocari Imperatorem.

Ad hæc dicimus Pontificem priuare poſſe, ac deponere Imperatorem electum, & confirmatum, vt clarè euincitur ex eo, quod Carolus V. ſe ab Imperij onere ſubtrahens, illud annuentibus Electoribus in Ferdinandum fratrem reiecit. Quæ res tempore Pauli Tertij acriter agitata, atq. diſputata fuit, aſſerente Pontifice Imperatorem non poſſe deponere Imperium in manibus Electorum tamquam ſibi inferiorum; ſed Pontifici eſſe credendum; atq. ita vnanimi Patrum conſenſu decretum fuit tunc Imperium vacare, & Põtificis arbitrio reſeruari. Tēpore Pauli Tertij, cũ Carolus Quintus, & Franciſcus Primus Gallorũ Rex ad ſingulare certamē deſcenſuri crederentur; inter cetera, quæ Carolus allegabat, illud erat, ſe filiũ eſſe, ac defenſorē Sedis Apoſtolicæ, cui iureiurãdo obſtrictus erat; ac proinde de ſe ipſo quidquam decernere nõ poſſe. Præterea cõpertũ, donec electus, & à Pontifice cõfirmatus Rex Romanorũ, Imperatoriũ diadema manu Põtificis, vel eius Legati recipiat; nũquam Imperatorē abſolutè vocari, ſed electũ; ſicq. aſſerere poſſumus nomē illius ab authoritate Pontificis pēdere, quēadmodũ etiã Sacræ Maieſtatis titulus, qui ei conceditur à Sancta Sede, vt res ſacra.

An cuiuſcũq. nationis Pricipes ſint ad Imperiũ eligibiles.

Cur Galliarũ Reges ad Imperium euehi poſſe putent.

Communis opinio eſt, etiam Imperatorem Romanorum non poſſe eligi, niſi Germanum, & à Germanis ortum, nec ab alijs eligendum, quàm à Germanis; dicunt enim actiue, & paſſiue in Germanos Imperium eſſe tranſlatum; exceptis, vt volunt quidã, Regibus Francigenis, qui poſſunt eligi, cum aliquo modo à Carolo Magno originem ducentes, hoc iure Germani cenſeantur; ſicuti etiam fuit decretum, Carolum Regem Hiſpaniæ, & Ferdinandum Ducem Burgundiæ fratres, nepotes ex filio Philippo Maximiliani Regis Romanorum, & Archiducis Auſtriæ, ratione aui, dici Germanos, etiamſi alibi natos, & poſſe ad Imperium ſuſtolli: quo pacto eo tempore Imperium fuit tranſlatũ in Carolũ Magnum (hic erat Gallorũ Rex) qui cum viribus, & Galliæ ſũptu Sedē Apoſtolicã ab aduerſarijs liberauiſſet, vti Galliarũ Rex à Sũmo Põtifice, ac à Synodo Lateranēſi omnibus donatus eſt priuilegijs, & Imperio, vt nõ ægre debeāt ferre Germani (vti ſētiũt Galli) ſi Principes Galli dicãtur ad Imperiũ poſſe traduci, cũ

afferant

aſſerant etiam Archiepiſcopum Treuirenſem, vnum ex Electoribus, nomine Gallorum, ſe ipſum appellare Cancellarium.

De cõſtitutione Rom. Imperij.

Primis tẽporibus Imperium fuiſſe quodammodo hereditarium.

Ex eo autem tempore, quo Romanum Imperium in Germanorum deuenit poteſtatem; ea fuit Romani Imperatoris poteſtas, vt ſucceſſorem ſibi, qui videretur idoneus, eligere poſſet, & omnes Imperij Principes ei tenerẽtur aſſentiri; plerumq; eligebat pater filiũ, aut eum, qui proximo ſibi ſanguine eſſet iunctus, eratq. hoc modo Imperiũ quodammodo hereditarium: ſi verò aliquem elegiſſet Imperator, qui tanto haud par fuiſſet honori; tunc Principes obſiſtebant. Mortuo autem Othone ſecundo, Romani Imperatoriam dignitatem ad ſe trahere, eaq. peregrinas nationes priuare, in animo deſtinauerant; Electo nimirum Imperatorẽ ex ordine Senatorio, aut ex Principibus Italis, qui, & digni tanto honore, & idonei ad tantum onus ferendum crederentur: Verum Germani, penes quos iamdudum Imperialis fuerat dignitas, hæc præſentientes agitari conſilia; ſollicitata noui Imperatoris electione, Othonem tertium Imperatorem ſalutarunt; qui ſtatim fidelitatis ſacramento accepto ab omnibus pro legitimo Cæſare, & Imperatore habitus eſt. Huc acceſſit, quod eodem quoq. tẽpore obijt Ioannes Pontifex, & Otho Imperator cognati ſui partes, ita premouit, vt is Pontifex creatus ſit, qui ſe Gregorium quintum nominauit; & ita legem Imperatoris, denuo creandi, quæ dicitur Bulla aurea, tulit, iam per ſexcentos annos obſeruatam; vt nimirum ſola Germanorum natio eligendi Imperatoris ius haberet, qui electus Cæſaris, & Regis Romanorum titulum gereret; cum primum autem coronam à Põtifice accepiſſet, Imperator Auguſtus vocaretur; vnde ea orta eſt conſuetudo, vt Imperatores Romam ad recipiendum diadẽma proficiſcerentur. Vtili hac lege propoſita, omnes Principes Imperij ſtatim aſſenſum præbuere, & tandem concluſum fuit ſeptem tantum Electores eſſe debere; nimirum tres Imperij Archicancellarios, ſcilicet Archiepiſcopum Moguntinũ per Germaniam, & per Prouinciam Transrhenanam, hoc eſt per Galliã Belgicam; Archiepiſcopum Treuirenſem, atq. per Galliam Archiepiſcopum Colonienſem; & hi ſunt Electores Eccleſiaſtici: deinde nunc pro Comite Palatino Imperij Dapifero, Bauariæ Ducem; Saxoniæ Ducem Archimariſcalcum Imperij, & Marchionem Brandemburgicum Imperij Camerarium; & Regem Bohemiæ Pincernã Imperij: atq. hi ſunt quatuor Electores Seculares adiuncto tribus prioribus Bohemiæ Rege, vt, ſi quæ eſſet in electione controuerſia; aut ſi paria ex vtraq. parte eſſent vota; tunc, quibus ſe ille adiunxiſſet, &, cuius electionem voto ſuo auxiſſet, ille Imperator haberetur.

Mortuo Othone ij. Romanos conatos fuiſſe Imperatoriam dignitatem penes ſe tenere.

Eorum tentamẽto Germanos habita creatione Othonis iij. anteuertiſſe.

Bullã aureã à Gregor. v. cõſenſu Imperatoris editam, & per ſexcẽtos annos obſeruatã ſolis Germanis ferre poteſtatẽ eligendi Imperatorem.

Vnde ortus Imper. mos Romã proficiſcendi ad recipiendum diadema.

Septem eſſe Imperatoris Electores, & qui nam.

Modo pro Comite Palatino cõſtitutum eſſe à Ferdinãd. ij. Bauariæ Ducem.

Imperator in Germania abſolutum non habet Imperium, ſed

De Imperatoris poteſtate.

cum per comitia gubernet; proinde plus, minuſuè habet, authoritatis, prout in comitijs, ſiuè amatur, ſiuè timetur, ſiuè ob venerationem quandam illi non obſiſtitur. Conſilia, & Status, qui Germaniam gubernant, triplici ordine cenſentur, Eccleſiaſticorum Principum, Secularium, & Ciuitatum .. Ad eorum comitia tres hi ſtatus conueniunt; in quibus tria formantur conſilia. In primo Electores cōſentiunt, inter quos Rex Bohemiæ nō adeſt, vt pote qui ius conſultandi non habet, cum magis arbiter, quàm elector eſſe cenſeatur. Alterum Conſilium ex omnibus Principibus, tàm Secularibus, quàm Eccleſiaſticis conflatur, in quod aduocantur duo pro ceteris omnibus Eccleſiaſticis, duoque alij pro omnibus Comitibus, & Dynaſtis. Tertium Conſilium, eſt Ciuitatum, coram omnibus hiſce ſtatibus proponit Imperator, quod negotium ſuſcepit pertractandum; & ſingula conſilia ſeparatim ſuper rebus propoſitis conſulrant. Ciuitates vero, etſi ſententiam ſuam inſtar conſiliorum conferunt; nihilominus nullum in re abſoluenda ſuffragium habent. Conſilium Electorum poſtremò loco ſuam pronunciant ſententiam, & maioris ſemper eſt authoritatis, & exiſtimationis,

Ordo, ac modꝰ comitiorū apud Germanos.

Triplici inſuper modo Principatus electiuos ad aliquem demandari, vel merito, vel caſu, vel vi, & quid in ſingulis præſtandum.

CAPVT XIV.

AVT meritis, aut fortuna, aut aperta vi eligitur Princeps. Si huiuſmodi honorem, & dignitatem, virtute duce, ſibi Princeps comparauerit, ea etiā comite, ad beatitatis apicem ſe eſſe extollendum ſibi certo perſuadeat: Solent enim res, quibus quæruntur artibus, ijſdem ſemper conſeruari: Sic illi numquam animi firmitas, ac robur deerit; nec eius res geſtæ longè ab eo vagabuntur tramite, quem pede preſſerit, cum ad tantam excreuerit dignitatem; omninò enim, ſi ab eo ſe pauliſper abſtraheret; cuncta, quæ ad tantum magnitudinis culmen eum eleuaſſent, penitùs damnata circumſpiceret: Simulata continuò increpabuntur; ſi ibi parum cōſtans, & minimè in virtutis veſtibulo perſiſtere videbitur; nec qui iam electioni præſto fuere, conqueri deſiſtent, dum ſe in electione ob nimiā Principis mutationē, deluſos agnoſcent; illā gloriā, quæ dux, & comes nūquā ab eius ſeceſſit latere, dum ab eo ſuſtinetur Imperiū, non depellat à ſemetipſo; immò eā magis amplectatur; & eo ſit cautior,

Quid Principi ſeruādū ſi meritis ſuis delatū agnoſcet Imperiū, Principatus, quibus acquiritur, artibꝰ ijſdē & conſeruari.

Caueat Princeps ne à recto tramite deflectat,

quo

Digitized by Google

quo magis in periculoſas, ac pernicioſas ſyrtes ſuæ gubernationis Nauem viderit impingere. Memoria beneficij accepti,& grati animi illa virtus eſt,quæ in fide, non tantum eos, qui electionem approbauere,continet; verum etiam hoſtes demulcet; & ſi vnquam acciderit, vt eos factæ electionis pæniteat, pænitentiæ labem, aqua terget beneficentiæ, quæ omnem ſemper ab eis, qui electioni parum arriſere, detrudet timorem; hæc ad obſequia ſubditos reducet, & qui erunt prauæ quadā inobedientiæ macula fœdati, expurgati ſtatim obtemperantes conſiſtent; omniq; poſtea integritate, atq; beneuolentia obſequētur. Si erga nonnullos ſtudia ei tantum curæ erunt, in aliorum odiū incidet;vnde tàm præceps ruina eſt metuenda,quàm excelſa dignitas fuerit optanda.In Principatus initijs, ne omniū ſibi perſpectam effingat fidem. Aduolant plures ad obſequia præcipites,ſed emolumentorū ſpes,eorum fidei lucem adimit,quę nullo illita fuco ſuum nititur emittere ſplendorem : ideò,quamuis ſagaciſſimus Princeps Lynceis oculis aliorum mētes peruadat,hilari tamen vultu quoſcumque acceptet. celeritatem in conſultationibus, in benemerendo gratiam, in reſpondendo ſagacitatem, in agendoque diſſimulationem non omninò exiſtimarim inutiles; dummodo non huius vſum neceſſitas potius, quàm natura indicet.

Accepti beneficij recordationē, vel ipſos hoſtes demulcere.

Ne vni potius, quàm ceteris ſtudeat.

Nouus Princeps ne omnium fidē ſibi exploratā oſtendet. Omnes tamē placidi oris inuitamento ad ſe alliciat Quæ in conſultationib^9 illi inſeruiēda.

Si caſu electum Principem viderimus, eum audere, nimis temere pro certo habebimus; ſi Imperij habenas rectè gubernare, ac cohibere neſcierit, cum nulla fuerit virtus, quæ eum tanto parem reddiderit honori,difficile in regio ſolio pedem firmabit; indutus quantumuis incedat regio paludamento;niſi illud quaſi virtutis manu adaptetur, prodibit certè in ſcenam magis perſonatus Princeps, quam in Imperiali ſuarum virtutum ſplendore triumphator. Fortuna haud conſiſtit, & quæ munera largitur, quaſi ab eius manu lapſa, facile etiam ex arripientis manibus excidunt, niſi ſit virtus,quæ firmet manum,tantumq. bonum à geſtiente ob nimiam lætitiam Principe eripi nullo modo patiatur. Si Fortuna iam initijs fuerit adiumento; non hanc fulcientem habeat in tegenda Imperij mole : immò ſit conſilium, vt ſolo virtutis robore regatur, tantum ſuis votis obſecundet, & ſolo comitis, non ducis titulo appellet.

Quid ſi caſu fuerit Princeps electus.

Fortunā nō cōſiſtere,niſi in baſi, & firmamento virtutis.

Si vi ſe ductum ad dignitatem Princeps videbit, ſola etiam vi ſemetipſum tuebitur : ita docent Pſeudopolitici à fide errantes; quæ enim eius videntur obſiſtere potentiæ, ea omnia labefactanda putant. Si quies illa, quæ ſola ſubditorum beneuolentia ſe recreat,vix tuta ſiſtit, niſi ſæpta armatis exiſtat, quomodo vi quæſita quies, ſecura erit, & non laborioſa ſemper,niſi ferro fulciatur, ne cadat? tunc præcipuè, cum animi Populorum;

Quando vi eligitur Princeps, vi etiam Principatū illi adminiſtrādū;

Digitized by Google

adeò ſunt infenſi; vt, cui iam aduerſati fuerint in primordijs Principatus, ſemper in adminiſtratione eius obſiſtant: Princeps itaque, qui ſe non vndique tutum exiſtimat, quod ei aduerſatur, & ſit obuium, haud vi impari proſternat, ac profliget; ex clementiæ ſcholis non depromat regendi artes; feroces enim, qui vi ſubacti fuere, non frenantur his artibus, quæ admixti aliquid habeant, & beneuolentiæ, & fortitudinis: Non torquentur his morbis, qui leuem exigant medicinam: Rigor Principis tantum obſiſtet, qui in tam acutis morbis, ſæpè ferrum pro remedio magis vſui eſſe opinatur. Solet ſemper clementia longè exulare ab ijs Regnis, quibus vis ſola præeſt. Illa inter medioceres vſus ambulat; hæc verò ſemper aut faciendo, aut propellendo impetus, ad extrema conuolat; ideoque illud ſemper Princeps ante oculos habeat, eo adigendos ſubditos vi ſubactos, vt nullo vnquam tempore paria paribus referre queant. Quæ omnia erroribus, ac periculis plena exiſtimo; clementia enim Principis animi populorum comparantur.

> Subditos feroces, & vi ſubactos non frenari beneuolentia.

> Clemẽtiam mediocritatem ſequi, vim verò ſẽper cõſolari ad extrema.

Vtilius fieri Principem per ſucceſsionem, quam per electionem.

CAPVT XV.

MAxima eſt inter Politicos altercatio, præſtetne Principem eſſe hereditarium, an electiuum. Germani apud quos Auguſtum eſt Imperium, Poloni, alijq; Reges eligunt. Hiſpani, Franci, Angli, ac plerique alij hereditarios habent Dominos. hic non meum eſt de antiquis Regnorum pactis, & conſuetudinibus iudicare: poſthabitis itaque Politia, & Ariſtocratia, alijſque rerum publicarum generibus, in quibus electio deſideratur, generatim hereditariam ſucceſſionem electioni præpono.

> Pugnantia hac in re populorum ſuffragia.

Imperij firmamentum, & ſalus, eſt authoritas Imperantis; contemptus verò extrema pernicies: ob id filij Regum, quorum maior eſt authoritas, electiuis præponuntur; qui enim aliorum ſuffragio Regnũ tenet, multa tribuere, multa indulgere propriæ dignitatis authoribus cogitur in eorum delictis, ne ingratus videatur; multi etiam electores, pactis, cautionibuſque libertati ſuæ in illis eligendis proſpiciunt, vt quam minimam in ſe ipſos poteſtatem illi tribuant, quem eligere ſtatuerunt; quantum ſuis priuilegijs arrogant, ij tantum authoritatis detrahunt; inſtabilis eſt enim authoritas, quæ ſolida poteſtate non fulcitur;

> Prima ratio pro ſucceſſione eius maior authoritas.

> Authoritatis imminutio cũ Princeps electus electoribus ſuis nõ poſſit nõ aliquid indulgere.

ac

ac præterea eum tanti non faciunt, quem aliquando ſibi parem, & fortaſsè inferiorem viderunt. Tiberium contempſere Romani, quem exulem, & palliolatum græculorum ritu viderant; inde ortæ ſunt ſuſpiciones, calumniæ, coniurationes, & nobilium interneciones. Galba contemptus fuit, vt pote, qui prius ære alieno obſtrictus, vix Romæ manere potuerit; ideo illi breuiſſimum Imperium, & fœdiſſimus exitus contigit. Huc accedit huiuſmodi Principẽ non illis confidere debere, quibus inuitis præeſt; quippè qui eundem tamquam indignum deponendi, nullam prætermittant occaſionem. Subinde impatientes ſunt probitatis noui Principis Aulici mores, qui antea ſub alio electo licentia tyrannica, rapinis, & vitijs innutriti fuerint: ideò ſæpè factum eſt, vt bonos Principes, quos illi fouere, & defendere debebant, vt ſibi aduerſantes, aut dolis, aut venenis, aut apertè obtruncarint, quemadmodum, & Prætoriani milites, non ob aliam cauſã optimum Imperatorem Pertinacem enecauerint.

Electus contemni poteſt, vt qui fuerit primus, vel par, vel inferior ceteris Principibus. Quod Tiberio, quod Galbæ contigit.

Bono Principi electo facile immineré infelicẽ exitum Pertinacis.

Si electus ſit Princeps, neceſſe eſt, niſi inſigni ſit animi robore, timide imperare; ſimultates, inimicitiaſque potentum, ac audacium, & inuidorum hominum non fruſtra metuere; cum enim vitæ breuitatem, fortunæ varietatem perpendit, non æquo animo eos, quantumuis merentes, ferre poteſt, quos aliquando imperaturos ſuſpicatur: familiæ ſuæ, filijs, & vxori, quos reputat futuros hoſtes, ſibi nollet eſſe ſuperſtitès: Ex quo ſequitur Magnatum potentia, maiorum impunitas, inferiorum oppreſſio, contumeliæ, iudiciorum reſtrictio, cauſarum dilatio, difficiliſque tandem ſententiarum, & rei iudicatæ executio.

Secunda ratio, quod electus ſemper ſibi, & ſuis metuere debeat ab inuidis.

Rurſum pluribus nominibus ſubditos maximè conducit non habere nouos, aut habere ſui generis Principes; fieri enim poteſt, vt per diuerſas mutationes, mores quoque mutentur, & quod honeſtum habetur, certis de cauſis in ſubditorum Prouincia; idem non ſit in eius natione, qui Imperium accepit; quare cum nouus Princeps alienigena mores ciuium corrigere voluerit; non emendabit, ſed perdet Rempublicam: Indigenis Principibus nationes procliuiùs ſubijciuntur; vix enim vlla eſt, quę diù ferre poſſit peregrinum Imperium, & vbicumq. populus eſt cum aliqua mediocri potentia, facile ab indigenis gubernatur. Galli poſſederunt complures annos Siciliam, & Neapolim, quibus ita ſunt exuti, vt præter maiorum ſuorum ſepulcra, nihil aliud ibi prorſus habeant. Ferunt Annales tempore Gulielmi Siciliæ Regis, qui Gallus erat, Siculos, Apulos, & Calabros conſpiraſſe in Gallos apud ſe exiſtentes, eoſque trucidaſſe, quoniam Rex illis præfecerat Cancellarium Gallum, alioqui præſtantem, & huic muneri idoneum; ægre namque fe-

Tertia ratio ex ſubditorũ vtilitate.

Ne fiant mutationes morum, vt rituũ ex varia regẽdi ratione. Facilius ſubijci populos indigenis Principibus q̃ peregrinis. Ob id Gallos è Sicilia, & Neapoli eiectos. Inde etiã Siculorũ Apulorũ, & Calabrorũ cõſpirationem in Gallos.

 rebant

rebant illi, alienigenæ tributum fuiſſe ſummum Magiſtratum.

Quarta ratio, q Princ. ñ per ſucceſſioné onera modú habeant, ſecus qui per electionem.

In diutina Principatus continuatione, aliud accedit commodum ſubditis per ſucceſsiones, quod exactionibus, & tributis non ita affliguntur; cum enim Patres, vel nouiſſimi mortui Principes iniuſtis onerum vexationibus populum malè acceperint, iam quodammodo ſaturi conquieſcunt; Si verò ſubmoueantur, ſuffecti in eorum locum alij famelici mordaciores conſurgunt, & pecuniarum cupidiores: qui filios fortunæ ſuæ heredes relinquendos ſperat, omnia Regni officia moderatur, & mitius tractáda curat, heredibus proſpicit, ærario, armamentarijs, & incolumitati Ciuium conſulit: at qui morte ſua, Imperium ſuis ademptum inuidet; non habet, cur Regni tutelæ, & eius futuræ dignitati conſultum velit, quod mox in aliorum, & forſan inimicorum manu futurum ſit. Quin omnem potius cogitationem eo transfert, vt liberis ſuis, ac domeſticis, cui inuidiam, & multorum ſimultates comparauit, præſidia, ſecuritatemq. ſubditorum diſpendio relinquat; ne priuati, ludibria poſthac patiantur, & in Imperio noui Regis, etiam rerum ad vitam neceſſariarum caritate torqueantur.

Quinta ratio ex diuerſis factionibus, quę in eligẽdo Principe oriuntur, & vitantur in ſucceſſione.

Conducit etiam ad euitandam animi elationem à natura penè mortalibus inſitum hereditaria hæc ſucceſsio; vbi enim incertum eſt, quis lege ſucceſsionis peruenturus ſit ad Principatum; etiam viuente Principe, de eius ſucceſsione conſultatur: Struuntur inſidiæ, factiones, cõiurationes; quæ quid mali adferant in Republica adminiſtranda, teſtantur abundè miſerrima illa tempora Marij, Syllæ, Lepidi, Cæſaris, Pompeij, Antonij, & Auguſti; hinc ærarij expilationes, animorum diſſenſiones, Reipublicæ odia, inimicitiæ inter Regnicolas, Ciues, & Prouinciales; quæ quidem omnia quieſcunt, quando eſt certus ſucceſſor ex genere. Legiones enim, & claſſes, haud ſic firma Imperij munimenta ſunt, vt liberorum numerus. Amici, temporibus, fortuna, nouis cupiditatibus aliquando, aut erroribus imminuuntur, transferuntur, deſinunt. Suus cuique ſanguis valde acceptus eſt, & maximè Principibus, quorum rebus proſperis filij, & ſubditi fruuntur, aduerſa ad alienos pertinent. Firmantur hæc omnia illuſtri exemplo Philippi Mariæ Ducis Mediolanenſis; cuius mors, & orbitas, tot tantaſque perturbationes, ac clades Reipublicæ Mediolanenſi attulit.

Firmius Regni munimentũ liberorũ numerum, quam Legiones, & Claſſes.

Aliæ rationes ex incõmodis electionis, ne tempore interregni fluctuet Reſpublica, vt aſſolet.

In Principatu electiuo, mortuo Principe, tempore interregni Reſpublica fluctuat ſine Rectore, vt nauis in medio mari ſine Nauarcho; ad primum enim tempeſtatis impetum, ſpe impunitatis repletur homicidijs, vindictis, ſceleribusq; frigente interim foro, quemadmodum ſemper accideret Romæ, Summo Pontifice mortuo, quandiù per Cardinales de ſucceſſore tractatur,

ſtatur, niſi per præſtantiſſimos Rectores ſatis cautè quieti publicæ conſuleretur; neque ſoluitur hoc periculum, ſi dicamus Gubernatorem, Rectorem, defenſorem, ſeu Procuratorem in interregno creari poſſe; nam nec minor eſt quæſtio de interrege, quam de ipſo Rege eligendo; & ſæpè accidit, vt qui Procurator, & Rector conſtituitur, dum de Rege, & Principe conſultatur, ſibi Principatum vſurpet, & inuadat.

Aliud etiam accedit incommodum, vt facile Regna, & Principatus extinguantur, & in aliud nomen, & aliam ditionem. Romani, Regna ſubacta, nominibus proprijs plerumque priuarunt, & authoritate Regia in Prouincias conuerterunt, vel alterius generis Principatus ſub nomine, & Imperio Romano. Idem fecerunt aliæ nationes, dum illæ aliorum potiri Regno potuere, ſicque varijs mutationibus Regnorum ſplendor extinctus eſt.

Ne Regna in aliud nomen tranſeant. Vt quę à Romanis ſubacta in Prouincias tranſire.

Additur, & aliud periculum, quod vbi dulcedine dignitatis Principatus, electi Principes imbuti ſunt, niti ſoleant omni ſtudio, dolis, ac fraudibus, & magis liberorum honoribus procurandis, quam proprijs. Sic & antiqui Reges etiam electiui, vel filijs legitimis reliquerunt Imperium, vel adoptiuis reuera, etiam, Republica ſibi proſpiciente, & conſentiente, vel tot mutationibus per contrarias armatorum, & Senatus ſententias, & ambitioſorum factiones diſcerperetur; eaque ratione tulit conſortes Imperij creatos, vt altero moriente quieta in altero Reſpublica viueret. ob id in Imperio ſeruatur adhuc conſuetudo nominandi Regem Romanorum viuente Imperatore, tamquã ſucceſſorem Imperatoris ad euitandas conſpirationes, & bella Ciuilia, quæ orirentur in electione noui Imperatoris, vt Henricus tertius Conradi Franci filius Capua regreſſus, in Germaniam filium Henricum quartum, quinque annos natum Cæſarem eligendum, & Aquiſgrani coronandum curauit; & hic quoque filium ſuum Henricum quintum; & Carolus quartus Vinciſlaum filium, cui ſucceſſit Sigiſmundus eius frater.

Quòd Princeps electus ſæpè nitatur etiam dolo malo dignitatè ad filios träſmittere.

Reſpublicæ etiam cõſueuiſſe Principes electos ſucceſſores ſibi deſtinare.

Vt eadẽ vitentur incõmoda ſeruari adhuc morẽ nominandi Regẽ Romanorum viuente Imperatore.

Nec quis opponat Regum filios inter delicias, & blandimenta educatos ſuperbis ſpiritibus inflari, voluptatibus frangi, ſubditorum neceſſitates paruipendere. Eorum enim, qui ex priuata fortuna ad Regnum prouecti ſunt, intolerabilior eſt arrogantia. Repentina, & inſueta in altum ſubleuatio tumidos facit Principes, & quemadmodum illis, quibus à ſomno ſurgentibus magna ſubito lux circumfunditur, hebeſcunt oculi; ita priuati, nouo maieſtatis fulgore ſtupidi, ſui obliuiſcuntur; haud ſecus, ac ſi radij ſolares in aduerſam eorum faciem incidentes memoriam excuterent.

Occurritur primæ dubitationi præferentiſ electionem.

Nec quis pro electione dicat Principes facile in Tyrannidem erumpere,

Alteri item pro electione ſit ſatis.

erumpere,& Regnum, quaſi ſuum patrimonium, & ſubditos velut ſeruos arbitrari; cum electum Principem maiorem cauſam habere ſit dicendum, vt Principatum mutet in Tyrannidem, quam is, qui iure hereditario imperet; alter enim auidius tondet,ac deglubit,vt iam iam exiturus; alter ſequentis etiam anni prouentum expectat, inſeritque pyros nepotibus carpendas.

Nullum aditum ad verã virtutem per electionem aperiri, vel ſimulatione candidatorum, vel etiã populorum inepto iudicio.

Nec adduci poſſum, vt exiſtimem, opera,& virtute electionis campum ad virtutes aperiri. Spes illa candidatos, ſimulatores efficit; non veræ pietatis,& iuſtitiæ cultores. Quid, quod bonis ſæpè viris relictis, peſſimi deliguntur. Hæc in cultiſſimis Populis vidimus. Romulum fratricidam elegere Quirites, omnes latrones, & qui aſylo ſupplicium euaſere. Illo mortuo è Sabinis Numam Magum, atq. impoſtorem accerſiuere. In Tullo Hoſtilio ſpecies fortitudinis facta fuit latronis, cum nullo iure moueret deſides in arma viros. Ancus hominum ſui temporis ambitioſiſsimus arte Regnum accepit: Priſcuſque Græcis artibus populo ruſticano iugũ impoſuit. Seruius verè ſeruus, dolo Regnum obtinuit: hunc Tarquinius interemit. Septem fuere Reges. Romulus mutatus in Tyrannum, etiam à Senatu diſcerptus eſt: Numa ſimulatione pietatis occupauit Imperium: Tullus tyrannice adminiſtrauit: Priſcus præſtigijs ſeſe ingeſſit: Seruius fraude muliebri; Tarquinius cęde ſoceri ad dominãdũ ſunt euecti. Si hæc conſiderentur nullum aditum ad virtutem ſpe tali honoris aperiri videbimus.

Qui principes malis artibus Romanum Imperium occupauerint.

Neq; præferendam electionem ſucceſſioni, q per hãc ſæpè ad Principes pueros deferatur Imperium.

Neque tandem quis obijciat, ſi puer tanto oneri impar purpuram induat, quomodo illi aptabitur? raró enim id accidit; ſed tamen & Salomon iuuenis erat, fratres viros habebat; cùm eius prudentiam totus Iſrael mirabatur; præterea pueritia Principum,matrum,tutorum,& agnatorum prudentia regi poteſt. Ipſius Neronis iuuenis quinquennium multos bonos Principes, Seneca, & Burrho ductoribus, ſuperauit. Imperare poſſunt pueri, ſed adiumento,& ductu ſenum.

Quin ſtoriã Neronis iuuenis multos bonos Principes ſuperaſſe.

Quid plura? nulla fere gens toto in orbe eſt,quæ non receperit,ac prætulerit hereditariam hanc ſucceſſionem: an non Indi, Afri,Turcæ,Tartari, & multis ſeculis Romani, & Athenienſes, Etruſci, Galli, Hiſpani, & Britanni hanc receperunt, ac ſumma cura retinuerunt? an non denique ius ipſum diuinum, Deus inquam aliquando à populo ſuo illam recipi iuſſit, & ſtabiliri? fidem faciat hoc, quod Dauidi ita Regnum dederit, vt poſſideret; vt etiam poſteritati legitimæ poſſeſſionis iure tenendum daret.

Omnia ferè Regna ſucceſſione.

In nonnullis Regnis potiorem eſſe electionem.

Non infitior tamen quibuſdam potius conuenire electionem, quam ſucceſſionem; non quod huic illa ſit abſolutè præferenda; ſed vel ratione morum, & Regionum; vel ratione partium

tium Reipublicæ, iam olim ſic conſtitutæ, quam nemo bonus mutare debet, ideo nec Politici. Itaq. aliquando eligi Regem in valde lato Regno non eſſet conueniens, ſi in eo ex nulla vnquam electione extitiſſent incommoda, dum tamen Regnum illud multos Principes, & quaſi Reges minores amplecteretur, quod in Germania ſeruari videmus: etenim cum primum hoc Imperium in Germaniam tranſlatum eſt; non eſt viſum, allegandum eſſe ad vnam aliquam domum, ſed ſtatuendum tamquam beneficium, & bonum commune, cunctis; Incommoda tamen ex electione plurima ſecuta ſunt; diſcordiæ, & bella aliquãdo orta; licet plurimas diſſenſiones tollat electorum paucitas, nec turbulenta ſit electio; nec alij Princeps, quamquam potentes, excludi ſe à ſuffragijs indignentur, ſed legibus acquieſcant: deinde etiam coniuncta eſt electio Germanorum cum ſucceſſione, non in iure, aut conſuetudinis præſcripto, quod vim legis obtineat; ſed Principum Electorum prudentia, modeſtiâ, & in Patriam caritate: Imperator enim ſi filios habeat, immo etiam ſi careat liberis, modo fratres ſint Imperio digni; ſicuti de ſucceſſione haud dubius eſſe videtur, ita nec ſolutus, Imperij leges iuſtas imminuet; nec res Imperij, quaſi auferendas à ſua familia, negliget. Poloni quoque electionem probauere; ſed re vera illi quoq. ingentia damna perpeſſi ſunt, quod contrarijs ſtudijs duos aliquãdo ad Regnum euexerint, & ob id ab Henrico Galliæ Rege fuerint deſtituti. Verum ea etiam in parte Poloni moderate, prudenterq. rem geſſerunt, nunquam heredem excluſerunt, aut prætericrunt; nec Regnum in alienam ſtirpem tranſtulerunt, niſi cum Ladiſlaum depoſuerunt, ſubſtituto in eius locum Vinciſlao Bohemo; quamuis poſtea Ladiſlaum rurſus in Regio ſolio collocarint. Non minus prudenter etiam, quam humaniter Regum filiarum, vel conſanguinearum rationem habuere; Heduigem enim ex ſtirpe Regia matrimonio iunxere Iagelloni Principi Lituaniæ, vt ea ſaltem ratione erga Reges ſtudium, & amorem ſuum oſtenderent; & ita Regnum à Iagellonica familia nõ receſſit, quãdiù in ea heredes extiterunt; quibus vita functis, id quoq. actum eſt, vt Anna, quæ reliqua erat ex ſtirpe Regia, Stephano inſigni Heroi nuberet, hocq. Sigiſmundum Tertium carum illis, & acceptum reddidit, quod natus eſſet ex Catharina Annæ ſorore: miſcent igitur prudenter electionem cum ſucceſſione; & quamuis liberrima ſint eligentium ſuffragia; tantùm tamen manet ſtudium, & officium in Regum ſuorum liberos; vt quaſi hereditarium Regnum eſſe videatur; qua vna re pacem, tranquillitatem, decuſq. Regni, & dignitatem tuentur, nec incommodis nihilominus ingentibus haud caruere; cum enim Nobilitas

Imperiũ nõ viſũ ad vnã familiã tatũ reſtringẽdũ. Plures diſsẽſiones ab Electorũ paucitate tolli. In Romano Imperio neſcio quã ſucceſſionem videri.

Polonos quoq; duos ad Regnum euexiſſe.

Polonós etiã heredem à Regno excludere nõ conſueuiſſe.

Ex eo quæ cõmoda exoriantur atq. incõmoda.

Digitized by Google

litas ſit magnorum ſpirituum, & bellatrix, ſi Regnum hereditarium pati vellent; faciliori negotio, quàm vlla gens, omnia vſq. ad Mare Euxinum occupare, aut Iſtro ſuperato, agrum Conſtantinopolitanum; aut Ponto tranſmiſſo Aſiam poſſent inuadere; & hæc ſanè Turcæ metuunt; idcoq. damna à Polonis ſibi illata diſſimulant, pacem redimere quoquomodo contenti.

Turcas à Polonis timere.

Principum Electionem per ſortem fuiſſe multiplicem, eamq. omnino damnandam, vna excepta Diuina.

CAPVT XVI.

Saulis electionem per ſortem fuiſſe.

NEMO ambigit celebrem clectionem Regis Iſrael fuiſſe primùm quidem Diuina inſtitutione: deindè verò per ſortem Diuinam, antequã Regnum illud eſſet cõfirmatum; quod iure poſtea ſucceſſionis ad proximos moriẽtis deuolutum eſt: ab initio quippe, cum petijſſet ſibi dari Regem Populus; Samuel Diuinis nutibus obſequens, poſtea quàm Saulem inſtituiſſet, & inunxiſſet in Regem; non ſine Diuino conſilio ſortes etiam adhibuit; vt Populi oblocutio caueretur. Conueniſſe videtur hæc electionis forma Regnorum initijs, cum pares certant de Regno; tunc enim, vt præcludatur contemptus, & ſuſpicio; confugitur ad ſortes, quibus iudicium Deo relinquatur. hoc fit etiam in paribus, vt in iudicijs, quæ ambiguam cauſam habent, ob contendentium paritatem.

Plures formæ eligendi per ſortem.

Plures reperio eligendi formas. Memoriæ proditum eſt, Atium Regem Menum genitis Lido, & Thurreno filijs, cum Regnum neq. duos caperet, neq. terræ ſterilitas ingentem multitudinem pateretur; ſorte lacta, Lidum ſucceſſorem deſignaſſe; Thurrenum verò, cum maiore Populi parte, ad quærendas nouas ſedes abire coactum fuiſſe.

Quam iecerint ſortem ſeptem illi Magicidæ, q. Cãbyſis Regnum affectabant.

Inter ſeptem viros Magicidas alia fuit eligendi forma; dùm enim contendebant, quis illorum Rex eſſet futurus; conuenerunt, & ſub ortum ſolis conſcenſis equis, dum in ſuburbanis vectarentur, cuius equus vocem primus edidiſſet, is Regnum Cambyſis obtineret; cecidit autem ſors ſuper Darium Hyſtaſpidis filium, auxilio, vel arte Oebaris ſui equiſonis, qui equam ſecum quam Darij equus adamabat, in ſuburbana duxit, ibiq. alligauit;

Quo ingenio Darij Equſo illam ſortẽ eluſerit.

alligauit; tum equum Darij eò adductum equæ admouit, ſicq; poſtero die vbi Aurora illuxit, Perſæ, vt inter ſe conuenerant, equis inſidentes adfuerunt, & cum in vrbanis vltro citroq. veherentur, cum primum ad locum peruenerunt, vbi ſuperiori nocte equa fuerat alligata; Darij equus veluti equæ memor, & ardens hinnitum edidit, quo emiſſo, protinus fulgur effulſit, Cælo ſereno, tonitruq. exauditum eſt, & ceteri ex equis deſilientes Darium, vt Regem adorarunt.

Cælum ipſū fulgure, & tonitru ſtetiſſe ꝑ Dario.

Memoratur alia ſortis ratio in primo eligendo Rege Phrygum Gordio; cum enim inter Phryges orta eſſet ſeditio, iiſdem conſulentibus de diſcordiarum fine, oracula reſponſum dedere: Rege diſcorde opus eſſe: denuo quærentes de perſona Regis; iubentur eum obſeruare, vt Regem, quem reuerſi primùm in Templum Iouis euntem cum plauſtro reperiſſent; obuius autem illis Gordius fuit, quem ſtatim conſalutarunt Regem; ille vero plauſtrum, quo, cum Regnum fuit delatum, vehebatur, in Templo Iouis poſitum Regi conſecrauit: erat in iugo plauſtri nodus, cuius nexum, qui ſoluiſſet, eum toti Aſiæ dominaturum cecinerant Oracula; quorum dictis Magnus Alexander aduerſus Darium Regem Caſtra mouens maximo ſortis adimplendæ flagrauit deſiderio: quare hunc ſoluere aggreſſus, cum nequicquam diù latentes nodos enodare tentaſſet, ira percitus, nihil, inquit, intereſt, quomodo ſoluantur, gladioq. reciſis omnibus nodis Oraculi ſortem, vel eluſit, vel impleuit.

Alia ſortis ratio quę ꝑſto fuit Phrygibus in eligēdo ſibi Rege Gordio.

Sors toti Aſiæ dominādi quæ nam, & quomodo ab Alexandro eluſa, vel adimpleta.

Sors alia commiſſa fuit curſui in electione Regis Elidis; Endymion enim Elidis ſecundus Rex, cum tres haberet filios Pæonem, Epeum, & Aetolum, certamen curſus filijs in Olympia propoſuit, & cum victor ex eo diſceſſiſſet Epeus, ſtatim Rex fuit habitus, à quo Populi Epei dicti ſunt.

Alia forma qua Epeus Olympionices electus fuit Rex.

At ſors in eligendis Principibus omnino damnanda eſt; ſi enim Mare nauigaturus, nauem, & nauis gubernatorem non ſortitur, ſed hunc peritum, illam validam, ac tutam exquirit, quomodo quis ſalutem omnium Ciuium in ſortium diſcrimen conijcere poteſt, ita vt Reipublicæ benè conſtitutæ proſit? Athenienſis Populus audax Senatum quingentorum Patrum ſorte eligebat, quo factum eſt, vt peſſimè conſtitutam Rempublicam haberet. Varia profectò ſunt huiuſmodi ſortium incommoda; paruo enim in primis negotio eæ corrumpuntur. Aſtutiſſime Meſſenicum Agrum ad ſe traxit Creſphôtes, de quo Pauſanias in Meſſeniacis; cum enim res ſorte tranſigenda eſſet, Temenus Sacerdos dolo Creſphonti victoriam dedit; Sortis autē ratio hæc erat, vt cuius Argilla tardius liqueſceret, is agrū Meſſenicum cōſequeretur; Temenus promiſſis, doniſq. adductus, Creſphontis Argillam ad ignem, aliorum ad Solem indurauit;

Damnatur Electio ſorte facta.

Athenienſis Populus ſorte Senatum eligebat.

Sortium quæ incōmoda.

Primū in facillima earū corruptione.

Argilla ad ignem excocta Creſphōtē ad Meſſeniorū Imperium euexit.

raujt;

Alterum incommodum quod ſortes plerũq. ſint impares.

Apud Romanos Cõſulis officio functi Prouincias, vel partiebantur, vel ſortiebãtur.

rauit; cum itaq. cocta durities ſolueretur tardius, Meſſenij ceſſerunt Creſphonti. Eſt & aliud incommodum; quamquam enim pares videantur ſortes, ſæpe magnum tamen eſt diſcrimen; qđ conſideranti cuiq. facillime liquet. Romana in Republica ſortitio, in Prouinciarum præſidibus, & Iudicibus vſitata fuit: Conſules enim eas, vel partiebantur inter ſe, vel ſortiebantur: Iudices, vel edebantur, vel ſortito eligebantur, vtrumq. non ſine magna cautione conſtitutum eſt, nec tamen ſine difficultatibus. In Prouinciarum ſortitione nulla videbatur difficultas, nam cum vterq. Conſulum Summo Magiſtratu functus eſſet Romæ, cur non etiam in Prouincia ad minorem aptus non eſſet dignitatem? ſed fefellit ea res crebro Populum Romanum; nam ſi in Græcia pax, in Gallia bellum eſſet, cõſules verò eſſent Cæſar, & Metellus, nollem ſanè Cæſarem in Græciã, Metellum in Gallias mitti; non enim rationi conſentaneum eſt, vt victor, & acer in armis Imperator, in pacatam Prouinciam proficiſcatur, timidusq. & imbellis hoſtibus objiciatur acerrimis: quãobrem prudenter Auguſtus eam nationem correxit; nam pacatas Prouincias, Senatui ac Populo permiſit; turbulentas verò, & vbi bello opus erat, ipſe ſibi retinuit.

Quæ ratio id parũ cõſideratẽ factũ doceat.

Auguſtũ hãc conſuetudinem abrogaſſe.

Quando nõ damnanda ſors.

Non abnegarem tamen, ſi plures eſſent candidati, qui pares iudicarentur omneſq. idonei, ſortito poſſe eligi, inuocato tamen Dei auxilio, vt eum qui optimus eſſet, deſignaret; ita Apoſtoli in medio Ioſephum, & Matthiam cõſtituerunt, & ſors cecidit ſuper Matthiã, & adnumeratus eſt cũ vndecim Apoſtolis. Hinc vices Sacerdotum in Templo ſorte diſtribuebantur; cum enim plures adeſſent Sacerdotes, quibus omnibus erat ius idem ponendi thuris; quod tamen vnius opera ponendum erat, ne ex æmulatione contentio naſceretur, ſorte deligebantur.

PRIN-

Digitized by Google

PRINCEPS

COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI

Liber Secundus.

DE PRINCIPATV ACQVISITO

CAPVT PRIMVM.

EFFRENATA illa honorum cupiditas, quæ nec debitam etiam ſibi gloriã aſſequi concupiſcit; ita potẽns eſt, ita præceps; vt ſæpe hominem ſuæ ſalutis reddat immemorem; & neque proximitatis religionibus, nec iuri diuino, vel humano pareat. Nefandum illud: ſi violandum eſt ius; regnandi gratia violandum eſt; alijs rebus pietatem colas: Certè vox ferina ſocietati humanæ prorſus inimica; qua Lyſander ille Lacedæmonius vſus: taxillis enim pueros; iure verò iurando fallendos homines eſſe,&, vbi Leonina pellis non ſufficiat, ibi vulpinam aſſuendam cenſebat: hac vero cupiditate homines rapti, nec humanis, nec diuinis legibus, immo nec ſibi, nec filijs, nec proximis, nedum alienis parcunt; quos implendæ ambitioni fore putauerint impedimento. Amulius oppreſſo fratre Numitore, filios filiæ Numitoris, ne in eos paternum Imperium recideret, exponendos, & trucidandos tradidit. Domitianus longo poſt tempore terrenum Chriſti Regnum futurum veritus; qui ex Dauidis genere eſſent, conquiri iuſſit, & perimi; ex quo tempore Tito Veſpaſiano fratri clam inſidias ſtruere non deſtitit, palamq. cum correptum graui valetudine, priuſquam efflaret animam, pro mortuo efferri, & ſepeliri mandauit. Otho Siliuius, vt ſibi fauorem mereretur, & Principis viuentis Galbæ cuſtodias excubantes ſollicitaret; nullum officij, aut ambitionis genus omiſit; & cum ad Imperium dolo peruenire potuiſſet; aperta vi Galbam opprimendum,& periniẽdum curauit; qui tamen deinde Imperio potitus, ſe ipſum tandem interemit. Alexander Macedo, qui ambitione omnes ſuperauit,& paucis annis totum terrarum orbem fere ſubegit; poſt mortem, quæ multis cladibus comparauerat, ea multis Tyrannis deuoranda, ac diſſipanda dimiſit. Is enim ad

Quam effrenis ſit principandi libido.

Ferinum illud eſſe, qđ Lyſander vſurpare ſolebat: pueros taxillis, at homines iureiurando decipiendos.

Amuliũ oppreſſo Numitore fratre, eius etiã filios in funera dediſſe.

Domitianus ratus Regnũ Chriſti terrenũ fore, iuſſit conquiri, & pimi omnem ſtirpem Dauidicam.

Othonis Siluij quã effrenis dominãdi cupido.

Alexandri Macedonis mortaliũ ſuperbiſſimi ꝗ impietas in ſuos.

 bellum

bellum Perſicum proficiſcens, omnes nouercæ ſuæ cognatos, quos Philippus pater Imperijs præfecerat, interfecit; neq. ſuis, qui ad Regnum apti videbantur, pepercit; ne ipſo procul agente, in Macedonia aliqua ſeditionis occaſio gliſceret; & Reges ſtipendiarios præſtantes ingenio, ſecum traxit ad bellum, ſeniores ad tutelam Regni poſt ſe reliquit.

Sępe etiã feminæ regnãdi cupidę im mò ob tantã libidinẽ cru deliſſimę.

Irrepſit ea imperandi libido pari, immò maiori interdũ crudelitate in corda mulierum. Fuit ſumma Laodices in ea re ambitio, & impietas; q̃ ex ſex filijs, quos ex Rege Ariarathe ſuſceperat, verita, vt diuturna Regni adminiſtratione, adultis illis, perfrui poſſet, quinque veneno ſuſtulit; ſextum tamen paruum matris ſceleri, cognatorum cuſtodia eripuit; qui poſt Laodices necem, ſolus Regno potitus eſt; ipſaq. iuſtas crudelitatis pœnas pependit à populo ferociter enecata. Tullia Seruij filia ſæuiſſima femina, vt Tarquinio ſuperbo nuberet, Romanorumq. Regnum ſibi compararet; marito Tarquinij fratri, & ſorori, & ſuæ eiuſdem vxori necem curauit; ac poſtea Seruium Tullium patrem fugientem, ſupra cuius vulneratum corpus curru præteruehenda erat, infeſtis concitata furijs, & muliebri ſpiritu inflata preſſum collidere non dubitauit.

Quas crudelitatis ſuæ Laodice pœnas dederit, Tullia Seruij filia, vt regnaret, quot, & quãta capita neci dederit.

Ambitioſi ſẽper periclitati fuere.

Quem ad finem à Deo facta ſit Principibus imperandi facultas.

Ambitio illa regnandi multas olim nationes, alioqui integerrimas, vaſtauit, & funditus euertit; ipſoſq. tandem ambitioſos egit præcipites. Neq. enim belli gerendi poteſtas Principibus à Deo conceſſa eſt ad implendam ambitionem, aut ſaturandam inſtabilem rerum habendarum libidinem; ſed ad defendendum populum ſibi commiſſum, ad propellendas ab eius finibus iniurias, ad vlciſcendas illatas; non propagandi illicitis artibus, ſed conſeruandi Principatus data ijs eſt, qui præſunt, facultas. Qui regnandi ambitione vicinos inuadunt, nec vlla iuſta cauſa, bellum mouent; ſæpe dum aliena ſectantur, propria amittunt; vt Vladiſlao Polonorum Regi accidit; qui ad priuandos Regno Eleſlaum, Criſpum, Miciſlaum, & Henricum fratres armatus ſuo ipſe exutus, & victus, in Germania exul mærore contabuit.

Vladislaum, dum fratrũ affectabat imperium, ſuo exutum perijſſe.

Tyrãnorum feritatẽ omnia depopulanda ex eadẽ dominãdi libidine.

Tyranni ſæpe ita excitantur, vt terrarum orbem excurrant, vaſtent omnia, fana profana occulto Dei iudicio, ſæpe humana nimium excreſcentia flagitia vindicante, conculcent: Si verò, cur ipſi ita depopulentur alios, ſæuiant, diruant, Regna conquirant; huius rei cauſam nil aliud eſſe præter inflammatam imperandi, & regnandi cupiditatem, auaritiam, & ambitionem in eorum cordibus impreſſam reperiemus. Laceſſunt alios non laceſſentes, nec repugnãtes, nec iniuriam inferentes, vt hinc verè imperare videantur; vnde carnificum verius, ac Tyrannorum nomen merentur, ac trahunt.

Ambitioſos laceſſere ẽt inultos, vt ipſi legitime imperare videantur.

Non

Non tamen hic nego, plures aliquando eſſe legitima vi Principatus acquiſitos: nam vltionis cauſa ſæpe ſumitur bellum, quacunq. in re hoſtis læſerit; nec ſemper, vt res reparentur; quippe quæ, vel deperditæ non ſint, vel bello abſumptæ; ſed vt improbi meritas dent pœnas, & Reſpublica tutior ſit: nec iniuſta erit vis, quæ infertur, ſi, vel Religio violata, vel bona per nefas ab hoſte occupata, illam iure videbuntur exigere. Si enim exteri improbè viuant; Deumq. contumelijs afficiant; & dolo vel fraude, vel vi alios in eadem ſcelera conentur abducere, eaq. aliorum Reſp. inferere; iuſtam tunc belli inferendi occaſionem præbent: ita contra Antiochum, alioſq. qui ad Idololatriã homines vi impellebant; iuſtiſſima bella Machabæi geſſerunt. Ex his licita dicitur vis; & Principatus, ſi qui acquiruntur, legitima vi parti iure cenſentur.

Nonnunquã tamen legitima vi Regna comparari.

In Populorum deuictorum regimine non vnam rationem ſeruandam eſſe, & vnde id poſſit euinci.

CAPVT II.

ALIIS rationibus Princeps, qui vi dominationem occupauit; alijs legitimus, qui iure, legibus, aut more antiquo, Regno potitur, vti debet: verum, quia ſæpe ab hoſtibus non eiuſdem fortunæ Principem victoriam reportare contingit; ideo, nec eaſdem ſemper ſeruandas regiminis rationes arbitrarer. Romani ratione diuerſarum rerum, diuerſis regendi formis vtebantur; ſæpè lenitas animi, ſæpè rigor, & auſteritas; ſæpè lenitate, & rigore conflata quædam ratio deuictos in officio continebat. Alias requirit Principatus hereditarius; alias electiuus; alias vi ereptus. Si extincto, ſiue pulſo Principe hereditario, Principatus ille conciderit; non antiquatis priſcis legibus, in fide detinere ſubditos, res nullius negotij cenſetur à nonnullis. Verum huic ſententiæ nequaquam acquieuerim; neq. enim in Populis habitus talis contrahitur, vt ſi hereditarius extiterit iam demortuus Princeps, alterius Principis legibus tam facilem ſe valeat exhibere: ſi non hereditarius, iure proprio abrogato, victori ſponte ſe ſubdat. Turcarum Principem iam diù Thraciæ, Græciæ, pluriumq. aliarum Europæ Prouinciarum dominum videmus, vel inuiti; ac nullam ex illis Prouincijs arbitror eſſe, quæ dominatum hũc æquo animo

Romanos multiplici ac varia regendi ratione vſos.

Populum nũ cuiuſcumq. Principis leges æquo animo ferre.

 perferat;

Digitized by Google

Vnde q. ſub Turcis ſunt Chriſtianos eorũ legibus aſſueſſere haud poſſe.

perferat; id quod nulla alia de cauſa contingere fas eſt iudicare, niſi quod natura ſua Turcarum Imperio infenſi Chriſtiani, eorum legibus aſſueſcere nequeunt; quippe, qui propria animi propenſione ducti libentiſſime catholici Principis ſe dederent Imperio.

Agnoſcat Princeps populorum affectiones.

Haud vtilẽ diuerſitatem idiomatum.

Voluntatem autem ſubditorum in ſe non obſcure dignoſcet Princeps, cum, quid de Principe ſentiat Populus, luculẽter omnino demonſtret. Quare artes illas apprimè calleat Princeps, quæ iuxtà eius affectiones, vel bonas, vel prauas, veram regendi regulam valeant edocere. Diuerſitas idiomatum, diuerſos arguit mores: Macedones in Græcorum conſilio, vt à Romanorum ſocietate deficerent, hoc vnum proponebant, Romanos illis infenſos eſſe, vti moribus, & lingua nimium diuerſos.

Populos, quorum eadẽ fere ſint ſtudia, inter ſe facile coaleſcere, & contra.

Populi, qui eiuſdem ferè ſunt temperamenti, facile coaleſcunt inter ſe ſe, & amicitiam colunt, quemadmodum ſi diuerſi extiterint, non tam ſimulatam inter ſe beneuolentiam exercebunt, quàm occultum odium; nullam tamen præſtantiorem amicitiã exiſtimarim, quam quæ in eiuſdem veræ religionis ſolo radices fixerit, quæue eoſdem mores in amicos induxerit. Quod tamen nulla ratione obſtat, quominus Princeps vnius ditionis, cum altero mutuam ſeruet coniunctionem, cui & religione, & imperij forma penitus aduerſetur. Maſiniſſam Regem, Romanorum amicitiam coluiſſe teſtantur Annales; cuius tamen imperij formam diuerſam fuiſſe comperimus. Samnites verò, Capuani, & Carthaginienſes eamdem formam habuere, & nihilominus in ſe inuicem bella ſæpius intere.

Hoc tamen non obſtare, quia Principes diuerſæ ditionis amici ſint.

Qomodo vi ſubacti poſſint eſſe inimici, vel amici Principi ſubigẽti.

Statuendum itaq. eſt Populos erga Principem, qui eos vi ſubegerit, poſſe, vel bonam, vel malam exercere voluntatem, vt aiunt, per ſe, aut per accidens; malè affectos per ſe, eos aſſero, qui religionem contrariam profitentur, & diuerſam habent libertatem: per accidens; inimicos, qui iam victori ſubiecti ſponte eius poteſtatem non ſubeunt: verſa vice, amicos per ſe intelligo, qui iam Principi ſubiecti, libertatem illi acceptam referũt: amicos per accidens eos appello, qui natura ſua, non ſunt inimici, & quaſi præda victoris eo continentur ordine, quo iam inimici per accidens: ex quibus præcognitionibus patet aperte, non vnam, eamdemq. rationem ſeruandam in imperij adminiſtratione armis acquiſiti, quæ tamen omnes diſtinctè ex ordine inferius enucleabuntur.

Quam

Quam varium debeat eſſe Principis regimen, pro varietate naturæ, vel morum ſubactarum Nationum, ſuæ etiam ipſius religionis.

CAPVT III.

Subactorũ populorum diuerſitatẽ.

HAVD parua difficultas eſt in regendis Populis, qui vi ſubacti, non eiuſdem naturæ, neq. eorumdem morum cum Principe nouo, ſe eſſe demonſtrant. Illud in mente ſemper habeat Princeps, vi ſubactos, aut libertinos fuiſſe, aut ingenuos; aut certè eorum aliquos nũquam ſeruitia extitiſſe, ſed ſemper libertatem eſſe profeſſos; eos enim, qui Reipublicæ commodum, & libertatem illam, quæ non bene, vt inquit ille, pro toto venditur auro, aliquando fuerint aſſecuti; infenſos ſibi fore certo perſuadeat: tunc autem eos alia ratione gubernandos arbitrantur nonnulli, vt cautum ſemetipſum reddat Princeps, & ab eorum inſidijs tueatur. Verùm ſi reliqua pars deuictorum fuerit expers libertatis; libertos, & ingenuos, non aſpere, ſed clementer habendos opinarer, vt nouum Imperium Principi nouo deuinctum firmiores, & tenaciores radices amoris agere queat. Hoc obſeruatũ vidimus à Ludouico Duodecimo Galliæ Rege, cum recuperata Genua, quæ ſub Paulo Genuenſi Democratiæ formã acceperat, in Oliarchiam, ſiue Ariſtocratiam commutauit. At ſi bello fracti, & edomiti alterius olim Principis Iura ſeruarint, & ad Principem victorem hoſtilem ſemper animum attulerint; eos etiam deſpoticè regendos cenſent aliqui, ne ab ijs amoris gratia in deuictum Principẽ, noua molientibus Imperio victor exuatur. Si verò exteri fuerint, à Principeq. deuicto acerbè tractati, pacata, dulciq. mitis Imperij gubernatione regendi ſunt, & beneficijs demulcendi, vt eorum amor concilietur; & fides, quæ ſolum eſt Imperij munimentum, in eorum pectoribus coaleſcat.

Eos, qui ſtãt pro libertate cõtra Prĩcipẽ ſubactorem, deſpoticè ab eo regendos, ceteros liberaliter.

Hæc à Ludouico xij. Galliæ Rege obſeruata.

Qui inſuper deſpoticè habendi.

Qui vero mitius, & benignius.

Nulla res magis ſubditorum animos laceſſit, & irritat, quàm ſi ſe viderint illis rebus deſtitutos, quæ felices alioqui eos reddere conſueuere; videlicet ſi ſibi ad honores, & ad Principis gratiam proprijs meritis acquirendam aditus denegatur; & è contrario ad onera minime ferenda recludatur. Nihil itaq. prudentius æquè, ac cautius à Principe factum iri cenſeo,

Quam vexet ſubditos inconſulta honorum, ac emolumẽtorum diſtributio.

quàm

Quæ illi permitti poſsit, & debeant.

quàm ſi ſubiectos beneficijs ad ſe trahat; aliquam partem Imperij honeſtè eis impertiatur; ab oneribus ſubleuet, & eos in ijs rebus inuoluat, quæ fidem erga Principem ita augere poſſint, vt ſibi perſuadeant, niſi ſaluo Principe nouo, res ſubiectorum ſaluas eſſe minime poſſe:

Mediocris Reipub. authoritatẽ ſubditis; nõ denegandam.

Deniq. permittat, vt mediocri quadam Republicæ forma frui poſſint: mediocrem eam formam hic appello, in qua ſubditi non ſunt cuiuſcumq. dignitatis expertes, vt ij, qui deſpoticè reguntur; nec ſumma eis, vti liberis, permittitur authoritas; ſed ea tantum ratione patefit aditus ad honores, ad dignitates, & ad publica commoda; vt omnia hæc omnino in Principis manu ſita videantur, ac ſint.

Quæ ordine ꝓpoſtero ſeruanda in deferendis honoribus.

Verum cum ſolis nobilibus, aut plebeijs, aut vtriſq. hæc concedantur; non pari cautione ei, quàm Princeps iam deuictus adhibuerat, procedendum eſſe arbitrarer; & ideò, ſi Nobiles ſub deuicto Principe fuerint honorũ ex eius humanitate profluentium, participes; plebs ſub nouo Principe eoſdem ferè honores aſſequetur; quemadmodũ etiam ſi plebs iam habita fuerit ſub veteri dominio tanta dignitate digna, Nobiles ſoli eorumdem bonorum potientur:

Si eadẽ poteſtas ſub antiquo Principe fuerit vtriq. parti, nobilium, & plebis, quid tunc nouo agẽdum ſit.

quod ſi inter omnes æqualis authoritas inualuerit; ei parti, quàm erga ſe propenſiorem Princeps nouus iudicabit; enixius fauebit; alteram verò non æque extollet, ita vt illam ſibi deuinctiorẽ reddat; hanc verò ita viribus fractam, vt nullum periculum expaueſcat; nec in fauendo, ſiue Nobilibus, ſiue plebeijs, partem vllam eorum relinquat, cui pari modo nõ faueat;

Eius partis quam protegendã ſuſceperit, ſingulis faueat.

excluſa enim pars, ſi cum altera parte, quæ omnino derelicta habetur, conſpiret; faciles erunt diſſenſiones, ac ſeditiones: neq. tamen iuſtitia, vel arma eis credenda ſunt: ſolum ij honores conferendi, qui dignitatem, & lucrum afferunt; vt præ alijs Ciuibus ſibi factum ſatis omninò fateantur; ſola enim Iuſtitia, & Arma in Principis Miniſtrorum manibus ſita, omnes cõtumacias excludunt, omneſq; diſſenſiones penitus auertunt.

Idem cenſẽdũ de Populis eiuſdẽ religionis, ac tẽperamẽti.

Idipſum rectè cenſuerim tum etiam, cum Populi, qui vi ſubiguntur, eiuſdem religionis, eiuſdemq. naturæ exiſtunt; ſi nimirum mutuas cum ijs, qui victori Principi vltro parent, inimicitias exercuerint, & odia enutrierint; ijs enim vtiq. fidere minimè licet.

Hoc à Romanis aduerſus Samnites, & Capuanos ſeruatum.

Ita factum fuiſſe vidimus à Romanis aduerſus Samnites, & Capuanos, vti natura ipſa Romano nomini ſemper infenſos.

Diuerſæ fidei populo nõ ſe cõmittat Prĩceps.

Eorum autem, qui Chriſtianæ Religioni aduerſantur, fidei nulla ratione ſe cõmittat Princeps; quippe, qui deſpoticam prorſus regendi formam exigant: ante omnia verò ſumma ope eum decet eniti, vt in viam reducantur, & ſuaui Chriſti iugo colla ſubijciant.

Quibus modis in viã reducũtur Hæ-

Quod pluribus modis effici poſſe opinarer; opus enim eſt multis doctis, & pijs viris, qui doctrina, & morum ſanctitate illuſtres,

illuſtres, exemplo oues has errantes alliciant, & ad veræ fidei ouile perducant. In Indijs plura Collegia, & Seminaria ſtatuta ſunt, necnon in Germania, & in nouo orbe, in quibus magnus adoleſcentum numerus educatur, & per homines idoneos honeſtis artibus, & diſciplinis inſtituitur. Porro in his ad veram fidem pertrahendis, non parum Principi proderit priuilegiorũ, quæ honori ſunt, ac commodo vltronea quædam permiſſio; vt ſunt, ius ferendi arma, & militiæ ſe dicandi; apertus aditus ad Magiſtratus, & publicas dignitates; immunitas, vel ab omnibus, vel quibuſdam oneribus, & ſimilia tempori, ac loco congruentia.

retici, & alij Chriſtiani nominis hoſtes.

Sic Conſtantinus Dux Bragantiæ, Luſitaniæ, & Indiæ Prorex ijs, qui ad Sacrum Baptiſmatis fontem acceſſiſſent benignum ſe, & facilem exhibendo Chriſtianam Religionem illis in locis mirificè promouit, ac ꝓpagauit; at ſi nulla adſit ſpes fore, vt ad veram adducantur Religionem; vtendum ſuaſerim conſilio, quod Terentius Varro de Etruſcis in fide, & pace continendis Hoſtilio dediſſe fatetur; dandam ſcilicet operam, vt quamuis male facere, aut deficere velint, non poſſint; id verò aſſequitur Princeps ijs ferè modis, qui proximo Capite explanabuntur.

Conſtãtinus Indiæ Prorex quomodo in illis oris Chriſtiã fide propagauerit.

Cũ ijs, q̃ nullam religionis amplectendæ ſpem ferũt, cõſilio Terentij Varronis vtẽdũ.

Quomodo coercendi Populi, qui vi ſemel ſubacti ſemper contumaces, libertatiq. inhiantes, iuſtam ſeruitutem detrectant, nec mitiori freno cohiberi poſſunt.

CAPVT IV.

SVBDITIS, quos iam contumaces, & vi iuſta deuictos, nulla poteſt benignitas, veluti Chriſtianæ pietati aduerſantes, nulla facilitas delinire, quibus animum ea omnia erigunt, & inflant, auferre plurimum conducit, vt ſunt Nobilitatis ſplendor, ſanguinis prærogatiua, equorum vſus, Chriſtianis inter Turcas ſeuere prohibitus, militia, & armorum exercitatio, quibus Diocletianus, & alij Chriſtiano nomini infenſi Chriſtianis, & Theodoricus Gothorum Rex Italis olim interdixerunt; nec minus conſultum videtur Magiſtratum omnino ijs interdici; quemadmodum etiam veſtes ornatas quidpiam ſplendoris habentes: contra verò alias, quæ ſingularis

Contumaces ijs rebus, q̃ magnos ſpirit[9] excitãt, interdicantur.

Iis vero deoueantur,

que demiſſionem animi, & humilitatem præſeferunt.

ſingularis cuiuſdam demiſſionis notas præſeferunt, non ab re decernendas cenſerem; nihil enim magis hominum animos; quam veſtium cultus frangit, ac emollit: hinc Turcæ Chriſtianis, alti pilei vſum nequaquam concedunt. Guilielmus Normaniæ Dux alijs etiam artibus vſus eſt; quippe qui ſubacto Angliæ Regno, Magiſtratus omnes mutauit, & leges Normanica, ſiue Gallica lingua, & legibus animos ſibi mutandos, ac priſtinam illam ferociam deponendam eſſe ſciret.

Guiliel. Normaniæ Ducis ad id inuentũ accommodum.

Quibus ſubditi laborib^s^ ſmi debeant à Principe vi ſubigente. Artibus præcipuè Mechanicis.

Nec ab re eſſet homines id genus grauioribus oneribus perurgere, vt Romani Calabros, aut ad mechanicas artes eos adhibere, quæ manibus præcipuè exercentur. Agriculturæ enim ſtudium hominum animos eneruat, & ſuperbos illos frangit ſpiritus, vt ad altiora ſe erigere non queant: Artes vero mechanicæ vnde omnia dependent eorum emolumenta, ac vitæ præſidia; homines alligant; & quia omnes artificum fortunæ, in operum, ac mercium diſtractione conſiſtunt, ſummo pacis tenentur ſtudio, negotia florent, vigentque; hinc videmus pleraſq. Ciuitates artificibus, & mercatoribus refertas, ante omnia pacis fuiſſe ſtudioſiſſimas.

Puerorũ educationem apud Tyrannos magno vſui fuiſſe.

Priſci Tyranni mollem quoque, & effeminatam puerorum educationem adiungebãt, vt Dionyſius Halicarnaſſeus de Ariſtodemo Tyranno fidem facit: hic ne eorum, quos occiderat, filij caput vnquam efferrent, ſed magnos potius animos ad terrã affligerent, ad vigeſimum vſq. ætatis annum, feminarum more educandos eos curauit, vaga, & talari tunica indutos, capillis longis, & calamiſtratis, capite ſertis redimito, ceruſſata facie, omni deniq. habitu, muliebrem ſexum ſimulante, qui inſuper ſine vlla ſexus diſcretione cum feminis verſabantur, ſicut omnes eorum mores effeminatam quamdam mollitiem præſeferebant.

Arma etiam adimẽda, & eæ facultates, quæ ad eadem conducunt.

Quoniam vero etiam ſubiecti homines, vbi armatos ſe viderint, criſtas ſolent erigere, vt, omnibus inciſis neruis, omni potentia exuantur, neceſſe eſt; vires autem ſunt, vel in flore iuuentutis, ac robore, vel in bellicis inſtrumentis; quæ partim animata ſunt, vt equi; partim inanima, vt arma, tam ad defendendum, quàm offendendum idonea; machinæ bellicæ, tam ad maritimam, quam terreſtrem militiam accommodatæ; apparatus militares; loca tam natura, quam artis ingenio munita; facultates, &c, qua omnia hæc effici poſſunt, pecuniarum abundantia; horum inquam omnium Princeps eos, quibus fidendum non putat, vſu interdicere conducet.

Adimẽda eſt etiam materia, & ars arma excudendi.

Verum non armorum tantum vſus eſt interdicendus; ſed etiam tollenda materies, arſq. arma fabricandi; vbi enim eſt magna populi frequentia, nec deeſt materies, facile quid vis belli

belli tempore effici poteſt, modo ne deſint artifices, vt viſum eſt in Carthaginis obſidione.

Quod vero ad iuuentutem, & viros tam conſilio, quam authoritate conſpicuos attinet, dabit operam Princeps, vt eos ad ſe alliciat, ſecumq. habeat. Cæſar quotieſcumq. Ciuitatem aliquam occupauerat; ante omnia, arma, equos, & obſides ſibi tradi poſtulabat; obſides vero eligebat eos omnes, qui aliquid poterant; hacq. ratione Ciuitatem, & neruis, & conſilio ſpoliabat. idem in Britannos arma moturus Galliæ Rex, Nobilitatis florem ſecum abduxit; ſicque, etiam totam Gallorum gentem ſibi obſtrinxit, & eam magna virium parte diminuit.

Viros eminẽtes ſecũ habeat Princeps, quaſi obſides vt conſueuit Cæſar.

Parum etiam tuta Principi res erit, ſi infidos ſubditos in locis, vel munitis, vel munitu facilibus, domicilium habere patiatur. Cato omnes Celtiberorum, & Paulus Aemilius Epirotarum Ciuitates mœnibus iuſſit ſpoliari: Vitiſa Gothorum Rex, veritus ne deficerent; omnium Hiſpaniæ oppidorum muros, Toleto, & Legione exceptis, deſtruxit. Alij ſimiliter Regionum incolas in alias Regiones tranſportandas curauerunt; Carolus Magnus, tot Saxonum defectionibus defatigatus, decem eorum millia cum omni familia in eas Regiones tranſtulit, quas hodie Flandri, & Barbantij, qui ab eis originem traxere, inhabitant.

Subditos nẽ patiatur Prĩceps in locis munitis habitare, ſed eorũ oppida mœnibus nudet; vt Cato Paulus Aemilius, & Gothorũ Rex.

Eos in alias Regiones cũ familijs traducat, vt Carol⁹ Magn⁹.

Verumtamen illud non ignoret Princeps; quantacumque, tam in frangendis ſubditorum ſpiritibus, quam carpendis viribus, vtatur diligentia; numquam tamen, nec animos, nec vires eis ad quemuis conatum defuturas, ſi conueniendi eis, & tam ſermones, quam vires conferendi fiat copia. Quantam vim vnio huiuſmodi habeat, Romanis haud quaq̃ fuit ignotũ, qui ob id Achæorum Ciuitates, pluribus quidem membris diſtinctas, ſub vna tamen Reipublicæ forma inſtar hodiernæ Heluetiorum; & iiſdem viuentes legibus, diſiungendas à ſe inuicem, ſicque ſuſpectam ſibi earum potentiam infringendam, ſtatuerunt. porrò ad abiungendos ſubditos, ea potiſſimum adhibenda eſt ratio, vt præter facultatem animus etiam ipſis, & voluntas conſpirandi adimatur: animus autem adimitur, ſi ſuſpicionis, ac diffidentiæ veluti ſemen inter ipſos minimè abnuatur, ſic vt alter alteri animum aperire, ac fidere non audeat. cautio etiam, ne familiæ amplioris fortunæ matrimonio ſibi inuicem copulentur, hanc animorum conſenſionem poterit impedire. Id quod Romanis in Latinos obſeruatum accepimus; qui ſubiugatam à ſe Macedoniam in quattuor partes abiunxere, quarum Metropoles erant Amphipolis, Salonica, Pella, Pellagonia, addito interdicto, ne mutuas inter ſe nuptias inirent.

Coitio omniũ à Principe prohibeatur.

Romanos huiuſmodi cõuentu, ſeu conſiliorum communicatione prohibuiſſe Achæos.

Adiumento etiã futurum inter ipſos diffidentiæ mutuæ ſemina laxare.

Non permittendum potentiores familias ad inuicem matrimonijs copulari.

In

In affluentib⁹ Ciuitatib⁹ diuiſionē ſæpe vires frāgere.
Arces iis frenādis plurimo eſſe ſubſidio, ſicuti etiam præſidia iis contermina.
Turcarū Imperat. 10000. equitum in expedito habere ad ſeditiones quaſque repente cōprimēdas.
Hæreticis interdici debere ea, quæ hæreſim foueant.

In magnis,& frequētibus Ciuitatibus, quæ minimo vento,& rumore agitatæ deſciſcunt, ſeu furore correptæ ad arma concurrunt; nullum efficacius remedium videtur, quàm Ciues earum ſitu diuidere; ſic enim non ita facile ad conſpirationem, aut ſeditionem coituros credendum eſt. Ad hoc etiam non parum Arces, ſeu Caſtella proſunt, ac conterminæ ijs Coloniæ, & firma præſidia; hanc ob cauſam Magnus Turcarum Imperator per vniuerſam Imperij ſui ditionem ad centum millia Equitum ſub diuerſis Sangiachis, ſeu Præfectis partitur; qui quaslibet, vel minimas turbas in ipſo ortu opprimant,veluti in ſpecula conſtituti. Quod ſi nulla harum rationum ad domandos ſubditos profecerit; diſpergantur, & in alias Regiones amandentur; ſi autem hæretici hi erunt, omnis hæreſeos fomes extinguendus eſt, atque auferendus, vt ſunt Prædicantes, libri,Typographia. Ita impius ille Rex Antiochus Iudæis publica Moſaicorum librorum lectione ſingulis Sabbatis vſitata non minori impietate interdixit. Diocletianus item omnes, quibus Chriſtiana doctrina, ac diſciplina continetur, libros comburi iuſſit. Quod hi ſine ſacrificio cum populis veræ religioni deuotis non factitatunt, Chriſtianis Principibus cum hæreticis licebit, immo & neceſſe erit.

Interdicēdæ hoſpitalitates, & affinitates cū exteris.
Prohiberi debent ſubditi, ne exeāt territorio.
Quod vetuit Guilielmus Angliæ Rex. Et nunc etiā eſt Sinis, & Moſcouitis.

Prætereà exteræ ſocietates, quæ incantur, vel cognatione, vel hoſpitalitate, vel amicitia, vel alia quauis ratione impediātur, ac reſecentur; quod per delatores commodè peragetur, qui tam in pacata, quam turbata ditione conſtitui debent.

Portus etiam firmis præſidijs ſunt cuſtodiendi, omneſq. viæ, & itinera, quibus ad Principis ditionem adeatur,ſic Guilielmus Rufus Angliæ Rex vetuit, ne quiſquam ſubditorum ſine obtenta prius venia, inſula egrederetur; quod, & hodie obſeruatur: ſic Sinis,& Moſcouitis abſq. Principis venia finibus egredi non licet; nec cuiquam, eoſdem ingredi, niſi prius habito commeatu.

Suſpecti alio ablegandi, vt mos eſt Regum Peruanorū.

Poſtremò, ij, qui de fide in Principem ſuſpecti ſunt, procul à finibus ablegandi ſunt. Regibus Peruanis in Regionibus à ſe occupatis præcipuum ciuium robur, vel ad Regiam ſuam Sedem,vel alio deducere,vel eorum locum ſubditis proprijs,maxime equeſtri p̄ſidio adimplere poſitū erat in more. Paulus Aemilius, vt Macedoniæ quietem, & pacem tueretur; primores vna cum liberis in Italiam traſmigrare iuſſit; & Carolus Magnus ſupra hac in re etiam laudatus,vt Saxoniam pacaret,Nobiles in Italiam traduxit. hæc ſunt, quæ præſcribi poſſunt Principibus, vt in Populos nimis feroces, qui in fide,& in officio minime poſſint contineri, pacatum Imperium conſequatur.

Quomodo

Quomodo habendi, & tractandi ſint ſubditi nuper acquiſiti, vt timorem quendam inſitum, ac pene ſeruilem in amorem conuertant.

CAPVT V.

PRINCEPS cum ſolium regale conſcendit, ſua commoda ita ſibi velit, vt Populo etiam bene velit; caueatque, ne deſpotice regat: ſat enim ſubditi ad amandum Principem, eiuſque Imperium ferendum proni erunt, cum eaſdem, quibus iam fuerant aſſueti, regendi formas ſeſe à nouo Principe receptiuas eſſe, non ignorauerint.

Principatus namque Populi ſtudio, atque amore deſtitutus, inſtar eſt arboris radices altas non habentis; vt enim arborem infirmis radicibus nixam ventus flatu mediocri deijcit; ſic ſubditos male erga Principem affectos, vel leuis etiam cauſa ab alienat. hinc facile fit, vt cum fortuna circumagantur, ac victoris partes ſequantur pleræque Reſpublicæ, atque Imperia concidant. Galli vno veſpere Siciliam amiſerunt; & non multis poſt annis, Regnum Neapolitanum, ac Ducatum Mediolanenſem, eam tantum ob cauſam erepta eſſe conſtat, quod Populorum nullam rationem, neque ſubditos ſuo Imperio potius, quam aliorum facerent obnoxios. Sic Angli, quidquid in Galliæ continenti habuere ditionis, perdiderunt; nullam ob aliam cauſam, niſi quod ſubditorum animos ſibi deuincire, eorũq. auxilio Imperiũ ſtabilire; vel neſciuiſſent, vel neglexiſſent.

Neceſſaria beneuolẽtia populi. Si ea defecerit, deficiat & fides neceſſe erit. Hinc Gallorũ Imperiũ in Italia ſæpe cõcidiſſe. Sic Anglorũ in Gallia.

Ad idem etiam plurimum confert educatio, & conſuetudo cuius vi ſubditi acquiſiti alios imbibunt mores, priſtinos exuẽtes: quem ad finem Alexander Magnus triginta iuuentutis Perſicæ millia elegit, & Macedonum veſtitu, armis, litteris, ac moribus educandos curauit, ratus fore, aliquando, vt in bello non minus præclara illorum, quam Macedonum opera vteretur. Sic apud Turcas Ianizeri à Chriſtianis nati parentibus, ſola educatione, prõptiſſimi, ac Turcarũ Imperio fidiſſimi euadunt, quibus ipſe Imperator vtitur, tam ad corporis ſui cuſtodiam, quam ad eas expeditiones, & negotia, quæ fidem, & robur exquirant, vti ſæpe accidit imperãti. qua quidem in re duo facile cõſeqtur, dũ & male affectos ſubditos deprimit, & eneruat; eorũ verò filijs poten-

Vt ſubditi acquiſiti naturales fiãt, curet Princeps. Ad id educationem magnam vim habere. Alexãdrum 30000. Perſarũ docuiſſe mores Macedonum. Eadẽ arte apud Turcas qui Chriſtianam fidẽ abnegauerit, fides Tyrãnos reddi. Vnde duo cõmoda Principi.

Mutua cõiugia ſubiectorum & naturalium non parum adiutura Alexãdri Macedonis exẽplo.

potentiã ſuã munit, atq. cõfirmat. Quod multo cõmodius perficictur, ſi tam Princeps, quam naturales ſubditi, & acquiſiti in mutua inuicẽ connubia, & affinitates abierint. Sic Alexander Magnus Roſſanam feminã Perſicam in vxorem duxit; & centũ alias, ex eadem gente totidem Macedonibus viris ducendas tradidit; qua ratione Barbarorum animos mirificè ſibi deuinxit, vtpotè qui firmam inde ſpem conceperant forè, vt Alexandro benigno domino ſemper vterentur. Has artes, vel propè ſimiles non ignoraſſe Scipionem Africanum comperimus; non enim obſides Carthagine inuentos, & ab omnibus Prouincijs ei traditos, compedibus quaſi deuinctos eſſe voluit; verum, qua ſemper fuit magnanimitate, eos in libertatem aſſeruit: nec certè minus ſtudium eum adhibuiſſe vidimus in comparanda Hiſpanorum beneuolentia, quam in gerendo contra Carthaginienſes bello.

Scipionis Africani hac de re laus ſumma.

Beneuolentiæ cauſa clementia.

Multum etiam prodeſt ad populi amorem colligendum clementia; quæ tamen à mollitie, & animi remiſſione procul abſit. In primis autem ſi Princeps omnibus in rebus oſtendat veniam à ſua innata propenſione, ac voluntate proficiſci; ſupplicium verò à neceſſitate, tam Iuſtitiæ, quam publicæ quietis amore oriri, huius virtutis oſtenſione in ſuo Imperij ortu omnium amorem, ac beneuolentiam ſibi mirificè comparabit.

Virtutis ſingularia quædam lumina amorẽ Principi conciliare. Exempla ad id.

Magnam quoque ad idem vim habent in Principe illuſtrium quarumdam virtutum lumina, quibus non ſubditorum modo, ſed etiam hoſtium animi amore accenduntur, & in admirationem rapiuntur: qualis fuit Alexandri Magni, & Scipionis continentia; Magnanimitas Camilli erga Faliſcos; Fabricij erga Pyrrhum; & Conradi erga Miſiconem Poloniæ Ducem.

Fides pluriſma beneuolentiæ cauſa.

Quamquam nihil magis beneuolentiam ſubditorum alit, & auget, quam ſi Princeps pacta, & conuentiones ad vnguem ſeruet; neque enim quidquam grauius ferunt noui ſubditi, quam ſi fœdera, quibus ſe ſubiecerint, imperio mutentur, ac violentur. Noua quoque, ac mira nouos populos ſibi conciliandi adinuentione, & arte vſus eſt Tarquinius Priſcus; qui cum fortiſſimam Latinorum gentem ſubegiſſet, nec tributariam ſibi, nec ſubditam fecit, ſed æquo fœdere, ac ſocietate coniunxit; quod quidem vnum ex Romanæ magnitudinis fundamentis præcipuum fuit.

Ab Tarquinio æquum fœdus initũ cum Latinis, firmamẽtum fuiſſe, ac baſim magnitudinis Romanæ.

Linguæ eiuſdẽ vſum ad amorẽ cõciliandũ vim habere.

Nec incommodum fuerit linguæ victoris vſum in Regiones nuper acquiſitas intromittere; id qđ Romani ſtudio vehementi peregerũt. idẽ nõ omiſere Arabes in Hiſpania, & pleriſq. Africæ partibus; nec iã quingentos ante circiter annos Guilielmus Normaniæ Dux in Anglia: Turcarum ſubditos in Natolia, ſeu

Aſia, hodie alia lingua, quam Turcica vti nefas eſt, niſi ſacris in rebus.

Verumtamen hæ cautiones non ſemper proderunt; Sibi enim ſuadeat Princeps, parum Populorum acquiſitorum beneuolentiæ fidendum eſſe, cum belluæ plurium capitum ſint; qui modo beneficiorum memores, mox immemores ſæpè detrectant Imperium. Facilis itaque cum mitibus, cum aſperis aſper, ac ſeuerus exiſtat Princeps. Populos autem diuturnæ libertati aſſuetos numquam fidos fore exiſtimet, nec iugum ſuaue eis vnquam futurum arbitretur, licet placidè impoſitum; quod tamen nepotibus, ac poſteris vtique minus aſperum erit, cum libertatem non nouerint.

Prò Populorũ tamẽ natura Imperij rationes adhibendas.

An Princeps in Imperium vi acquiſitum habitationis gratia ſe transferre, aut Colonias mittere debeat, quaſque vtilitates ex tali Principatu percipere poſſit.

CAPVT VI.

MVLTA ſuadere videntur Principi, vt nouum aliquem adeptus Principatum, confeſtim eo ſe transferat habitatum; vt, ſimul ac aliquid ibi male cœperit pullulare, ipſe adſit, & conſulat, ne quid detrimenti patiatur: hac enim ratione maxime percauetur & Populis, quos tunc Princeps deſerit, quibus nimirum ſi quid moleſtiæ à magnatibus, & ijs, qui Principis vice publicas res adminiſtrant; inferatur, liber adhuc eſt aditus ad Principem, cuius ſtudio à magnatum curis, & vexationibus valeant ſe redimere. nihilominus ſi, quod iuſtum eſt intueamur, à ſuis naturalibus ſubditis, tamquam à ſuo ouili Princeps alter veluti Paſtor, recedere minime debet; qui, ſi receſſerit, non paruo ciuibus erit diſpendio; cum conſilium Magiſtratus, & Atma aliò abeundo, à ſubditis naturalibus decerpat, ac auferat; neque enim abſque eo, quod ingens ſubeatur diſcrimen, nouos milites in nouo Principatu adſcribi poſſe cenſeo; quippe qui ſeditioni potius, quam propugnaculo ipſimet Principi forent: nõ tamen illorum ſententiæ ſubſcribo, qui ea ſunt mẽtes

Cur hæc domicilij tranſlatio ſuadeatur.

Conſuli etiã eadẽ ratione Populorum vtilitati.

Non debere tamen Principẽ patriã ſedem alterius cauſa deſerere.

Quæ in primis ratio id ſuadeat.

vt autument aliquam militis veteris partem eſſe ſecernendam, quæ nouo vſui ſit Imperio; quandoquidem diuiſis Imperij viribus ſummum hoc adiret detrimentum, diſciplina militaris corrumperetur, & illa ſolicitudo, vigilantia, ac fides; quæ mutuum ex Principis præſentia robur accipiunt, omnino contabeſcerent. Accedit & illud, ſi Princeps à ſua veteri ſede diſcedat; inſtar cordis abrepti, ſpiritum, ac vires alijs partibus communicare minime valet. Nec exemplum Turcæ quemquam moueat, qui in Conſtantinopolitanam Vrbem ſedem trāſtulit; cum ad id eū ſitus pulchritudine, & opportunitate ductum fuiſſe certum ſit, qui plura earum rerum commoda, quæ ex Aſia, Africa, & Europa exportari poſſent, ibi inuenit; vt illic ad percurrenda Europæ Regna, ex quibus ſuam militiam deſumit, maiorem, & aptiorem facultatem haberet; quæ facere non decet Principes eos, qui in ſuo naturali Principatu vim, ac diſciplinam militarem compararunt. Magiſtratibus itaque probis opus eſt nouo Imperio, in quo nolit Princeps ipſe commorari; non enim tam neceſſariam crediderim Principis præſentiam; quin etiam conſultum ſatis credam, ſi eligantur viri, qui optimas gubernandi artes calleant, & ijs virtutibus, quæ tanto oneri pares ſint, imbuti videantur. Sat nimirum præſtantium virorum fide, diligentia, ac vigilantia poſſe quemcumque Principatum ſuſtinere iudicauere Romanorum Carthaginienſium, Græcorumque Reſpublicæ.

Principem à Patria Sede decedentem eſſe inſtar cordis e corpore euulſi. Cur Turcarū Tyrānus cōſtituerit regiam ſedem Cōſtantinopoli.

Imperio nouo Magiſtratus pbos abſq. Pricipis præsētia ſufficere.

Sunt tamen, qui velint, ſi minus neceſſaria præſentia Principis habeatur, ſaltem Colonias non eſſe denegandas; his enim in fide continentur ſubditi, hoſtium incurſiones euitantur, gens numeroſior efficitur, ſedantur ſeditiones, Reſpublica leuatur plebe nimis numeroſa, muneraque in veteranos milites conferuntur. Quamquam mea quidem ſententia, non tot ſunt commoda Coloniarum, quin incommoda plura ſint. propria enim, & naturalis regio denudatur; ad defectiones excitantur hi, in quorum regionem Coloniæ deducuntur; & ſæpiſſimè viribus præſtant ipſimet Ciuitati, ex qua fuere deſumptæ. Prodeſſent quidem, ſi ex Vrbe nimium frequenti alio euocarentur; adminiculo enim id ſemper eſſet ijs Populis, qui in nimis anguſta regione degerent, præſidioque illis, in quos deducerentur, Coloniæ, ſi colonis indigerent. nullus itaque Princeps Colonias deducat, vt efferis gentibus, quas vi ſubegerit, frenum inijciat, ſi eædem rationes ſuperiùs enarratæ id non exigant. Summum enim imminet periculum, ne ex arcibus, & caſtellis conditis, vel condendis vltimum Princeps incurrat exitium.

Opinio quorundam ſuadentiū Colonias p habitatione Principis in Statibus acquiſitis. Non omnino pbatur. Quomodo vſui eſſe poſſent.

Nunc

Nunc verò quæ vtilitates ex Principatibus vi ſubactis percipiantur, perpendendum eſt: diligenter ſtudeat Princeps, vt in primis Populos illis rebus exſpoliet, quæ in deuictorum cordibus non firmam fidem valeant inſerere: deinde in Populos deuictos eas artes iam nimia negligentia, aut ignorantia poſt habitas, quæ regium cenſum in nouo Principatu augere, & amplificare iuſtè poſſint, inducat; & in proprium imperium alias, quæ in nouo floreant, introducere ſatagat. Romani magnam frugum copiam ex Sicilia, & Aegypto pro ſuſtentanda plebe adduxere. Solimanus Magnus Turcarum Imperator artes Tauris inuentas in Conſtantinopolitanam Vrbem tranſtulit. Scipio Africanus, capta noua Carthagine, duo millia Artificum nouæ claſſi conſtruendæ decreuit. Caueat tamen, ne molles, ac luxui inſeruientes artifices introducat; viriles enim effeminantur animi; & fucati, quid deceat, optime non norunt. Romani ex Aſiaticis delicijs illud emolumenti percepere, vt deprauatis bonis moribus molles redditi, ac enerues, victi potius, quam victores extiterint.

> Quæ cōmoda ex his Principatib⁹ vi ſubactis ſibi polliceri poſſit Princeps, innuitur exemplis potiſſimum Romanorū.
>
> Solimani Turcarum Tyranni[illegible] Scipionis Africani.
>
> Cauendū ne laſciuiæ inſeruientes artifices introducātur.

Quomodo gerere ſe debeat Princeps cum ijs, quorum ſtudia, & opes adiumento ſibi fuerint ad ſubigendum aliquem Principatum.

CAPVT VII.

SOLENT illi, quorum opera fuerit vſus Princeps in acquirendo aliquo Principatu, numquam ſibimet factum ſatis arbitrari, & quodcumque grati animi ſignum nihili habere, niſi illud eorum authoritati omnino par eſſe videatur; ex quo fit, vt ſæpius vice præmiorum, odia, ac indignationes Principum, quibus adiumento fuere, in ſemetipſos trahant, vel inuiti. Romitalces licet Auguſti partes contra Marcum Antonium fuerit ſecutus, attamen ſæpe ſua in eum beneficia commemorando, ac fere exprobrando, tandem Imperatoris odium incurrit. Ioannes Iacobus Triuultius, poſt multa egregia facinora pro Galliæ Rege geſta, tandem diem ſuum obijt miſerrimus, ob deperditam Franciſci Regis beneuolentiam.

> Huiuſmodi auxiliatores numquam à Principe ſatis ſibi factū putare.
>
> Romitalcem licet partes Auguſti ſecutum hac de cauſa eius odiū ſubijſſe. Ioan. etiā Triuultiū in ſe ipſum Franciſci Regis indignationē prouocaſſe.

Digitized by Google

Cum igitur ad Principem ſpectet erga eos, qui pro eo operam nauauere, gratum animum præ ſe ferre, vt eius ſtudijs, ac beneficijs ducti alij, eamdem fidem, ac beneuolentiam demonſtrent, maximo ſtudio eum declarare contendat.

Finium varietatem eorum, qui inſeruiere Principi in occupatione alicuius ſtatus, remunerationem ijs debitã metiri.

Verum quia, qui Principi in acquirenda victoria operam poſuere, non eandem officiorum compenſationem expectant, ac merentur; propterea eorum omnium natura penſanda eſt, vt Principi, quid ſit agendum, omnino innoteſcat.

Quomodo tractandi q. ſolum amore noui Principis, vel iuſto in veterẽ odio adducti.

Alij enim quodã innato ſtudio erga nouum Principem permoti, alij propria vtilitate ducti, quam odio contra veterem Principem concepto metiuntur, alij alijs paucis, ſiue dominationis, ſiue vltionis affectionibus impulſi, facillimè ad opem nouo Principi collocandam commouentur. Qui amore ducti fuerint noui Principis, iuſtoque veteris odio, aliter reuera ſunt in honore habendi, quam qui ſola dominandi cupidine incenſi adiuuere; illis enim fidere debet ſemper Princeps, qui ſuam cum Principis noui commodis vtilitatem coniunctam volunt; his vero alijs non ita fidendum; licet hanc diffidentiam palam habendam non exiſtimarim.

Quomodo ij, q. nil meditabantur, niſi Principis commodum.

Qui autem ſuam operam impendere voluerunt, ita pro Principe, vt ei ſoli inſeruirent, eos ſtipendijs non exiguis, dignitatibuſq. ampliſſimis exornare ſtudebit; ita tamen, vt in nouo parto Principatu, & eius finibus ſuam non exerceant authoritatem, ne pro ſumma eorum commoditate ſuſpiciones ingentes oriantur in Principe nouo; ob idipſum, quo ſe tutum eſſe maxime exiſtimabat.

Quomodo ij, q. ſola dominationis cupidine, aut auaritia ducti.

Qui vero ſola dominandi dulcedine, aut varijs, tum ambitionis, tum auaritiæ affectibus ducti inſigne aliquod præmium ſibi deberi opinantur, honoris ſimulatione penes Principem ſunt habendi, benigneq. tractandi: nec oculus longè ſit Principis, qui rectè eorum geſta perſpiciat, ne ad res nouas oblatis occaſionibus inuitentur.

Qui modus habendus cũ deficiẽtibus ab alio Principe.

Pompeium extincto Mitridate, Pharnaci filio detuliſſe Regnum.

Monitum ad Principẽ per cõmodum.

Nec cum deficientibus ab alio Principe, alia Principi habenda eſt ratio; par enim pari ab eo referri debet, vt horum exemplo allecti alij, ſe à ſimili beneficio minime abſtineant. Pompeius extincto Mithridate, Pharnaci filio, cuius opera erat vſus in acquirendo Regno, dono dedit Boſphororum Regnum; & amicũ, & ſocium Romanorum, eſſe voluit; non enim eum, vti reum puniendum cenſuit, ſed Reipublicæ deuotum, & adiutorem habendum, vt hoc tam præclaro facinore, alij ad Reipublicæ cõmoda conuenirent. Nouerit tamen Princeps, cum Populi ita de ipſo meruiſſe exiſtimatur, vt in beneficium in eum collatum compenſari poſſit, neceſſe eſſe, vt in nouo Imperio, cuius acquiſitionis fuere inſtrumenta, omnia illos mereri ſibi ſuadeat, beneficiaq. conferat, vt iuſtitia, tam in nouo, quam in veteri Imperio teneatur, ne leges aut infirmentur, aut antiquentur; cum

hoc

hoc præſtantiſſimum ſit remedium ad homines, quantumuis inflatos, ac ſuperbos in fide, ac officio continendos. Auguſtus eos omnes, quos ſummopere colebat, legibus ſubijciendos curabat. Plurimi etiã fuere Principes, qui ſe citari pro æris alieni ſolutione ſinebant, vt hinc optimè omnibus ius reddendum eſſe cognoſcerent, & ijs legibus, quibus ſe ſolutum nolebat Princeps, populi facilius parerent.

Auguſti Laudandus mos.

Principes plures nonnũquã permiſiſſe ſe citari ꝑ æris alieni ſolutione.

De occupato Principatu per dolum, & tyrannidem, & de artibus, quibus ſæpè vtuntur, qui Principatum inuadere ſatagunt.

CAPVT VIII.

APPETITVS dominandi à natura hominibus inſitus, eos ad Principatus acquirendos, non modo fortuna, alijſue rationibus, videlicet Ciuium ſtudio, electione, ac ſucceſſione, verum dolo etiam, ac ſceleribus impellit, & quibuſdam ſanè aliquãdiù fortuna arriſit, aliquibus tamen aduerſata eſt, vt detectis eorum dolis, vna cum Principatu vitam amiſerint.

Dominandi igniculos à natura oĩum in animis iniectos quoq; modis ad Pricipatum erumpant.

Archelaus filium ſe finxit Regis Mithridatis, idque ita perſuaſit Ptolemæo Regi Aegypti, vt hic etiam ei dederit in vxorem filiam, & deinde ſibi in Regno ſucceſſorem declararit; diù tamen ſceptrum haud tenuit malis artibus acquiſitum; nam prœlio à Gabinio ſuperatus eſt, & occiſus. Apud Francos inuentus eſt ſuppoſititius quidam Pſeudofrater Cuntrandi Regis, vel Clotarij Regis filius, qui pro vero fratre in Regem receptus eſt à militibus; ſed tandem derelictus à ſuis in manu Cuntrandi incidit, & e medio ſublatus. Andronicus iunior Græcorum Imperator moriturus, cum ſtatuiſſet filio ſuo Callo-io anni Palæologo nato duodecim annorum tutorem Cantacuzenum, hic omiſſo tutoris nomine, non pro Tutore, ſed pro vero Imperatore ſe geſſit, qui tamen vix elapſo anno armis à Palæologo deiectus eſt Regno. Antea etiam Alexius iunior, Manuelis Comneni filius Imperator à Tutore ſibi dato, teſtamento Patris, ab Andronico Comneno cognato cupiditate regnandi cum multis proceribus eſt enecatus. Sic à Theodoſio relictis duobus adhuc pueris filijs Arcadio, & Honorio; Stilico, cui demandata erat Occidentalis Imperij cura, tutela adhuc pendente filiorum, oblitus affinitatis (quia erat ſocer Honorij)

Simulationẽ ſæpe ꝓdeſſe ad Regnum occupandũ, raro tamen ad conſeruandum.

Sic impoſtor Archelaus ferro occubuit.

Pſeudofrater Clotarij Frãcorũ Regis primum Imperator ab exercitu ſalutat⁹, tandẽ e medio ſublatus eſt.

Cantacuzenus à Paleologo Andronici Imper. filio tandem ab Imperio Græcorũ per dolũ ſibi par to deiect⁹ eſt.

&

Stiliconis perfidia in Theodoſij filios quas dederit pęnas.

& immemor collatorū à Theodoſio in ſe beneficiorum, Regnū filio Eucherio, auide nimis affectans; ingentia Reipublicæ attulit mala, & ſæpe, cum delere poſſet Barbaros, fouit eos: qui tamen tandem iuſſu Honorij, cum Eucherio, & ſuis coniuratoribus fuit trucidatus. Sic mortuo Edoardo quarto, relicto filio Edoardo, Ricardus frater Edoardi Quarti Glocceſtienſis Dux ei datus à Patre Tutor, interfectis optimis quibuſque cum Rodulfo Shao Theologo egit, vt in concione populum doceret. Edoardum non fuiſſe ex Ricardo Eboracenſe Duce natum, ſed ex alio quodam, qui matrem Cæciliam ante nuptias furtim cognouiſſet: at nullus dubitationi erat locus, quin Ricardus foret verus Ducis filius, & primo loco natus, qui iure Regnum Patri debitum poſſidere deberet: & tamen illa falſa perſuaſione adiutus Ricardus, iam armata manu ſe ſe conſtituit tyrannicè Regem Londini; & poſtea Eboracum profectus, nepotes in carcere necandos curauit: verum, cum vix biennio obtinuiſſet tyrannidem, omnibus inuiſus ab Henrico Septimo pariter vna cum Regno vita exutus eſt. Sic Gelon antea ſatelles Hippocratis Gallorum Regis in Sicilia poſt mortem Tyranni datus Tutor Euclidi, & Cleandro eius filijs; illis eiectis, Imperium occupauit.

Ricardi Glo ceſtienſis Ducis miræ in Edoardū fratrem, & matrem Cæciliam impoſturæ quas pœnas ſubierit.

Gelon Satelles primum Gallorū Regis mox eius filiorū tutor, tandem occupauerit Imperium.

Quàm polleat Religionis abuſus ad Imperiorum occupationem.

Magna fuit Alexandræ Viduæ Ariſtobuli crudelitas, cui Regnum à marito relictum eſt; Phariſæorum enim religione nimium decepta ad nutum eorum ſe tantum miniſtram in Regno præbuit, vt tyrannide illorum tacita affligerentur viri probi, & honore afficerentur ij; quos ipſi ſtatuiſſent. Teſtantur abunde Germanorum tumultus, & Galliæ priſtinæ ſeditiones, & bella pluſquam ciuilia infinita propemodum mala accidiſſe ob quorūdam concionatorum hæreticorum turbulentas declamationes; quorum alij ſe ſe miniſtros venditabant Euangelij, alij vero Catholicæ Religionis veros, & ſinceros Prædicatores: vtriq. enim mentes hominum, ita concitauere, vt ad arma ſæpe crudeliſſima concurſus factus, poſt longum tempus quieſcere, aut pacem impetrare vix potuerit; abuſi enim ſunt quidam hiſce concionatoribus, veluti antiquis oratoribus, vt ſimulatione Religionis omnia confunderent, & interim turbatis Populis ſibi prædam aliquam rapere poſſent.

Ex eo Germaniæ, pmanaſſe tumultus, & Galliæ ciuilia bella.

Quæ pectora non impellit ad ſcelus cupiditas Regnandi? Philippum Tutorem Nepotis ſibi vſurpaſſe Imperium Macedoniæ quis neſciat? Ricardum Angliæ Regem hoc idem accepimus præſtitiſſe, qui tamen deteſtabilius facinus ſcelere Philippi perpetrauit; quod ille in Imperij occupatione Nepotem viuum reliquerit, hic verò interfecerit. Iſaacium Comnenum, ex Rectore, factum Imperatorem, quamplurimosq. alios ex Regni

Per ſcelus ſępe, & ſūmū nefas Imperia quæri.

Quæ exempla id docent.

cuſtodi-

cuſtodibus, Reges factos, tradunt hiſtoriæ. Ad idem ſcelus eadem cupiditas impulit Actiolinum, Cæſarem Borgiam, Ludouicum Sfortiam, Selimum Turcarum Imperatorem, qui patrem Baiazetem, & primogenitum Interemit.

Violentum quidem eſt malum Regna ſceleribus, & dolis comparare, verum per tyrannidem Principatum confirmare, aut occupare velle deterius exiſtimo. Sæpe legitimi Principes bonis mutatis moribus, mutantur in Tyrannos; vt enim nullus fere Principum eſt; qui in initijs manſuetudinem, clementiam, liberalitatem non præſeferat; ita plurimi firmato Imperio, ſimulationem inducunt, & virtutem exuunt. Hæc mutatio humanæ imbecillitatis familiaris eſt; & animos ad duriora propenſos, haud difficile poteſtas impellit. Vti mitiſſima ſors eſt Regnorum ſub Rege nouo; ſic acerbiſſima ſub Tyrāno nihil timente, & adulationibus inflato. Magna eſt in Regno vis ad vitia, quia magna licentia Regis eſt ſcelerum approbatio. Saul Diuino teſtimonio, & ſuffragio Rex factus eſt, & ad quæ ſcelera non deflexit? Sapientiam Salomonis diù florentem tandem licentia peſſundedit. Aſa, Amaſias, & alij fortuna, & felicitate in tranſuerſum acti, multa tyrannicè egerunt, quāuis initia eorum præclariſſima fuerint. Tiberius profundiſſimam ſimulandi artem callens, diù negauit ſe Imperium, quod tamen gerebat, accipere velle; eſſe magnam belluam Imperium dicebat, & miſeram ſeruitutem, & onerofam; qui tamen quanta poſtea ſæuitia regnarit, omnibus compertum eſſe arbitror: nam poſt leuia initia exardeſcente calumniandi, atque accuſandi furore, eius Imperium, non niſi nobilium carnificina fuit. Caius magno gaudio acceptus eſt, ſtudia hominum omni genere probitatis ſibi conciliauit, damnatos abſoluit, exules reſtituit, reis ignouit; & paulo poſt ad ſuum ingenium reuerſus, quantum ſumma vitia in ſumma fortuna poſſint, pæne profuſa ad ſpeciem oſtentatione declarauit. Neronis prima dicta, & acta, aureis, argenteiſque columnis inſculpenda iure optimo Senatus cenſuit; & quinquennium eius, alijs Principibus fuit magnum ſpecimen probitatis; reliquam ætatem nullius vitia ſuperarunt; Neque Galba, nec Vitellius, nec Domitianus aſpera initia habuerunt; Diocletianus etiam, ac Maximianus, nec non ipſe Iulianus exordia Regni incruenta habuerunt.

Cum mutantur animi Principum, Rempublicam primum, ſe ipſos deinde maximis afficiunt cladibus; nec mirum eſt eos mutari, cum omnes ad res lætas, & iucundas alliciantur, pauci ad honeſtas, & duriores moueantur. non tamen ab omni culpa Regnorum Proceres, Populuſque ſemper eximuntur; dum ſeditio-

Deteriorem Imperij occupationē p Tyrannidē, quā p alios ſcelus.

Facile Principes initio humanitatē præſeferētes ad Tyrannidem deflectere.

Saul electus Rex, vel ſuffragāte Deo, quæ demum ſcelera non perpetrauit.

Quæ mortalium ſapientiſſimus Salomon, quæ alij.

Tiberiū diù detrectaſſe Imperiū ob eiꝰ incōmoda ſubire, quo tn̄ potitū nullū non admiſſum nefas.

Caius q̄ bonus in Regni initio Princeps tā im p bum euaſiſſe poſtea.

Primū Neronis quinquēniū nulla nō laude, vel imitatione dignū reliquū Imperiū p broſiſſimū.

Hſc Tyrān. plures imitatos primū regna incruēta habuiſſe.

Quę cauſæ morū Principis mutationum ſæpe populorū ſeditiones, vel criminationes.

Alia etiã Tyrannidis cã ex potentiorum ſcelere, ꝗ nimia Prĩcipũ Indulgentia nonnũquã ad talé dignitatis gradũ & opũ euehũtur, vt Prĩcipes eos timere cogantur.

ſeditionibus, ac cõſpirarionibus diuexant Principes, coguntq. eos ſæpe ad ea, à quibus ſuapte natura abhorrerẽt inſulſis querelis, & criminarionibus,eos non minus in communem ordinem euocanres, quàm eorum indignationem, & cum indignatione ſopitam Tyrannidem excitantes. Ar licet hoc ſir ingens malum: ramen id non eſt, quod comparari poſſit, cum eo, quod ex ſcelere plurium Aulicorum, ſiue etiam Dynaſtarum reliquorum ſoler exoriri. Hoc orrum habet ex quorumdam Principum indulgenria, ne dicam ignauia, dum amicos quoſdam rebus præficiunt, quibus ad incrementa perueniant, vt ferè ſibi pares euadanr; ac etiam aliquando firmiori conſiſtant gradu, quam, vt deijci queant. Mirari libet Regum, & Principum in nimia potenria amicorum fouenda conſuetudinem, quos cum illi ad æquale penè faſtigium euexerinr, rimere, vel æmulari, ſæpè etiam odiſſe incipiunr; Quod ſi Tyrannos intueamur; magnam eorum partem hinc ad Tyrannidem aſcendiſſe diſcemus. Galba, Vitellius, Veſpaſianus, Seuerus, Macrinus, Philippus, Caius, Diocletianus, Iulianus, & plures, quàm ſexcenti Tyranni Imperia graſſati, & potentia, quam ab Imperaroribus acceperant,Tyrannidem inchoarunt, & beneficia contulerunt, ad euertendos beneficiorum authores.

Hinc pluribus Regibus aditum ad Tyrãnidem factum.

Quæ cauſæ nouæ alicuius Aulici Tyrannidis; & quæ cauẽda Principi.

Magnum ſemper Principibus periculum à magnis imminet, adeò vt Principis poreſtas, quæ in ipſo eſt vna, mox à Principe in mulros æquales diffundatur; ſi vnus ſit dignitate ſecundus à Principe, aut tertius; ita illius moderanda porenria eſt, vt plus honoris, quàm viriũ ex eo cõſequatur: ſi enim in vnum omnia conferantur, iuſtitia conturbatur. Principi tribuuntur mala, quæ ſolus ille patrat; nemo liberè ſuam ſentẽtiam pronunciat; vnus ille multis inuiſus conatur alios euertere, Principem amicis ſpoliare, in difficultares conijcere, vt ſibi deuinctum teneat eum, & obnoxium.

Quot Populi ſuffragio Tyrannidem aſsũpſerint.

Multæ etiam,vt ita dicam, Tyrannides exortæ ſunt, non ſine culpa Populi, qui crebro ſibi Tyrannos imponit; hoc priſcis temporibus vſitatiſſimum fuir; pleriquc enim Tyranni ex infimis Populi cuſtodibus, ac ductoribus facti ſunt; authoritatem apud Populum nacti claris, & illuſtribus viris falsò accuſandis, & calumnijs inferendis. Non ſecus Tyrannidem affectarunt Manlius, Gracchi, & poſt ipſos, Marius, & Cæſar; poſterioribus eriam ſeculis mulri in Vrbibus Italiæ, quæ mulra varierate adminiſtratæ ſunr, ſic ſub Demagogis egerunt, donec ad moderara, & legitima Imperia redactæ fuerunt.

Sæpe Populũ ſuæ ipſius miſeriæ artificem exiſtere.

Vt plurimum ſe malis ſuis Populus implicat; nam cum Ciues Populus nimis extollit, illi dominationem adepti, eoſdem, à quibus

Auguſtus ſimulata benignitate populũ ſic deuinciens ad ſe, ſuoſq. traxit Imperium.

Omnes nouo Cæſaris Principatu ſibi fortè meliorem pollicebantur.

Cæſarẽ quidã nuperrimè Princeps videtur imitatus, dum ijſdẽ penè machinamentis Rempublicã euertit, ſibique illius ſtabiliuit Imperium.

quibus ſublati ſunt, contra Ius opprimunt, nec deſunt artes ijs, qui Rerum publicarum libertatem deprimant. Deuicerat Auguſtus diuerſarum ditionum Duces, ſed tandem & illos oppreſſit, quorum opē inimicos oppreſſerat; iuſtitia enim Magiſtratuum appellatione relicta, militem donis, populum Annona, cunctos otij dulcedine ſibi deuinxit; interim omnibus conſentientibus, munera Senatus, Magiſtratuum, & legum ad ſe trahebat. Ferociſſimi in acie, aut proſcriptione ceciderant; ceteri ex ſeruitijs honores, & ex contumacia bonum ſibi exitum ſperabant oppreſſa Republica. Prouinciæ, quæ ſuperbe, & auare adminiſtratæ erant, mutationem Imperij deſiderabant. Porrò Auguſtus recens Imperium multiplici liberorum, & propinquorum ſubſidio firmauit; eadem erant veterum Magiſtratuum vocabula, nullus eorum pene reliquus erat, qui Rempublicam viderant. Eadem videtur cuiuſdam Principis vita fuiſſe; aduerſæ factionis Duces capti, & carnificis manu cæſi ſunt; veteris tantum relictum eſt Reipublicæ inane ſimulacrum; ipſum vero Principem, qui ipſa horum omnium munera ad ſe traxit, excubiæ, arma, tota Aula, & miles in forum, atque curiam comitabantur; Nobiles quo ad ſeruiendum promptiores, eò maioribus opibus, & honoribus augebantur; aliaque Principatus eius oppida, cum ante Magiſtratuum auaritia lacerarentur, ac alia etiam inulta parerent, hanc mutationem non abnuere: Plebs inſito permota odio in nobilitatem, & ludi, ac otij dulcedine capta, ſuperiores Reipublicæ tumultus, ac trepidationes, velut præteritam Maris tempeſtatem, tuto in littore, non ſine animi voluptate, recordabatur. Hæc ſunt, quæ plerumque ab ijs effici ſolent, qui Imperium varijs artibus ſatagunt occupare.

De varijs generibus noui Principatus; ad quem priuatus perueniat Princeps, & quam caute ei agendum ſit.

CAPVT IX.

Quando nouus Principatus oriri dicatur.

NOVVS oritur Principatus, vel cum inſtituitur, vbi ante non erat; vel cum immutantur leges, & iura, vel in ſucceſſione, vel in electione, vel in dignitate. Iam cum de cunctis ſpeciebus Principatus ſuperius habitus ſit ſermo, vel ſpecies noui reliqua eſt peragenda, quæ conſtituat abſolutè formam Principatus nouam, quem iam priuatus Princeps aſſequatur.

In

Solere aliquado Principes populis legẽ præſcribere, aliquando etiã Principibus populus, nõ nũquã vtrũq mutuo inter ſe id agere. Lacedæmone cõſueuiſſe tã Reges, quam Ephoros populi nomine mutuo iureiurãdo ſingulis menſibus pactiones vel regendi, vel inſeruiendi ſtabilire. Sæpe harum legum mutationes exitioſas fuiſſe.

In nouo itaque Principatu, vel Populus legem Principi dat, ac præſcribit; vel Princeps Populo; vel alius nomine vtriuſq. Principis ſcilicet, & Populi. Populus legem Regiam aliquando tulit, ex cuius præſcripto imperarent Principes, per quam poſtea populus eis, & in eos omne ſuum demandauit imperium. Sic Lacedæmone Reges, & Ephoros ſingulis menſibus mutuò iurare conſueuiſſe memoriæ proditum eſt, Ephoros pro Ciuitate, Reges pro ſe ipſis. Regum iuſiurandum erat, ſe ex legum ſcriptarum præſcripto regnaturos; Ephororum autem, & Ciuitatis, ſe Regnum firmum, & ſtabile reddituros, ſi Rex iuſiurandum cuſtodiret: ſunt, & aliæ leges à Populis Principibus ſalubres præſcriptæ in conſtitutione; vel adminiſtratione Regnorum, quas hic longum nimis eſſet percenſere. Quamuis autem videantur hæ, poſtquam coaluerint, & radices longa temporis comprobatione fixerint, ſine ſubuerſione, & populorum clade poſſe conuelli, eo quod facillimum ſit, in omnibus non ſolum Regnis, ſed etiam quibuſcunque in rebus aliquod vitium deprehendere; attamen difficillimum eſt meliores illis refixis figere. Seneſcunt, fateor, Regna, Imperia, & Maieſtas; ſed ſatius eſt aliquo cum incommodo colere annoſam arborẽ, quàm, ea eradicata, & euulſa, nouos ex noua præſtolari fructus; facilius, & melius eſt corpori viuenti, pati capitis dolorem; quã capite adempto, repente concidere; neque enim arbitrandum eſt Nomothetas, quo tempore illas fixerunt, pleraque, quæ populo obeſſe poſſunt, ignoraſſe; verum ex pluribus modis maiora obſeruaſſe, & probanda magis, comprobaſſe.

Quomodo dentur leges à Principib⁹ Populo.

A Principibus aliquando leges Populo traduntur, vel ipſo conſentiente, vel renitente, cum armis, & vi Princeps Regnum inuadit, & ex arbitrio gerit imperium. Populi ad fuit voluntas, cum Romulus inter Principatus initia, vt populum vel ſibi beneuolum redderet, vel eo repugnante facilius imperitaret, Monarchiæ legem inſtituit; qua cum etiam Democratiæ, & Ariſtocratiæ partes aliquas admiſcuit, atque facultatem plebi conceſſit Magiſtratus creandi, leges ſanciendi, de bello, referente Rege, decernendi; quæ multis annis poſt Romulum Populo relicta fuere, ac conſeruata: Iulius tamen Cæſar hoc ius illi eripuit, & ſolum comitia cum Populo partitus eſt. Succeſſit Auguſtus, cui Mæcenas fuit author, vt quidquid illud eſſet, totum Populo plane adimeret, quod certè paulo poſt præſtitit Tiberius, quo imperante, primum è campo comitia ad Patres tranſlata fuere; tandemq. creandi Magiſtratus ad Principem fuit reuocata poteſtas; apud quem lex Iulia de ambitu abrogata fuit: vt autem comitiorum; ita paulatim legum ferendarum Populo poteſtas adempta eſt; ſed non tam citò, cum

Populo Romano quam poteſtatẽ dederit Romulus, quã poſtea Iuli⁹ Cæſar ademerit, quamq. Tiberius.

Vbi abrogata lex Iulia de ambitu.

ſine

ſine Populi conſenſu ferè numquam tulerit leges Auguſtus, à quo tamen poſteà imperante, tum belli decernendi, tum pacis ineundæ facultas videtur ablata; Læſæ Maieſtatis enim reus erat, qui Princeps iniuſtè bellum geſſiſſet, delectum habuiſſet, exercitumve comparaſſet. Inuito Populo leges feruntur, quãdo Rex, vel Princeps hunc reluctantem vi ſubigit, bello potiſſimum iuſto indicto; tunc enim ipſe ius rei præſcribere, & nouam in inuitum adminiſtrationem poteſt exercere; cum gentium iure quæcumque capta ab hoſtibus, immò & ipſi hoſtes ſint in plena victoris poteſtate. Verum hæc miſſa faciamus, cum tantum legis habeatur ratio, quæ Principi nouo nouam regendi formam tribuat; non autem earum, quæ à Principe Populo reluctanti tribuuntur.

Quãdo nam inuito Populo dentur leges.

Nomine vtriuſque Principis, & Populi, tam Principibus, quam ſubditis leges datæ ſunt, inprimis à Deo, à quo omnis poteſtas effluxit, & à quo Reſpublicæ conſeruantur, & deſtruuntur. Leges autem fert Princeps, vel per ſe ipſum, vel per alios ad id munus obeundum idoneos, mirum vt non ſit, ſi illi qui leges de Republica ſancire voluerint, aliquando ſe à Deo, vel aliquo alio Numine eas acceptaſſe confinxerint.

Quando leges dantur Principibus vna, & ſubditis.

Quæ cum ita ſint, ſi contigerit non natum Principem ex priuata ferè fortuna ad Regiæ dignitatis apicem euehi, ſiue mutata Democratia, ſiue Oligarchia in Principatum, Principem extitiſſe; tunc neceſſe erit Principem ijs ſubijci legibus, quæ ad ſolium Regium eum quaſi manu duxerint; nam haud laborioſum erit, eum à Regni limine deturbari, ſi nimis ſibi, & ſuæ arrogando poteſtati, omnia ſuo gerat arbitratu; facile enim commouetur Populus, ſi diuerſam ab ea, quam præſcripſit adminiſtrationem experiatur, ac ad priſtina relabitur: ideò ipſe ſumma prudentia ita agere debet cum populo, vt in ſolio tutum ſe reddat; Sin minus militaribus copijs abundet, aut Principum, & Regum ſtudijs, quando adhuc recens eſt, donec Populus nouũ penitus ferre aſſueſcat imperium. hic aliter ijs agendum cẽſeo, qui ex Democratico ſtatu Principes euaſere, aliter ijs, qui ex Oligarchico; propriæ enim quibuſcumq. ſunt Imperij adminiſtrãdi rationes, quæ ſi hos omnino laterent; in ſæuiſſimas ipſi calamitates impulſi, vt mihi perſuadeo, ruerent: has rationes neutiquam proponendas duco, quia cum vanæ effingi poſſint, difficilem ſemper exiſtimarim cuiuſcumque regiminis præcognitionem.

Principẽ nõ nũm quã deceat quamq. illi cõducat legum ſeruãtiſſimũ eſſe.

Aliter agendũ Principi eſſe, qui ex Democratico ſtatu, aliter ei, qui ex Oligarchico ad Pricipatũ aſſũptus eſt.

De legis Principatu; ei nonnumquam ſubijci Principes, & quando.

CAPVT X.

INTER Principes humanos omnibus, tamquam Regina proponitur lex, quæ non pro qualibet ſcripta accipitur, ſed pro ea, quæ vera regendi eſt ratio. Hæc enim eſt nobis quadam naturali propenſione inſita, non ſcripta, non nata; ſed ex natura ipſa fluit, hauritur, & exprimitur, ad quam non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus.

De multiplici legum diuiſione leges diuinas nefas eſſe contemnere, naturales item.

Quadrimembris autem legum diuiſio omnino debet inſtitui; nam quædam eſt lex Dei; quædam naturæ; quædam gentium; quædam ciuilis, cuiuſcumque Regni, aut nationis, aut Ciuitatis. Leges Diuinas contemnere, iiſque morem non gerere cuicumque nefas eſt: Naturæ vero lex nulla ratione perfringi poteſt, vel conuelli; quippe quæ naturam ipſam conſequatur, & habeat ducem. Gentium leges ratione hominis communi conſtant, vt, qui eas paruipendat, ab hominis natura recedere, & cum brutis potiùs conſentire videatur: Ciuiles leges, iuris, vt vocant, poſitiui, ſunt eæ, quæ pro neceſſitate Reipublicæ commutantur; ſicut etiam pari modo pro communi vtilitate ſanciuntur; quæ propterea ab omnibus quandiù vtilitas illa viget, debent cuſtodiri, dum autem damno eſſe incipiunt, ex nouis cauſis diſſoluendæ penitus ſunt; vel certè, vt expedire videbitur, corrigendæ: Cautio tamen ſit, vt hoc ab ijs tantum peragatur, quibus tributa eſt facultas; idque tunc ſolum, cum opus eſt, & propter bonum commune, non vero ex arbitrio; quia, qui nulla impellente cauſa, leges vellet reſcindere, Principatum, & poteſtatem, quam pro Republica recepit, violaret, & à Principis perſona in tyrannidē declinaret.

Leges gentiū q nō ſeruat, ad brutorum naturam declinare.

Leges Ciuiles vt iuris poſitiui immutari poſſe.

Non ab omnibus tamen hanc mutationē faciēdam, & cum libet.

An Princeps ſubijciatur legibus, & quibus.

An verò Princeps ſubijciatur legibus, diſtinguendum puto; ſi enim ſermo ſit de lege, quam ei vel ſuperior, vel natura ipſa cūctis imponit, procul dubio tenetur obedire; proinde Principis legibus tùm Dei, tùm Naturæ obtemperare cogitur, & ſubeſſe; quia Deus Supremus eſt in imperio, & natura, Numine ſic exigente, cunctis ſe velut Ducem exhibet, & parentem. Quibus iiſdem legibus obſtringitur etiam ſummus Pontifex, cum non poſſit ex arbitrio ſacras Dei leges, vel contemnere, vel abolere, & Naturæ iura vel tollere, vel infirmare.

Subijci-

Quando ſæpe alterius Principis ſuperioris legibus ligatur.

Subijcitur etiam Princeps legibus alterius Principis, ſi tamẽ illum ceu dominum habeat, & ſuperiorem. Quare ſi de Sacris Canonibus, Apoſtolicis Conſtitutionibus, vel de communibus Eccleſiæ legibus ſermo ſit, Principes omnes, quos vocãt, ſeculares, cuiuſcumq. ſint ſexus, & ætatis; illis tamquam ſuperioribus omnino ſubduntur. Quin immo compertũ illud eſt nonnullos ex his duplici velut nexu lege Eccleſiaſtica deuinciri; videlicet, vel ab omnimoda ipſius ſtatuentis Pontificis iuriſdictione, vt in Sedis Apoſtolicæ ditionibus, in quibus per ſe ipſum, vel per delegatos, ſeu Vicarios vtrãq. exercet poteſtatem, vel certè ijs in rebus, quæ ſanos mores, & vitæ inducant Sanctitatem.

Quando nõ ligatur Princeps legibus.

Principes qui ſummam habẽt poteſtatem, nec vlli ſubijciuntur, poſſe innouare leges, vel tollere, non omnes tamẽ.

Legibus porrò alterius Principis, vel iure poſitiuo alieni Regni, cui non ſupponatur Princeps, nequaquam eum ligari dixerim, cum par in parem imperium non habeat, atq. hac ratione Summus Pontifex demortui iam Pontificis legibus non ſubijci ſucceſſorem in Pontificatu, qui æqualem habet poteſtatem, declarat. Sic Principes, qui abſolutam, & ſupremam poteſtatem habent; leges ſuas, & defunctorum Principum, vt ſibi expedire, Reipublicæ & ſubditis videtur, emendant, & innouant, aut tollunt: Secus verò exiſtimarim, quando leges ſunt, vt aiunt, Regni fundamẽta, vt de primogeniti ſucceſſione, de dominiorum alienatione, de feminarũ excluſione a Regni ſucceſſione, & de alijs huiuſmodi, cum à Principibus per legem ad Principatum peruenientibus, antiquari haud queant, vel infringi, niſi & Regni, & Principatus natura omnino euertatur: nec qui Principatum occupare voluerit, mutata Tyranni lege poteſt à Tyranni titulo euadere, cum contra legem illud vſurpauit; exemplum peti poteſt ab Electionis Imperatoris lege, quam ei, qui legitimus Imperator dici voluerit peruertere minimè licet; & hanc ſi quis audacter, & temerè per vim ſtuderet abrogare, Electorum, & Summi Pontificis in ea authoritatem auferendam curaret, vel parum quidem proficeret, vel clades propemodum innumeras excitaret.

Exemplũ pẽti ab electione Imperatoris.

Semper ſubijcitur Princeps legi trãſeunti in cõtractum.

Quando autem lex, & cõſtitutio Principis tranſit in cõtractũ in eorum diſpendium, quibus ius ex eadem quæſitum ſit, reuocari minimè poteſt: Sic priuilegia per pacti viam haud erunt irrita; ſatis enim Princeps conuentionis, vel contractus legi obnoxius eſt, à qua nec omnimoda poteſtas, nec vlla vrgens clauſula eum redimere poteſt, ob bonæ fidei naturam, quam contractus cum Principe initi ſortiuntur, & quamuis legibus ſolutus videatur Princeps; à rationis tamen naturalis dictamine, & naturæ lege eum nullo modo ſolutum dixerim, cum animal politicum ſit Princeps, rationiſque particeps; nec quidquam eum magis, quàm ea, quæ rationi, & naturæ

placuerunt, ſeruare deceat; alioquin nuſquam tuta fides eſſet; quod vtique ſi in omnibus damnandum eſſet, vti ſocietati humanæ valde perniciosũm, multo magis exprobrandum à Principe videretur.

An ſucceſſor Princeps cõtractum à pdeceſſore factum poſſit reuocare.

Hinc quæſtio oritur, an quemadmodum legibus eius, qui vita iam ceſſerit, Princeps non obſtringitur; ita pactis, & obligationibus eiuſdem ſit ſolutus; & ſucceſſor reuocare poſſit contractum ab eo inſtitutum. qua in re contraria ſententia, vt plurimum, verior eſſe videtur, vt Princeps contractum per eos iam initũ, ſolus reſcindere nequeat; immò ratio ipſa exigit, vt in ſucceſſores deriuetur; iuſtitiæ enim ordo, quodammodo natura ſua videtur poſtulare, vt qui mandata ſua ſeruari à ſucceſſoribus exoptat, eius, qui ante ſe Principatum tenuerit, procul dubio voluntatem, & ſtatuta cuſtodiat. Hoc ſecundum naturam eſt, vt quem ſequuntur commoda, eumdem quoque ſequantur incommoda; neque audiendus is eſt, qui honorem, & commodum quidem amplectitur, ſed onus ſubire detrectat; qui in honore ſuccedit, oneri etiam ſubijciatur.

Secundũ naturam eſſe, vt quem ſequuntur cõmoda, eundẽ etiam ſequãtur incommoda.

Principatus nonnumquam auro comparari, maximè verò per venditionem.

C P V T XI.

SAT declarata iam natura eorum Principatuum, qui ſiue per electionem, ſiue per ſucceſſionem, ſiue per acquiſitionem: nunc congruum videtur, vt de alijs, qui multiplici ratione comparantur, ſermo habeatur. Plus virium habent inter plebeios rudes populos, & auaros diuitiæ, quàm illud, ꝙ iuſtũ eſt, & ſalubre; proinde earum illecebris, & largitionibus plerũq. decipiuntur ſubditorum animi, & in eam partẽ facilè ꝓlabũtur, qua fore, vt magis ditentur, vel lautius excipiantur ſpes eſt. diuitiæ quibuſdã ad Principatũ gradus fecerunt; hiſce nimirũ ad regiã peruenit dignitatem Romanorum Tarquinius Priſcus per mortẽ Anci; largitiones enim cum Populo gratiorẽ reddiderẽ; eo magis acceptum ipſis Anci filijs, quibus patronus erat, & tutor: nam cum haberet ampliſſimas in hereditate paterna diuitias; eas in commune contulit, & Anco Martio Regi opportunas pro neceſſitate pecunias dono dedit, in vſuſq. bellicos exhibuit; ex Patricijs multos ſibi beneficijs deuinxit, & viliores animas, auro ſibi conciliauit; à quibus poſt mortem Anci Regis iuxta votum, & petitionem, regio in throno eſt conſtitutus.

Quantũ põderis habeat diuitiæ apud populos.

His Tarquinium Priſcũ Romanorum Regem contendiſſe.

Regna

Regna haud leui iudicio acquiruntur, ſæpe parta pecuniæ cui ſummam adferunt admirationem, & maximam poſſeſſoribus ipſis authoritatem addunt, ita, vt vix intra ſuos limites hanc valeant continere; ſæpe enim fœdiſſimas clades, ac ruinas ſuis egreſſa finibus Imperij rectoribus infert, quæ vltimum tandem pariunt excidium. Roma, & Carthago inuicem altera alteri infeſta, omnia ferè reliqua Regna ad caſum dedere; nec vis pecuniæ ea erat, maxime florente Romana Republica, vt aliarum ditionum quærendarum deſiderio reliquæ Prouinciæ flagrare deberent. Hac cadente Republica, mirum in modum creuit ambitio; & cupiditas aliena conſequendi, poſteros adeò cepit, vt non pauci Imperatores plurimis Ciuitatibus, quibus aliqua pecuniæ ſumma ſuppetebat, libertatem vendiderint: à Rodulfo Imperatore emere Florentini, Senenſes, ac Lucenſes; à Carolo Ligures, & Piſani ſunt venditi; Piſæ Gambacortis, & Vicecomitibus veniere; nec magna tunc temporis pecunia exigebatur. Putabant plerique ſatis ſibimet ipſis conſulere, ſi aliquam potius auri ſummam ſibi cōgererent, quàm, ſi Vrbes ſuæ adderent Ditioni, qui nimias expenſas ſecum ferrēt, & aliquando excidij cauſas; non enim tunc temporis Indiæ eã auri partē, quæ tot diuitias nunc ſecū cōuehit, adhuc effuderãt.

Plura Regna olim vendita.

Reſpub. Romanam, & Carthaginiē ſem reliquis Prouincijs ſpē creſcēdi ademiſſe.

Romana Republica euerſa, illicò cupiditatē dominãdi creuiſſe adeò, vt plures Ciuitates pecunia libertatē ſibi compararint.

In his emptionibus caute admodum ſe gerat Princeps, ſuaſq. vires metiatur, ſimul & eorum, à quorum vi ſe ipſe tueri poſſit: quo circa ſemper præſto ſit ei prouidens conſilium, quod eum incolumem ſeruet inter potentiſſimos Principes: caueat autem ne nimis, empta ditione, ſe extollat. Si tamen huic arti incumbat Princeps, maxime decet, eum omnibus (quæ tamen pietatem non lædant) eniti artibus, vt nouos hominum animos, aureus ille ſplendor demulceat, ac perſtringat. Didium virum ſatis prudentem accepimus ſibi pecuniæ vi Imperium comparaſſe, cum in cohortibus Prætorianis maximam auri cupiditatem eſſe comperiſſet.

Quæ conſilia Principis pecunia acquirentis.

Didio eam fuiſſe comparãdi ſibi Imperij occaſionem, ꝙ in pretorianis cōperit magnã auri cupiditatem.

Opinantur nonnulli ad faſtigium Principatus magna ſe poſſe peruenire auri congerie, ſed ſæpe falluntur; auari enim, & pecuniarum tenaces à ſublimi ſolio adeò diſtant, vt quo magis ad altiora ſe efferre conantur, eò magis ad inferiora, deturbari ſe videant. Odio habentur Principes, qui theſauros congerere ſtudent: hinc inuidia orta ſe ſe opponit, nec ſubditi æquo animo ferunt tam excreſcentem magnitudinem, quæ ſibi ipſis damno ſit futura. Nec propinqui potentes non conniuentibus oculis tantam aſpiciunt opulentiam; illud enim eſt notum, eos, qui ſola ducti cupiditate lucri, Regna, & Principatus appetunt, ſępe aliorum cōtemptui eſſe, immò dominari non poſſe, cum plura conſilio magis, quàm pecuniarum vi effici ſoleant.

Sæpe decipi eos, qui magno auri pōdere Principatum exquīſit, ꝙ populi eos Principes odio habeant, q̃ ſtudent auro cō gerendo.

De Principatibus delatis per alios contractus, & in primis per affinitatem.

CAPVT XII.

Modus cõparãdi Principatus per affinitatem.

NVLLAM autem præſtantionem opinor artem eam, qua plures vtuntur Principes in comparandis per contractus Regnis; in qua parte, ſe offert ille in primis affinitatum modus, qui legitimus, non ſolum auget potentiam, verum, quod pluris faciendum eſt, Regni iam parti iura conſeruat; nonnulli enim quaſi è longinquo euentus futuros intuentes, vt heredes ditiores relinquerent, & idcirco Principatum augerent, ſuper affinitates antiquas, ſeu nouas ſua iecere fundamenta. Super nouas, vt ſuum ampliaret, ingenium acuiſſe vidimus Ludouicum Principem Tarentinum, qui ſolo Ioannæ Reginæ vxoris matrimonio adiutus, Rex Neapolis euaſit. Philippo Normando, nomine dotis totam Etruriam ab Irene conceſſam fuiſſe conſtat. Agilulfum ob Theodolindam vxorem Longobardorum Regem fuiſſe, non eſt qui ambigat. Ferdinandum ſola Sanctiæ vxoris liberalitate imperitaſſe legioni neminem latet; &, ne vetera ſequamur exempla, iam illud Auſtriæ familiæ in mentem venit; quæ vi, & ope variarum affinitatum valde propagata, vt vitis exuberans, tot tantoſque palmites edidit, vt præter plura Regna acquiſita, tandem ſibi noui orbis Imperium comparauerit. Ghiennum Ducem Ludouici Regis Galliæ fratrem memoriæ proditum eſt, in vxorem ſibi dari filiam Burgundiæ Ducis ſummopere exoptaſſe, quod tantæ ditionis futura eſſet heres; cuius conatibus, quamuis acriter aduerſaretur Maximilianus Auſtriacus, non tamen ille deſiſtebat; Maximilianus Auſtriacus illius artes deluſit, &, quod optauit, aſſecutus eſt vna cum tanti Imperij acceſſione, vt ex hac quaſi profluxerit dignitas, quæ nunc in Auſtriaca familia emicans conſpicitur. Plures itaque ſunt, & non inepti modi augendi Imperia, quibus qui cautè, & prudenter vtitur, pluribus ſeſe locupletat fortunis, opibus, ac Imperijs.

Ludouicum Principẽ Tarentinũ ſolo Reginæ Ioannę connubio Neapolis Regnum conſecutum, Item Normãdum Etruriam.

Agilulfum Longobardorũ Imperiũ.

Ferdinandũ legionũ Imperium.

Auſtriæ gẽtẽ plura Regna & orbẽ nouum.

Ghienni Ducis quæ tentamẽta, vt filiam Ducis Burgũdiæ obtineret vxorem.

Maximiliani Auſtriaci ſtudio irrita cecidiſſe.

At non poteſt quis cunctis Principum ditionibus animum admouere; cum plura obſtent, quæ ſæpè infenſa legibus difficillimè poſſunt explere auidam habendi cupiditatem. Potentiſſimus Vladiſlaus Rex Hungariæ, cum inutilis redditus eſſet apoplexiæ

Non ſemper omnes ditiones cõtractu ąquiri poſſe.

apoplexiæ morbo, filiam vnicam tradendo Nepoti Regis Romanorum Maximiliani in vxorem, Regnum Hungariæ Regi ipſi reſignare voluit; verùm acriter obſtitere Magnates Hungariæ, qui tamen ei filium Comitis Magni Stephani coadiutorem addidere. Cum enim leges Regnorum aduerſantur contractibus ineundis, tunc contractus de illis interdicuntur, Principibus, non minus, quàm poſſeſſoribus alijs priuatis. Sic enim Principes quidam in aliquibus cenſentur, tamquam fructuarij, vt vocant, quamdiù vixerint, & addicti, & conſtricti ſint reſtitutioni; & ita, quemadmodum leges diſponunt, eorum reſeruatur ius, vt ratio etiam ſtatuendi in iuſtitia diſtributiua Principibus; quando videlicet in lege ſucceſſerunt, vel quando ex lege Regni creati ſunt Principes; & ita ipſi acceptando, vel ſubeundo Principatum, ſponte videntur ſe oneribus, & conditionibus Regni obligaſſe, vt non poſſint iuſtè ſine cauſa eas contemnere; vt etiam ille, qui ſponte adit hereditatem ſibi delatam, vel ex voluntate teſtamentaria defuncti, vel ex lege ab inteſtato, cenſetur ſe obſtringere oneribus, & legibus hereditati, & ſucceſſioni impoſitis, tamquam ex contractu facto cum mortuo, vel lege, quæ defert ſucceſſionem. Quod ſi Princeps contra illas leges quippiam fecerit; certe tuti non ſunt, qui cum illo tunc contrahunt; & proinde à ſucceſſore in Principatu, vel ab ipſa Republica omnia acta, tamquam nulla reuocantur. quamobrem iudicatum in Senatu Pariſienſi per Pares Franciæ, & executioni demandatum pro Carolo Septimo contra pacta contracta apud Tricaſſes à Carolo Sexto, quibus pactus erat in cõuentionibus matrimonialibus inter Catharinam eius filiã, & Henricum Quintum Angliæ Regem eius ſponſum, vt Anglus Rex, & eius ſucceſſores maſculi vocarentur ad Regnum Galliæ, excluſo Carolo Septimo; nempè quod hoc pactum erat contra legem Salicam fundamentalem Regni; quæ inter alios etiam Francos ſemper viguit; ne bona de terra Salica tranſeant à lancea in colum, & filiæ non ſuccedant, nec eorum filij in Regno; quia ibi mulier eſt caput, & finis ſuæ familiæ.

Hũgaros obſtitiſſe Vladislao ne filiam heredẽ Regi Maximiliano Romanorũ Regi traderet in vxorem.

Aliquos Prĩcipes quãdiù viuunt vocari quaſi fructuarios.

Qui ſponte adit hereditatem, ſubire etiã eius onera, & leges.

Si quis Princeps decreuerit quidquã cõtra leges, quibus Principatum inſlens addicterat decretũ omnino irritum fore.

Hinc à Pariſienſi Senatu iudicatũ eſſe pro Carolo Septimo cõtra Carolum Sextum, qui contra leges Regni, Angliæ Regem ad Regnum Galliæ euocauerat.

Quid

Quid Principi ſit agendum cum illis, qui eius poteſtati ſponte ſe tradidere.

CAPVT XIII.

Tres perfectionis gradus in Imperio inueniri.

TRES omnino reperio gradus perfectionis in Imperio; quorum nimirum vnus ita perfectus eſt, vt ne homo quidem eum mente aſſequi queat; alter vero quibuſcumque gentibus communis eſſe poteſt; Tertius, & vltimus eſt ille, qui ſubacto Principatui videtur conducere. Si Princeps optimus in regendo dediticio Principatui ſibi præſtantiorem

Principē bonum præſtãtiſſimum regendi gradū inſequi debere.

Vt Medicus, cui ſemp̃ ante oculos p̃fectior ſanitas obuerſatur.

gradum ſeligit, ſummum etiam illius bonum vtilitatemque ſibi, certò proponet; non ſecus Medicus, cuius ante oculos in curandis ægrotis perfectior ſanitas obſeruatur: at quemadmodum in quibuslibet corporibus perfectior valetudo nequit attribui; ita etiam in imperium prudens Princeps ſummum illud bonum introducere ſe poſſe diffidat. Quocirca eo tantum animum intendit, vt, quantum fieri poſſit, rebus afflictis medela aliqua afferatur; quia ſi ad priſtinam valetudinem claudum reducere Medicus conaretur; inanis quidem eius opera eſt; & pro vita, quam mirum in modum æger appeteret, mors prope

Monitum ex eodem ſimili Principi accōmodū.

neceſſario contingeret. Ingenia ergo Ciuium, ac eorum propenſiones diligenter inſpiciens ſagax Princeps, vel à prauis moribus eos amouebit, vel in bonis ita confirmabit; vt ad ſolam illam perfectam felicitatem aſpirare poſſint; ac ea ſint mente, vt quod perfectiori Principatus conſeruationi maxime

Omnem hominum ordinem in Repub. honorū merita ſibi vindicare.

arridere videbitur ſemper intueantur. Nobiles, diuites, virtute præditi, ac plebeij certatim ſibi honores deberi contendūt: nobiles, & diuites, cum omnia in ſua manu quaſi ſita prædicant; alios non tam non adhibendos ad Magiſtratus, quàm ab illis excludendos credunt: nec minus homines virtute præditi, ac etiam plebeij ſibi, tamquam benemeritis, dignitatum merita arrogant: in quo omnes errant; non enim pro Chori harmonia

Reipub. harmonia vnde exoritur.

Quomodo igitur habēdi ſint à Principe omnes hi ordines, & qb9 dignitates defeſendæ.

requiritur vnius vocis præſtantia, ſed vt omnes concorditer concinant. In conſtitutione harmonica corporis Reipublicæ neceſſe eſt, vt non tantùm quæque pars ſuam quaſi edat actionis vocem, ſed ita concorditer inter ſe conueniant, vt non diſſonus reddatur in adminiſtratione Reipublicæ concentus: ideo non ſolum ſubditos, diuitum, & nobilium, verum etiam præſtantium quorumque virorum nomine comprehendens, eos

dignita-

dignitatibus Princeps exornabit; in opibus vero, & plebeijs ea impertientur, quæ ſatis affluentem victum ſuppeditare valeant; Iuſtitiæque armis hos à quibuſcumque potentum iniurijs arcebit. Et quamquam inter nobiles, diuites, ac præſtantes viros diuidendæ ſint; eadem tamen eſt habenda ratio, qua in aſſumendis cibis vtimur; qui enim ſufficiunt corpori, valetudinem ſeruant, roburque augent; nimirum excedentes corpus debilitant, ſæpiſſimèque cruditate proſternunt, ac conficiunt. Si plures eis, quàm ferat eorum animus, dignitates impertiat, præterquam quod illos pondere bonorum premit, ac offendit, plures Imperij ſocios ſibi efficit, quam Principem abſolutum deceat. ne igitur totum Imperium alijs committat, neque tam laxum patiatur eſſe, vt ex tanta liberalitate, occaſiones ſibi arripere poſſint cumulandi aſſeclas, qui letale vulnus Principi infligant: idcirco in manu Rectorum ſint honores, ac emolumēta; reliqua verò alia ſibi reſeruet Princeps, quæ ſubditorum animos ſibi deuinciant, beneuolentiamque concilient; nec ſtudeat præſertim ad alios honores infimæ ſortis viros euehere, niſi illuſtres facti ob virtutes, talem dignitatem ſe meruiſſe ſibi perſuadeant: ex his reliquorum animi accenduntur ad acquirendos virtutis adiumento honores, & ad firmandos ſemetipſos nobilitatis auxilio in Principis ſeruitio. Forma itaque Reipublicæ erit talis, vt nobiles in ſuo iure perſiſtant; diuitibus minime auferantur opes, dum tamen, quod fortunæ adiumentum eis tributum erit, pertractent, ac fruantur, vt viros probos, ac virtute præſtantes decet. Iuſtitiæ lumine, ſimul ac manu cuicumque merita præmia tribuantur, & pene infligantur; Principatus enim dediticius his artibus facillime regi poterit, ac gubernari.

In diuidendis honoribus ſeruādā rationē qua in cibarijs deligendis vtimur.

Caueat Princeps, ne plures, quā par eſt, imperij ſibi quaſi ſocios efficiat.

Ad dignitates infimæ ſortis viros, niſi illuſtres euehat.

Quam Reip. formam ſeruare debeat.

De Principatibus Fortunæ, diuiſione, ac Religione partis.

CAPVT XIIII.

AD Amplitudinem gloriæ ſuſtinendam, & magnas res feliciter obeundas, præter alia, opus eſt quadam occulta vi, quam nos effectum quēdam diuinæ Prouidentiæ cuncta in ſuos fines ſapienter dirigentis, veteres Fortunam nuncuparunt: hæc enim occultè fouet, tuetur, ac fauet, & ſæpius ſine vllo diſcrimine hunc ſublimem tollit ad ſidera; illum humilē proterit,

Vi quadam occulta, quā nos prouidētiam diuinā, antiqui fortunā dicere, opus eſſe ad magnas res feliciter obeundas.

&

Ducem Filādræ e carcere ad Regiū ſolium, & ab vltimis ſupplicijs, ad q̄ rapiendus erat ad ſupremos honores illico traductum.

Manfredum quaſi carnificis manu eductū e carcere ad Regnū vtriuſq. Siciliæ.

Caſtruccium iam neci iudicis ſententia deuotum repēte Lucēſis Reipub. Pricipatum obtinuiſſe.

Eadē fortuna Mathiā ad Pannoniç Regnū, & Iacobū Luſinianū ad Cypri tranſuectū.

& affligit. Dux Filandræ ſuorum potius meritorum, quam bonorum patris heres in carcere incluſus, dum vltimi ſupplicij pœnas præſtolatur, à ferreis vinculis, ac compedibus, ad aureũ diadema gradum facit, & ab omnibus Princeps conclamatur. In id genus viros transferri poſſunt Manfredus, & Caſtruccius. Ille quo die ſummus Monarcha è viuis deceſſit, dum diem ſuum obire cogeretur, pro ſupplicio vitam recepit, & Carnificis quaſi manu eductus è cuſtodia, ad vtriuſque Siciliæ Imperium fuit euectus. Hic iam artibus Catilinianis vnus Lucenſium omnium amorem ſibi ita conciliauerat, vt licet condemnatus, non è Carnificis manu tantum fuerit ereptus, verum etiam ad Vrbis Imperium eleuatus. Matthias Huniadis, & Iacobus Luſinianus vterque carceribus detenti, alter in Bohemia, alter Ianuæ: Ille Pannoniæ Populos ad tantam ſui beneuolentiam vltro protraxerat, vt poſt eius Patris Ladislai mortem, virtutum tanti viri memores, ad dignitatem regiam ipſum prouexerint: hic non diſſimili fortuna carcere eductus, Cypri Regnum eſt aſſecutus.

Quæri ſæpe diuiſionem Principatus.

Triplex diuiſio, violēta, neceſſaria, & volūtaria. Exempla cuiuſque.

Diuiſionē olim Hiſpaniæ volūtariā fuiſſe, ſicut & Galliæ.

Idē diuiſionis periculū tēpore Ludouici xj. ſubijſſe Galliā.

Quæſit diuiſio neceſſaria.

Vtilē ſolū eā eſſe, q̄ fit volūtate, vt diuiſio Ludouici Pij, Caroli V. & Alex. VI.

Ex pluribus malis, quæ Imperia euertunt, eſt eorum diuiſio, quæ præcipua infirmitatis eſt cauſa. Diuiſiones aliæ violentæ, aliæ neceſſariæ, aliæ voluntariæ ſunt. Violenta diuiſio ea erat, quam de Imperio Romano tot barbaræ nationes fecere, & ex qua tot ditiones prodiere. Voluntariam verò appellarim, quæ poſt Sanctij mortem de tota Hiſpania facta fuit, cum Garziæ Nauarra, Ferdinando Legio, & Aragonia Ramiro obtigit. hanc eamdem diuiſionem, etiam ipſamet Gallia paſſa eſt; poſt mortem enim Clodouei, Childerico Lutetiæ, Clotario Sueſſionũ, Clodomiro Auxilianenſis Regio, & Teodorico reliqua pars contigerunt: hoc idem periculum ſubijt etiam tempore Ludouici XI. Dux enim Berri Regis fratris res adeò ſuſque, deque vertit, vt ei Ducatum Guiennienſem cum reliquis alijs Regionibus cedere fuerit coactus; & ſi, vt habebat in votis, duxiſſet in vxorem Caroli Burgundi filiam, reliquum ferè Regnum ſuis viribus proſtrauiſſet. Neceſſaria ea diuiſio, quæ fit, vt periculum omnino euitetur; & hæc vi armorum ſuum obtinet locum. Omnes autem hæ diuiſiones in Regnorum perniciem cedunt; præter eam, quæ ſola voluntate fit, vt fuere eæ, quas à Ludouico Pio, Carolo V. & Alexandro VI. factas accepimus. primus enim Franciam Caluo aſſignauit, Ludouico Germaniam, Lotario Italiam. Carolus V. fratri Imperium, cunctaque ea, quæ hereditario ſibi iure comparauerat. Alexãder VI. Caſtellanorum eſſe omne id, quod ſpectat ab Aequinoctiali ad Arcticum Polum; Luſitanorum, quod ab Aequinoctiali ad Antarcticum declarauit.

Religio-

Religione etiam acquiritur Principatus; nam praui homines inter populos rudes, prauis Deitatis opinionibus ditiones aſſequi ſe poſſe arbitrātes, elaborarūt, vt quibuſdam Dijs beneficiorum authoribus viderentur accepti; nec non ab ijs adiudicari, & admoneri cenſerentur. His ductus Numa, vt ipſum ſæpe Aegeriā conſulere omnes crederent, enixe contendit. Pyrrhus legum Iouis Dodonæi executorem ſe finxit. Minos Aegyptijs leges à ſe conditas, conſultas à Mercurio perſuaſit. Lycurgus ab Apolline datas aſſeuerauit: Quamquam non tantum falſæ Religionis ſimulatione praui homines imperia occupauere; ſed & alij, qui veram Religionem profitebantur. Non hic ſermonem habendum cenſeo de Religione Conſtantini, Theodoſij, Arcadij, Caroli Magni, Calpetæ, Diui Ludouici, & Auſtriacæ familiæ, quam in primis vere Religionis profeſſione ad tanta Imperia conſtat euectam fuiſſe: de illis tantùm verba faciam, qui ex infimo ſtatu nouarum inuentores artium, & cupidi dignitatum circa Religionis cultum ad ſuprema faſtigia ſunt euecti. Luterum vidimus inhiantem nimis infulis, ac purpuris, nulli rei magis, quàm Eccleſiæ excidio ſtuduiſſe: & Federicum Saxonem nil aliud magis in votis habuiſſe, quam vt Auſtriacam familiā Imperio deturbaret; omnibus enim ei virtutibus perſuaſit impius ille veræ religionis deſertor, vt alicuius nouæ Religionis ſibi adſciſceret ſocios; cuius demū doloſis cōſilijs cū ſic ē adhibuiſſet Dux, extremum ſalutis ſuæ adiuit diſcrimen; quippe qui Regno à Carolo V. exutus, Mauritium in eius locum ſuffectum Regem coactus fuerit, vel inuitus cernere, & venerari. Maumethes verò animum ſuum ad alliciendam plebem cōtulit; mendicus ſuæ blanditus eſt heræ, vt ex ſeruo, tori fieret conſors, dominatus, & diuitiarum; & vti maiorem ſui excitaret admirationem, Sergij ſui opera Epilepſiæ morbum ecſtaſim ſimulauit, qua ſanè à cunctis vbique vt iam ſempiternæ felicitatis particeps habebatur. Hiſce igitur technis, ac dolis eò peruenire ſe poſſe credidit, vt faciлè Chriſti fidelibus ſuaderet ſe ab eis auguſtè, ſanctèq. veluti Numen eſſe colendum, & diuinis honoribus celebrandum: vt deciperet Hebræos, circuncisionem nō ſuſtulit: vt ſibi conciliaret Sabellios; Trinitatem: vt Macedonios; Spiritum Sāctum abnegauit: Polygamiam approbauit, vt Nicolaitas vinculo amoris ſibi adnecteret: tandem, vt quemque in ſuam raperet ſententiam, ijs omnibus vitijs ſtuduit, quæ plerumque perditi homines ſolent deperire. Zeſiqnus ſola religione carnis blandimentis accomodata Marochij Regnum; Zariſſus Fezze; Iſmael Perſarum Imperia occupauere.

Religio ſæpe cauſa Principatus.

Hinc fuit Numæ mentitū cum Aegeria conſortium.

Hic Pyrrhus Ioue Dodoneū, Minos Mercuriū Lycurgus Apollinem legum à ſe latarum authores haberi voluere.

Non falſa Religione tātum Imperia cōparata eſſe, ſed etiā vera & Catholica, vt hiſtoriæ teſtatur, & amplitudo, ad quam Auſtriacę familia peruenit.

Federicū Saxoné impijs Luteri conſilijs nouam religioné inſequenté regnum amiſiſſe.

Quibus dolis, & qua religionis ſimulatione Maomethes, Imperiū ſibi cōparauit, q. & apud Turcas impijſſime diuinos honores.

Alios alia regna mentito religionis nomine acquiſiuiſſe.

Vtrum

Vtrum Princeps omnes Populos, qui ſaltem aliquibus conditionibus ei ſe ſubijcere vellent, ſub ſuam ditionem redigere debeat.

CAPVT XV.

Si Magiſtratuũ, iudiciorũ, & armorum abſoluta poteſtas non ſit penes Principem, Principatũ non dici abſolutum.

DIVERSA genera Principatuum ſunt, quæ partim abſoluta, partim aliquibus legibus, ac conditionibus vinciuntur; omnia autem quodammodo aliquam recipiunt conditionem, niſi tamen abſoluta authoritatem omnem in ſe retineant; & cum præſtantiores Reipublicæ partes in Magiſtratibus, iudicijs, ac armis omnino conſiſtant, ſi aliqua Principi harum rerum authoritas deſit, non omnino abſolutum dixerim Principatũ, ſi eligerentur Magiſtratus ex Popularibus, ſoliſve nobilibus honores deferrentur, ab hiſque iudicia exercerentur, & armorum imperium indigenis tantum nobilibus reſeruaretur; tunc moderati potius, ac legibus adſtricti, quàm abſoluti Imperij eſſet typus, ac forma. Poloniæ Rex finitam poteſtatem habet, neque totius cenſus liberum dominium, nec bella indicere poteſt, vel quidquam agere, niſi conſentiente vniuerſo Patrum cœtu. Aragoniæ, Valentiæ, & Cataloniæ Regna nihil Regi, niſi præſenti tribuunt; nec oneribus ſe ſubijciunt, niſi hæc, aut propriam defenſionem, aut publicam vtilitatem reſpiciát: hinc fit, vt, cum Princeps præmij, ac pœnæ arbiter ſit ſemper futurus, ſi ei deferatur Principatus, in quo Imperij habenas moderari nequeat, tunc tale Imperium conſultius abijciendum ſit, vt Politici exiſtimarunt, ac concluſerunt.

Regem Poloniæ definitam habere poteſtatem.

Aragoniæ, Valentiæ, & Cataloniæ regna nihil Regi, niſi pſenti tribuere.

Spes Principi ineſſe nõ debet maiorem conſequẽdi authoritatem.

Nec credat Princeps, ſi fortè ſpe conſequendi maiorem authoritatem, nouum Imperium ſuſcipiat, felicius ſuum actum iri; non enim vires ſuas eò dirigere debet, vt eo accepto plenum ſibi aliquando dominium futurum arbitretur; ſed ne ea electione ſuo naturali Principatui noceat. Idcirco animaduertat etiam, an gens, cuius imperium recens ſuſcipere meditatur, bellicoſa ſit; an longæ paci aſſueta; an nationibus pacem minimè colentibus nimium finitima, vt Pannonia eſt, cum Turcis; nam, pro varietate harum rationum, varia ſunt ineunda conſilia, cum Principatuum oblationes tanti ſint æſtimandæ, quanti acceptæ ſint profuturæ.

Quæ Principi agẽda sũt animo antequam veniat ad ſubijciẽdam gentem aliquam.

Quid ſe infideles ſe alienæ poteſtati

Verum quia ſæpè contingere ſolet, vt infideles, & Chriſtiano nomini infenſi ſe ipſos dedere alicui Principi velint,

reſeruato

Digitized by Google

reſeruato ſibi tamen religionis ſuæ cultu, propter hoc ambigitur, an lubens Princeps eos ſuæ poteſtati ſubdere debeat, & an tuto queat: & ſanè, ſi Principatui, ad quem aſpirant, propugnacula eſſe poſſent, non inutile beneficium opinarer; Religio enim non debet eſſe in cauſa, vt tanto emolumento Princeps minime perfruatur; cum potiſſimum Religionis noſtræ mores nequaquam poſſint inuerti, & eorum inſana religio corrigi queat, dum cum Chriſtianis negotia gerunt; ideo pro ſubditorum commodo hos ferre haud indignum exiſtimarim, cum ſecum ac Principatus incolumitatem, & victus copiam, ſaltem commercij cauſa afferant, & ad veram fidem reduci poſſint.

Illorũ Principatum non defugiendũ, præcipue q Religionis noſtræ mores facile inuerti neqûis, eorum vero ſupſtitio facilime corrigi queat.

At ſi ſpes fortaſſe eſſet, ſaltem aliquo tempore fore, vt eas conditiones Princeps valeret, vel diſſoluere, vel refellere, & eos cohibere, vt facilius eis prodeſſet, adhuc anceps eſſem, an Princeps hanc oblationem eo intuitu deberet reſpuere; neq. enim hæc ab eo videtur abijcienda: nam quẽadmodum Medico ægrotum decipere minime eſt nefas, vt ei quoquomodo ſalutem quæritet; ita Populorum beneficio, aliquas excogitare artes, vt ad bene viuendum inducantur, haud Principem dedecet. Sed tamen fidem fallere etiam honeſta de cauſa nequaquam conducere videtur; cum Populorum ſalus pactorum approbationem poſtulet. Sola itaque amoris vi, ſola prudentia ciues ſemper moderabitur; licet fuerint complures, qui Populorum ſalutis rationem non habentes, ſuam ſolum vtilitatem, & incolumitatem inſpexere. Auguſtus eadem Magiſtratuum vocabula reliquit; munia tamen Senatus, Magiſtratuum, & legum in ſe tranſtulit, nullo aduerſante, titulorum inania contempſit, vſitata Principis appellatione contentus. Carolus Martellus cum Franciæ Regnum non affectaret, ſed reuera teneret, quoſcumque Regios titulos auerſatus, ac deteſtatus eſt, Princeps nobilitatis appellari contentus; & ea arte Pipino filio Regnum deferendum obtinuit. Vlricus Gruthanus Primus Orientalis Friſiæ Comes, cum eam dignitatem ab Imperatore Federico III. in ſuo Friſiorum Populo accepiſſet, nec diploma in lucem producere, aut profiteri nouum honorem apud ferocem, & libertatis cupidiſſimum Populum auderet; tempori inſeruiens, vt inuidiam omnino euitaret, à priori viuendi inſtituto minime receſſit; humanus, benignus, placiduſque non domini, ſed Rectoris Friſiæ Orientalis nomen cepit: titulum Comitis prorſus diſſimulare ſæpe videbatur; generoſe interdum appellationem admittere, interdum ne hanc quidem poſcere: vtrique rei talem ſe præbebat, vt authoritate potius,

An Princeps hanc oblationem recipere debeat cũ ijs conditionibus, dum agitat mente futurum, vt aliquãdo ipſe eas infringere valeat.

Fidem fallere iuſta etiã de cauſa non videri æquũ.

Ii igitur in deditionem accepti quomodo regendi.

Quæ Auguſti moderatio in Imperio receñs ſuſcepto.

Qua modeſtiæ oſtentatione Carolus Martellus Galliæ Regnum tenuit, & ad filium tranſmiſit.

Vlricus Gruthanus quã retinẽs modeſtiæ in Imperio, & q̃ bene tempori inſeruiens.

quàm imperio regère, ſæpiuſque litium arbiter, quam Iudex eſſe videretur: quibus artibus factum, vt admirabili ſtudio, & ipſum, & eius poſteros Populus ſemper fuerit proſecutus. Et facile quidem eſſe crediderim, vt Princeps omnem ferè authoritatem ſibi deſumat, ni prudentia deſit, quàm maximè adhibebit in alliciendis viris præſtantibus, eos illis decorando honoribus, quibus naturales ſubditos ſolet exornare; hi enim, cum paululum ſuas fortunas augeri viderint, conditiones iam præſcriptas reſcindent; & Princeps, qui limitatum tenuit imperium, liberam nanciſcetur iuriſdictionem; & repetam, ni prudentia deſit; nam ſi clauum non bene regat Princeps, in perpetui excidij ſcopulos incidet.

Ni deſit Principi prudentia, facile futurum, vt tandem omnem in Principatu ſuo dignitatem aſſequatur.

PRIN-

Digitized by Google

PRINCEPS

COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI,

De Principis Educatore

Liber Tertius.

De Electione Magiſtri morum Principis in more habita, nec temerè habenda, & quomodo huic inſtituendo debeat magis exemplo, quam documentis praire.

CAPVT PRIMVM.

CVM præcipua mens fuit formandi Principem, qui ad Principatum perueniat, ex alijs ortus Parentibus, qui idem ſceptrum tenuere, huiuſque finem non ignorem eſſe felicitatem, quæ conſequitur illum, ſi educandus tradatur optimo morum Magiſtro optimis virtutibus exornare contendant; Ideò non tàm exacta eſt aliarum rerum, quæ in Ciuili vita peraguntur, conſideratio habenda, quàm earum, quæ ad electionem Magiſtri morum Principis ſpectant; hanc enim, ſi bona eſt, boni conſequuntur effectus; ſi praua, praui prorſus: Perſarum Regibus, hæc electio tantæ curæ erat, vt in ea facienda maiorem ponerent curam, ac ſolicitudinem, quam in reliquis rebus, quæ ad Principatus, Regnique conſeruationem omninò pertinerent: non enim illi à feminis ſtirpe Regia natos, ſed ſapientibus Eunuchis curandos, educandoſque curabant; qui in illud ſummopere incumbebant, vt fortes, formoſique euaderent; atque equos regendi artem optime diſcerent; & quando opus erat, ſtatim Pædagogorum curæ demandabantur, qui quattuor ex Perſis tantum electi, ad munus inſtruēdi ſemper intenti erāt, vt ſapientes, iuſti, temperantes, forteſque fierent. Aurelium Imperatorem Romanum, dum animam ageret, nil magis afflictauit, vt accepimus, quàm quod, cuius curæ tradendus eſſet filius Commodus, omnino ignoraret: & contra nihil maiori voluptate Philippum Macedonem affecit, quàm vidiſſe ortum

Electionem Magiſtri morum inter cætera potiſſimum cenſendam eſſe.

Quanta huius apud Perſas ſeligēdi eſſet ſolicitudo.

Nō feminis, ſed ſapiētioribus Eunuchis educanda tradebatur ſtirps Regia.

Quattuor deinde Pedagogis demandabatur erudiēda.

Aureliū Imper. agentē animam nil magis afflictaſſe, q̄ filiū ſupſtitē ſine certo Educatore.

Alexandrum, eo tempore, quo Ariſtotelem tantum virum Præceptorem eſſet habiturus.

Hæc electionem temere non faciẽdã quæ rationes doceant.

Hæc electio tanti eſt facienda, vt temerè nequaquam à Principe fieri debeat. Potior cauſa, ob quam Pincernæ dapes, quæ Principi offerebantur, deguſtandæ antiquitus dabantur, ea exiſtimatur, vt Principis ſalus omnino tuta ſeruaretur: Magiſtro enim morum Principis vires, ac propenſiones quaſi deguſtandæ præbentur; quæ ſi inſulſæ, vel aliquo morbo affectæ reperiantur; ſua vigilantia, ac peritia prouidet, vt aliqua morum condimenta miſceantur; & medicinæ applicentur, quæ ad ſaporem virtutis eius actiones traducant, & ad ſanitatem redigant; ne infirmæ, ac infectæ infirment, & inficiant ſubditos.

A ſimili ab arte pingendi deducto.

A ſimili ab arte medendi.

Si alicui pingendi artem non bene tenenti Principem pingendum tradiderimus, merito inſcitiæ reprehendemur; & tamen quocumque Pictore, ac Statuario præſtantiorem illum eſſe ſcimus, qui iuuenum animos informare aggrediatur: idem, ſi ei Medico, qui ſe prior obtuliſſet, & omnino ignoraret, quomodo valetudo reuocanda foret, traderemus curandum, nulla habita ratione eius, qui artem medicam optime calleret; nam, nec Medici nomen meretur, niſi, qui prius morborum naturas perpenderit; nec nomen Pictoris adipiſcitur, niſi qui plures colores bene miſcuerit, & varias formas penicillo, non ſine recta imitatione expreſſerit.

Opera magis, quã verba morũ Magiſtri Principis pſunt. Lycurgũ exẽplo potius q̃ pceptis profuiſſe Spartanis.

Educatorem eſſe debere veluti ſpeculum, in quo Priceps qualis debeat eſſe ſpeculetur.

Arida pcepta niſi pcipiẽtis exẽplorũ irrigata fluentis.

Homines ijs nõ fidere, q̃ pmittuntur magis, quàm probantur.

Nõ fidẽdum Nauarcho nauſeãti, du-

Quæ cum ita ſint, quamuis plurimis exornatum virtutibus Magiſtrum hunc eſſe deceat, per optimorum tamen exemplorum tramites expeditius iter ſibi faciendum non ignoret, quàm per certarum legum ambages. Id haud latuit celeberrimum illum Lycurgum, qui ſe plus exemplo, quàm legum promulgatione, Spartanis profuiſſe gloriatus eſt. Exemplum enim operis eſt ſermo viuus, & efficax facile perſuadens; quod intendimus, dum, quod verbo ſuademus, opere haud difficile comprobamus: & certe ante omnia eſt opus, vt non ſolum morum Principis Magiſter, nihil peccando, verumetiam honeſta quæque peragendo, manifeſtum ſeſe Principi exemplar exhibeat, vt in eius vita, quaſi lucidiſſimo quodam ſpeculo, intuens ſe Princeps, ab actionum ſimul, & verborũ turpitudine penitus moueatur. Arida quidem ſunt in illius ore virtutum præcepta, niſi ex præualido actionum præcipiẽtis humore, ſiue virtutis calore florida vireſcant; niſi adſint opera, haud facile credit Princeps: niſi ex operibus clareſcat veritas, obruta quadam veluti verborũ mole obſcurior redditur. Anima noſtra ijs haud fidit pceptis, q̃ veritatẽ vi operũ non elucidãt: nulli oĩum mortaliũ peius merẽtur, quã qui aliter viuunt, quàm viuendũ eſſe præcipiunt. Optimum nullus dixerit Nauarchum, qui facile nauſeat: & cæcum

quis

quis eliget Ducem? ægrotus Medicum, qui ſemper domi infirmitate detineatur? Hoc maxime neceſſarium in ſua Republica putans Plato, ſtatuit ſapientem legum latorem ſenibus præcipere debere, vt ante iuniores ſint verecūdi, ac ſummopere caueāt, ne quis è iuuenibus eos turpe aliqd agētes, vel loquētes, aut audiat, aut videat; nā vbi ſenes minus pudici ſunt, ibi iuuenes impudētiſſimos neceſſe eſt; pſtans enim, & iuniorū, & ſeniorū diſciplina eſt, nō verborū increpatio; ſed, vt, q̄ increpādo quis dicat, vel monendo, eadē & ipſe in omni vita exequatur, ac efficiat.

In hoc eò magis Principis Magiſtro elaborādum eſt, quo ſuo munere, non in Principem tantum, ſed etiam in Principis ditionem plura beneficia ſe conferre non ignorat. Qui Principem erudiunt; ſubditos quoque edocere minime ambigendum eſt; nam cuiuſmodi fuerit Dux, tales, & ſubditos vt plurimum fieri eſt neceſſe. Subitus Platonis aduentus in Siciliam, Dionyſium ad litterarum ſtudia ſtatim applicuit; nec vllus in Aula erat, qui tali ſtudio animum ſuum non adijceret: Simul atque Dionyſius ſtudia reliquit, & ad mulierculas ſe recepit, omnes perinde quaſi Circæis poculis transformatos, litterarum odium, obliuio, atq; mollities occupauit. Læſæ Maieſtatis crimen ſubditi exiſtimāt, ſi totos ſe ad exemplum Principis non componant. Aethiopes tanto amore ſuos Reges proſequuntur, vt, ſi qua corporis parte Rex debilitaretur, domeſtici omnes ſponte ſua eandem partem debilitent, turpe exiſtimantes, Rege claudo, aut monoculo, non amicos omnes claudos, aut monoculos eſſe.

Cum itaq. ad Principis exēplū totus cōponatur Orbis, nihil maiori curę Magiſtro morū Principis eſſe debet, q̄ virtutū illarū ſtudiū, quæ in Principis animo exortæ in ſubditis tandē clariſſimè refulgeant. Quidquid mali in priuatis ædibus accidit, id à priuatis perpetratur, qui priuatis ſceleribus infelicitatē priuatā ſibi conflant; at ꝙ à Principe cōmittitur, publici facinoris nomē ſubit, in maximūq. omniū detrimentum prorſus diffunditur. Si Nauta, qui clauū nō tenet, paululū erret, non tā illius, q̄ Nauarchi, cui totius nauis cura cōmittitur, dicendus eſt error: ꝙ cōſiderās Socrates, & clarè ꝓſpiciēs, quantū boni, aut mali ex recta, aut praua Principis educatione poſſet exoriri, Alcibiadis aīum ad voluptates nimis ꝓcliuē ad bonā frugē traduxit; ſūmoq. ſtudio nixus eſt, ne optimus Adoleſcens fructū ſuū ſicut plāta in flore ſuæ ætatis corrūperet. Statuendū itaq. eſt morū magiſtrū, ſi rectè ab eo Principē educari contigerit, maximū honorē, & ſui nominis exiſtimationē conſecuturū; Si ſecus cōtingat nō abſq. periculo eſt, quin ei Princeps mercedem aliquando, illata nece perſoluat, cum ex hac inſtitutione vita, honos, & gloria Principis pendere videatur.

Ductori cęco, & Medico ægrotanti.

Platonē iubere, legū latores ſenib⁹ primū pcipere, mox iuuenibus, & quę cauſa pcepti.

Quæ cōmoda morū Principis Magiſter afferat vniuerſo Principatui.

Vnius Platonis opa Dionyſiū Siciliæ Tyrannū litterarū ſtudia adamaſſe, Principē tū ad geniū redeuntē ſecū etiā aulicos attraxiſſe.

Stulta quorūdam ſubditorum opinio.

Cæcus Aethiopū amor in ſuos Reges.

Quid mali adferat praua Principis educatio.

His incommodis adductum Socratem maximè ſtuduiſſe, vt Alcibiades ad bonā frugem traduceretur.

Morum Magiſtro contendendum eſſe, vt Principis propenſiones perſpectas habeat; cauendum tamen, ne eas ex Phyſiognomia, Chiromantia, Aſtrologiaque legibus conſpicetur, ſed potius ex verbis, & geſtis.

CPVT II.

Leonem oculis obtectis facile leniri, & cicurē fieri.

Haud facile ita internos motus comprimi poſſe, vt ſæpe vario oris habitu nō euocentur ad lucem.

Quæ ratio idem ſuadere videatur.

Facile cognoſci poſſe, q̄ Princeps æqua mente, quæ iniqua peragat. Difficile eſſe cum natura pugnare. Animã ſuos pulſus habere, quib⁹ affectiones prauę cognoſci, & corrigi poſſunt.

NIHIL magis præcogitare, ac perpendere debet morum Magiſter, quàm Principis ingenium, vires, ac propenſiones; quæ omnia cum non latent, ſua cura, atque induſtria facile, vel ſuperare poteſt, vel perficere. Ferox eſt animal Leo, & impatiens innata ſtimulante generoſitate quoduis frænum pati, nec manſuetus vnquam efficitur, niſi, vt inquiunt Phyſici, pallio obtegantur eius oculi: Si eius natura non dignoſceretur, quis tantam ferocitatem perferre valeret, ac demulcere poſſet? Si hominis naturam non prænouerimus, quis eum ſua prudentia poterit moderari? Hominum corda ſoli Deo eſſe cognita haud me fugit, cui omnia nuda ſunt, & aperta; perturbationum tamen, & affectuū internos motus primos comprimere, priuſquam in nefanda ſcelera erumpant; ac manifeſte cernantur, non humanæ virtutis, ſed diuinæ, potius ſapientiæ eſſe reor: non enim tam abditos eſſe ſenſus noſtros comperio, quin ſaltem ex aliquibus indicijs prænoſcantur. In corde latentia facies ſæpiſſime demonſtrat, ſuoque pallore, vel rubore, quæ natura ferè effugit, palam tandem facit; qualis enim animi affectus, talis eſt homo; qualis homo, talem & eius orationem eſſe aſſerendum eſt; orationi autem facta vt plurimum reſpondent, in quibus vita hominis ex parte conſiſtit. Si Princeps non obluctante natura promptè aliqua præclara gerat, ſine vllo dubio, quid intime ſentiat animus, extrinſecus palam facit; Si ad aliud gerendum, non tam promptus, & expeditus aduolet, hoc profecto animi ſigno oſtendit, ſe illud, quod facit, minus æqua mente peragere. Cum natura pugnare difficile eſſe omnino videtur. Principis affectus, non ſecus, ac corporis morbos videndos, ac inueſtigandos, eſſe arbitror. Anima etiam ſuos pulſus, ac agitationes habet, quæ interius latentia vitia facillime demonſtrant; quibus præcognitis id adhibere medicamentum haud difficile eſt, quod maxime ſalutare exiſti-

metur,

metur, ac exiſtat: & quamuis medicina hæc in morbi initijs amara deguſtetur, attamen aſſidua vſus potione dulcis euadit. Ex altera duarum cauſarum guſtus elicitur; aut enim guſtui res placent, quia ex ſua natura optimum ſaporem inducant; aut quia longa conſuetudo efficit, vt quod inſipidum natura eſt; id guſtui haud inſuaue reddatur: facile idcircò eſt (ſi natura non omnino aduerſetur) quamcumque virtutem Principem edocere, qui, ſi maxime repugnet, aſſidue eſt exercendus, vt difficillima queque conſuetudinis auxilio facilia omninò ei videantur. Miles, quia pluримis vitam periculis obiectat, timorem abijcit, & fortior in dies redditus, nullum deinceps ſubit diſcrimen, quod reformidet. Nauarchus, qui ſæuiſſimas quotidie tēpeſtates, ac procellas vel inuitus experitur, illas amplius non pertimeſcit; conſuetudo enim, & frequens vſus, omnem excutit formidinem, & mortis periculum eorum menti nullum incutit metum. Si ad Medici curam pertinere, vt ea tantum ægrotanti proponat, quæ eius bonæ valetudini prodeſſe poſſint, aſſeueramus, quantò magis ad Morum Magiſtri vigilantiam aſſerendum eſt ſpectare, vt in excolendo Principis animo ea, quæ ſunt profutura, maiori fide, ac indulgentia exquirat; quàm ad Medici curam ſpectet pro reducendo ad priſtinam valetudinem ægrotantē? maiorem quidem vim habet conſilium rectū, vt à malo Principem deterreat, quàm mala propenſiò, vt ad malum inducat. Quæ planta ad alterutram partem deflectatur; ſi nimium exereuerit, difficilius inclinabitur. Qui Princeps facile a paucis naturæ initijs deterretur, pronus ad virtutes ſuauiſſimus optimorum morum fructus ſemper ſibi, ac ſubditis pariet.

Duabus ex cauſis guſtū elici, vel ea ſuapte natura ſuaui, vel tali longa cō ſuetudine ef fecto.

Ita et Principem etiā difficilem aſſidua inſtitutione erudiri.

Pericula ſubacta metum ſubeundi militi adimūt.

Quotidiana mortis obſeruatio Nauarchi animū in ſānlo rib⁹ tēpeſtatib⁹ ad certā quaſi ſpem excitant.

Magis educatorem cniti debere, vt Principē excolat, quā Medicus cōtēdere debeat vt, ægrotātē ad valetudine reducat.

Pricipē adoleſcētē vt arborē adhuc tenerā quocūq. deflecti.

Hæc autem naturæ certa procliuitas non colligitur ex Phyſiognomia, ſiue Chiromantia, vel Aſtrologia; fallaces namq. ſunt huiuſmodi artes, & ſi quid lucis habent; tantis ea contegitur nubibus, vt quid certi ſit tenendum, omnino ignoretur. Non laudandus eſt vir in ſua ſpecie, & figura; neque ſpernendus. Si quis ex colore, ſtatura, voce, reliquiſque corporis partibus, ac lineamentis affectiones Principis aſſequi velit. Aut ſi ex lineis manuum, ſiue in ſeptem montibus, quæ figurentur aduerſitates, caſus, infortunia euentura Principi dignoſcere nitatur. Aut ſi quis ex Aſtrologia in Principis ortu quid proſperi, quidue aduerſi ſit euenturum, dicere contendat, fruſtra laborabit; & fatuum ſe ſe oſtendet: cæcæ ſunt futurorum diuinationes. Naturales appetitus hominum, ac cupiditates, quæ ad vitia animos pertrahunt, in alijs ſunt vehementes, in alijs leniores, & in omnibus aliquo modo. Inſtitutio, & conſuetudo facit, vt perniciofis affectionibus obſiſtatur:

Fallacē eſſe ex phyſionomia, & Chiromātia, vel Aſtrologia pro penſionē præcognitionem.

Futurorū diuinationes cæcas eſſe.

Quæ naturā in vitia ruētem ſuſtineant.

ſtudium,

Pericle uſu Calcemonij in virtutibus profeciſſe, item Socratis diſciplina Alcibiadem.

ſtudium, pudor, & ante omnia propitium Numen naturam ad vitia procliuem ſuſtinet, ne ruat: & ſanè multi ſunt, qui recta inſtitutione hominibus non tantum ciuiles mores; ſed inſignes etiam, ſanctoſque infundant. Pericles familiaritate Calcemonij valde profecit. Alcibiades Socratis diſciplina ingentia vitia, ſi non depoſuit, paulũlum tamen inhibuit. Certe Cæli, quos vocant, influxus in noſtris pectoribus parum pollent: Sapientem dominari aſtris certum eſt: quiſque in ſua manu libertatem habet; nec contra illius poteſtatem, ſiue dextram, ſiue ſiniſtram manum illi admouere quippiam poteſt. Non itaq. culpa carere eum credendum eſt, qui, ſi quid flagitij commiſerit, à ſe propter influxum ſtellarum perpetratum eſſe aſſeueret.

Sapientem dominari aſtris.

Lenibus modis eliciẽdũ eſſe Principis propenſionem.

Verum cum omni facilitate, & fere blandimentis propenſio Principis à vigili Moderatore ſit extorquenda, operam dabit, vt quam leniter eius intimos affectus introſpiciat; facilis enim erit cognitio, cum ingenuitas Principis, & vitæ candor facilè eius naturam, ac propenſionem indicent; quæ enim verba abſque vlla ratione, ſeu ratiocinatione proferuntur, quid interius animo Princeps voluat, clariſſime demonſtrant. Hominis ingenium non tam in vultu, quam in oratione ſe ipſum prodit, nonne ſuſpenſum ferè ſemper animum habemus, cum obmuteſcentem hominem videmus à nobis diudicandum? tunc verò nullatenus ſuſpenſi animo ſumus, cum eum clarè loquentem, & ſiue prudentiæ, ſiue imprudentiæ, ſigna promentem perſpicimus? Qui venti in Principis corde lectentur, ex eius dictis dijudicet morum Magiſter. Illud certum eſt ea, quæ ore promuntur, affectuum eſſe ſigna, qui in animo ſunt, ac latent; quibus perſpectis, clauum ita regat, vt Principem educandum optimis moribus exornatum, & virtutibus illuſtrem ad tutum felicitatis portum incolumem ducat.

Quæ ſubita, nec præcompoſito ore proferuntur iudicare; quid interius animo voluatur.

Obmuteſcẽtem hominẽ in ſuſpicionem omniũ animos euocare.

Quæ ore promuntur affectuum eſſe ſigna.

Quæ dicta ſũt Principi verius, quã ceteris accõmodari.

Si dicta cuiuſcunque tanti ſunt ponderis, vt, quæ latent, conſpicua reddant, eaque propenſio, quæ in cordis latebris delituit, coram omnibus proſiliat, quanto magis Principum verba, & acta, quibus eorum naturam præſagire poſſimus, haud incerta indicia edere eſt dicendum? in Vere, qui flores naſci, qui ve fructus debeant exoriri, ex herbis, & plantis quiſque diſcernit: & in florida ætate Principis, quæ opera proxima iuuentute ſit editurus, quis non proſpicit? Quid ſenſerint Athenienſes de vitijs puerorum, ex legibus eorum promulgatis ſatis aperte compertum habemus: vbi enim ætas criminis excuſationem ſecum afferre poterat, ibi maiorem pœnam iniungebant, cũ futuri mali maior ratio ab jis haberetur, quàm delicti præſentis commiſſi: tantum enim propenſioni tribuebant, vt

Vt vere, qui flores, q. fructꝰ naſci debent ex herbis, ac frondibus colligimꝰ, ſic ex primo Prĩcipis germine, naturæ, ætatis deducimus auſpicia.

Qui mos Athenienſium in pueris educandis.

magis

magis exorientis mali indicium, quàm ipſum malum puniendum eſſe cenſerent.

Non hæc ſubſidia tantum parantur, ac proponuntur morum Magiſtro, vt his adiutus, & quaſi fultus Principis ingenium dignoſcat. Alia ſunt, quæ euidentiorem eius propenſionem ante oculos aliorum ponant; vt aqua corpori humano minimè obſit, coloris, odoris, atque ſaporis expers eſſe debet; vt cęteris corporibus, haud quaquam immiſta naturam ſuam tueatur; Sic Princeps ingenuitate ſua, ac vitæ probitate præfulgens, & morum omnium, qui eius animum poſſent conficere, expers, ſuam verecundiam alijs demonſtrando, efficiet, vt ex hac candidi animi indicia deprehendantur. Inſigne ſiquidem ſignum eſt in adoleſcente, cum illi ex alto rubor offunditur, qui pudorẽ conſequitur, iuuenti Principi gratiam, & decorem. Deuicto Dario Perſarum Rege, Alexander plures captiuas ad ſe adduci iuſſit, vt in celebranda victoria aliquem ſaltem concentum ederent; ex quibus vna fuit, cuius genæ rubore circumfuſæ, ne oculos in altum extolleret, omnino eam impediuere; quapropter Alexander, cum hinc eam nobilem dignouiſſet, alij exercitio adijcere fuit coactus. Nihil enim verecundo adoleſcente amabilius; &, vt ſplendida gemma eſt verecundia in adoleſcente, ſic minime dubia bonæ ſpei nota, & bonæ indolis index ſemper exiſtit. Quapropter Romani ſuos adoleſcentes purpurea veſte indutos volebant, vt ex tali veſte, & colore intelligerent in adoleſcentia ſolum verecundiæ ruborem, ita commendari, vt in reliquo vitæ ſuæ curſu numquam ijs eſſet erubeſcendum.

Verecundia ſignum optimæ propenſionis.

Princeps eſſe debet, vt aqua omniũ qualitatũ expers.

Rubor in adoleſcẽte, pręcipue ſi Princeps, præclaræ indolis ſignum.

Alexander Macedo ex rubore nobilitatem in captiuorum vna conſpicatus.

Cur Romani liberos ſuos purpurea veſte vellent induros.

Ad prauas Principis propenſiones euincendas, quibus morum Magiſter inſtructus eſſe debeat, arte, & ſtudio, per nullum obſtaculum negligendis.

CAPVT III.

QVANTA opus ſit arte, & induſtria ad ſuperandam quamcumque Principis propenſionem, quæ iuri honeſtatis non adhæreat, longèque ab honeſto abſit, nullus eſt, qui ignoret. Si Plantam excreſcere, quæ recta non ſit, conſpicatur agricola, nonne eam extirpare contendit, vt alibi plantata recta concreſcat? Si moderator morum inſtar ignari Agricolæ parũ verſatus, plantarum in morem Principem ſuis morum tãquam cum

Quãtum laborare debeat Educator, ne Principes plantarum in morem nimium excreſcant.

Luxuriantes rami anteq̃ durétur, obtruncandi.

Artē omnia ad perfectionē redigere.

Animalia vniuerſa hōi inſeruire.

Equus q̃ ab Apelle eſt dono datus Alexandro hinnitū vero equo excitauit.

Serpens qui Tiberio Imperatori erat in delicijs.

eum ſurculis nimium luxuriæ, & nimiam in licentiam abire patiatur, ſemper Magiſtri adſcribetur culpæ; cum arborem hanc, ſua cura, ac diligentia colere, & expolire omnino teneatur: affectuum rami iuſto plus excreſcentes, præcidendi ſunt, dum adhuc adoleſcunt, ne affluenti humore deinde durati, vel ipſum ferrum obtundant. Labor aſſiduus omnia vincat. In arte,& doctrina ferè plus eſt præſidij, quam in natura: animantibus enim quibuſcumque hoc eſt ab ipſamet natura inſitum, vt ſibi in ijs rebus, quæ ad victum ſunt neceſſariæ, ſatis ſuperq. conſulant: Soli homini datum eſt iudicium, vt diſcurſu rationis,exercitatione,ac prouidentia ſibi magis, quam ſoleant animalia,ſolo naturæ inſtinctu prouideat. Hæc ſola ars, hæc ſola induſtria eſt, quæ cuncta ad perfectionem redigit. Si aliquid excellentiæ animalibus à natura tributum eſt, id totum homini ſoli artis, & induſtriæ ope perſoluitur. Si equus conſiſtat, ſoli homini debetur curſus. Si Aues nidulantur, hominis beneficio nidus conſtruitur. Si pariunt animalia, tandem fetus hominis cibus efficitur, adeò vt eorum pars vna voluptati hominis, altera nutrimento deſeruiat; cum hic ſit finis animantium, quæ tamen omnia ars perficit. Tanta arte effinxit equum Apelles, vt cum dono datus fuiſſet Alexandro,à viuo equo,qui cum vidit,ſtatim hinnitus editus fuerit,pictum illum viuum eſſe credente. Imperator Tiberius in delicijs ſerpentem habebat, qui in eius manu cibum capiebat. Non itaque ſi videat Educator prauas Principis propenſiones, à cœptis abſtineat, ſua diligentia eius naturam ſuperaturus, ac profecturus; quæ enim bona ſunt, meliora arte fieri poſſunt; & quæ non bona, aliquo ſaltem pacto corriguntur.

Velles tolerantur in ſuperandis affectib⁹ Principis.

Nullum animal homine moroſius, neq. id mirū.

Quod vno die prætermiſſum eſt, altero cum fœnore perficiatur.

Verùm non ars tantùm proficit, quantum in tradenda arte, patientia, ac tolerantia. Non ignoret morum Magiſter non omnes ſumma diligentia cultos, ſatoſque campos eam frugum vbertatem producere, quam tanta exigit cura, & optat Agricola: ſæpe dum cultor camporum ſe magnam frumenti copiam ex agris educturum ſperat, lolium colligit. Non tamen damnanda diligentia, qua maiores fructus ſe percepturum putauerit; Prudentia ne abſit. Nullum animal moroſius eſt; nullum maiori arte tractandum, quàm homo; nulli magis parendum; nec id mirum eſt, cum pluribus ſit vexationibus ſubiectus, & mutationibus obnoxius, & varijs agitatus curis, qui quaſi flos ope ſolis egreditur, & grandine conteritur. Sit patientia, quæ conterat omnia; ſi dies ſine linea exeat, ad poſterum diem duplici labore delineandum redeat, licet vnus inter innumeros dies parum damni afferat, & parum in ſuis cœptis Educatorem lædat. Omnis diſciplina dum labore percipitur, magis videtur

eſſe

eſſe cauſa mæroris, quàm gaudij. Statuarius in effingenda aliqua ſtatua elaborat; Si dulcis petra offeratur, plurimum tẽporis terit, & tandem non ſine magno labore ad eam perfectionem, qua petræ firmæ ſtatua fuiſſet efformata, eam redigit. Non ignoro laboris plurimum impendere Moderatorem morũ, qui rude Principis Ingenium præ manibus habeat; at non ſum neſcius illius arte tandem illud ita perpoliri poſſe, vt non minorem ex rudis Principis educatione gloriam conſeqni poſſit, quam ex illius, in quo exornando non tam fortaſſe inſudarit.

Vt ſtatuariũ in cõficiẽdo ſimulacro e dulci lapide multum laborare, attamen ſuum aſſequi finem. Sic moderatorem morũ rude Principis ingeniũ & ſi non paruo labore ex poliri poſſe.

Scio ſæpe proprij commodi dumos ita Magiſtri Principis pedes pungere, vt in ſuo tramite tutum iter vix habere poſſit. Certiſſimum eſt non admodum placere diſcipulo, cum alio ſuas propenſiones deflectere cogitur: in hoc Magiſter ſit inuictus. Si Equus ſeſſorem timidum ſentiat, non tam facile tractatur, vt ab eo, cui nullus ſit timor. Si morum Magiſter afficiatur metu, ſtatim opinio de eo præhabita abit, & contemptus ſubit; Princepſque relictis habenis prauarum propenſionum, præceps in ſui, ac Populorum interitum fertur. Non omnem arborem infecundam ſuccidi mandat Paterfamilias, ſed excreſcere paulatim ſinit, tempore aliquo aliquos fructus parituram exiſtimans. Magna opus eſt patientia, ac prudentia: facillime alliciuntur ingenia ad honeſti, rectique amorem, ſi moribus leuiter corruptis inijcit manum veritas, & aduocatum idoneum nanciſcatur. Nec nimis angatur morum Magiſter, ſi aſſidua diſciplina animum Principis, quem ſtimulis vrget, haud beneuolum ſibi reddiderit: Non enim crediderim tantum conceptum in Principis odium aduerſus morum Magiſtrum, vt in adulta ætate, cum nõ ſit benignius accepturus, parentiſq. loco habiturus. Summis itaque viribus contendat, nec vllum immotum lapidem relinquat, vt tandem Princeps omnes prauos ſenſus alio deflectat, perque virtutum tramites ſuos greſſus dirigat. Quid enim gratius ei accidere poteſt, quam Principem in omnium conſpectum tot virtutibus perfulgentem, vt nihil, quod in Principe iuſtiſſimo, ac prudentiſſimo exigatur, omnino deſideretur. quemadmodum Agricola vehementer exultat, quando ſuauiſſimos ex arbore fructus perlegit, quam ſuis quondam manibus excoluerat; ita morum Magiſtri, atque parentes magna voluptate afficiuntur, cum morum eius fructus deguſtant, cuius ingenium, atque mores à prima iuuentute feliciter efformauerunt.

Abſit à morũ Magiſtro ſpes vtilitatis propriæ. Caueat Magiſter ne meticuloſum ſe Principi oſtendat.

Ingenia hominum facile ad rectĩ amorem allici, ſi exiguis quibuſq. moribus occurrantur.

Nõ angatur, ſi minus beneuolũ Principis animũ ſibi reddiderit.

Voluptatis, & exultationis quam affluẽtem fructum percepturus ſit Educator ex bene Inſtructo Principe.

Ab opti-

Ab optimo morum artifice in Principis Animum ad virtutis ædificium baſes iaciendas duas potiſſimum, Amorem in Deum, ac timorem, vti & aliqua de ex ijs promanante in Principe miſericordia.

CAPVT IIII.

Quid Artifex in hoc morũ quaſi ædificio iaciẽdo præcogitare debeat.

HACTENVS quibus modis optimus morum Magiſter Principem perſpicere, ac ei proſpicere poſſit, ſatis fuit enucleatũ. Nunc cum talis Magiſter haud imperitus eſſe debeat, perſpecto ſitu, dimenſaque latitudine, ac longitudine ædificij morum, qđ optimis virtutũ conſtruendũ lapidibus, & cæmentis, ſecum meditari debet, ſi haud rudis materia in vnum cõgeſta facilem pulcherrimi ædificij cauſam præbeat, ſuæ Imperitiæ adſcribendum eſſe, ſi vndique non conſtruatur ita perfectum, vt optima Principis inſtitutione, pulcherrimum euadat. Numquam in iaciendis fundamentis, qui lapides, quæ cæmenta ſint ponenda, talis ædificij perito Architecto ignotum eſſe debet, vt tanta machina feliciter excreſcat: neque periculum ſit, vt cum maxima Principis, ſubditorumque ſuorum iactura prolabatur. Duæ quaſi baſes huius tam admirabilis virtutum arcis ſunt locandæ, vt ſtabilem hanc, aduerſuſque cuncta penitus aduerſa tutam, ac inconcuſſam reddant, amor videlicet erga Deum, & timor. Si ædificium forte ſuper ſolo non ſatis firmo, quod amoris erga Deum tenacitate immotum non reperiatur, conſtrui contigerit; facile erit, vt primis naturæ motibus, qui à prauis affectibus emanant, excuſſum, in terram decidat, & Principem à Deo diſiunctum obruat. Si morum Magiſter Principis animum ita informet, vt quæcumque in eo diuinum amorem, ac timorem præſeferãt, imprimat; præclariſſimum ſanè opus erit, ſummaque dignum admiratione: non enim tantùm nitendum eſt ei, vt lingua, & externa veneratione religionem Princeps colat, ſed vt opere, & veritate D. O. M. agnoſcat, ac veneretur. Summis idcirco viribus contendere debet, & efficere, vt ſæpe, ac ſæpius intra ſe cogitet Deum eſſe Regum Regem, terræque Principatum non abſolutè ſuum, ſed à Rege ſupremo ſub rationis reddendæ conditione ad tempus gubernandum traditum fuiſſe. Timor diuinus, ne abſit, ſuadeo, qui

Huius duo firmamenta locãda Amorem in Deũ, ac timorem.

Si alteri nõ incumbat, futurũ, vt breui corruat.

Curet, vt Princeps pietatem, ac religionẽ, non oretenus, ſed & opere præſeferat.

Eius ad Principẽ monitũ pclarum, ac frequens ꝙnam.

Timor Dñi,

qui cum amore diuino tam illuſtre ædificium fulcit: hic, ſi fuerit recte locatus, & impreſſus, inanis quicumque ſuperbientis naturæ flatus exiſtet, qui inſignem machinam virtutum conuellere conetur: vbi timor eſt, illic quoque mandatorum obſeruantiam eſſe conſtat; vbi mandatorum obſeruantia, carnis quoque expurgatio, quæ nubis cuiuſdam inſtar, animæ lumen obſcurat, nec diuini radij ſplendorem poſſe intueri ſinit. In figatur itaque Principis animo, hoc eſſe certiſſimum, ſi metus hic radices fixerit, fore vt magna ſemper inde profluant bona. Certe hominem à beluis non diſtinguimus, niſi ſola ratione; reliqua cum ceteris animantibus communia habet: Si ad res infernas intentus, ad ſuperna animum non erigeret; ſi timor hunc non coerceret, ſi amor non propelleret; hominem minime prædicandum arbitrarer.

quàm cõſtãs baſis, ac firmamentum virtutis. Quæ cõmoda ſecum offerat.

In quo ſeiũgatur homo à ceteris animalibus.

Princeps autem inſigni erga Deum amore, ac timore non armatur, niſi miſericordiæ lux præfulgeat, ac præcedat, cuius ſplendor intuentium oculos aperit, & extollit hominum mentes ad cæleſtia bona, ex quibus ſumma felicitas eorum profluit: hanc ſemper prædicet Moderator Principis, vt pietatem erga pauperes, & miſericordiam ei perſuadeat: nullas opes maiores congerit Princeps, quàm eas, quas ſolet ei miſericordia impertiri: quæ opes à Principe alijs tribuuntur, ei ſolum acceptæ referuntur, & ei conſeruantur, non ſine magna eius gloria. Quo ſæpius aqua hauritur ex puteo, eo ſalubrior efficitur: Si minus continuus hauſtus ſit, non ſine bibentium damno ſæpe putreſit. Si Principis manus arida fuerit, miſericordiæ aqua abluatur; ſatis beneficos fructus pariet ceteris communicandos. Numquam de lucis ſplendore diminuto quæritur Sol, nec ob calorem alijs impertitum eius vitalis virtus comminuitur, & langueſcit: Princeps diffuſis miſericordiæ radijs, ſuum ſplendorem non imminuit, ſed auget, & pro præmio tam præclari facinoris ſummum honorem, ſummamque gloriam conſequitur.

pietas, ſcilicet, & miſericordia in pauperes. Quæ bona inde prouenian Principi. Frequenti aquę ex puteo hauſtu ſalubriorẽ illam reddi, & contra. Nullas Soli eſſe querelas de luce diminuta, quã tñ profutura liberalitate cũ ctis rebus impartitur: Hunc imitetur Princeps.

Conſuetudinem etiam nobilium adoleſcentulorum adiumento futuram Principi ad virtutem, & quid in ijs deligendis Educatori praſtandum.

CAPVT V.

Puerorum coetus ſummis laudibus ab antiquis elatos.

PRISCI antiquam conſuetudinem,vt ſimul verſarētur pueri,ſummis extulere laudibus; idque vtilius in Principibus pueris cēſuere, quo, vt ex ipſis vberior in Rempublicā ſperatur vtilitas;ita ſummis omnium votis expetitur. Adoleſcentes, vt animorū anxietatem ſolicitè refugiunt, ita ad ea, quæ voluptatem afferunt, totis ſtudijs anhelant. Si ſenis conſuetudini adoleſcentis addicatur vita; quis Mezentij Tyranni non renouari putet exemplum, qui nunc primum viuentem puerum cum capulari ſene coniungat? inter eiuſdem ætatis Pueros, ſi exercitationes plures inſtituantur, concentus quidam redditur, harmoniaque virtutum; Si ſecus, labor omnis mira inſuauitate conditur. Aegyptij plures pueros eiuſdem ferè indolis vna conuenire volebant, vt mutua impulſi æmulatione, tum militarem edocerentur diſciplinam, tum litteris erudirentur, qui Regi inſeruire deberent; poſt cuius obitum ſedem haberet, qui ingenio prudentiaque ceteris anteiret. Idem Auguſtus Cæſar non omiſit, cum adoptato Caio, & Lucio, ceteros nobilium filios vnà edoceri cum filijs ſuis voluit, vt tanta ducti æmulatione, animum ad præclara quæque facinora appellerent. ferrum ferro acuitur, facillimeque diſcunt homines, quæ lædant, quæque iuuent, ſi exemplis doceantur. Sic quem pauidum antea videras; mox fortem, ac ſtrenuum habebis: quem temeritatis arguebas; prudentem, & cautum laudabis; quem lingua intemperantem non ferebas, ſeſe ipſe ſibi moderatum, parcumq. in ſermone non multò poſt reſtituet: Ingenio pinguis, ac obtuſus paulatim excitatur ad laudem: Qui voluptatum lenocinijs, veluti fluctibus, rapiebatur; iniecto pudore coercetur: & tandem pueri pecudum ferè more, vt ceteros vident rectam tenere viam, alio non deflectunt, ſed eandem laudem ſummo ſane cum emolumento affectant. Miltiadis trophæis perpetuo angebatur Themiſtocles; cum enim eius præclare geſta mente reuoluebat, tanto accendebatur ſtudio, vt dies, noctéſque vigilijs detineretur.

Qui Pueros ſeniorum familiaritati deuouent, Mezentij.

Aemulatio in pueris quantū pſit. Aegyptiorū exemplum.

Exemplorū vtilitas.

Nec

Nec alia ſpe leuabatur, quàm dum conſiderabat, ſe aliquandò poſſe tanto ductum exemplo, ea præſtare, quæ Miltiadis famã, aut exæquarent, aut etiam forte ſuperarent. Ita percunctanti Amico, quid ipſi tam beato deeſſet; per anxietatem mire ſuſpẽſum Themiſtoclem reſpondiſſe ferunt, Militiadis trophæis ſe à ſomno reuocari. Alexander Magnus ad Achillis ſepulchrum, ſi minus vitam, lacrymas certè multas effudit, tum q̃ Achilles ſibi, & rebus geſtis, & fama anteiret; tum quod nullum haberet Homerum, cuius ſtylo cõmendarentur ea, quæ gladio ipſe præſtabat. Quid de Iulio Cæſare ad Alexandri Magni memoriam vbertim illacrymante? Dolebat Romanus adoleſcentem Græcum ſibi iam ſeniori, longo interuallo factorum gloria præuolaſſe, eaque opinione perinde, tamquam calcaribus ſe ipſum vrgebat; pudebatque in ſecundis conſiſtere; quia neutiquam Principem illum eſſe cenſebat, qui primas in virtute non obtineret. Quamobrem ſi plura Puer exempla habeat, tot habebit Præceptores, quibus iuuabitur ad virtutis iter, non modo ſtrenuè capeſſendum, ſed etiam feliciter decurrendum; cum enim multa audit quotidie approbari, multa corrigi; cum huius obiurgatur deſidia, alterius laudatur induſtria, ſe ſe ingenio excitat, victorijſque puerilibus reportatis, virili ætati præludit: Nimirum egregiè cecinit ille: Qui velit ingenio cedere, rarus erit; rarus erit videlicet, ſi de vulgo intelligas; nullus erit, ſi de Principe, quem extra vulgus vellem, non e Principum vulgo; nam & ſuum Principes vulgus habent.

Cur Miltiades ſomnum capere non poſſet.

Cur Alexãder ad Achillis ſepulcrũ ſit lacrimatus.

Aliorũ gloria eſt calcar ad gloriam.

Exempla sũt Magiſtri.

His adde vtilitatem, quæ percipitur ex puerorum nobilium conſuetudine reliquis nullo pacto minorem, beneuolentiam ſcilicet, amoremque, quo ſibi inuicem Principes, & pueri mirificè colligantur. Hæc planta eſt, quæ ſi verno ætatis tempore colatur, ea capiet incrementa, quæ nulla poſſint vnquam, vel temporum, vel humanorum caſuum aduerſitate labefactari. Certè nulla eſt amicitia, quæ tenaciores radices agat ea, quæ ex diutino vſu ſuccum quodammodo accipit; maximèque, ſi in ipſo primo virore ætatis id fiat. Matureſcentibus enim deinde annis, ſi rerum turbulenti euentus inſurgant, nullo negotio ſedabuntur, cum vndiq. exiſtant amici, qui caput ſuũ pro capite Principis certatim deuoueant. Si lex feratur; quantumuis rigida, in amore illo, quo Principẽ proſequantur, facilè emolleſcet, rigoremq. deponet omnẽ: Si defectionibus ſollicitetur animi, aut ad cõiurationes fortè alliciãtur, fidei, ſeu manis partes fidelitatis ſunt, q̃ amorẽ parẽtẽ habuit, aliorũ impetus cõtercre, atq. in officio continere. Amicorũ tutela ſecuriores ſunt Principes, q̃ ſatellitio, vel iuſtitię cuſpide. Hæc enim neq. ꝑditionũ ictus ſatis retundere, neq. Principũ aliorũ bella mouẽtiũ conatibus valẽt

Vtilitas ex nobiliũ puerorum conſuetudine.

Amicitia q̃ ab adoleſcẽtia contrahitur ſolet ẽẽ ſtabilis & diuturna.

Amicis magis quam armis ſecuri Principes.

obſiſtere; At contra Amicorum è fidelitatis armamentario depromptа arma, pacis tempore timorem incutiunt, atque ad propellendum bellum admirabilem plane vim habent.

Cum ergo ex his, quæ hactenus diximus conſtet Puerorum nobilium conſuetudinem, atque vſum Puero Principi ſummoq. conducere, reliquum eſt, vt in horum delectu exquiſitam nauet operam is, cui formando, atque educando Principi commiſſæ ſunt partes. Vndique aduolant pueri apum inſtar, vtinam non, quod plerumq. fit, crabronum, cum ingenuos mores afferre debeant, quibus Principis animus in ſapidiſſimi mellis virtutem elaboret; non viles, & abiectos, quibus ſibi in priuatam rem, parentum monitu fructum metant: Si in litteras animum parum vident inclinantem, ad litterarum ludibrium eloquentes fiunt, exempla vtique adducendo, rationeſq. confingendo: Si Venere facile captum iri putant, tot Veneres ſtatim videas ad morum fœdiſſimam corruptelã, ad regni perniciem extremam: Si quis aliam in partem ſe ſe cupiditates exerant, atque vitij cuiuſpiam illecebris titillentur, innumeri exiſtũt Protei ad omnes voluptatum formas, atque ſpecies, quæ exitij comparandi mille artes ſuggerant, & modos. Cum igitur, cuius fidei, & cuſtodiæ tanta indoles eſt credita, hac ſuper re minime ſupinum velim, & pigrũ; ſed vt perpetua tãquam in vigilia nihil patiatur incõmodi blãdo corruptorum adoleſcentulorũ colloquio. ideò obſiſtat acerrimè; & quos obſeruarit ſuis commodis non Principis dignitati honeſteque famulari, tamquam minimè eius amantes, immò aperte, inimicos vt ſemoueat, toto pectore enitatur, & ſanè ſi tãta in ceteris rebus, quæ Principi futura ſunt vſui, adhibeatur cura, cur negligetur, quæ omnium potiſſima eſt? Equum tractare addiſcendum eſt puero? non freni impatientem velint, non ſuccuſſatorem, non indomitum; ſed generoſum, ſeu molliter, & ex arte incedentem. Veſtes eidem conficiendæ obtegendo, ornandoue corpori? Non vulgarem aliquem artificem, ſed artis illius Principem adhibebunt. Menſa edulijs inſtruenda? Nulla ſolertia, nullus labor, quã qui in hoc negotio impẽditur, maior vnq̃ reperitur. At verò q̃d in Principe excolẽdo, q̃d in pueris ad Principis educationẽ ornãdã deligẽdis, aut ſtudij, aut prudẽtiæ par fuerit? Illi nẽpè tales eſſe debẽr, ex quorũ ꝑfectiſſima deinde morũ norma, ciuiũ aliorũ mores Princeps exigat, Paci, Iuſtitiæ, ſalutiq. publicæ tuendæ. Animaduertat ergo hinc quãta res ſibi incũbat, is, qui puerũ Principẽ educat; & ꝓpterea erlã atq. etiã caueat, ne priuato quopiam erga aliquem ſtudio ductus, cõſuetudini huic, quam tanti ponderis eſſe diximus, quẽq̃ admiſceat, ob q̃m poſtmodũ in bono Principis ꝓcurãdo, aut minus prudẽs, aut nõ ſatis fidelis habeatur. Illud vnũ tandẽ meminerit virtutẽ

Cur mali adoleſcentes à familiaritate principis excludendi.

Improbiinſtar Protei ſunt.

Ad Principis mores, ciues ſeſe cõponunt.

radicem

radicem eſſe, ex qua ſuaultatis pleniſſimus Amor exiſtit; Porro in Amore Amicos etiam gigni, bonum omnium optatiſſimum; quippe cui, & ſalus, & incolumitas Populorum, & Regni innitatur. Ex quibus facile concluditur Principem vti debere cœtu nobilium adoleſcentulorum; vt his quaſi adiumentis in ſpem Imperij educatur; quorum ope ſecum ſuccreſcente, & prudentia deinde vti poſſit in regendo Imperio. Virtus amoris genitrix.

Quo tempore præſertim tradendus ſit Princeps morum Magiſtro, & quibus iſte virtutibus præditus eſſe debeat.

CAPVT VI.

IN omnibus rebus naturalibus principia valdè ſunt præcogitanda; fundamenta qui bene iacit, fore ſperat, vt ædificium rectè extructum conſpiciat; ob id cum dociliora, priuſquam adoleſcant, ſint ingenia, vt bonũ iaciatur fundamẽtum, Princeps adhuc tener, ſeptimum annum vix ingreſſus, Magiſtri curæ eſt exhibendus; cum hoc præſertim tempore mentem ab omnibus cogitationibus vacuam habeat, totumque, quod proponitur, non addiſcat tantum; verumetiam, quod mente percipit, memoria conſeruet; ac denique quos mores in illius animo imprimere ſtudet Magiſter, facilitate magna imprimat. Stat Senecæ dictum, ad honeſti, rectique rationem facillime ingenia tenera conciliari, & quæ à pueris diſcuntur, non tantum celerius, ſed etiam perfectius addiſci; quia in pueris ingenia ſunt mobilia, & ad diſcendum ita apta, vt reminiſci prius, quam diſcere, quæcũq. tradũtur, videantur: ideo pueros, quæ ſuæ ætatis primordijs geſſerũt, melius, quã quæ alio tempore, memoria recolere; amicitiaſque à pueritia initas, firmius, quam in iuuentute excolere videmus. Quare, ſi quæ vitia in Principe adhuc puero deprehendantur, non facile tolerentur; in ætate puerili numquam parua exiſtimentur, multoque minus contemnantur. Riuulus, ſi excreſcere ſinas, facile flumen euadit: Scintilla parua eſt, & vix cernitur; ſed, ſi fomitem inuenerit, ac nutrimenta comprehenderit; quamuis paruus ab initio ignis exiſtat, mox latè diffuſus, mœnia, vrbes, latiſſimos ſaltus, regionesq. inflammat, & abſumit. Si ingenium Principis, riuuli more, ſcelerũ aquas nimiũ diffundens excreſcat, in flumẽ abibit; qđ & Principis, & totius Ditionis perniciem ſecum adducet;

Ingenia adoleſcentiũ dociliora.

Vitia in puero Principe licet parua non toleranda.

Vitioſus Priceps ſubditorum pernicies.

Si parui vitij Principis ſcintilla aliorum vitiorum alimenta ceperit, nil aliud, quam excidium & Principis, & ſubditorum parere poteſt; & ſicuti terra ſatis ſuapte natura ferax eſt, ſi debito tempore excolatur, & ſatis affluentem exhibet meſſem, ſi maturè exerceatur; ita Principis indoles, ſi in pueritia mature bonis artibus excolatur, exerceaturque, non niſi in vberrimam virtutum omnium ſegetem matura in ætate exibit.

Pricipis ſub educatore vitia educatori tribuũtur.

Idcirco, ſi non rectè imbutus fuerit Princeps, erudientis culpa id accidere aſſerendum eſt, qui in tanto munere haud ſollicitus, parum potius fidei, quàm curæ erga Principem adhibuit. nec excuſandus hic eſt, ſi fortè alicuius iniuſti facinoris veſtigia non deprehenderit; non enim credas, tunc tantum iniuſtum Principem eſſe, cum iniuria aliquem afficere incipit; nec intemperantem, cum leges violat; nec timidum, cum fugit; iam iniuſtus, iam intemperans, iam timidus, profectò prius eſſe poterat, quamuis ſigna iamdiù animo impreſſa minime ediderit. Scorpioni tunc aculeus non inſeritur, cum pungit; nec in Viperam venenum, cum mordet, infunditur; non ſceleſtus quiſpiam tunc ſemper fit, cum talem ſe oſtendit; ſed antea ſæpe prauitatẽ tenebat; tempore enim data facultate fur ſurripit, tyrannuſq; leges tranſgreditur, ac frangit.

Adulatio à Principis Educatore fugienda.

Porro ex his coniectari licet, quantis virtutibus, animique dotibus exornatus eſſe debeat Principis morum Moderator: ſi enim aut aſſentator, aut quiuis alius quibuſdam vitijs imbutus, & omnibus animi dotibus deſtitutus, eum inſtituendum ſuſceperit, naturæque illius præclaras dotes vitiorum venenis infecerit; quis non viderit Principem adultum, hoſtem, ac tyrannum omnium Populorum, qui ſub eius Imperio extiterint, futurum? Si Parentes Principis ad tantum onus promoueant, quos vel infenſos Nobilitati, aut ſaltem contemnendos aſpiciunt apud ipſum Principem, & apud alios in primis, & eorum conſilijs, & præceptis potius quàm piorum, & præſtantium virorum filium ad curam Imperij ducere velint; non vtique parentes, ſed filiorum trucidatores appellandi erunt. Si proponitur vir callidus, ſuis blanditijs Principis adhuc pueri amorem ita ſibi conciliat, vt nullus ſit, qui à prauis animi propenſionibus eum detrudere, aut audeat, aut velit: ſi ad curam pueri priuatus, & è ſordida plebe extractus eligatur, eum niſi dogmata impura, à ſinceraque Principis mente aliena edocet: Si ambitioſus, nimiſque honoris cupidus curam Principis ſuſcipit; non tot excogitari poſſunt artes, quot ſunt illæ, quibus vtitur in alliciendo Principis animo, & in eis tradendis præceptis, quæ illi honores, ac dignitates deferri ſuis temporibus patiantur: Si ſit Præceptor morum vita ante acta non ſatis

Parẽtes Pricipis q̃ Principem nemini inſtituendum tradũt, non ſunt parentes.

clarus,

clarus; à Principe contemnitur, & irridetur; & non deſunt irriſores, qui eum quaſi digito demonſtrent. Quod ſi fuerit mente adeò recta, vt niſi prouidum conſilium, ſanctumque vnquam proferat; ni à Principe ei honos habeatur; ſæpe videmus illum ab ignaro quopiam aulico, ab inuido, ab infenſo reprehendi: Obiectat inuidus plura tribui conſilia, quæ ſanè, & naturæ Principatus, & Principis exiſtimationi non proſint, nec conferant; & vt penitus ſua impia dogmata perfidus ille inſtillet, non bene affectum ſemper prædicat Moderatorem, qui Principis voluntati nulla ex parte facere ſatis velit; cuius idea nullo vnquam tempore beneuolentiam debeat promouere. Si vero Nobilis hic, & prudens fuerit Magiſter; conſentaneum rationi eſt, vt eo Doctore ingenij ſui viribus Princeps minime fidat, ſed vt erudientis conſilijs, ac præceptis omnino adhæreat, quæ & ſuæ exiſtimationi, & ſubditorum ſaluti prodeſſe poſſe arbitretur. Quæ cum ita ſeſe habeant, non tam facile cenſeo virum poſſe reperiri, qui tanto oneri par eſſe queat: ſat ſit tamen, ſi hæ tantum in eo extiterint dotes, quæ ſaltem in optimæ indolis puero ad Imperij ſpem educando neceſſario exiguntur. Morum Magiſtrum eruditum in primis eſſe neceſſe omnino aſſero, prluſque ei diſcendum, quàm docendum: at qui ſunt hac tempeſtate, qui ſe prius Magiſtros, quàm diſcipulos non glorientur? eſſe manſuetum, & rigidum oportet, vt ſe ſe offert occaſio: at quis ſe placidum non prædicat? rigidum etiam admittimus, vt lites diſſoluat; oblatratores remordeat; obloquentes reprimat: at quis ſe ſuam regere naturam, & quaſi ducere, quo res, & caſus omnino ducunt, non arbitratur? in ſermone veracem; in iudicando iuſtum; in conſilio prouidum; in rebus ſibi commiſſis fidelem, aſpectu pium, virtutibus inſignem, probitate conſpicuum eſſe decet Moderatorem morum: at quis ſe fere his omnibus animi dotibus exornatum, quodãmodo non opinatur? plures virtutes, ac prope infinitæ exiguntur; verſi vt omnibus excultum eſſe virũ, qui tantæ moli præeſſe debeat, non ſolum difficile cenſuerim; ſed hoc ne mente quidem excogitari poſſe exiſtimarim, ſi in tanto viro non omnes hæ dotes fulgebunt, ſaltem maiorem earum partem collucere velim. Sit hic ſine maculis corporis; mores animi compoſitos habeat; nec illam duritiem præſeferat, quæ ſæpe odio habetur; ſit facilis ſimul ac difficilis, Principatuique, ac Principis exiſtimationi ſaluberrima ſemper proponat conſilia; & ſi Principes priores inutile quid geſſerint, quod certè temporum curricula demonſtrarint; ſic damnabit, vt vitandum; ſaltem ſi impreſſum viderit in Principe, à memoria recidet, vt poterit; alioque mentem Principis adhuc teneram deflectet, vt huic

Optimus Principis educator non tam facile reperitur.

Eruditio neceſſaria morum Magiſtro, manſuetudo, ſeueritas, iuſtitia.

Morum Magiſter Principis debet eſſe ſine macul[i]s corporis.

quod

quod commodum eſt, authoritatemque valeat comparare. Agricolæ ſtirpibus adminicula apponunt; idem præſtat Moderator, qui accuratis præceptis, admonitionibuſque Principem puerum non ſatis firmum ſuffulcit, vt mores recti inde ſuboriantur. Hæc omnia ſatis aperte indicant, non deferendum eſſe hoc onus amicorum, aut precibus, aut poſtulationibus; ſed præſtantibus viris, qui tantum pondus ſuſtinere queant; ſi ſecus fieret perinde eſſet, ac ſi quis ægrotans omiſſo, qui arte mederi poſſet, Medico, in amici gratiam alium deligeret, à quo ob inſcitiam necaretur. Ex hoc tamen ſtatuendum cenſeo, ſi non omnibus animi dotibus exornatus talis Magiſter reperiatur; ſaltem omni ſtudio elaborandum eſſe; vt vel ex aliqua virtutum parte præeligantur, qui Principem ita inſtruere, atque edocere poſſint, vt nullo pacto ſubditis, ac Principi eorum præcepta obeſſe queant.

Educataor Principis nō ꝑcib°, aut poſtulationib° amicorū eligendus.

PRIN.

PRINCEPS
COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI
DE IVSTITIA PRINCIPIS.
Liber Quartus.
De Iuſtitia, quam erga ſeipſum Princeps ſeruare debet.
CAPVT PRIMVM.

RATIO naturalis apertiſſimè clamat; eum, qui præeſt ceteris, debere eſſe omni ex parte perfectum. Princeps habet in populo, quod habet caput in corpore; porrò caput habet omnes ſenſus; reliquum corpus, vnum tantũ, eumque infirmum, tactum videlicet. Quale igitur monſtrum eſſet, ſi caput, cuius eſt regere omnia membra, neque audiret, neque loqui valeret, neque ſecernere odores à fœtoribus, neque dulcia ab amaris: interim verò ex membris inferioribus aliud videret, aliud audiret, aliud olfaceret, aliud guſtaret? Neque ſolum monſtri eſſet inſtar, ſed fruſtra locum illum excelſum occuparet, cum non ſolum membra regere non poſſet, ſed ſe ipſum dirigi, ac duci opus haberet. Quis igitur non intelligit, quanta virtutum perfectio requiratur in Principe, ad cuius officium pertinet ſic populos regere, vt membra reguntur à capite? Cum præſertim Principes in terris ſint, quaſi ſpecularia vitra, in quæ populus oculos intentos habet, ſeque eorum moribus accommodare ſatagit; eam ob cauſam Principes ſi iuſti ſint, caſti, ſobrij, pij, ex ſubditis magna cum laude, ingentique apud Deum merito ſimiles efficiunt. Contra verò ſi iniuſti, ebrioſi, adulteri, parum pij, parumque religioſi ſint, plurimos ſuo exemplo ad inferos trahent. Princeps eſt Iudex ſupremus in ſuo Regno, & ſi quidem ſit ipſe probus, & ab omni ſcelere immunis, libere omnino, & aperta fronte poterit ſceleratos omnes iuſtis pœnis mulctare; ſed ſi forte ſit ipſe adulter,

Princeps habet in populo quod habet caput in corpore.

Princeps virtute deſtitutus monſtrũ dicendum.

Princeps ſubditorum ſpeculum.

Libere puniré poteſt Prīceps improbos cū adeſt occaſio.

qua fronte adulteros condemnabit? Si periurus, ſi blaſphemus; quomodo audebit de ijs, qui huiuſmodi ſceleribus ſint obnoxij, pœnas publicas ſumere? Si furore percitus hominem innocentem occidat; quomodo audebit reos eiuſdem delicti carnifici occidendos tradere? Sin autem crimina iſta, & alia ijs ſimilia non puniet; Ciuitatem adulterijs, periurijs, blaſphemijs, homicidijs, alijſque flagitijs, & facinoribus replebit: Si verò puniet; ſe ipſe damnabit. Compelletur ergo Princeps, ſi nomen ſuum vllo modo tueri velit; Iuſtitiæ operam dare, ideſt virtutes omnes colere, vitiaque omnia euitare. Eſt autem felix neceſſitas, quæ ad meliora compellit: Quamquam neque, vt compellatur, opus habebit; ſi diuino fretus auxilio, incipiat viam virtutis ingredi; cum pijs hominibus verſari; pernicioſos amicos, vt peſtem fugere; precibus, ieiunijs, eleemoſynis Numen diuinum ſibi conciliare; Sacramenta demum cæleſtia feria mente frequenter ſumere. Via enim virtutis, quæ initio anguſta videtur; ſemper magis, ac magis dilatatur, cum cor ipſum Charitas ipſa dilatat.

Quomodo virtus comparetur à Principe.

Quantopere ſeruare debeat Princeps iuſtitiam erga alios, ſine vlla perſonarum acceptatione.

CAPVT II.

Quod nam ſūmū Principis bonū.

SVMMVM Principis bonum eſt, iuſtitiam colere, & ſua cuique iura ſeruare; ſubiectiſque Populis non ſinere, quod libet, fieri, ſed quod licet. Princeps non propriæ natus eſt vtilitati, ſed alienæ; idcirco ſuo haud quaquam ſatisfacit muneri, ſi domi ſe cōtinens ſolum in ea, quæ voluptati eſſe poſſunt, incumbat. Vna ſubditorum cura ante oculos perpetuo obuerſetur, horumque curæ ſint ei pro ſolatio. Si clauum in Reipublicæ Naui non bene rexerit Princeps, neceſſe eſt, vt cum ipſa periclitetur; & quidem niſi caueat à ſcopulis: Sin oſcitantem ſe gerat; facile fiet, vt per breuia, ſyrteſque abducta Nauis tandem abſorbeatur. Ni Princeps ad Iuſtitiæ clauum aſſidue manum habeat; omnino fiet, vt Reſpublica in impietates, homicidia, ſcelera, rebelliones, ſexcentaq. mala, quæ pacis voragines ſunt, ruat: Principis nomen haud quaquam meretur, qui ſuæ quaſi oblitus miſeriæ, animo, atq. ſuperbia elatus, non ſe veluti hominem hominibus, ſed alterū

Superbia à Principe euitanda.

veluti

veluti Deum colendum præbet: Non, inquam, Princeps eſt ille, qui ſolis, quæ corporis ſunt, voluptatibus inuolutus, ijs ſolum inhiat, capitur, detinetur: Is ergò Princeps eſt, qui, non vti Heliogabalus, ad noua vitia animum ſemper intentum habeat; ſed vt, quid Miniſtri agant, quidue Iuſtitia poſtulet, diligenter, accurateque inueſtiget. Cui omnia licere videntur, multa non licent: Propter hoc ipſum omnium domos illius vigilia defendit; omnium illius labor; omnium delicias illius induſtria; omnium vacationem illius occupatio. Non ſceptrum Regium exiſtimet Princeps dominationem præſeferre: auro enim dumtaxat ill ita ſuperficies regiam poteſtatem; interior vero craſſities Regni ſeruitutem regiam indicant; vt non abre Imperium definierint nonnulli, Duram quidem, ſed cum honore, ſeruitutem.

Imperiũ cur ab aliquibus definitũ Dura ſed cum honore ſeruitus.

Suam tamen Princeps rectitudinem, quo volunt aliqui nimio fauore potentes, minime deflectat: Illa propenſio, quæ tam dulcis ſubditorum animos demulcet, ſæpiſſime ſuam quaſi videt eclipſim, ſui quaſi lux Imperij obſcuratur. Terreſtris illa moles humani fauoris ſe interponit, vt nimium fulgentis iuſtitiæ ſplendor minimè queat emicare: ſtatera, ſiue trutina minime ſit inæqualis; quæ enim aliter pauperis cauſam, aliter potentis, aliter ſodalis, aliter audit ignoti; ſtateram vtrique librat iniquam. Sit Medicus is, qui Princeps eſſe vult, qui ægrotantes interdiu, noctuque viſitet: ſit officina, cuius, & inopi, & diuiti deſeruiant medicamenta. Non ex vna fidicula, neque ex huius vnius pulſatione fit concentus; at plures requiruntur, quæ ſuauem efficiant harmoniam: Si à Principe vna pulſetur fides, non oritur concentus illi Iuſtitiæ, qui ex plurium fidium ſono, dum ſuum cuique tribuitur, ſolet exoriri. Ne ſe quaſi mancipium ab aliquo potente à libertate iudiciorum ad ſeruitutem extrahi patiatur. Sit Princeps; ideq. ſemper ſit, neque ignoret, ſe à tot ſortis cuiuſcumque ſint allatura, ſi forte Princeps nimium ſibimet ipſi tribuens, fidorum miniſtrorum reijciat conſilia; & alterius, qui eius mire extollat geſta, dolo, aut technis minime opprimi poſſe falſo credat: nullum efficax remedium, quod tanto par ſit morbo, reperiri opinor; Qui enim impenſius Principem laudant, voce, atque lingua eius laudes ita effaſcinant, vt in exercenda iuſtitia (vt ſic dicam) liber non ſit, nec mentis compos, ſæpeq. ad extremam maciem deueniat. Qui iniuſto pro conſilio laudem tribuunt, Principem odio habent. Non iniuſte itaque aget, ſi nulla perſonarum habita ratione, ſeruandam ſibi iuſtitiam proponet Princeps.

Medicus eſſe debet, qui Princeps eſſe vult.

De Iuſti-

De Iuſtitia Commutatiua, & diſtributiua ſeruanda à Principe, vbi & plura de inconſulta honorum diſtributione.

CAPVT III.

IVSTITIAM Philoſophi in duo præcipua diducunt genera, commutatiuam, & diſtributiuam. Illa verſatur ſemper inter priuatos, aut certe eos, qui priuatorum moré ſe habēt, etiamſi Principes aliqui ſint; æqualitatemque conſtituit inter ipſas res, nulla habita perſonarum ratione; accidit enim nonnumquam, vt Principes emant, vendant, aut cum ſubditis ſuis alia ratione contractus ineant, in quibus, ne aliquis potentiæ abuſus interueniat, cauendum eſt. Principi autem curandum eſt, vt Priuatis quibuſcum agit, ita ius ſuum tribuat, ac ſi Princeps non eſſet, ſed priuatus; vt iuſtitiæ huius, de qua nunc agimus, rationem poſtulare dicimus; Hanc vnam ex præcipuis ſuis laudibus eſſe exiſtimet, ſi cum poteſtate omnibus ſit ſuperior; voluntate tamen ſua in contractibus, & alijs huiuſmodi ad commutatiuam iuſtitiam ſpectantibus, priuatis quibuſcumque infimæ etiam plebis parem ſe faciat, adeo vt nemo inueniri poſſit ita tenuis fortunæ, qui cum ipſo Principe contrahens, Ius ſuum tueri non queat; non ſecus, ac ſi cum aliquo priuato ei agendum eſſet.

Princeps in contractibus ineundis cũ priuatis, vt eorum vnus agat.

Nec minor etiam cura Principis eſſe debet in menſuris, ac ponderibus, eius munus eſt curare, &, quantum fieri poteſt, efficere, vt in commutationibus, ac contractibus iuſtitia ſeruetur, & æqualitas; mirum enim eſt, quantũ augeantur illæ Ciuitates, & Imperia, in quibus bona fide, qui res diſtrahunt, quiq; illas mercantur, agunt inter ſe, & à Principe, cuius eſt omnia moderari, fraudibus, maliſque dolis aditus omnis intercluditur. Quoniam vero facile fraus irrepit, ſi in ponderibus, & menſuris, & pecunijs, quæ publica cuduntur auctoritate, conſtantia, idemque tenor non ſeruetur; cenſeo curandum Principi, vt numiſmata eiuſdem ſemper ſint ponderis, ac metalli; nec patiatur compendij alicuius faciendi auiditate, numiſmatum materiæ aliquid adulterinum admiſceri; nec pondera, aut veterum menſurarum capacitatem immutari; Sic enim infinita ſeges iurgiorum, ac litium præciditur, quas alioquin difficillimum ſit tollere, vel componere.

Numiſmatũ pondus aut metallum, haud facile immutandũ.

Verum

Verum quia nihil magis optant Regni Proceres, alijq. Primarij viri, qui vel à nobilitate, vel à doctrinarum cognitione, vel à rebus præclare geſtis, commendationem habent; quam publica munera, & horum inſignia, honoreſq. adipiſci; diligentiſſimè Principi curandum eſt, ne aliquis error, aut perturbatio in illis diſtribuendis eueniat, quæ vel ipſi Reipublicæ, vel honorum iſtorum candidatis fraudi eſſe poſſit. Nihil abſurdius, aut periculoſius eſſe poteſt, quam ſi Magiſtratus, Præfecturæ, aliaq. honorifica munera ineptis, aut minus idoneis demandentur. Rem vero abſurdiſſimam facit ille Princeps, qui immeritum dignitatum titulis, & muneribus publicis ornat, non minus quam faceret ille, qui adamantem, aut carbunculum, aut lapidem alium pretioſum in aceruum communium lapidum proijceret. Non ea omnibus Principibus ſolertia eſt, vt quid cuiq. debeatur, cui quiſq. muneri à natura factus ſit idoneus, quiuè doctrinarum, aut experientiæ ſibi comparauerit adiumenta, diſpicere poſſint; & vt poſſint, periculum tamen eſt, ne alia omnia interdum ſpectent, aut ærarium locupletius reddere ſtudentes, aut animi propenſione in adulatores, neſcio quos, nè quid grauius dicam, inclinantes; eoſq. in vltimis hærere Sinenſes, qui cum malis artibus ad Magiſtratus conſequendos graſſari indignum putent, à virtute dumtaxat (quæ minimum in aliquorum Principum aula poteſt) commendationem habent, ſunt plures, qui Principi inſeruientes, ſummos ſibi deberi honores exiſtimant; non alio clareſcentes, quam maiorum ſuorum fulgore; qui ſola nobilitate, aut temporis conditione, primas ſibi demandari dignitates æquum arbitrantur. At in his honore afficiẽdis ſæpenumero Princeps tempore auitæ obſeruantiæ cum noua humillimi obſequij oblatione ſæpe coniuncta periculis habet; ſit tamen virtus, quæ ſua quaſi manu regat, diſtribuatq. dignitates: ſi hæc quaſi ſolidos artus non fecerit, ei, qui ſibi conferre honores concupiſcat, non permittat Princeps, vt tot pretioſis dignitatum indumentis induatur immeritus; Qui ſolum per Aulam ſpatiatur, oculiſq. Principis facetum, aſſentatoremq. ſe exhibet, non ſit habendus inter eos, qui ſolo virtutis nitore effulgentes, primos ſibi demandari honores exoptant. Sit illi reſeruata dignitas, quæ lucem afferat, non nimis niteſcentem; ſint gradus, qui eum nimium non extollant, in ſuaq. quaſi ſede, vt ad maiora minimè aptum, cõtineant. Nec ſit Arithmetica illa proportio ſuadenda, quæ in honorum diſtributione ſeruata, à ſuis ſedibus omnia conuellit. Hæc ſolũ in cõmutationibus vigeat. Hæc credat Princeps ſpe ſalſe fouere homines virtute, ac ſciẽtia claros; hæc ſæpè inquieta animos cõturbat, nec eo, quo rẽtur Princeps, ſe adduci patiũtur,

Quanti ponderis ſit iuſtitia diſtributiua in publicis præcipuè dignitatibus deferendis. Ad publicos dignitatum gradus, niſi qui digni eue hendos.

Quam difficile ſit dignos ab indignis diſcernere.

Indignos ſæpè etiam ſũmos honores ſibi arrogare

Virtutem æqua quaſi manu ſua dignitates partiri debere.

Non negligẽdos honorũ gradus.

In honorum partitione nõ agendum Arithmetica proportione

Praui effe-ctus incon-ſultę honorũ diſtributio-nis. Sententiarũ neglectus. Vitiorum amplexus.

Perpendat Princeps ſi indignos honore afficiat, in eodem ſolio non conſiſtere virtutem. Hæc vti peregrina longe aberit, vti exul ſuas reformidabit ſedes: Prò tanta luce ſolum nubes denſiſſimæ conſpicientur, quæ vel ignorantiam, vel imperitiam circumfundent, potentiſſimas Principatus euerſionis cauſas: Deliteſcent omnes ſcientiæ, & quæ amictæ fulgore veræ lucis ſe oculis intuentium offerebant; modo circumfuſæ tenebris ſe minimè pandent: Quæ vitia ad dignitatum culmen promouebunt, ea minime deſpectui erunt; ei vero, qui ad proficua tantùm erit intentus, quæ prius amplectenda, modo inutilia erunt, & qui Principatus ſolido virtutis fundamento ſoles hærere, modo ſolo lubrico nitens prauarum gubernandi artiũ, ſæpiſſimè collabitur in maximam Principis ſubditorum perniciem. Si pro virtutibus ſint vitia, quis locus Iuſtitiæ? Si hæc deliteſcit, ſi ſolum ignaui, ſi rudes homunculi, ſi parum verſati, ſi loqui quodammodo neſcientes præficiantur, quæ felicitas erit? Conuulſa à ſolo planta fructus parere non poteſt: qui fructus à Iuſtitiæ plãta percipi poſſunt, quæ vim in limo cuiuſdã tantum propenſionis radices egerit, ſuas comas expandere; ſuo vigore deſtituta, minimè valeat? Inconſiderata honorum diſtributio animos adeo periculosè exulcerat, vt innumeris exẽplis cõpertum ſit dignitatẽ fauoris potius, quã virtutis nomine in aliquem collocatam; aliorum animos æquè meritorum adeo alienaſſe, vt calamitates ſubire neglexerint, modo Principi ſtruerent periculum tantum, vt imprudentiam electionis exprobrarent: Quæ res, ſi quolibet tempore peſſimos parit effectus; eos tamen belli tempore maximè producet, quo miniſtrorum fides, ac beneuolentia magis neceſſario requiritur. Præcipua cauſa, ob quam Ludouicus Sfortia repente corruit, & viginti dierum ſpatio ex imperio ſuo, quod omni ex parte munitum, non ſolum defendere; ſed etiã ſuſtentare poterat, eiectus eſt, ea ſola fuit, quod in Ducem ſui exercitus elegiſſet Galeatium Sanſeuerinum, optimum quidem in Aula paleſtritam, at ſummo Duci valde imparem, quem nihilominus illius imperij defenſioni præfecit, fratriq. Comiti Palatino maiori natu, & rei militaris peritiori antepoſuit. Qui vir adeo ſe ob eam electionẽ iniuria affectum à Ludouico exiſtimauit, vt dolore, iraq. implacabili agitatus, omni acceptorum ab illo Principe beneficiorũ recordatione deleta, maximo ardore ad Ludouici miſeriam, fratriſq. iniuriam curandam animum adiuerit. Adeo pectora virtute præſtantium virorum iuſta ira ob iniquam honorum distributionem concepta concitat, exagitatque. Carolus V. Imperator in Italia partium fortunam penè euertit, quod Didacum Mendozam ſumma apud ſe gratia, ſed imparem omnino

Lubricum Principatus ſolum.

Iuſtitiã Doctorum virorum præſidio deſtitutã tamquam arborem à ſolo conuulſam.

Inconſulta honorũ diſtributio, q̃ exaſperet hominum animos.

Etiam belli tempore inconſultã honorum diſtributionẽ maximè obeſſe exemplo Ludouici Sfortiæ.

Galeatium Sanſeuerinũ potiſſimam cauſam fuiſſe Ludouici eiectionis à Principatu.

Eidem exẽplo nobis fuiſſe Carolum V.

tanto oneri rerum Italicarum procurationi promouerit; documento Principibus, quam perniciosus ſit illorum error, qui in eligendis miniſtris, magis gratiam, quam virtutem, & meritum ſpectarent. Honor itidem malè diſtributus, ijs, qui Prouincijs præficiuntur, non modo poteſt iuſtam, ac periculoſam iram in animis eorum, qui magis meriti ſibi videntur, commouere; ſed etiam ipſas Prouincias ſolet perturbare, & ad rebellandum impellere; Quandoquidem miniſter ijs dotibus prædirus, quæ ipſum muneri ſuo male reſpondentem efficiunt, breui temporis interuallo Prouinciam ad miſerabilem conditionem deducit. Quæ res aliquando ſubditorum patientiam excedit, neque ob aliud, quam propter iniuſtam dignitatum diſtributionem. Sicilia ingenti cum ſtrage Gallis erepta fuit, cum ſcilicet ſpatio duo de viginti annorum Regni illius adminiſtratio in miniſtro violento, ac libidinoſo collocata fuiſſet.

ob Didacum Mēdozā ſibi cariſſimum, ſed tanto oneri imparē, Italiæ procuratorē renunciatum.

Eadē ineptā honorū diſtributionē, Prouincias perturbare, & ad rebellionem concitare.

Verum hæc prò nihilo habeantur præ perículoſa illa diſtributione, quam Princeps facit, cum vnum præ ceteris fouet, ſuorumque conſiliorum, ac gratiæ conſortem facit; Nam ſtatim, atque vnum ex his anteponit, & palam cariorem ſibi efficit, compagem, & vim ipſius Principatus diſſoluit, conſiliarios, quibus circumdatur, diſgregat; armorum ſuorum potentiam debilitat; Iuſtitiæ æqualitatem immutat, & ſeſe incautum in quædam artificiorum, & æſtuum retia conijcit, plus, minuſue periculoſa, prout, qui Principis fauore potitur, plus, minuſue ingentes ſpiritus gerit. Principatus compages pluribus modis diſſoluitur; ſed omnium periculoſiſſimum cenſeo, quoties Princeps ſummæ rerum deliberandarum virum aliquem, ſola ductus beneuolentia, præficit; nam tunc in eo Principatu via quædam aperitur, per quam extraneus quilibet Princeps, modo conſuetis artibus vti voluerit, ingredi poſſit. Verum abſque dubio intrabunt ſubditorum ſpes, recipientque per miniſtri manus beneficia, quæ miniſtris ipſis, non lenitati Principis accepta referentur; Diſgregat Conſiliarios, quibus vtitur, quia inter ipſos numquam deerunt, qui cernentes omnem Principis beneuolentiam, atque auctoritatem ad vnum referri, non modo eius amicitiam per malam ambitionem exoptabunt; ſed etiam omnem curam adhibebunt, vt cum ipſo arctum fœdus iciant, adeo vt ſuffragij, libertatis, & conſilij ſinceritatem penitus ſint amiſſuri, ijque euaſuri, qui magis illius, quam Princeps præomnibus diligit, Satellitum nomen, quam Principis conſiliariorum titulum mercantur. Quæ conſilij diuiſio eo erit maior & periculoſior, quo Aulici illius potentioris auctoritas æmulatione procerum non eſt caritura. Debilitat huiuſmodi Princeps armorum ſuorum vires; quia potentior Aulicus, qui conſi-

Effectus prauę electionis alicuius amicorum, in amicum cariorem, & conſiliorum maxime inter oēs participem.

Omniū periculoſiſſimū eſſe cū Princeps ſola ductus beneuolentia aliquē deliberandis rebus præficit.

Quæ id probent.

Principis beneficia, q̄ cū è penu regio deducantur, nihilominus pfecto illi referentur accepta.

Iuſtitiæ periculū, cū cōſiliariorū plerīq; huic tā Principi caro morē facile gerant.

Armorū, ac potentiæ ſuæ diminutionē

conſilijs reconditis,& ſuis vtilitatibus inſeruit, ſemper poterit, aut conſilium belli decernendi impedire, aut decretum bellum differre, & arma commota arbitratu ſuo tractare, nempe commēdans illa homini, qui & ſi parum capax à ſuo nutu depēdeat, vel poterit eorumdem armorum progreſſum., ac felicitatem remorari,

Occurritur dubitationi, quæ fieri poſſit.

vt Ducis amplitudinem, & dignitatem, quoties aut eſt, aut fieri poteſt eius æmulator, imminuat; neque vero ideo, quia præpotens Aulicus ab his omnibus rebus forte abſtinet, remedium prauæ adminiſtrationi adhibitum erit, propterea quod ſatis eſt ad malam regiminis formam oſtendendam,vt appareat

Iuſtitię ęqualitatem Magiſtratuū timore confundi.

Legum formam facile tantum corrumpi, & deprauari.

omnem authoritatem ipſius corrumpēdi penes vnum eſſe, quotieſcumque ille, aut ex ſe voluerit, aut ſuaſorem inuenerit: æqualitatem autem Iuſtitiæ Princeps confundit propter timorem, quem gratioſi potentia Magiſtratibus incutit; nam etiam ſi lex (quod ad ipſum attinet) eumdem ſemper vultum gerat, eademque ſemper lingua vtatur; nihilominus illius interpretes, & executores, vt plurimum paupertate preſſi, alijſque de cauſis infimi homines, ſolum nutum potentioris reſpicientes, legibus nouas formas impriment, earumq; idioma adeo immutabunt, vt cupiditati potentioris deſeruiant: Hic autem tum ob negotia ſua, tum propter aliena ſemper magis rogatus curabit, & vrgebit, & quoquolibet diriget, maximo cum totius reipublicæ detrimento, neque minore Principis ignominia, à cuius manu

Calliditatis vim caueat Princeps.

recognoſcuntur grauamina, quæcumque Potentioris liberti irrogantur. Permittit autem incautè, ſe rete quodam calliditatis perpetuo capi, quando omnes, quicumque diuturno tem-

Carolū cognomēto Siplicē Galliarū Regē exitiū ſibi ſtruxiſſe ob Haganonē humilis ab ortu fortunæ ad ſupremos honores euectum.

Ludouicū XI. ſutorē ſuum ad internuncij, tonſorē ad legati, medicū ad Magni Cācellarij dignitates euexiſſe.

Quas clades ſubierit Romanū Imperiū ferè ob ſimile quid.

pore Principum beneuolentiam ſibi in eodem ſtatu conſeruare non ignorant, eos maxime calliditatis homines eſſe oportet. Neque enim ſine aſtu fieri poſſet, vt Principum voluntates natura volubiles, cupiditatibus abundantes, quas facillime ſatietas capit, retineantur. Caroli Simplicis Galliæ Regis extat exemplum, qui propter Haganonem Laudenēſem à Regni Proceribus derelictus, ſui ruinam conſtruxit. Hic modicæ originis ſolus omnium conſiliorum particeps, & ſine illo neque domi, neque foris ardui quidquam gerebatur. Tanta obſcuri videlicet hominis gratia regi ipſi exitio fuit; cum proceres moleſte ferrent, vnum omnibus, eumque obſcuro loco natum, nobiliſſimis viris præferri. Ludouicum XI. accepimus ſutori ſuo, fecialis, ac internuncij; tonſori vero legati; & Medico Magni Cancellarij partes detuliſſe. Imperio Romano præerāt Arcadius, Honoriuſque fratres, cum Ruffino, & Stilicone tutoribus, rerumque arbitris. Si in Aula, cuiuſque farinæ homines, immo ad præcipue notæ dignitates iuxta nobiles, ac ignobiles, peritos, ac imperios, ſtrenuos, ac imbelles admit-

tebant,

tebant; quam cladem ex indiſcreta honorum diſtributione Romanum Imperium acceperit, plena ſunt Hiſtoriarum monumenta, quæ hic non percurro, cum non opportunum cenſeam hoc loco recenſere, quas omnino clades patiatur Principatus ex ſolo potentioris aſtu, & Principis ſocordia, cum non tot poſſint excogitari, quin ſemper maiores in medium adducat ſolus temporis curſus, ſolaque conditio. Videmus ſæpe Principe ab alieno homuncionis alicuius nutu pendente iuſtitiam diſtributiuam non ſuis radijs fulgere, ſuo ſplendore deſtitutam; ideoq. ceteros Aulicos, qui ſe negligi vident, ab Aula ſecedere; Repulſæ enim dignis viris ſunt vulnera plane letalia, quæ nulla ſereni vultus cura, nulla alterius dignitatis conferendæ ſpe ſanari poſſunt; Recrudeſcunt ſemper cum & alij non æque idonei, ſolo ſiue potentioris Aulici faſtu, ſiue ſola Principis ignauia ad ſublimes euehuntur honores. Cauendum itaque eſt Principi, ne indignos, & culpatæ vitæ homines, præmijs, & honoribus afficiat; dignos vero, & virtute ſpectatos deſpicatui habeat. Iam ſatis dictum indignos beneficijs ornatos, & in amicorum numerum à Principibus receptos, exitio Principum vigere, & cadere; Veluti Seianus ille Taciti, qui cum ad ſummos honores Tiberij beneficio euectus eſſet, poſtea ad mortem adactus magno Romanorum exitio, & perijt, & floruit. Neque enim ad magnos, & excelſos honores euecti ſine multorum hominum pernicie, ac incōmodo ad exitium ruunt; ſemper illorum ruina ceteros omnes, qui illos ſecuti ſunt, trahit, & extinguit; nec id quidem ſine magno, & prægrandi Principum quandoque damno.

Pēdēte Principe ab alicuius Aulici nutu, iuſtitiā diſtributiuā deficere, & ex hoc Aulicos ex Aula decedere.

Sejanū à Tiberio ad ſūmos honores euectum, tandem morti fuiſſe addictum.

Huiuſmodi hominibus grad⁹ ad honores, eſſe exitia populorum.

Principem præeſſe iuri dicundo debere, præſertim in cauſis egenium, enitique, vt litigia minuantur.

CAPVT IIII.

CVM Princeps cuſtodiæ, defenſioniſque cauſa à Deo Optimo Maximo conſtitutus ſit, vt locupletes prohibeat, ne iniurias inferant, inopumq; multitudinem ab ijs tueatur; ſuum ſanè munus obire haud quaquam valebit, niſi ipſemet cauſas vtraſque dignouerit. Hanc cognitionem ſuadeo, vt in omnium cauſis, ſi fieri poſſit, maximè verò inopum, ſumat; licet enim pluribus, ijſque grauibus detentus ſit curis, ſemetipſum excuſare nequaquam valebit,

Principē plurib⁹ licet detentum negotijs egenorum tamē cauſas audire debere.

cum nulla maior ſit cura, quàm, qua, vt rectè adminiſtret, affici debet. Hac neglecta ob ſocordiam, animique ſegnitiem, non tot recenſeri poſſunt mala, quin etiam plura ſole effundant in caput, ipſiuſque Principis perniciem. Quomodo enim, ſe ſe intrà ſuarum ædium parietes continet, vnà fortè cum muliere collum tractans, (vti Regem Aſſyriorum feciſſe tradunt ſua pace contentum) aliena contempta. Quomodo (inquam) dicendus eſt Princeps, qui ſola otij captus dulcedine, negotia in poſteram lucem reijcit; qui miniſtrorum delicta non inquirit; qui pauperum oppreſſiones non inuitis auribus excipit; qui ijs remedijs nequaquam animum intendit, quæ ſibi Principatus robur, ac nomen tueri poſſunt? Turpiſſima iactura ea eſt, quæ per negligentiam fit, cum ex hoc veluti fonte agrorum plerumque ſterilitates, hoſtium incurſiones, ac bella, Ciuium conſpirationes, ceteraq. id genus mala omnia manent. Præſit itaq. iuri dicendo publicè, omniumq. ſine diſcrimine cauſas perbenignè audiat; Maxima, cum omnium, tùm eius erit vtilitas; Multa latent, multa occultantur, dum intra priuatos parietes ſibi vacans ſoli Princeps negotia aliorum fidei permittit. Cum ſubditi Principum aures ſibi occluſas, demandatumq. alijs regimen vident, perinde Iuſtitia ipſa quaſi obdormiente, nullam turpitudinem, nullumque dedecus reformidant, ſodium, Iuſtitiamque omnem peſſundant. Inops ſe miſerrimum clamitat, iàm potentioris præda factus, & quod mirum videtur, ſi ſe à tanta ingluuie eximere conatur, rapinas non euadit.

Minimè dicendus eſt Princeps, qui ſibi ſoli vacās aliorum negotia effugit.

Quæ vtilitates oriantur ex egenorū cauſarū cognitione.

At ne exiſtimet, quamuis, qui munus hoc obeant, certi ſint miniſtri, non ſuæ fore culpæ, ſi aliena diſſidia ſuis etiam auribus non excipiat. Ipſe eſt Princeps, qui à Deo conſtitutus vigilare debet, vt tot pauperum controuerſiæ dirimantur, quæ alioquin ſummum detrimentum afferunt; Ipſe eſt, qui fori ſtrepitus ſua debet coercere prudentia; Neque verò ſit, qui afferat, non omnibus detineri forenſibus occupationibus Principem decere, ſat eſſe adire Iudices, qui tamquam probi, probatique viri nihil, quod adminiſtrandæ Iuſtitiæ deſit, relinquant; longè enim fallitur Princeps multa iniunguntur, quæ executioni demandata non ſatis rectum Iudicis animum præſeferunt. Quid? quod multa ſunt, quæ in pectore conſeruat Princeps, intraque ſuæ veluti iuriſdictionis clauſtra cohibet, quæ dum in breuiario deſcripta penes hunc exiſtunt, nullum ſui malum odorem relinquunt; Querimoniæ libenter exceptæ, haud leues promiſſiones, quæ vanas non excitent ſpes, ſubditorum beneuolentiam per vim quaſi extorquent; Si Iuſtitiam ipſe quaſi deneget, quaſi priuatus grauiſſimum flagitium perpetrat, qui ſuæ non benè conſcius poteſtatis, qui oneris minimè patiens, deſidiaq. plenus

Non ſemper miniſtrorū eſt munus inopum cauſas audire.

Quę munera Principis in cognoſcēdis ſubditorum cauſis.

Non ſemper adiri poſſūt Iudices, qui iuſtitiā adminiſtrent.

Quantam ſibi conciliet Princeps beneuolētiam in excipiendis ſubditorum querimonijs.

plenus, decreta in alium differt diem. Quid ex his porrò ſequitur? ſi nimium offendi ſe inops videt, nullamque pœnam videat, quæ ſuam quaſi ſubleuet miſeriam, non querelæ tantũ deerunt, verùm & ſermones non obſcuri, quibus in tantum contemptum incidit Princeps, vt vna cum tempore tota concidat auctoritas, totaque intereat maieſtas; Immò ſi ſubditorum negotia, non egenorum tantum, probatæ viro fidei demandare contendat, deſinet ſtatim eſſe Princeps; nulla erit dignitas, quæ ab hoc vno collata, ab illo prius demandata non exiſtimetur; nullum dedecus, quod ob illius cauſam illatum non cenſeatur, nulla querela, nulluſuè clamor; Quiſque gratioſi vocem ſui interitum exiſtimabit. Si fortè Princeps aliunde, quàm ex ore illius alienas querelas excipiat, non ſtatim culpæ tantum hic reus erit, ſed dilaniandus relinquitur ei, qui ſub ſua poteſtate omnia ſita arbitrabitur. Si audienda res gratioſum reſpicit; non erit, qui audeat, quæ obſint, recenſere. Sat volunt in Principe, qui non audiat, nimio inſolenti fauore committi delata, vt in poſterum læto ille otio fruatur, hic verò querentem plectat, immò in præceps agat; Non ſuas igitur dicitur Princeps explere partes, ſi hæc peragat; aures enim facilè loquentibus ſunt accomodandæ, omniáque cribro omnia trutinanda, vt clareſcat veritas, quæ fraudum nubibus Aulici potentis obruta ſuum ſplendorem emittere minimè poterit. Hoc pacto ille Iudex, qui ſua geſta corripi ſentiet, in poſterum ab inhoneſtis longè aberit, quiq; ſupremo fauore alios antecellet, non tàm ad augendam auctoritatem erit propenſus, quin etiam eam poſſe diminui arbitraturus ſit, & ità pro lucro certum ſumet ipſius interitum ſit reportaturus. Hunc eundem morem, laudabileq; conſuetudinem ſeruauere priſci Reges, atque Imperatores. Carolum Octauum Galliæ Regem diebus certis cognouiſſe de querimonijs, atque cauſis omnium, qui quauis de re aliquid ad ipſum deferrent, tradunt Hiſtoriæ, quod pauperum, miſerorumque hominum gratia in primis faciebat; tametſi Carolus multa non perficeret, tamen eo pertinebat inſtitutum hoc, vt Præfecti in officio, metuque continerentur, quod ſatis, vt cumq; erat ad perfectam Iuſtitiæ adminiſtrationem. Carolus Burgundiæ Dux cognomento Audax diebus tribus, multis verò antè eum ſæculis Carolus Magnus die vno in hebdomadâ Iuſtitiæ ſacra peragebant; Verum hic volebat; vt ſe præſente illæ tantum cauſæ agitarentur, in quibus eius Miniſtri Ius dicere noluiſſent, & qui litigabant, iniuriam ſibi illatam quererentur, vt hoc freno coercitis Iudicibus integra, & inuiolata Iuſtitia ſtaret. Luſitaniæ quoque Reges certis etiam diebus cuiuſlibet hebdomadæ in Senatu præſidere ſolebant. Auguſtus Cæſar

Quæ incommoda oriũtur ex nimio Principis faſtidio in dignoſcendis cauſis.

Non tam læditur Principis auctoritas ex Aulici fauore, ſi ipſe Iudex ſit.

Veritas Principi ſemper magis patefit, dum ipſe Iudex eſt.

Ex cognitione querelarum Iudices magis in ſuo continẽtur, rectiuſq; Iuſtitiã adminiſtrant.

Carolũ Octauum certos dies ſtatuiſſe pro excipiẽdis ſubditorum querelis.

Hoc idẽ factitaſſe Carolum Burgundiæ Ducem, alioſq; Reges, ac Imperatores.

ius

ius dixit aſſiduè, & in noctem nonnumquam, & ſi corpore parum valeret, lectica pro tribunali collocata, vel domi cubans.

Quantū elaborare debet Princeps ꝓ minuēdis litibus.

Quæ incommoda telęq; abuſuum ex magno litiū numero oriantur.

Verum, vt non tantum iuri dicendo præſit Princeps, ſuadeo, ſed etiam, vt omni ſtudio elaboret pro minuendis litibus, quarum cognitio alteri Iudici demandetur; Hoc enim & ipſa humanitatis ratio dictat, & ciuilis Politiæ tranquillitas. Incredibile dictu, quæ telæ abuſuum ex hoc magno litium ſtamine, & ſubtegmine texantur; Certè minuendis litibus conducit, ſi numerus librorum recidatur, qui, cum ſit infinitus, fit, vt lites per ſe claræ, & expeditæ longius repetitis ambagibus ſinuoſæ reddantur, aut è contrario lites, & cauſæ diſceptationis non expeditæ, ac potius iniuſtæ defendendæ, ac perdendæ ſuſcipiantur, atq; hinc fit, vt clientes euerſis in foro facultatibus miſerè viuere, atque ad rapinas, artes iniquas, illicitaſque ſe ſe conuertere cogantur. Has graſſationes facile deteget Princeps, ſi viros probos, & rerum forenſium vſu ſpectatos ſelegerit, qui intellectis captiunculis, ambagibus, & circumſcriptionibus, quibus ſcatent tribunalia, alijſque formulis, aut certè breuioribus, & ſtrictioribus, miſeris ſuccurrant litigatoribus. Qua in re hoc debet eſſe diligentior, quod ſubditi, quo minus litium ſumptibus exhauriuntur, eò locupletiores erunt, & in ſubueniendis Fiſci neceſſitatibus promptiores, prætérquam quod indulgentia illa maiorem cauillandi materiam ſubdolis illis præbebit, diuinam quoque offenſionem ſibi acceerſet. Et certè, cum recta ſunt iudicia, delubra ſunt æquitatis; cum deprauata; foueæ fallaces, & cæcæ, in quas, ſi captus quiſpiam ceciderit, non Indè, niſi poſt multa exiliet luſtra, ad vſque ipſas medullas exuſtus; vt meritò extollendus ſit Ludouicus Vndecimus, quem totis viribus in hoc incubuiſſe ferunt, vt optimis legibus Gallia conſtitueretur, & litium forenſium, quibus innumeris ſcatebat, tollerentur tricæ, atque ambages. Quæ cum ità ſe ſe habeant, ſemper elaborabit Princeps, vt ſubditorum ſalutem præ oculis habeat, nihilque ei magis cordi ſit, quam horum conſeruatio, quod certè minimè aſſequetur, ſi ſibi perſuadeat ab alijs adminiſtrādam iuſtitiam, qui in reddendo iure peruicaces ſint, & in minuendis litibus, & controuerſijs iudicialibus curam non ponant.

Quómodo tanta euitare poſſit Princeps incommoda.

Subditi quo locupletiores, eo ſéper promptiores in ſubueniēdo Principi.

Quantū ſtuduerit Ludouicus Vndecimus ꝓ tollēdis litium ambagibus.

De iuſta

De iuſta in improbos ſeruanda animaduerſione à Principe.

CAPVT V.

AD ſanciendam ſalutarem diſciplinam, ſcelerum, quæ perpetrantur, vindicta in primis neceſſaria eſt in quacumque bene conſtituta Republica: Quamuis enim amore virtutis, ac honeſtatis ab iniuria, violandiſque legibus ſe abſtineant boni; numquam tamen mali deſunt, qui formidine pœnæ dumtaxat in officio debent contineri. Illud autem in primis ſtatuendum eſt, vt Princeps bonos, & innocentes benignè complectatur, malos autem timore pœnarum à ſcelere, atque flagitio reuocet; ſic enim, ſi peccantibus ipſis ſanitatem non afferet, certè ceteros à ſuſcipiendis criminibus deterrebit; nec pecuniaria mulcta atrociora aliqua crimina vindicare rationi conſentaneum ducat, cum, quæ magis exempli prauitate Reipublicæ bono opponuntur, pari pœnarum ſeueritate punienda exiſtimem. Nec, ſi quando crimen aliquod pecunia ſit redimendum, Principem decet in proprios vſus conuertere; ne ſtudio potius auaritiæ, quam facilitatis, aut clementiæ ductus, eam, quam infligere iure potuiſſet, pœnam condonaſſe videatur. Sontibus, illud certum, parcendum non eſſe: Habitus longa conſuetudine acquiſiti, in naturam quodammodo tranſeunt, &, quemadmodum, quæ naturalia ſunt, natura ipſa repugnante, tollere non poſſumus, aut mutare, ſed eadem ſemper in omnibus ſunt; ita, qui ſceleribus perpetrandis diuturno tempore ſunt aſſueti, vitioſi illius habitus, quem ſuſcepere, adeò tenacès ſunt; vt etiam ſi deponere conentur, inſitum ſemper illum videant in ſemetipſis: Sicut enim atrum colorem Aethiopis qui abſtergere contenderit, operam ludet, cum naturalis ille color à natura inſitus ſit; ita, qui longa conſuetudine male facere didicerunt, vitio peruerſæ voluntatis, virtutis coloris quodammodo incapaces eſſe videntur. Ergo, vti prudens Medicus membra illa præcidit à corpore, quæ ità corrupta ſunt, vt etiam communicato morbo reliqua tabeſcant; ità Princeps à Reipublicæ corpore ſceleratos homines ità præcidat, vt nullum periculum ſit, ne partes illæ, quæ infectæ nondum ſunt, morbo correptæ putreſcant, ac pereant. Priuati homines ſuas ipſorum iniurias perſequi prohibentur: Publicæ poteſtatis, quæ omniũ

Bonos benignè excipiat Prīceps, malos, & flagitioſos ſeuerè, & pro ſcelerũ generibus tractet.

Caueat, ne pecuniã, qua redemerit ſcelus, trãſferat in vſus proprios.

Habitus vis ſumma.

Prauos in homine habitus, haud facilius obliterari, quam atrum colorem abſtergi in Aethiope.

Noxiorum ſceleribus illico occurrat, ne tabes propagetur in probos.

nomine

nomine gladium gerit, munus eſt, ità illas abolere, vt priuatis, qui violati ſunt, fiat ſatis: Paleæ, & frumenti retrimenta ab ipſo tritico ventilando ſeparantur, & flammis deſtinantur: Ità Rempublicam ab iſtis hominum quiſquilijs Princeps vindicatiuæ Iuſtitiæ vẽtilabro expurget, ne totum ſinceri, integriq; frumenti cumulum inficiant, atq; corrumpant. Non verò minutim ſcrutari, & explorare Principi ſuadeam, & ſubditis importunè in omnibus inſtare, immò ad quædam conſulto conniuere velim, nè ſubditos nimium premat, ſed illis, vt ſic loquar, permittat reſpirandi facultatem; Quamquam enim optandum eſt, vt toto nixu Princeps incumbat, vt corruptos mores, aut emendet, aut exſcindat; quædam tamen vitia radices adeò altas egerunt, vt quicumq; illa extirpare contenderit, non ſolum fruſtra ſit, ſed etiam illud, quod minimè vellet, conſequatur, vt cum in irritum conatus euaſerit, minuatur exiſtimatio illius poteſtatis, quæ amoliendis prauis moribus par eſſe nõ potuerit. Hæc cum incidunt tempora, prudens conſilium eſt diſſimulando tranſmittere, quæ corrigi non poſſunt: At ſi puniendi neceſſitas incumbit, zelum tamen ità coerceat, vt omnẽ iracundiæ remoueat ſuſpicionem; potiuſq; ad iracundiam lentus credatur, quàm procliuis. Quemadmodum, qui in Lybiæ arenis depræhenſi, aut in ſilua Leonibus referta rugitum corũ, quaſi nuncium mortis auribus excipiunt; ità qui Principem ſibi iratum animaduertunt, certam expectant perniciem, niſi blanda ſapientis hominis oratione placatus furor ille reſederit; fieri quidem poteſt, vt nihil remittat Princeps de pœnarum ſeueritate ſceleribus debita; ità tamen ſe gerere debet in ferendis ſententijs, morteq; imperanda, vt quilibet intelligat Inuitum illum ad iſta deſcendere, nec alia de cauſa, quam, vt Rempublicam ſeruet incolumem, irati hominis perſonam ad tempus aſſumere. Ità ergo, cum opus fuerit, iraſcatur, vt facilè poſſit animaduerti, quæ geruntur, aut imperantur, non perturbatò animo fieri, aut præcipi, ſed ſedato, ac tranquillo, geri tamen; quia Reipublicæ rationes, quibus id debetur, exigunt, vt ſontibus punitis, toti ciuitati quies, ac ſecuritas paucorum periculo paretur.

An ſemper pœna afficiendi rei.

Non ſit nimius Princeps in populorum amoliendis criminibus, vel multandis.

Diſſimulatio locũ habeat, vbi populi mores vlla ratione corrigi nequeunt.

Qui Principem ſibi iratum norit, certam perniciẽ in ſingulos dies ſubeundã ſibi promittit.

In pœnis inferendis ità ſe gerat Princeps, vt ad eas Inuitus videatur impulſus.

In puniendis autem ſontibus præcipuum erat, mitius à iure puniri nobiles, quàm obſcuro loco natos. Lex Viſcellia extat; quæ plagiarios ſeruos ad beſtias proijcit; ingenuos ſecuri percuti, aut in metallum damnari; ſi verò perſona ſit honeſtioris conditionis, relegari iubet: Sicarios alia lex extremo ſupplicio affici mandat, niſi fuerint in aliqua dignitate conſtituti. Item alia incendiarios damnat ad beſtias obſcuriores homines; gladio, vel exilio nobiliores. Neq; id Romanorum tantum; ſed

Mitiori pœna plectendi nobiles, quã ignobiles.

Idem à populorũ pleriſq; factitatum.

omnium

omnium penè populorum proprium fuit, nam legibus Francorum, ac Saliorum quamplurimæ pro cuiuſcumque ſtatu, ac conditione pœnæ infliguntur. Quin etiam illi ipſi populorum omnium crudeliſſimi Indorum, qui ad occaſum poſiti ſunt, cum eidem ſceleri obnoxium nobilem, & plebeium tenerent, nobili capillos, aut brachalia truncabant, Plebeio nares, vel auriculas præcidebant, ex quibus clarum cenſeo in Iuſtitia correctiua attendi Analogiam, ſiuè proportionem Geometricam, contrà quam in commutatiua, quæ circa contractus verſatur, in qua res priuatorum proportione Arithmetica commutantur, earùmque tantum ratio habetur, non perſonarum. Neque alia de cauſa hoc factum eſſe cenſeo, quàm vt ceteri ad virtutem, & veræ nobilitatis (quæ potiſſimum in virtute conſiſtit) ſtudia valeant inflammari; Verùm quoniam vulgus eſt natura liuidum, dum videt mitius cum optimatibus agi, ſuas verò iniurias acrius vindicari, ſæpiſſimè queritur aduerſus optimates, & potentiores, quorum alioquin conditioni maximè eſt conſentanea proportio Geometrica; atque ità, cum difficilè ſit, eum, qui Maieſtatis imperio præeſt; ſic præmia, & pœnas pro meritis cuiuſq; tribuere, nullus vt ſit, qui diſparitate non offendatur, harmonica quædam confìgitur proportio Arithmetica, ac Geometrica, ita temperata, vt nobiles pari quadam pœna ignobilium ferè plectantur, quæ omnino eorum non imminuat dignitatem, & horum querelas omninò tollat, & ità non interuertitur ordo ciuilis, & ſubditi non ità grauiter ſe offendi prædicant.

Proportionem Geometricam in Iuſtitia correctiua ſeruandam eſſe, cōtra verò in iuſtitia commutatiua Arithmeticam tantum.

Conſulendū nihilominus liuori vulgi, & pœnas, ac præmia pro meritis cuiuſq; ita tribuenda, vt diſparitas vix appareat ſeruata tamē nobilium dignitate.

De Clementia, qua Princeps præditus eſſet debet.

CAPVT VI.

PRINCIPI antè omnia clementia, pœnarumque raritas, ac parcitas conuenit: Huic vitam, fortunaſq; homines credidere, tàm multis fidelibus fidem non decet fallere. Qui ſeruandis hominibus conſtituti ſunt, in omnes beneuolos eſſe cenſeo, & in quos poſſunt, beneficia conferre. Etiam ille, qui nullius culpæ ſibi ſit conſcius, nihil pulchrius eſſe ſibi ducit, quàm multarum rerum veniam dare, nullius petere. Qui & ipſe habet, quod debeat ignoſci, ſine ſummo opprobrio non poteſt in alios eſſe crudelis. Nulla virtus Principem adeò facit Deo ſimilem, Principis nomine, & munere dignum, ſubditis gratum, regnandique ſecurum, vti clementia,

Quam deceat Principes eſſe beneuolos.

Clementia quanto commodo ſit Principi. Quæ Dei clemẽtia etiam in improbos quàm Princeps imitari debet.

Magnanimi, & generoſi animi eſt mitem, ac placabilem præſeferre, & iniurias deſpicere; Cõtra muliebris eſt animi furere, ſicuti ferarum villorum in proiectos ſæuire.

quæ à iuſtitia ſeparari minimè poteſt; Videmus irreparabili æqualitate patientiæ nocentibus, & innoxijs, religioſis, & impijs gratias agentibus, & ingratis Dei nutu tempora obſequi, elementa famulari, ſpirare ventos, fontes fluere, grandeſcere copias meſſium, fructus niteſcere vinearum, exuberare pomis arbuſta, nemora frondeſcere, prata florere, & cũ crebris, immò continuis exacerbetur offenſis Deus, ſuam temperat indignationem, cumq́ue habeat in poteſtate vindictam, mauult diu tenere patientiam, ſuſtinens ſcilicet, vt, ſi fieri poteſt, multum malitia protracta aliquando mutetur, & homo in errorum, ac ſcelerum contagione volutatus, vel ſero ad ſe conuertatur: ſic idipſum Principis officium requirit: magna fortuna magnum animum decet, qui niſi ſe ad illam extulit, & altior ſtetit, illam quoq́ue infrà terram deducet. Magnanimi proprium eſt placidum eſſe, ac tranquillum, & iniurias, atq́ue offenſiones supernè deſpicere; muliebre eſt furere; ferarum vero, nec generoſarum quidem præmordere, & vrgere proiectos. Elephanti, Leoneſq́; prætereunt, quos in terram abiecerunt, ignobiles beſtiæ in ipſa feritate pertinaces ſunt. Non decet Principem ſeria, & inexorabilis ira, non multum enim ſupra eum eminet, cui iraſcendo ſe exæquat, ſeruare proprium eſt excellentis fortunæ, quæ nunquam magis ſuſcipi debet, quàm, cum illi contingit idem ferre poſſe, quod Deo, cuius beneficio in lucem edimur tàm boni, quàm mali.

Regem Apũ ſine aculeo Regis cuiuſque clementiã dicare.

Imitetur Princeps Medicum, qui in medicamentis aſpera cũ lenibus vnit.

Principẽ patriæ patrem eſſe decet, & vt patrem in pœnis infligendis gerere ſe debere.

Non minus naturæ, ac Imperio congruam exiſtimo clementiam, quàm digniſsimam, & neceſſariam ipſi Principi. In Apibus videmus Regem ſine aculeo eſſe: Noluit enim natura illum ſæuum eſſe, immò telum detraxit, iramque eius inermem reliquit, vt hoc exemplo Principes ad ſummum Imperium minimè naturæ acerbitatem adiungerent; Itaque ſit eius animus flexus, pronus ad veniam, ad pœnas piger, & ad præmia velox; ſitq́ue tanquam Medicus, qui, vti ſuas adhibet curationes, vt diuerſis, & contrarijs morbis, diuerſa etiam, ac inter ſe contraria medicamenta accomodet, lenia partim, & aſpera, & aliquando potiones ad bibendum gratiſsimas propinet, aliquando ſectionibus, & vſtionibus vexet, ſalutaribus illis quidem, quas, vt res moleſtiſsimas, plerique omnes ægroti refugiunt: Ità Reipublicæ vulneribus medicinam adhibeat, modo auſteris medicamentis vtendo per iuſtitiæ rigorem, modo ſuauibus, & lenibus per clementiam, & vti ille non ſemper venam incidit, aut putreſcentes carnes reſecat; ſed interdum imbecillitati decumbentium conſulens ſuaui cibo, ac potione reficit, ità Princeps non ſemper rigorem illum, ſeueritatemq́ue iuſtitiæ ſectari debet, ſed mitius interdum agere, ſi ſaluam eſſe velit Rempublicam. Parentes

omnia contendunt, vt dubiam filiorum indolem ad ſaniora reuocet conſilia, nec ſtatim ad priimam offenſam illos exheredant, aut exturbant è domo; ſed tùm demum, cum perditi mores, & iniuriæ iniurijs additæ patientiam euicere; Princeps veluti alter patriæ parens intelligat, oportet, datam ſibi patriam poteſtatem, quæ eſt omnium temperatiſſima, ac proinde tunc tantum ad extrema deueniendum eſſe remedia (quod faciunt Patres) cum alia defuerint, aut ea minus vtilia eſſe cognouerit. Multa imperia vi parta videmus, nulla tamen tuta, ni, quæ beneuolentiæ fundamentis ex clementia ortum habentis hæſerint. Ad Leonis fremitum cetera omnia animalia imbecilliora contremiſcunt, quippè quæ illius ferocitati reſiſtere minimè valent; Principem iratum, & ſua abutentem potentia in ſubditos, quis non pertimeſcit? quis odio non habet? cum illius voluntati citrà periculum nullus reſiſtere queat. Rurſum quemadmodum æſtiuo tempore, cum campos diurni Solis vapor non modo calefacit, ſed etiam adurit: nocturno rore recreantur herbæ,& inclinata, & languentia capita rurſus attollunt, quaſi ad vitam reuocata; ita quieto, ac moderato imperio, populi recreantur, & florent, & qui ſub aſpero Principe, & ad immanitatem propenſo languere viſi fuerant,& ad interitum quodammodo vergere, ſi ſæuum hunc, & truculentum,benigniorē excipiant, aliam repente inducunt faciem, lætam, hilarem, iucundam, omnibus ordinibus,noua parta ſecuritate,gaudētibus. Hinc Principes regnandi initio, cum Imperij habenas ceperūt, hanc clementiæ aucupantur opinionem,vt Reipublicæ veniant gratiores. Hæc eſt itaque, quæ Principem cuſtodit, ac roborat, tanta enim ſecuritas paratur, vt populi laterum ſuorum obiectu paratiſſimi ſint mucrones excipere, vt Reipublicæ Principem ſeruent incolumem. Nullum etenim firmius, validiuſq; præſidium inueniri poteſt, quam populorum amor ex tanta clementiæ vi quæſitus; quem qui nactus erit, non excubitoribus, non ſtipatoribus, aut arcium egebit munimentis;ſed fide populorum tutus, beata quadam ſecuritate fruetur.

Ad extrema ſupplicia nō deueniat, niſi de grauib⁹ minus periculum fecerit.

Nimia Prīcipis ſeueritate populos animis cadere,& quodāmodo elangueſcere, clementia recreari,& rurſus attolli.

A clementiæ fonte, quæ cōmoda permanent Principi.

Nemo ſe fallat; exempla omnium Regnorum docuerunt fidiſſimam eſſe cuſtodiam Reipublicæ Principis clementiam. Cauſam puto, quia manſueto, benigno, amanti ciuium omnes libenter ſe ſubmittunt, omnia ſua credunt; è contrario crudelem omnes auerſantur; Principis crudelitatem, vt publicam luem, vt inſanabilem morbum fugiunt; omnes ſubiecti ſub incude ſe tundi indignè ferunt; omnes quaſi in cuſtodia liberæ detinentur, & carcerarium eſſe Principem, carnificemq; arbitrantur, cum primo ſpes apparet, in libertatem ſe vindicant; Hæc cædibus hoſtium, quamuis multi cadant, ſecuritas

Quàm fida cuſtodia Prīcipis clementia.

Prīceps crudelis, quàm ſit populo inuiſus.

M parātur;

paratur; qui enim ſuperſunt, acrius oderunt, latebris, & ignoratione tutos ſe arbitrantur. Deinde nemo omnium hominum adeò penè eſt ſolitarius, vt non cognatos, affines, amicos habeat; omnes illos in ſuum odium Princeps crudelis irritat, ideoque ſæuiendo auget numerum inimicorum. Duos Roma penè clementes vidit Principes, Germanicum, quem Cæſarem habere non meruit, & Titum, quem diù retinere non potuit; ex huius obitu mærentibus publicè cunctis, Senatus, priuſquam edicto conuocaretur, ad Curiam cucurrit, obſeratiſque adhuc foribus, deinde apertis, tantas mortuo gratias egit, laudeſque, quantas congeſſit, ne viuo quidem, & præſenti. Ex illius verò morte ita indoluere exteræ nationes, vt eius funus ſine imaginibus, & pompa per memoriam eius virtutum celebre fuerit. Non ſic eueniſſe in Tiberij morte vidimus, qua ita lætatus eſt populus, vt ad primum nuncium diſcurrens pars Tiberium in Tyberim trahendum clamitaret; pars terram matrem, Deoſque manes oraret, ne mortuo ſedem vllam, niſi inter impios darent; alij vncos, alij Gemonias cadaueri minarentur. De Neronis nece tantum gaudium extitit publicè, vt plebs pileata diſcurreret. Vitellius vinctis propè terga manibus, laniata veſte fœdum ſpectaculum ducebatur, multis increpantibus, nullo illacrymante deformitas exitus miſericordiam abſtulerat. Domitiano occiſo Senatus adeò lætatus eſt, vt repleta certatim curia, non temperaret, quin mortuum contumelijs, atque acerbiſſimo acclamationum genere laceraret, ſcalas etiã inferri, clypeoſq; & imagines eius coram detrahi, & ibidem ſolo affigi iuberet, nouiſſimos vbiq; titulos, abolendamq; omnem memoriam decerneret.

Romani Pricipes Germanicus, & Titus ob clemẽtiam, populis tùm cari fuere, vt illi vltro ad ipſis parentandum, plorãdumue eorũ mortem cucurrerint.

Contra, qui populi plauſus in morte Tiberij, qui animus, & auſus in crudelis Principis cadauer.

Quã geſtiẽtis animi ſignificationẽ dederint cũcti audita Neronis nece.

Vitellij fœdum ſpectaculum.

Quæ Senatus in Domitianũ perẽptum contumeliæ.

Verumtamen hæc clementia ſalutari ſeueritate eſt temperanda. Neque enim Medicum laudari vidimus, qui mollibus fomentis morbos illos quaſi circumligat, qui ignem, ferrumq; poſtulant: Scalpello, & vſtorio, cum neceſſitas exigit, vtatur Princeps, modo, ne ſupra morbum; medicina ſæpè dolentius vulnera curantur, quàm fiunt: magno ideo iudicio exercenda eſt in publicum clementia, ne, ſi abſque iudicio, & ratione ſceleratis impunitas oſtentetur, iniurijs obnoxij reddantur infirmiores, audacia facinorum alatur, atque ea cauſa Reſpublica detrimentum patiatur. Tàm enim nocet, qui morbo inſanabili parcit, quàm, qui integra abſcindit. Ceterum maximè cauendum eſt Principi, ne dum ſeueritatem vſurpat, in ſæuitiam adulterina quadam affinitate prolabatur. Itaque ſic agere debet cum ſubiectis, vt magis illius vereantur ſeueritatem, quàm, vt ſæuitiam deteſtentur; quod aſſequitur Princeps, quoties nil durius, aut remiſſius ab eo conſtituetur,

Quod tẽperamentũ neceſſariũ clementiæ.

Clemẽtiam magno iudicio ſociandam.

quàm

quam cauſa depoſcit. Non enim ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt; ſed opportuno iudicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Legum ſeueritatem, cum ratio dictat, ipſe mitiget, id ſemper vſuueniet, cum moderationem verba accipient.

Quādo Principis cauſa agitur, quid illi tùm agendum.

Cum verò cauſa Principis agitur, tunc illud agere debet, vt, vel omnino conniueat, vel vnius ſupplicio admodum improbi multorum acerbitatem coerceat; vt pœna ad paucos, metus ad omnes perueniat. Neque id tamen, ſed etiam, vt omnes exiſtiment vindictam neutiquam illi probari; ſed tamquam inuitum magna animi ægritudine ad caſtigandum venire. Quod intelligendum, niſi Imperium ſit in incerto, tunc enim ſeueritas ſeueritate eſt repræſentanda. Inde nonnumquam fit, vt in coniurationibus, quæ fiunt in Principes de nouo ad Imperium euectos, vel quorum alioqui ditio non firma eſt, nullus relinquatur clementiæ locus, ſed quam citiſſime è medio tollantur, præſertim, cum coniuratorum potentia, vel gratia magna eſt ad populum. Neque enim, cum vertitur cauſa optimatis, vel Illuſtris viri, diù protelanda executio, ſed ocius iudicandum, cum cauſæ tamen cognitione. Cauenda ſunt prætere a multorum ſupplicia, vel ſimul, vel diuerſis temporibus ſumpta; vbi multi noxij, ibi ſubtrahendum aliquid ſeueritati, quod addatur caritati. Medicos imitetur Princeps, qui cum ſine ferro mederi poſſunt; lenibus fomentis vtuntur. Cum multus ſanguis effunditur, etiam Reſpublica debilitatur, quemadmodum aperta vena, cum noxio ſanguine integer vigor, & ſpirituum naturalium vis emicat: inter multos ſemper aliqui creduntur innocentes, aut mitiori manu ſanabiles. Vti fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, ſic animaduerſiones magnarum poteſtatum terreant latius, quàm noceant. Non minus Principi ſunt turpia multa ſupplicia, quàm Medico multa funera. In pœnis ſtatuendis per iracundiàm nil committat Princeps. Poteſt pœna dilata exigi; non poteſt exacta reuocari. Cunctatione ſemper vtendum. Senatuſconſulto Tiberiano cautum legimus, vt pœna damnatorum in decimum ſemper diem differretur. Hanc neceſſariam maxime duco ijs, qui recēs ad Imperium ſunt euecti; lento enim gradu, & plumbeo, ad ſeueritatem eſt procedendum, ne alioqui rerum faciem, moreſq; iam adultos penitus interuertere videantur. Mutatio, quæ fit paulatim, efficit, vt omnis natura mutationes ferat. Cautus hac in re Tiberius, qui Auguſto humaniſſimo Principi ſucceſſit; nam etſi initio Principatus non pauca eſſent, quæ animaduerſionem poſtularent; attamen populum per tot annos molliter habitum nondum audebat ad duriora vertere: Hæc intel-

In coniurationum ſcelere inquinatos nobiles, potenteſque Princeps citus animaduertat.

Multorū effuſo ſanguine Rēpublicam debilitari.

Non minus turpia Principi multa ſupplicia, & Medico multa funera.

Cautio Tiberij, ne damnatorum pœna antè decimum diē infligeretur.

Lento gradu ad pœnas procedendum.

Quàm cautus initio Imperij fuerit Tiberius.

ligo, cum tempus exigit. Si quis in Principem ſit hoſtili animo, eitò hic reſecandus, ſi deceſſorem violauit, vindicta ſumenda.

Negligere Principi indecorum eſſe, & rẽ periculi plenã.

Negligere Principi indecorum, & periculoſum. Videndum eſt etiam, vt vindicta probari Principi non videatur. Veſpaſianum tradunt, neque cæde cuiuſquam lætatum; quin iuſtis ſupplicijs illacrimaſſe, ac etiam ingemuiſſe.

Noua ſuppliciorũ genera vitanda, quę inuentorum ſummam ſæuitiam arguunt.

Nec minus fugienda illa ſupplicia cenſeo, quæ ſingularem aliquam diù meditatam, operoſam, flagitioſam malitiam continent. Certiſſimum ſæuitiæ argumentum eſt in nouos cruciatus ingenioſum eſſe. Talis erat Heliogabali immanitas; ſerpentes hic per Marſicæ gẽtis Sacerdotes collegiſſe fertur, eoſq; ante lucem, vt ſolet Populus ad ludos celebres conuenire, effudiſſe, multoſque afflixiſſe morſu, & fuga. Marſica gens aſpidum, & colubrorum victrix ad ſalutem populis contra infeſtiſſimas beſtias data erat, ſerpentes colligebat ad medicinã, vel vt extingueret. At monſtrum illud Aſpide, & Baſiliſco nocentius in perniciem populi ſuæ nationis donum, operamque conuertit, Barbarum eſt ingenio delectari.

Ingenio delectari Barbarum.

Ludibria interemptis addere terrificum eſt.

Albini craniũ à Seuerò in Scyphi vſum adhibitum.

Octauius cum plerisq; inuiſus.

Ne ludibria addat occiſis, caueat Princeps; Hæc enim terrorem incutiunt, quaſi morte non fuerit contentus. Seuerus Albini caput patibulo affixit, barbarus hoſtis cranium auro incluſum epulis admouebat, & pro ſcypho vtebatur. Vocem etiam crudelem ne emittat, non obſcurum beluini animi indicium. Octauium ſane deteſtabilem fecit horrenda vox. Peruſio capto in plurimos animaduertit, orare veniam, vel excuſare conantibus, vna voce occurrens, moriendum eſſe. Ne ſæuitiæ coniuncta ſit quædam illuſio cauendum maxime Principi. Maximianus Præfectus, cum promiſiſſet, ſe nullum igne, vel ferro perempturum, plumbo contundi iuſſit, irridens omnium crudelitatem.

Ne interſit Priceps ſupplicijs.

Per ſe ipſũ reos non afficiat pœnis. premia tñ merentibus partiatur ipſe.

Princeps nõ colat ſolus clementiam, ſed eã à miniſtris ſuis exigat.

Tandem moneatur Princeps, ne ſupplicijs vnquam interſit. Viro Principi ſic agendum cenſeo, vt ſi quis eget correctione, hunc alijs puniendum tradat. Ceterum, cum præmia reddenda ſint his, qui recte rem geſſere, id per ſe hoc faciat, Ita protinus fiet, vt quod gratioſum eſt, per Principem ſit factum; quod vero contra, per alios. Clementiam ideò amplectatur Princeps, quæ eſt inexpugnabilis ſecuritatis arx. Neque ſolus eam colat, ſed à ſuis etiam miniſtris exigat. Parum proficit vnius clementia, ſi per minutorum tyrannorum crudelitatem ſtat, quominus ſubiecti illa fruantur. Nec iraſcatur, nec opprobria ſua vindicet, vt ſubiectis conſulat; numquam honeſta crudelitas vno dumtaxat euentu gratioſa eſt; ſi in crudeles miniſtros exerceatur.

De ſi-

De fide ſeruanda à Principe.

CAPVT VII.

NEMINEM credo, qui ignoret, fidem eſſe præcipuum fundamentum, per quod ſtabilia, & quaſi æterna redduntur imperia. Hæc eſt, quæ vitæ ſocietatem firmat, quæ commerciorum inter homines vſum introducit, quæ populos amicitiæ fœdere inter ſe coniungit: Quæ quidem eo commendatior Principi eſſe debet, quo ceteris dignitatis excellẽtia præſtat: Hanc ſeruet Princeps priuatim, & publicè, vtrobiq; enim fallere eſt graue, grauius tamen publicè, ſiquidem nulla res vehementius Rempublicam continet, quam fides. Quæcumque igitur initio accepti imperij Princeps promiſit, præſtanda ſunt, modo iuſta ſint, & honeſta; quæ enim iniqua, aut flagitioſa, ſine ſcelere nequaquam promittuntur, & maiori flagitio præſtantur, quam promiſſa fuere.

Fides fundamentum Imperij.

Fidei laus.

Hanc à Principe, & priuatim, & publice maxime ſeruandam.

In hoc potiſſimum hæc fides ſita eſt, vt animo ſincero, & candido ſenſa mentis enunciet Principis oratio, nec aliud verbis, & ore præſeferat, aliud premat corde, in promiſſis verò conſtantia ſeruetur. Quemadmodum aratores terram aratro proſcindunt, & humo ſubacta, quædam ſpargunt ſemina, quæ aruorum gremio concepta paulatim exiſtunt, & adoleſcunt, donec à Sole excocta matureſcant; ita Princeps, qui proximis, ſiue ſubditis ſuis calumnias machinatur, materiam primùm ad excipiẽdos inſidiarum ſatus diligenter præparat; tùm occulta quædam ſemina iacit eorum, quæ ipſe molitur, eaq; diligenter diſſimulatione obducit, donec ſuo tempore technis maturitatem adeptis præclarus artifex, qui arauit impietatem, iniquitatem populorum metat, & comedat frugem periurij.

In quibus præcipuè conſiſtat Principis fides.

Conſtantia præterea in ſeruandis promiſſis ſit Principi cordi, nec quid ducat vtile, niſi adſiſtat honeſtas. Agricolæ ventilabris, cum aliquid adſpirat auræ, triticum è paleis ſecernunt, tritico vtpotè grauiore ſubſidente, paleis verò ventorum flabris alio temere abreptis: Non itaq; cum primum aliqua compendij, aut commoditatis ſpes affulſerit, continuo ea veteri mutate conſilio proſequenda. Sed quemadmodum Agricolæ non omni aſpirante vento triticum ventilando purgant (neq; enim ſi turbinibus area perfletur, paleæq; agantur in gyrum, & rurſus tritico admiſceatur, ventilationi locus erit) ita in his negotijs, quæ ſe ſe offerunt non facile eſt aliquid aggrediendum, aut repudiandum,

Conſtãtiam ſeruet Princeps.

Conſilia nõ immutet ſtãtim vel cõmoditatis cauſa niſi poſt maturam deliberationem.

pudiandum, ſed prius diligenter animaduertendum non modo, an vtile,& quæſtuoſum, ſed multo magis an virtuti,& honeſtati conſentaneum ſit. Atq; hic agendi tenor perpetuo,ac conſtanter eſt retinendus. Quam conſtanter ſe geſſerit Franciſcus Primus Galliarum Rex in ſeruanda fide, illius dicta, factaque ſatis aperte indicant: Is Carolum Quintum Imperatorem citatis equis, paucis quidem ſociatum comitibus in Belgas rebellantes properantem,Lutetiæ, qua decuit Regem, magnificentia, ac fide excepit: Varij tum de pace agitanda inter vtrumque ſermones (grauiſſimis enim tum bellis alter ab altero diſſidebat) deq; donanda Regis filio ditione Mediolanenſi. Interea inaudita quædam vox à Cæſare Regi ſuggeri, auiculam, quando maxime opportunum ſit, cauea incluſam retineri debere. Is vaſa nihilominus colligit, Rege vidente, atque adeo eo, & Principibus, qui illam fraudem in aurem illius identidem repetierant, benigne ſalutatis. Hic Rex ob Cæſaris diſceſſum, abſit,abſit, inquit, à nobis tam turpis, & fœda perfidiæ nota; etiamſi fides toto orbe exulet, Regibus tamen tenenda eſt, qui nullo metu, nulla pœna, niſi virtutis, ac fidei reuerentia, vt eam præſtent, cogi, perſtringique poſſunt. Parmenioni quidpiam ſuadenti Alexandro, quod præter fidem, ac decorum erat, magnifice reſpondit Alexander, facerem id quidem, ſi Parmenio eſſem, verum Alexandro neutiquam licet.

Frãciſci Primi Gallorũ Regis in Carolũ Quintũ Cæſarem, à quo hoſtili odio, & bello diſſideret Lutetiæ exceptum hoſpitem ſeruata fides.

Cuius dictũ ad id egregium.

Alexandri Macedonis dicterium in Parmenionem.

At verò, ſi promiſſa ſint iniqua, vel turpia, conſtantiam, aut vt verius dicam, pertinaciam non probo. Deus in rebus pulchris, iuſtiſque conſenſum adhibet, non turpium, inhoneſtarumque actionum ſponſor accedit. Hac ratione Ageſilaus Lacedæmoniorum Rex, cum vrgeretur, improbe à quodam, vt promiſſum præſtaret, atque idem crebro repeteret, rectè ſanè, inquit Rex,ſi quidem iuſtum eſt, quod petis, faciam; ſin minus, nequaquam faciam, non enim promiſi, ſed feci; Idcirco decet petentes,vt iuſta tantum à Principe efflagitent. Nec minus hoc idem ſuaſerim, etiam ſi in bello cum fœdifrago hoſte res ſit, qui ſemel, atque iterum fidem fefellit, tunc enim viciſſim fidem fallere non licet, niſi per hoſtem ſtet, quominus conuentorum fides ſeruetur; alioqui enim perfidiam perfidia vlciſci ſemper turpiſſimum fuit. Proditoribus fides promiſſa à Principe eſt ſeruanda; nec conſiderandum, quales illi antea fuerint, ſed quales deinceps futuri ſint; vt poſtquam ſibi hoſtium partes amplectentibus gratiam haberi proſpexerunt, animos ſuos ad ea beneficia conuertant. Quiſquis enim proditori dat munus, accipit potius,quã confert. Ideò prõpta debet eſſe in hoc Principis liberalitas, neq; pfidia aliena pfidia eſt puniẽda: Etenim ſi Annibal contra fœdus Saguntũ obſedit, non ideò licuit Romanis

Si promiſſa ſint iniqua, illis haud ſtadum.

Ageſilai Regis cuidã repetenti promiſſa reſpõſũ egregiũ.

Fidẽ quoque ſeruandã fœdifrago hoſti.

Proditoribus quoq; fidẽ ſeruandã.

Qui proditori dat munus munus non confert.

Quod Annibal cõtra fœ

manis factam poſtea cum Carthaginienſibus pacē rumpere, nec ſi Romani legati violati fuere à Pœnis, ideoque Hannonem in vincula duci oportuit. Multo minus, ſi Luſitani contra iuſiurandum ſunt aggreſſi, ideoq; Lucullum decuit Luſitanos impunitatis promiſſione pellectos trucidare: Cum tamen eodem in pacto hoſtes fidem fallunt, obligatione ſolutus eſt ille, quem aliena perfidia afflixit, ſi enim in pactis inducijs Spartanum agrum populantur Meſſeni, talionem iure optimo reddent Spartani, qui enim hoſtilia exercuerunt, pacem communem reddiderunt, verum cum poſt violata prima fœdera nouum percutitur, non licet id violare.

dus Saguntū obſederit, & Pœni ius gētiū violauerint, Romanorū Legatorū interneciōnē nō licuiſſe poſtea Romanis, vel rūpere ſancitā pacem, vel Hānonem Pœnum conijcere in carcerem.

Nec Lucullū decuiſſe iuſiurandū violare Luſitanis, quamuis hi antea id violauerint.

Nō teneri tū eos ad fidem ijs ſeruandā, q in eodē pacto fidem fallunt.

An Principi violare fidem vtilitatis ſuæ gratia liceat.

CAPVT VIII.

NON deſunt ſcriptores, qui inter alias virtutes, quibus inſignitum volunt Principem, ſummopere extollunt, perfidiam, & periurium, quo Princeps pacta omnia, & promiſſa in rem propriam trahat, monentes licere eidem ſine honeſtatis reſpectu, ſi egregia augendi, aut confirmandi Imperij ſui ſe ſe offerat occaſio, fidem datam fallere, ac iuſiurandum violare. Conſiderant inquit hi homines, cùm nihil gratioſum ſit, niſi tutum, nihil porrò tutum, niſi fraudum ſcuto contegatur, quemadmodum principatus fraudibus euerti poſſunt, ita ijſdem etiam poſſe conſeruari. Prædicant hi, cum humana ſocietas ſit, fueritque fraudibus, atque dolis expoſita, verſari in ea cum candore ſine noxa non eſſe humanæ mentis, vti difficile eſſe piſcem ſine ſpinis inuenire; ita & hominem, qui non doloſum, ſpinoſumque quiddam habeat. Permittunt fraudes, dolos, inſidias, maximè, cum ſalus, vſus publicus, & neceſſitas ſuadeant: Populum mendacijs non aliter, quam pueros, & ægrotos decipiendum, atque circumueniendum docent. Principi nihil iniuſtum aiunt, quod fructuoſum. Pueros teſſeris, viros iuramentis decipi; præſtare vero fidem, mercatorum eſſe, non Principum, quod illi à fide, ſic ab armis pendeant, & viribus; pro ſua tandem opinione concludunt experientia nos doctos, nullum recentium beneficiorum memoriam inter duos Principes, qui hereditaria odia habent, nullam fidem, nullas chartas, ſiue ſcripturas, promiſſa denique nulla efficere poſſe, vt pactionem ſibi damnoſam, hoſti vtilem Princeps ſeruet, ſed

Iniqua quorumdam hac de re opinio.

Qua primū ratione id audeant docere.

Communis ſcipue cauſa ſalutis fraudes quaſcūq; permittunt. Impia eorūdem dicta.

Idipſum ab experientia nos doctos volunt.

vim,

Digitized by Google

cum,& neceſſitatem Principem ad ſeruandam fidem adigere, iur extremiſque icta fœdera, poſtquam partes verbis conceptis iurauere repetitione bellorũ illico diſſoluta. Franciſcum Galliæ Regem non aliam habuiſſe cauſam animaduertunt repetendi belli contra Carolum Quintum Cæſarem, quam quod ad conditiones, quas captiuus inijſſet, ſeruandas minimè ſe teneri deceret, huncq; eum ab ipſo promiſſorum fides repoſceretur, obſecundaſſe tempori, reſpondiſſe. Carolumque Nonum Galliæ Regem, quicquid de Religionum libertate ante cauiſſet pro tempore ſtatutum, non vt perpetuum eſſet, Vgonotis reſpondiſſe. Hæc præcepta tàm eſſe indigna arbitror, vt qui, vel cogitare tale quid audeat, iure, & merito eum pudere, atq; erubeſcere oporteat. Principum munus eſt Iuſtitiam ſeruare, atque fidem; huiuſmodi autem ſuaſoribus non facilè aures præbebunt, niſi hi, quorum animi ita corrupti, malitiaque excæcati ſint, vt quid poſteritas ſit iudicatura, non multum laborent.

Frãciſci Galliarũ Regis exemplo id conantur euincere.

Itidem Caroli Noni Vgonotis reſponſo.

Quam indigna ſint hæc præcepta.

Principis præcipuũ munus ſeruare Iuſtitiam, ac fidẽ.

Illud negari non poteſt firmiſſimum Principatus fundamentum eſſe bonum, & honeſtum de Principis alicuius virtutibus tàm ſubditorum, quàm exterorum Principum opinionem; quid de illius fama dicimus, qui omnium ſermonibus tamquam perfidus, ac periurus habetur? Si huic vtilitatis ſuæ cauſa fidem datam violare liceret; omnia diuina, & humana iura peruerterentur; liceret etiam Templa profanare, Altaria expilare, opprimere innocentes; fures, ſicarios, & peſſimorum quorumcũq; hominum ſentinam fouere: Neque enim vel eorum, vel aliorũ ſcelerum vllum eſt, quod non ſpeciem aliquam habeat vtilitatis, quodque non proſit quodammodo ei, qui illud cõmittit, ſi nulla alia in re ſaltem in explẽda eius libidine, & cupiditate. Equidem ſic exiſtimo fidem ſeruare diuinum quid eſſe, ac longe tutius, quàm eamdem datam fallere, etiamſi certiſſima vtilitatis ſpes affulgeat. Ac primum ij, qui fidem etiam priuato datam violant, omnium ſuſpiciones, & odia incurrunt, ſicuti etiam vulgo odio habentur; ipſique ijſdem artibus ab alijs petuntur, cum enim, aut manifeſto periurio, aut ſceleratis argutijs quempiam agere homines animaduertunt, non modo fidem illi nullã habent; ſed vt eum ſummo odio proſequũtur, ita cedere ab eius amicitia, vt tuto ſe ſuaque habeant, contendunt: Inſaniam putant omnes illi ſe credere, qui fidem abnegauit; hoc tantum eſt malum, vt nemo ſit illi fidus, licet amici ſe deuoueant, licet exercitus admotis ſibi ad ceruicẽ gladijs in Principis ſalutem iuret, licet ambitioſa excubiarum multitudine ſe ipſe vallet, ſi fallere fidem docet, omnes fœdiſſimos alienabit, fidem ſibi miſero, aut dubio penitus clauſam inueniet, neminem amore, aut mutua fide obnoxiũ tenebit. Merces auaritiam accendit, neq; obligat

Qui ex fidei frago Principe eſſ. ctus praui oriantur.

Nota, quam famæ ſuæ iniurit.

Ex eo omnia ſcelera, etiã ſacrilegia pmitti, ac probari q vtilitatem ſecum deferant.

Fidem cuſtodire diuinũ quid.

Qui pmiſſis, haud ſtãt omnium ſuſpiciones, & odia ſubeunt, nec amicos habẽt, qbus & ipſi fidãt.

Quo tandem m ſeriarum deueniat huiuſmodi deceptor.

pectora

pectora donanti, ſi ille perfidus ſit, qui donauit: Omnis illa turba fortunæ, non fidei Sacramentum habere ſe putat. Quam triſtes ſoleãt eſſe exitus eorum, qui hanc Macchiauellicam doctrinam amplectuntur; infinitis exemplis poſſem demõſtrare. Vnum tantum hoc loco afferam Valentini Borgiæ Ducis. Is cum abiecto omni Religionis, honeſtatis, fidei, & æquitatis reſpectu, totum ſe libidinibus, periurio, perfidiæ, proditionibus, alijſque ſceleribus tradidiſſet, atque diuina, humanaque iura omnia polluiſſet: Imperium quidem, quamdiù vixit Alexander Sextus Pontificali magis auctoritate, quam peſsimarum actionum artificio felix tutatus eſt. At mortuo Alexandro, ſtatim expertus eſt, quam parum firma ſint illa Regna, quæ fraudibus, & perfidia nituntur; momento enim temporis a ſuis deſertus amicis iuxta, ac inimicis exoſus, ex tam alto dignitatis culmine ad ima detruſus, vitam tandem miſerè obijt, nec quidquam poſteris reliquit præter infelicem ſcelerum ſuorum memoriam.

Valẽtini Borgiæ præſtantiſſimi fraudum, ac inſidiarum artificis exitus quam infelix.

Graue itaque, & deterrimum ſcelus eſt perfidia, quod quidem Deus ſeuerè punire ſolet, ſed qua potiſſimum pœna? Si fas eſt iudicium diuinum coniecturis indagare; comperio euenire, vt qui alteri fallaciam, alterique inſidias ſtruere intendit, eadem, aut non diſſimili pœna pereat. Cardinalis Beluenſis Architectus quarumdam cauearum ferrearum, qui Ludouici Vndecimi Gallorum Regis crudelitatis miniſter fuit, eaſdem ipſe expertus fuit, in ijs per quatuordecim annos detentus. Nec abſimilis res Regi accidit; etſi enim tetros illos carceres non eſt paſſus; præ perpetuo tamen pauore, & ſuſpicione ſe ſpontaneis vinculis mancipauit, & ita ſe ſe in arce quadam incluſit, & cuſtodijs circumſepſit, vt nullus arctiori cuſtodia coerceri potuerit.

Semper puniuntur fædifragi Principes, vel diuites.

Beluẽſis Cardinalis, & Ludouici Vndecimi Galliæ Regis id docent exitus.

Eadem ſupplicia habẽt, qui ceteris machinãtur.

Alia eſt etiam animaduerſio Iudicis æterni, ac pœna, orbitas, videlicet filiorum; perfidi enim Principes ſobole, poſteritate (firmis alioquin Imperij munimentis) deſtituuntur aliquando. Franciſcus Sfortia à Mediolanenſibus Præfectus exercitui contra Venetos, Mediolanenſium arma in eoſdem conuertit, & obſeſſo, atque ad deditionem coacto Mediolano, ditionem Mediolanenſem occupauit: at eius filius Galeatius à ſuis ciuibus trucidatus in ipſa Eccleſia paternam perfidiam ſuo ſanguine luit. Nec obijciat quiſpiam Turcas his artibus frequenter in finitimos præſertim vſos fuiſſe magna cum ipſorum vtilitate, eorum tamen Imperium firmum eſſe, ac ſtabile. Nam qui inter Turcarum Imperatores his artibus excelluere, magna ſæpè pericula ſubiere. Amurathes, Maumethes, Baiazetus, Selimus Secundus ſingulares fuere ſimulandi, atq; diſſimulandi, adeoq;

Sæpè orbitate filiorũ, & legitimi ſucceſſoris ſpe deſtituti decidũt èvita.

Galeatius Sfortia paternæ perfidiæ ſcel⁹ ſuo ſãguine luit à ciuib⁹ ſuis in templo enecatus.

Turcarũ Imperatoribus nõnũq̃ frau-

omnis

Digitized by Google

omnis fraudis, & aſtutiæ artifices: At ſi rem recta ratione perpendere velimus; fatendum erit, ſi ipſis aſtutia, & fraus nonnunquam bene ceſſerit, ignauia, & diſcordia Chriſtianorum id factum eſſe, nec eam proſperitatem periurio, quod Deus, & homines ſemper oderunt, ſed iuſtæ Dei indignationi peccata noſtra ſic punire volentis, adſcribendam eſſe.

dés, ac dolos in bonũ ceſſiſſe, ſed Principum Chriſtianorũ, vel ignauia, vel ſocordia.

Nec minus aſſerere audeat quiſpiam, quæ neceſſitate, temporiſque iniuria quis coactus promiſit, non niſi eadem neceſſitate cohibente conſeruari debere. Non enim eam laudo conſuetudinem, quæ inter Principes vigere videtur, vt, quæ neceſſitate coacti pepigerunt, rata non ſint. Morem namque hunc ratione carentem, & prauum arbitror, qui periurijs, & fallacijs viam aperiat, cum ferè altera pars ad tranſactionem proſiliat, & raro æquis, atque integris vtrimque viribus ad pacem perueniat. Illud autem, quod de Romanis turpem illam cum Samnitibus ad furculas Caudinas irritam pacem aſſeuerantibus aſſerunt quidam Pſeudopolitici, nihil omnino ad rem facere cẽſeo, cum non retractata illa fuerit, quia vis, & coactio illi conuentioni robur adiecerit; ſed quia Conſul inſcio Senatu, penes quem paſciſcendi erat arbitrium, pepigerat; quod dilucidius dignoſcitur, quia ignominioſi pacti auctores teneri iudicarunt Romani; ac propterea eos hoſtibus dedidere. Verum quia à pactis ſæpè reſiliunt Principes, ſit remedium, vt illi, qui in publicarum rerum adminiſtratione verſantur, exactiſſimo ſtudio, ſcrupuloſaque cura examinent, vtrum ij, quibus cum fœdere, aut indicijs, aut pace agitur, id ſerio velent, an potius, vtrum temporum iniquitati cedentes ſimulata ineant pacta, quo veris amicis ſecurè vti poſſint, fucatos vero recentibus ſubeundæ neceſſitatis vinculis impeditos teneant; Sit itaque certum, nullum improbitatis genus deterius excogitari poſſe, quàm periurium, & ludificationem, contemptoremque veri, in Deum impium eſſe, totiuſque generis humani euerſorem.

Iis etiam ſtãdum à Principibus, qui vel inuiti promiſerint.

Pacem à Cõſule inſcio Senatu factã cum Samnitibus ad furculas Caudinas ab ipſo Senatu irritam iudicari & haberi potuiſſe.

Quæ examinãda in percutiendis fœderibus.

PRIN-

PRINCEPS
COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI
De inſignibus Principis virtutibus.

Liber Quintus.

Quam modeſtè ſe gerere debeat Princeps, vt ſuperbiæ notam effugiat, & quæ remedia circa hanc adhibenda.

CAPVT PRIMVM.

HVMANVM ingenium, cum ſuapte natura in ſuperbiam procliue ſit, nec ſuæ ſatis conſcium infirmitatis, ſi prærogatiua Regiæ poteſtatis acceſſerit, quam adulatores plerumque Principum vanitatem miris modis inflantes afferunt, tantos concipit ſpiritus, vt miſerandum in modum attollatur, vt grauius inde ruat. Mite iam fuerat plurium Principum ingenium, & ad modeſtiam ita compoſitum, vt domi inter ſupellectilem domeſticam ſibi latebras quærerent, ne ad Regnum perducerentur; at exuta non multo poſt illa veteri ſimplicitate; quàm ad Regnum attulerant, ita degenerauere in ſuperbiam, vt Dei obliti, à quo ad Regnum fuerant admoti, ſuæque priſtinæ humilitatis, è qua fuerant excitati; planè immemores videri potuerint: contra verò de ſtabiliendo Regno tantum ſolliciti, ſuoque conſilio ita fidentes, ac ſi Deo poſſent obniti. Difficile eſt hominẽ in alto collocatũ, ac lenibus fortunæ auris afflatũ nõ intumeſcere; quantum autem ipſi Principi; ac ſubditis damni afferat, non tàm facile explicari poteſt. Mirum itaque non eſt, ſi cauendũ Principi omnes exiſtiment ab hac viliſſima ſuperbiæ lue, ne grauiſſimas apud Deum, & homines pœnas luant. Viliſſimam appello, ne altum, ſpecie falſus, ſuperbiæ vitium exiſtimet. Sciat id abiectiſſimum, ac viliſſimo cuique animo inſidere, maximumque argumentum animi ab altiori venientis ſede, ſi hæc, in quibus verſatur, humilia iudicat, & anguſta. Eſt hæc

Humani ingenij innata ſuperbia, q̃ augeſcat, ſi Regia illi poteſtas addatur.

Plures ſuapte natura modeſtię lau de decoros ad Regnum euectos, ab ipſa dignitate nimios hauſiſſe ſpiritus.

Quàm vilis ſit, & abiecta ſuperbiæ lues, ac proinde abiectiſſimi animi argumentũ in eo, in quo inſidet.

Sidera quę

natura ſideribus, vt hæc ſegnius moueantur, quo ſunt in ſubli-miori ſphæra: ſic bonus Princeps, quo maior eſt eius auctoritas, eo magis ſe ad humilia circumagit ſecurus ſuæ magnitudinis, & quemadmodum Aquilini partus generoſitas exploratur ab intento in ſolares radios obtutu; ſic in luce Principatus mentis oculos perſtringente degeneres animos timor arguit.

Contra hoc ſuperbiæ venenum, tria ſanè adhibentur remedia; ſtatuat Prudens, & Religioſus Princeps apud ſemet ipſum frequenter in mentem reuocare, Principe quantumuis potente, pluribuſq; Regnis imperante alium eſſe Principem longè præſtatiorem, cui dictorum omnium, factorumque ratio reddenda ſit. Hæc recordatio, mirum quantum proderit: nullum eſt tàm atrox ſcelus, quo ſe maculare Princeps non audeat, ſi vindicis ſupremi obliuiſcatur. Prodeſſet poſtea mirum in modum ad modeſtiam vel inſerendam, vel conſeruandam, ſi ſuæ mortalitatis, infimæque conditionis, cuius nempè homines participes ſunt, obliuio Principem non capiat; Hac enim omnes lege in hanc lucem emiſſi ſumus, vt poſt decurſum huius vitæ ſtadium, metam mortis, quocumque curſum noſtrum direxerimus, tamen attingamus; & quamuis ditionis amplitudine, regaliſque ſplendore maieſtatis ſibi Princeps placeat; tamen fruſtra ſunt, nam cum ſolius Dei ſit eſſe, qui verè eſt, illius contentione gentes quaſi ſtilla, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt, & inſulæ quaſi puluis exiguus. Miror itaque quod tantopere ſibi plaudat Princeps, cum huius puluiſculi tenuiſſimam particulam occupare potuerit, quaſi ingentem poſſeſſionem, propter quam meritò poſſit exultare, ſit adeptus? Cur non potius ſibi maxime vileſcit, quippè qui tantula ſtillæ huius particula eſt, vt lynceis planè oculis opus habeat, qui tàm tenuem, & propter prauitatem minimè aſpectabilẽ velit intueri? Aequat omnes cinis, impares naſcimur, pares morimur. Conditor ille Iuris humani non natalibus nos, non nominum claritate diſtinxit, niſi dum ſumus; Quemadmodum vmbræ, cum nihil ſint, aliquod tamen eſſe videntur, ita res iſtæ omnes, quas homines adamant, potentia, Magiſtratus, Imperia ad verum Solis Iuſtitiæ lumen admotæ nihil ſunt; ſed vti cum Sol à meridie receſſit longius, maiores etiam vmbræ ſunt, ita vmbrarum iſtarum admiratoribus vſu venire conſueuit; nam quominus Solis huius Iuſtitiæ radijs afflantur, vmbras iſtas maiores putant, & quaſi res momenti alicuius ſtupentes admirantur. Homo multis atteritur laboribus, vt aliquam boni alicuius partem conſequatur, ſed ſera illum ſpes fruſtratur, nam, cum ad id, quod votis omnibus optauerat, tandem peruenerit, quid aliud eſſe cõperiet, & quàm rem inaniſſimam, & ſcintillis ex prunis

exiſtenti-

ſublimiorẽ in Cælo nacta ſunt locũ eo ſegni' mouẽtur, ſic Prĩceps, quo maior ei' authoritas eſt, eo magis humilia ſpectat.

Quæ remedia adhibẽda ſint cõtra immoderatã de ſe opinionem.

Memoria frequenter obuoluat Princeps apud ſupremũ PrincipẽDeũ ſibi dicẽdã cãm.

Meminerit mortalitatis ſuæ, & infimę conditionis humanę, à qua nec poſtẽtiſſ. Prĩcipes eximũt.

Princeps, vt nimios deponat ſpiritus, menti obijciat ſuæ ſummã Dei maieſtatẽ, ac potentiã, cuius contentione gentes quaſi momentũ ſtateræ reputatæ ſunt, & Inſulę quaſi pulueis exiguus.

Impares naſcimur, pares morimur omnes.

Dignitates humanas, ſi Diuinę cõponantur, eſſe velut vmbras ad Solẽ, q̃ eò maiores ſiũt ſibi, quo lõgiꝰ à veri Solis luce homines abeſt.

exiſtentibus ſimillimam? Quæ neſcio quid ſplendoris videntur habere, cum tamen nihil aliud ſint, quàm accenſus cinis, paulò poſt omni amiſſo ſplendore in focum deſcenſurus. Nobilioribus vaſis Regia menſa ornari non poteſt, quàm luteis, ſeù teſtaceis, ijs enim lancibus, quaſi ſpeculis humanæ fragilitatis, ac modeſtiæ Princeps redditur memor, & quis Princeps, qui non à figulo genitore prodeat, cum mortales omnes ab vno Parente proueniant, quem Deus e limo terræ formauit? Animaduertat poſtremò Princeps Regni eſſe volubile pondus; Prudentis eſt ab alto caſum facillimum timere, at quo magis fortuna altius euexit, ac leuauit humanas opes, hoc magis ſe ſupprimere filium decet, varioſq; caſus tremere. Hæc rota fortunæ eſt, quam olim Perſarum Rex Cyrus didicit, cum triumphali curru eueheretur, cui quatuor captiuos Reges trahendo ſubiugarat; Eorum vnus identidem reſpectabat, cauſam interrogatus, ſe rotam, inquit, ima ſummis mutantem cōtemplari, atq; ità rerum mortalium vices, ac in primis Regalis coronæ volubilem ambitum agnoſcere. Quo audito, ſtatim Cyrus inſolentiam animi, & triumphi vna cum captiuis dimiſit. Perſarum Rex Sapor Valeriani apud ſe Imperatoris captiui ceruicibus, pedem, equum inſcenſurus, imponebat, vt in eo aulicum vbiq; Regnorum faſtum premeret. Similem in vſum Baiazetem Turcarum Tyrannum Magnus Tartarorū Imperator Tamburlanus ferrea cauea incluſum circumferebat, vt Principes diſcerent etiàm fortunatiſſimos caueis excipi, atque auolare fortunam.

Quæ cum ità ſint, nimij ſpiritus comprimendi ſunt à Principe, nec aut adulatorum vocibus fallacibus, aut innatæ timore ſuperbiæ in errorem induci ſe pati debet; ſed illud planè intelligere nullam ſe habere inſoleſcendi occaſionem, ſi ſuarum virium tenuitatem, ſi ſuæ mortalitatis conditionem penitus noluerit obliuiſci. Non ſtatuas loricatas, habituſque vindicis ſibi faciat, ſed Iuſtitiæ, Religioni, Concordiæ, Paci, non ſibi arroganter inſcribat; virtute potius, ac laude rerum benè geſtarum, quam ſtatuis, ac monumentis nomen ædificet, & in recuſandis honoribus ea animi contentione ſe gerat, qua in emerendis enitatur. P. Atticus Africanus, Frontinus, Nerua recuſauere, ne ſibi ſtatuæ ex auro, & argento conſtruerentur. Ambitioſos titulos omninò faſtidiat. Hi enim plurima ſæpè ingerunt damna. Scipio Africanus Imperatoris nomen ſpreuit: Marcus Antoninus Regis, & Domini: Iulianus Medices Reipublicæ Florentinæ Domini. At quidem prudentiſſimè, cum eius Principatus nutantibus adhuc ciuium animis haud dudum ſtabilitus, ac firmatus fuerit. Quo exemplo ſi Principes noſtri;

Ea, quib⁹ homioes cupidius inhiant eſſe veluti ſcintillas quaſdam.

Lutea, ſeù teſtacea vaſa mēſa Principis digniſſima, vt ipſi ſint quaſi ſpecula humanę fragilitatis.

Regnū volubile pondus, & ab altiori ſtatu facilè ruere in præceps.

Rota fortunę Regiæ Cyri exēplo.

Regiæ coronæ volubilis ambitus.

Perſarū Regis Saporis animi deſpiciēda elatio, & inſolentia in Valerianū.

Tartarorum Imperatoris Tamburlani indignū, & crudele facinus in Baiazetem.

Quā modeſtè Princeps ſe habere debeat in omnibus, maximè in cōſtruendis ſtatuis in vſurpādis titulis.

Caueat ne publicas ſtatuas erigendas ſibi curet.

In hon. P. Attici Africani, Frōtini, ac Neruæ laudata modeſtia.

Quot ingentes titulos vltrò contempſerint.

qui Principatu nouiter adepto, nouos ſibi titulos minus aſſumerent, quin potius collatos ſpernerent; benè meo ſanè iudicio facerent, ſi hac modeſtia ille Iulius Cæſar vſus fuiſſet; ex inſidijs in Senatu tribus, & viginti vulneribus non fuiſſet confoſſus: Nouos ſiquidem honores vſurpauit, vt perpetuam Dictaturam, Præfecturam morum, cognomen Patris Patriæ, ſtatuam inter Reges, ſuggeſtum in Orcheſtra, ſed ampliora etiàm humano faſtigio ſibi decerni paſſus eſt; Ex his autem nimijs honoribus, varijsq; titulis multi errores, contemptionesque oriuntur, dum in exacta nimium vrbanitate plus iuſto Princeps moroſus eſt, & in nugis deliquiſſe piaculum arbitratur; Veniat illi in mentem, quàm vitrea ſit, fragilisq; felicitas: Qua modo Priamus auro Barbarico, & quinquaginta filijs felix videbatur, mox Iacet ingens in littore truncus. Eſt animal Princeps miſerrimum, & ſuperbiſſimum, hominibus dominatur, ſed homo eſt, mortuus à pluribus calcabitur, Apud Iudicem ſuum ſine ſatellitio; ſine diademate palpitabit.

Iulius Cęſar iacuit in Senatu cõfeſs' non numero magis vulnerum, quà affectata honorũ multitudine. Quot ex hac inani affectatione incommoda orianᵗ.

Priami fortuna, vel Grecis miſerãda. Humanæ felicitatis indicia.

Modeſtiam ergo à Principe in factis, in vultu, geſtuq; ſeruandam puto; ità tamen, vt Inter orbitam decoris contineatur; quod ſi id negligat, non modeſtia, at puſillanimitas dicetur. Pauci ſunt, qui vultu, geſtuq; Principes ſe gerant; ſi intrà limites ſe quaſi ſuæ conditionis continere velint, tumor ab ijs quaſi non abſcedit, immò quo plus intenti, eo magis Intumeſcunt, ſupercilium graue, ſummam Principatus partem exiſtimant, & ſi quando declinant, non paruam iacturam ſuæ exiſtimationis ſibi facere videntur, & tamen credunt, quo magis reſtricti, & magis ore compoſiti, ſi quando faciem exhilaranr, ſolem quaſi nouum ſubditorum oculis demonſtrare. Non redarguo compoſitionem oris, ſed verecundiam in motu, geſtuq; omnino ſuadeo, decorem oris cum quadam maieſtate prorſus exigo. Non ſe exhibeat Princeps oculis intuentium omnia quaſi faſtidientem; non greſſu ſui motus animi præſeferat; nec quadam licentia res vllas agat, quæ animi non rectè inſtituti ſigna redoleant; ſit in ſuo inceſſu ſatis conſtans; ſit in vultu, geſtuq; compoſitus, nec opinetur tranquillam poſſe ſe exhibere mentem, atq; ſatis ſanam, niſi tumeſcentes etiàm ſpiritus non ſine maxima ſui irriſione demonſtret. Illud etiàm nouerit potiſſimam eſſe cauſam exitij Principis, ſi aut ſeueritatem in verbis, vultuq; miſceat, aut quouis alios minus compoſitos mores oſtendat, quos ſubditi vel irriſione, vel odio ſemper excepere. Germanicus apud Romanos valdè prædicabatur, quod viſu, & auditu iuxtà venerabilis erat. Ludouicus Sfortia adeò compoſitis erat moribus, vt à rudibus, ruſticanisq; qui eum numquam vidiſſent pari inter multos vultu, & ſæpe ſine comitatu,

In vultu, & geſtu ſẽper à Principe ſeruandam modeſtiam. Pancos ore, ac geſtu Principes ſe gerere.

Oris decorẽ cũ maieſtate coniungẽdũ.

Principi abſtinendum, ab ijs, quæ vel irriſioni, vel odioſſit populo.

mitatu, vti omnium Princeps, atque Imperator ſalutaretur.

In ſermone modeſtia eadem.

In ſermone eamdem modeſtiam ſuadeo; ſit grauitas in ſenſu, in ſermone pondus, atque in verbis modus; Breui, & coctо, vt ſic dicam, ſermone, vtatur Princeps, ſciatq; breuitatem dicendi pro laude haberi in Principe, iisq; omnibus, qui alijs præſunt, maximisq; rebus detinentur. Præcepta, & iuſſiones, quæ Principi conueniunt, breuibus verbis formentur; Preces verò, quę humilioribus, verboſæ, & longæ eſſe debent. Breuitas dicendi Piſiſtrato Athenienſi ſuffragata eſt, ad promerendam ciuilem gratiam, ex qua quidem Imperium aſſecutus eſt. Inter annales Theodorici Gothorum Regis illud refertur, quod intromiſſis gentium legationibus, audiebat plurima, reſpondebat pauca.

Piſiſtrati breuitas ſermonis laudata.

Theodorici Gothorũ Regis reſponſa breuia.

In externo cultu vtiq; etiam modeſtia ſeruet.

Deniquè in omni alio externo cultu, veluti comitatu, victu, habitu, modeſtiam vellem; Imperatoria Maieſtas virtute conſtat, non corporis cultu. Hic inſudet Princeps; exiſtimet ab omnibus tunc ſolum iri ſe probatum, cum illi non fortunam, nõ victoriam, non audaciam admirabuntur, ſed virum, qui in magna rerum amplitudine per honeſtatem, temperantiam, modeſtiam, Iuſtitiamq; proſpera fortuna vti ſciat. Traianus Imperator ità domo progrediebatur, vt illum nullus arrogantiæ apparatus, nullus præcurſorum delectus detineret, nemo perturbabatur; nemo ſubmouebatur à lictoribus; tanta viatoribus quies, tantus pudor faſcibus, vt plerumq; aliena turba, Senatoris alicuius diutiis, vel Magiſtratus ſubſiſtere Principem cogeret. Quare rectè affirmarim Principem in omnibus victu, cultu, ſermone, apparatu, non tranſilire debere fines modeſtiæ, ſed potius in his ſe continere; Quippe non decori tantum ad laudem talis modeſtia eſt Principi, ſed vtilitati ad tutelam, diuturnitatem, amorem, & admirationem; Ad tutelam inquam, quæ ab animi moderatione fidelior eſt, quàm ab armis: Ad diuturnitatem obtinendam in Principatu, cum nihil potentius, quàm in alto poſitum, nihil altum immoderate ſpirare: Ad amorem, qui Regiæ modeſtiæ primogenitus eſt apud populos: Ad admirationem, quam à ſubditis habet Princeps, dùm ſe hominem modeſtè dictis, ac factis norit.

Moderationis, modeſtiæq; Traiani laus.

Modeſtia quanto commodo ſit Principi ad tutelam, diuturnitatem, amorẽ, & admirationem.

Quam noxia Principi ſit nimia ſui, rerumq; ſuarum opinio, et quàm valde hæc corrigi poſsit.

CAPVT II.

Sui ipſius, & ſuarũ rerum elata nimis opinio quãtum detrimẽti afferat Principi.

PERNICIOSA plurima arbitror Principi, quæ ni valide corrigantur, ſummum ei dedecus parant. Plurima, inquam, ſunt, ſed nihil peræque noxium, quàm quę ex nimia, quam ſuimet ipſius, & rerum ſuarum concipit Princeps, opinione conſurgunr. Hæc incommoda, vti riuuli ex fontibus, ab innata ſuperbia, vel aſſentatione, quæ ei robur adijciant, omnino profluunt.

Quanti vim habeant in Principe excitati auitę claritatis igniculi.

Si ortus hic ſit à Parentibus, qui immortalem gloriam ob ſua maiorumque præclara facinora ſibi pepererint, ingenitoſq. ſibi videat tanta ſuorum claritate igniculos, plutibuſq. ditatum ditionibus ſemet agnoſcat, vr intra ſui quaſi ſtatus limites vix ſe continere queat; tantis hunc agitari quaſi ſomnijs videbis, tanris angi, ac excruciari perturbationibus, vt continenter vigilijs detineri, dies, noctesque inſomne ſemper traducere cogatur. Quod ſi euenerit, vt gloriæ cupiditati, ſui etiam amorẽ adijciat (quod certè in nullo adhuc Principe obſeruarim) nimiumque ſibi ita placeat, vt innato ſtudio aliena adipiſcendi ſe plurimum poſſe exiſtimet; nimiũ certè ſe, ſuaſque res æſtimãs; alienaq; paruipendens, in ſcopulos incider, quos euitare minime poterit, niſi abiecta omnis arrogantiæ veluti carbaſo, ad modeſtiæ portum dirigat curſum, huncq; veluti veri ſedem agnoſcat, intueatur, ac teneat.

Nullum deterius venenũ, quã quod ab aſſentatoribꝰ propinatur.

Verum, meo iudicio ſi hoc conſiderare fas eſt, nullum peſtilentius venenum à Principe exſorberi opinor, quam id, quod porrectum ab Aſſentatoribus ſuauiſſime imbibit, ſtomacho Infirmiſſimo, ac ferè ſemper nauſeanti. Miro quodam dulci cantu allicitur Princeps, dum ſua, maiorumque ſuorum extolli geſta perſpicir.

Quã libenti aure laudes propriæ hauriãtur à Principe.

Non inſuauem concentũ exiſtimat illum, qui ſonoris quibuſdã laudibus præcipuarum ſuarum dotium aures ſibi demulceat, facile ſe eo ferri ſemper patitur, vbi ab eo poſſeſſa immenſa terrarum ſpatia, vbi Regiones, vbi populoſæ ditiones, ac diuites proponuntur conſpiciendæ, & admirandæ. Non ingrato animo excipit efferentium voces nobilium multitudinem, dignitatem, ac præſtantiam, quibus præeſt, ac dominatur. Non inuitus audit illas acclamationes, quibus inter omnes alios Princeps, tamquam ditior, ac potentior ſalutatur. Hæc, quam

ſinceras

ſinceras Principis dotes corrumpant, facile ex eo dignoſcitur, quod ſtatim, atque poculum hoc dulce veneno illitum ori Principis admouetur, letalia ſigna non longè abſunt, quæ manifeſtum exitum Indicant, ac prænunciant. Tumidum ſtatim videbis Principem ex ore verba euomentem, nō parum quoſcūq; ſiue adſint, ſiue abſint, lædentia. Iam cernes capite infirmum aliorum conſilia veluti medicamenta ſalubria reſpuentem, totū à ſemetipſo tamquam ex letali morbo alienum factum. Non erit Palæſtrita, vt ita dicam, quo cum quaſi luctari non audeat; non erit Princeps, quo cum prœliari non è ſua putet dignitate, certam quaſi ſit victoriam reportaturus. Demens ſuæ dementiæ ſubiecta ſemper omnia arbitrabitur. Ebrius tàm ſui amoris erit, vt ingenio par non tantum eſſe cuicumque, ſed etiam ſuperior velit, quoſcumque irridebit; nil tutum, nil opulentum, nil magnificum putabit, niſi, quod ex ſui potentia validum proficiſcatur, ex ſui arca ſumptuoſum, ex ſui magnificētia magnificum eluceat; ſibi tantum videbit, ſibi ſapiet, ſibi credet plurimum; ſui obliuiſcetur, cum quid ſit vere, ſcire nolit; phantaſticas tantum ſuæ opinionis ſequetur vmbras, alios ſpernet præ ſe, & ad ea, quæ vix cogitari poſsūt, adſpirabit, de fallaci rerum nimium præſumens imagine.

Factus ſui amator Princeps, ſolo ſui amore fruitur, quippe qui intelligere ſe credit nullius operam ſibi vſui futuram: Magnos viros per ambitionem non modo tantum nō æſtimat, verum eos male habendo, ac tractando expellit; Veritas, quæ Regina imperat, famulatur obſequijs, Principe omnia noſſe ſe credente, huius pedibus ſe proſtituit, ac ſubijcit. Aliena hic reſpuit conſilia, ſuorum tantum amator tenax. Hinc ſæpe multis odio fit, cum ſemetipſum diligat. Qui ei obſequuntur, facile obſequia declinant, dum ne minimam quidem amoris ſtipem metiri ſe poſſe vident; & tamen Amor amore conſeruatur, qui niſi à Principe retribuitur, difficile eſt, vt & alieno potiatur, ac ferè ſuum conſeruet. Admiratio ſui ferè omnes peſſundat; & quomodo in fide contineri poſſunt, qui ſubiecti ſunt, niſi præſtanti amore habeantur, ac tractentur? odium ſui, nimij amoris ſemper fructus eſt; & quis Princeps ſe tutum exiſtimabit, niſi & amorem impertiat, quem vtique communicare nequibit, ſi nimium ſui tenax, & conſortium virorum, & prudentum conſilia reformidabit? Qui Princeps ſe nimium iactat; qui ſuas res mirè extollit; qui ſe plus ſapere credit; qui alienas ditiones paruipendit; damna, ac incommoda plurima pro vtilitate ſemper metitur; Odium in Principem, qui de ſe bene audire non intelligit, non longè abeſt, & contemptus, qui ſi ſuas vires exercere incipit, multa parat excidia, quæ nec humana mēte cōcipi,

Inde quæ illico ꝓnuncia exitij ſigna demōſtrent.

Deſpect⁹ omniū, vel verbis exꝑſſus.

Cōſiliorum quorūq; ſalubrium contemptio.

Audacia, qua cuique Principi nō parē modo ſe reputet, verum & in bello ſuperiorē ſe fore certū habeat.

Arrogantia Ingenij omnium præſtātiſſimi.

Suarum rerū elatio, alienarum deſpicientia.

Ignorat. ſui.

Incommoda nimij amoris, quo ſemetipsū proſequitur Prīceps.

Præſtātiores viri ludibrio habētur, qn exturbantur ab aula.

Veritas peſſundatur.

Ipſe multis fit odio, cum & hic ſibi videtur Principi inuiſi.

Nimius ſui ipſius amor ceteros cōplecti nō poteſt.

Alia iactantis ſeſe Principis incommoda.

Odium reliquorū Principum facile ſubit.

Digitized by Google

nedum corrigi poſſunt,& ſi forte occaſio leuis oritur diſſidij aduerſus alium Principem, hoc grauiſſimum æſtimatur, quod imbecilles vires iam in conflictum deductas, ſatiſque ſuperiores habitas tandem quatit, ac proſternit. Et quid non contendunt ſubditi, cum Principem ſui nimium tenacem propoſiti, in ſuum votum deducere varijs machinationibus tentant? Satis eſſe, inquiunt, ſi eum iam in ſuam ſententiam deduxerint,à qua nullus quantumuis ſapiens eum detrudere valeat; Nullos aduerſos conflictus expaueſcunt, quibus conturbare optata conſpiciant; Hinc conturbatam etiam videbis Iuſtitiam,quæ niſi cõſpicua ſe Populorum oculis pandat, lumina perſtringit,ne; quid rectum, inſtumque ſit,perſpiciatur. Quibus Aulicorum artibus non ſubiectus eſt Princeps ſui amans? dum hi prædicant ingenioſum, prudentem, fortem, ac potentem imprimunt in animo eminentiam quandam dotum, quibus exultans Princeps, & diligit Aſſentatorē,& ſui fidens conſilij nullum aliud par pro certo habet. Quo fit, vt ſæpè infeſtus Principi, carior habeatur, ac in delicijs, qui vt amorem conſeruet, alia prædicant ſemper, & iucundiora, & ſi interdum infeſta, & obnoxia, facile tamen emendanda, ac corrigenda; & ita Princeps nimium ſuis blandiens auribus, ſubijcit ſe,ſuaque inopinatis caſibus, ſola ductus opinione, ſe & plurimum poſſe, errataq; ſæpè tamen putat eſſe,ac fortunæ euentus corrigi poſſe,& in præceps ruit, cum maxima ſui, ac ditionis pernicie; Poſtremo quid mali non moliuntur finitimi? ſola allecti Principis vanitate, bellum indicũt, gerunt,cum certum illud ſit Principem ſui amatorem,non militem,ſæpè pro ſui ſuperbia bella ſuſcipere, quæ hoſtibus patant Regna, ditiones,ac Prouincias. Carolum cognomento Audacem Burgundiæ Ducem memoriæ proditum eſt,pronum ſemper fuiſſe ad vicinorum regiones, bellis infeſtandas exceptamque eius vocem arrogantiæ plenam, qua dicebat Heluetijs, qui medij eis Alpes intercedeba nt, bello ſubactis, vnum, & futurum Principem, qui ab Oceano Britannico, ad ſuperum, atque inferum mare, productis Imperij finibus Chriſtianam Rempublicā ab immani Turcarum tyrannide (ò ſpecioſum prætentum) exercitibus in Græciam, & Macedoniam tranſactis, vindicaret; tanta videlicet ferebatur arrogantiæ, ſuiq; amoris vi, & tamen violento exitu eum perijſſe accepimus, cum apud Nanſæam caput Lotharingiæ miſere trucidatus fuerit.

Huic tanto morbo medebitur Princeps, ſi animaduertet plenam eſſe exemplorum vetuſtatem, plenam eſſe præſentem ætatem euẽtuum,qui Principes ob tam tenacem ſui, ſuarumque rerum amorem felicitatem calamitate mutarint. Cogitet ſerio quis ipſe ſit,quibuſq; rebus ſuperbiat,non animũ ſuum præclarũ

Quę tùm ſubditorum cogitationes,q̃ tentamenta. Cæcutit Iuſtitiæ oculus in tanta rerũ iniquitate.

Inde etiã aulicis ingens patefacta feneſtra ad aſſetationē,p quã ſua expleant vota. Inde Principis beneuolentiã ab eis etiã, qui illi magis infeſti ſunt, facile colligi.

Bella quæ à finitimis imminent.

Caroli cognomẽto Audacis tumida,& arrogãtiæ pleniſſima vox.

Illi tandē tumidum illud caput miſere abreptum.

Quæ remedia adhibẽda ſint à Prĩcipe, vt ãnimum curare poſſit irretitum hac ſui amoris dulcedine.

Curet, vt ſe ipsum agnoſcat.

Cogitet ſibi plura deeſſe, quam eſſe.

tot virtutibus credat, immò non ignoret pluribus obnoxium perturbationibus, quæ verum dignoſci minimè ſinunt, ſciatq; licet plura ex litterarum ſtudijs hauſerit, plura ei tamen abdita eſſe, nec tàm præſtans ingenium credat, quin ſæpè etiam rerum humanarum iudicio deſtituatur: Nec minus credat ſcitu digna acquirere poſſe ſiue loquendo, ſiue diſcurrendo, quæ poſtea in vſum abſq; vllo conſiliorum adminiculo poſſint deduci, ſunt inania, minimæque vſui futura, dum Princeps ex hac ſola cogitatione ſemetipſum, ſuaſque res omnino deſerat. Non ſua glorietur nobilitate, non ditione tumeſcat; ſciat ſuis hæc omnia laborare morbis, q̄bus ſi nō potius alienis cōſilijs, q̄ nimia ſui exiſtimatione occurrat Princeps, breui ſuam intelliget paruitatem. Areſcunt riuuli, ſi fontis vena præſcinditur, nec rami conualeſcunt, radice ſuccisa. Deficiunt vitia, ſi ambitioſa animi elatio iugulatur; at ſi ſtercora radici congerantur, pingueſcūt rami, & arentium ſterilitas reſilueſcit; ſi fonte liquentia ſuperfundas, auerſio tranſit in riuulos; ſi camino ignem adijcias, in ligna incendium recrudeſcit. Sic ſi vitiatæ naturæ elationis innatæ venenum foueat Princeps, quin vitalia ipſa mortiferū venenū inficiat, nec ſi voluerit, poterit impedire; eſt enim omnibus non tam cognatus, quam innatus amor ſui. Quod ſi modum exceſſerit, vergit ad culpam. Omnis enim virtus ſuis finibus limitatur, & in modo conſiſtit; ſi exceſſerit, in inuio eſt, & non in via. Si amor hic inualuerit, nemo ſperet de cura; lepra ſiquidem eſt incurabilior omni lepra.

Sine ſapientum conſilio ſciētiā Principisquoquo modo acquiſitā minimo vſui futurā.

Animi elatione tāquā radice ſucciſa exareſcēt vitia.

Si vitiatæ naturæ elationis animi venenū infundatur in ad extrema pericula ipſa deducetur.

Quam affabilis eſſe debeat Princeps, & quæ morum facilitas ineſſe debeat, & quæ in hac curanda ſint.

CAPVT III.

AFFABILITAS eſt virtus in Principe omnium gratiſſima ad ineudam gratiam, beneuolentiamque ſeruandam. Nihil enim iucundius his, qui reguntur, accidere poteſt, quam, cum intelligunt, aures illius, qui regnat, ſibi patere. Hæc in eo potiſſimum conſiſtit, vt ad ſe Princeps negotiorum cauſa adeuntes, comiter, & cum quadam beneuolentiæ ſignificatione excipiat, pauperibus etiam aures facile accōmodando, querimonias audiendo, æquis deſiderijs propenſum ſe exhibendo; etenim à Deo conſtitutus eſt Princeps, vt

Quid hic affabilitatis nomine præcipuè vſurpetur.

Principem à Deo populi beneficio,

crebro

Facilis cuiq; ad eum aditus eſſe debet.

Longius ab aula ſit vſus ille Perſicus, quo nefas erat induto ſaccū regiā intrare.

Eccleſiaſtici præceptum.

Caueat, ne aditus ab aulicis humilioris fortunæ viris nō niſi ſoluto ꝓtio concedūtur, vt Turcarum eſt mos.

Frācīſci Galliæ Regis tāta comitas, Vt eſſet, qualis olim Titus, orbis deliciæ.

Eadem virt⁹ in Carolo v. laudata.

Apud eū liber omnino aditus, expoſtulationes quorūque & querelæ.

Henrici III. Galliarū Regis edictum hac in re.

Principatus benignitatis fulcro deſtitutus ruinā minitari.

Ad id ſapiētum Indorū præceptum.

Alexander Magn⁹ vitæ periculū ſola benignitate euaſit.

Comitas Auguſti ipſi ſaluti fuit.

crebro cum populo agat, lites componat, controuerſiaſque dirimat, ac proinde non in cubiculis Regij Palatij abditus, ac retruſus, ſed in omnium oculis, ac conſpectu debet verſari, ita vt facilis ad eum ſit aditus, ſatellitum, ac ſtipatorum multitudine neminem, vel tenuiſſimum, ſubmouente, pariq; in omnes æquitate, & æqualitate; vt non huic magis, quam illi faueat, ſed vti qui à plurimis circumſiſtitur, ſi in medio ſitus eſt, æque ab omnibus diſtat, æque etiam vicinus, ità omnibus adeſſe debet, aures præbere, negotijſque quamprimum ad exitum perductis benigne dimittere. Remoueatur itaque mos ille Perſicus, mos ille ſuperbiæ plenus, qui ſi non, vt olim lege perhibetur, certe multorum Principum conſuetudine dicam, an abuſu? ſeruatur, ne licitum ſit indutum ſacco aulam Regis intrare, ſed potius audiat Eccleſiaſtici conſilium ita præcipientis (Congregationi pauperum affabilem te facito) ſeque ita gerat, vt quantum fieri poteſt, nemini neceſſitas inſit mille aditus captandi, ſed eius benignitatis fores recludantur omnibus pauperibus, non ſecus ac diuitibus. At nec id ſatis eſſe reor, niſi etiam domi caueat, ne aditus ad eos ab oſtiarijs aulicis venūdetur, id quod peculiare eſt Turcarum Principibus, adeò vt ſine muneribus, eorum ianua nemini pateat. Franciſcus Primus Galliæ Rex ita comitate, atque affabilitate claruit, vt domi, foriſque deliciæ generis humani, vt Titus ille Romanus Cæſar paſſim nuncuparetur. Carolus Quintus eadem virtute ſe commendabilem reddidit, quippe in cognoſcendis hominum, Prouinciarum, & Imperiorū tàm huius, quàm noui orbis querimonijs ſolertem admodum, & diligentē ſe præſtitit, quinimmò ſic receptæ apud eum fuere expoſtulationes omnium, ita liberè vbiq; querelæ, & liberi omnium aditus, vt nullus de alterius prauitate iniurijs, cōtumelijs, rapinis, iniuſtiſuè iudicijs fruſtra quereretur. Henricus Tertius Galliæ Rex palam edicto fecit, quoties à grauioribus Reipublicæ negotijs vacaret, præſto ſe fore in audiendis ſubditorum poſtulationibus. Neque credat Princeps ſuos mores, hæcq; inſtituta ſibi vllo vnquam tempore obfutura. Quocumq; ſe vertet, ſi benignitatis quaſi fulcro non nitatur, Principatus vim concidere, omniaque in præceps collabi videbit. Hoc illud eſt Indorum ſapientum præceptum, Principem, quo natura, vel fortuna ſublimior ſit, eo humaniorem ſe præbere debere inferioribus. Alexander Magnus ſola humanitate ſummum, in quo verſabatur, periculum diſcuſſit. Collecti erant, qui in eum conſpirauerant, nox certa ſceleri conſtituta; verum cum egreſſus blādius coniuratos, quos ſuæ tutelæ, & honoris cauſa excubias auxiſſe putabat, allocutus eſſet, vnum ea comitate, vt crimen aperiret, promouit. Auguſto etiam è vultus ſerenitate elucens

comitas

comitas ſalutem attulit. Ne autem quiſquam id miretur, intueatur eos, qui tyrannidem occupare moliuntur, plus enim blanditijs, quàm donis id efficiunt. Vide Abſalonem comiter omnes ſalutantem, cauſas audientem, amplexantem, atque ita ſpecie humanitatis animos allicientem, vt Dauidi liberatori Regi iuſtiſſimo, fortiſſimoque filium parricidam præponerent. Cæſar milites ſuos nominatim penè ſingulos compellare didicerat; quo factum eſt, vt nullus tàm diù, tàm conſtanter à militibus ſuis Imperator ſit dilectus. Antoninus adeuntibus dextram placidè dabat, neminemq. aditu prohibebat. Quam verò hæc virtus ad conſeruandum Principatum valeat, ipſa naturæ vox docet. Omnes enim Principes, Magnateſque, cum in periculo ſunt, ad humanitatem, comitatemque conuertuntur. Cum anceps prœliorum diſcrimen exiſtit, cum nutant animi, ſola humanitate vtuntur. Si igitur in ſummis periculis comitas labantem Principatũ ſuſtinere, & lapſum etiã erigere poteſt; quis non eam ſemper ſeruandam afferat? Ideò ab ineunte ætate meritò à prudentibus Præceptoribus inſtituuntur Principes, vti faciles, ciuileſque ſe vulgo exhibeant, quamquam & hac in re Principis officium omnino implent, & amantur plurimũ à ſubditis, & obſeruantur: ſi enim difficiles, & moroſi eſſent; facile in ſubditorum odium, ac contemptum inciderent. Quemadmodum de Demetrio traditum comperimus, qui quod ſupplices libellos reſpueret, ſiue ijs ſubſcribere non curaret; ſeditionis cauſam præbuit, vnde factum eſt poſtea, vt Regno eijceretur.

Plura tamen Principi, dùm comis eſſe vult, cauenda ſunt, & in primis, ne facilem aditum præbeat improbis; non enim tunc illa eſt facilitas modeſti Principis, ſed ſummæ poteſtatis proſtitutio. Andronicus tibicinibus, & ſcortis ſemper aditum præbebat. Reges Chinenſium cum ſolis Eunuchis, & concubinis verſantur. Verum ea remiſſione, ſeu adulatione diſſoluitur vita ſubditorum. Quid enim honoris ex Principis facilitate ſibi præſtitum vir nobilis iudicabit, ſi infamibus eadem patere ſemper animaduertat? Proſit igitur Principis virtus omnibus, ſed non improbis, niſi ad emendationem. Præterea, ne nimia facilitate adulationi ſit propior, & Imperij vires retundat. Nimia familiaritas ne in patre quidem erga filium eſt ferenda; tenenda eſt grauitas, tollenda ambitio. Dominorum nimis blandorum ipſa conſuetudine metus apud ſeruos exoleuit, quibus tam noxium eſt non timere, quàm Domino crudeli obtemperare. Blãdi communione vileſcunt. Poſtremò illud animaduertat Princeps, ne facilitate, ac comitate fidem proſtituat, ne promittat, quæ exſoluere non cogitat. Peſſimè omnium Veſpaſianus famæ conſuluit,

Vna ex comitate factũ, vt Abſalon Dauidi Regi iuſtiſſimo, & liberatori fortiſſimo à pleriſq; præponeretur.

Cæſar milites ſuos ſingulos nominatim compellabat.

Antoninus adeũtibus dextrã placidè porrigebat.

Quã à natura hæc ipſa virtus commendetur.

In periculis Principes pleroſq; ad humanitatẽ confugere.

Comitatẽ & Principatũ ſuſtinere labantẽ, & lapſũ erigere.

Principes difficiles, quo tãdẽ adducãtur, exẽplo Demetrij, qui qđ ſolũ ſupplices libellos reſpuerit, Regno eiectus eſt.

Quæ cauẽda in gubernantiũ comitate.

Caueat, ne nimia comitate aditũ improbis quibuſq; aperiat vt Andronicus olim, vel Chinenſium Reges aſſolent.

Nimia comitas haud facilè cauet ab adulatorib⁹.

conſuluit, & ſi diutius vixiſſet, peius ſaluti conſuluiſſet. Multa enim poſtulantibus ipſe promiſſis diues, omnia pollicebatur; cauſam rogatus reſpondebat: Non decere quemquam à Cæſare triſtem recedere; ſpecioſa vox magis, quàm prudẽs, ideoq; nec vera, immo nec vtilis Principi: nam quæ frugalitas, quod ærarium tot impẽdijs, tot erogationibus ſufficeret, ſi tã multorũ cupiditatibus ſatisfieret? Non igitur omnibus ſatisfacere poteſt Princeps; quocirca neque omnibus promittendum eſt; q enim voce promiſſum eſt, idem deberi ſibi exiſtimant poſtulantes; cum à læta fronte illuſos ſe animaduertunt, grauiſſimam indignationem concipiunt, iniuriaque affectos ſe arbitrantur, ſi beneficium denegatum ſit; & quamquam meritò negatum ſit, quod improbè fuit poſtulatum; poſtquam tamen promiſſum eſt, ſi non detur, fidem Principis accuſant; Poſtulatorum enim æquitatem ante promiſſa examinare prudentiæ fuit; alioquin Princeps aut temere promiſiſſe, aut fraudulenter iudicatur; ita nec lætus ab illo recedet vllus; quantumuis enim aureos montes polliceantur; non tamen, cum toties feſellerit, fidem faciet; Itaque & Veſpaſianus odio fuit, & cum paucos decepiſſet, nemò illi deinceps fidem adhibuit. Nec exiſtimet Princeps Regium eſſe multa polliceri, & per miniſtros, ne concedantur, impedire; qui vult decipere, promittit prolixè roganti; Litteras ſubſcribendas curat, Satrapæ, aut Quæſtori executio mãdatur, interim ea eſt forma litterarum, vt miniſtri intelligant, hominem ſpe inani duci, & verba accepiſſe. Qua quidem in re multa videntur damnanda; fides Principis proſtituitur, odium ingens illius, qui ludibrio exponitur, ſine cauſa contrahitur; Auctoritas apud Miniſtros vileſcit, numquam enim eorum fronte, numquam verbis credunt, à quibus tot decepti ſunt: ſit ergo Comitas Principis honeſta, grauis, & fida; hac non, vt Orpheus, feras; non, vt Amphion, ſaxa; ſed homines, qua velit ſequentes ducet, & facillimo labore vberrimos fructus colliget.

Eius vocẽ illã nõ decere quẽquã à Cæſare triſtem recedere ſpecioſam eſſe magis, quàm prudentem, & vtilem.

Cautionẽ in promiſſis adhibendã: quęcumque.n. ſibi promiſſa ſunt, ſibi ſoluẽda exiſtimãt poſtulantes.

Examinãdã antè ſponſionẽ poſtulatorum æquitatẽ, vt promiſſis ſtare poſſit, ne ſi promiſſum cogatur interuertere, ei fides abrogetur, vt olim Veſpaſiano.

Ne Regium cẽſeat Princeps multa polliceri, & per miniſtratores impedire, quominꝰ ſoluantur.

Ex huiuſmodi technis q̃ mala.

Comitate ſua Princeps alliciat ad ſe homines, nõ vt Orpheus feras, vel ſaxa, vt Amphion.

Quam maximè conducat Principi Maieſtas, maximeque obſit ſolitudo, & quæ requirantur ad Maieſtatem tuendam, ac conſeruandam.

CAPVT IIII.

INTER ea, quæ Principis Maieſtatem lædunt, ẽnumeratur immoderata facilitas, atque familiaritas, quippe quæ aditum faciat hominibus ad contemptũ, cum ex ęquali conſuetudine contemptio dignitatis oriatur. Ideò videndum diligenter, ne vſque adeo magna fiat facilitas,

Immoderatã morũ facilitatẽ, quæ maieſtatem lædit, vitandã.

facilitas,& quibuſuis prompta conſuetudo, vt iniuria inferatur Maieſtati, cũ hæc ſit extrema,& ſacra Principis anchora. Ad hanc retinendam crediderim conducere quandam moderatam facilitatem,in familiari enim conſuetudine ęgrè cuſtodit Princeps, illud neſcio quid de ſe auguſtæ opinionis. Quod vt Perſæ aſſeruarent, à conſpectu vulgi ſe remouebant,& raro ſui copiam faciebant; ideò nonnulli etiàm ſeceſſus, & ſolitudinem quærebant,quaſi maior è longinquo exiſteret reuerentia; Verùm prudentia, & arte quadam Ciuili moderanda hæc ſunt, videlicet, ſolitudo, & frequentia; Quid enim ineptius, quam ſi Princeps perpetuo deliteſcat,& vmbraculis potius viridariorũ, quam luce Ciuium delectetur? Vt de Rege quodam Indiæ non ſinè riſu legimus, qui præter vxorem, ac liberos,alloquitur neminem, videturq; à nemine, ſed domeſticus aliquis ex abditis locis arundine ori admota, ſolet adeuntium poſtulata referre; nec frequens ſit in populi corona, ne ue omnibus aditu facilis ſit, & expoſitus oculis,colloquijsuè ſubditorum. Quis talem Principem Imperio indignum non iudicet? Indignum eſt Rempublicam, & fortunas Ciuium, ei committi, qui alienis oculis vult vti. Qui enim Princeps non colloquitur per ſe ipſum, fallitur ſæpè per interpretes, non intelligit neceſſitates vrgentes, nec ambitioſorum factiones,nec oppreſſiones à magnatibus inflictas ſubditis, nec vlla eum capit cura adhibendi remedia malis,quæ ignorat; Immò mille fraudibus viam patefacit per ipſos interpretes, quos Imperij ſocios aſſumit. Nihil eſt iniquius huiuſmodi hominibus,aliud ſæpiſſimè referentibus,quàm reſpondetur. Colligunt enim ſe ſe, & conſilium de decipiendo Principe capiunt. Princeps,qui domi clauſus,voluptatibus deditus vera non nouit, cogitur hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur, eligit Iudices,quos non oportet, amouet è Republica, quos debet retinere. Quid multa? bonus, cautus, optimus venditur Princeps. Huic malo ſunt obnoxij, qui ſeceſſus quærunt, ac ſolitudine nimia delectantur. Hoc nouerat Alexander Magnus dùm dicebat mori præſtare, quàm precario imperare. Ille imperat quodammodo precario, qui otio mancipatus, ſe paucis committit hominibus,ijsq; ſocijs penitus ſe, ſuaq; credit.

Maieſtas anchora Principatus.
Hac in familiari cõſuetudine ęgrè cõſeruari.
Idcirco Perſarũ Regum moris fuiſſe, vt raro inſpiciẽdi vulgo admouerent.
Quæ incommoda oriant ex nimia Principis ſolitudine.
Quidã Indię Rex neminẽ vxore, & filijs exceptis alloquit, neque ab vllo videri vult, ſed arũdine auri admota ſolet adeuntiũ poſtulata excipere ab ore interpretis.
Similẽ huic Principẽ Imperio indignum eſſe.
Sæpè ipſum decipi ab interprete.
Quãti ſit rea plena periculi interpreti fidere.
Huic malo, qui Principes obnoxij ſint.

Caueat itaq; Princeps ne intuitu conſeruandæ Maieſtatis,nimiam ſolitudinem affectet, non enim eam tantum minuet; ſed penitus etiàm euertet: Præſtabit ſe ſemper arbitrum rerum; Sigillum ſuum, & ſignaturas, quas vocant, miniſtris ſuis temerè non concredet, cum infiniti abuſus, fraudesq; enaſcantur, nec ſubditorum libellis ſubſcribet, niſi omnibus rectè perlectis, & conſideratis; etenim ipſius imminuitur auctoritas, & ſæpè præmia, honores,dignitates,& id genus alia ſine vlla co-

Quid cauendum Principi, vt maleſtatẽ conſeruet.

gnitione

gnitione per huiuſmodi tabellas temerè diſtribuuntur.

Non ſemper adeũdus Princeps a ſubditis.

Non ignorent tamen ſubditi, non leuibus ſemper minimiſuè de cauſis Principem adeundum, tentent priùs, nùm miniſtrorum opera poſtulata audiri, ac negotia expediri queant. Nauis Salaminia, non propter minimos vſus educebatur, ſed ſolum ad Principes excipiendos. Sic Athenienſium Reſpublica Themiſtoclis illius opera non niſi in ſummis difficultatibus, & in cauſis illuſtribus vti ſolebat. Non quod maximis viris, cum opus eſt, rerum etiàm mediocrium functio parum conſentanea ſit, ſed quia, dum in rebus minutis curandis tempus conteritur, ea quæ maioris momenti ſunt, per iniuriam negliguntur, præterquàm, quod dum minoribus negotijs crebro conturbatur Princeps, auctoritas eius minuitur. In Imperio veluti fulcrum maieſtatis erit præſeferre aliquam grauitatem, cum humanitate, & morum facilitate coniunctam, nempè non, vt acerbus, ſed auguſtus appareat Princeps, ità vt, qui ei obuij fiunt, non eum metuant, ſed magis venerentur. Huic conuenit grauitas, & magnificentia, ſed ſemper rigor, qui ineſſe grauitati videtur, apta quædam ſuauitas, & ſeueritati, quæ magnificentiæ, videtur ineſſe, grata quædam popularitas, vt his quoq; rebus Imperio ſuo decus conſeruet; Et certè non poſſunt non valdè improbare eos, qui ſuadent omnino Principi grauitatem retinendam, quæ inſtar clypei propellat omnes expectantium ictus. Hanc ſuadent in verbis, ſuadent in geſtu: Subditorum enim mores conſiderantes verentur, ne illi nimia familiaritate Principis inſoleſcant, & ità difficilè in fide continere eos poſſe credunt. Sunt Barbarorum documenta, hæc ſunt Principum Axiomata, qui ſe Principes eſſe non norunt, qui fortaſsè infirmitate mentis, humilitatemq; generis omnia infeſta, grauitatem verò incompoſitam amicam eſſe exiſtimant. Quo magis Princeps dignitate, & nobilitate præit ceteros, quo plus ſuæ auctoritatis in ſubditorum opinionem inſtillare contendit, eo benigniorem ſe oſtentare debet. Præcipua nobilitatis pars eſt Comitas, quam ſuadeo temperatam.

Athenienſẽ Rẽpublicam Themiſtoclis opera nõniſi in rebus grauiſſimis vti.

Quæ conſeruent maieſtatem.

Reijciẽdam eorum opinionẽ, qui ſola grauitate, abſq; comitate Principi ſemper, ac in omnibus retinendã ſuadent.

Barbarorum id eſſe documẽtum, qđ eos tñ Principes decet, qui ſe Principes non noſcunt.

Conſeruat maieſtatẽ formę dignitas.

Ad maieſtatem facit formæ dignitas, quæ tanti à Barbaris hominibus habita eſt, vt magnorum operum non alios putarint capaces, quàm quos eximia ſpecie natura donaret; Non ſit tamẽ affectatus decor corporis, ſed naturalis, ſimplex, neglectus magis, quàm expeditus, non pretioſis adiutus veſtibus, ſed communibus, vt honeſtati, vel neceſſitati nihil deſit.

Aula probis nobilibusq; viris referta conducit maieſtati Principis.

Poſtremò conducit Maieſtati, aulam Principis, probis, nobilibusq; uiris eſſe refertam, nec credat decori eſſe numeroſam Aulicorum copiam. Affluentem tantum exiſtimet eſſe ornamento, ijs, qui ſummo Ingenij virtutis, experientiæq; nitore excellunt,

excellunt,ſciatq; eos,qui præ foribus deambulant,nullum aliud faſtigium quærentes,quàm crebris ſalutationibus,aſſentationibus,ac obſequijs humillimis Principem venerari, eſſe ei potius dedecori,quàm decori.Quid abſurdius, quàm ſemetipſum videre ſeptum ijs,qui tantum eum admirentur, & extollant, qui, ſi quid amari felicitati Principis miſceatur, ſępè deliteſcunt; ſuæ inſcitiæ quaſi tenebris inuoluti? Conditio Principis ex Aulicorum conditione dignoſcitur; & certè nullum præclarius ſignum arbitror inueniri poſſe,quod Principis indicet naturam, quàm illud, quod ex electione miniſtrorum, Aulicorumq; præuenit; quod ſi ij ignari, imprudentes ad quælibet propenſi ſcelera eligantur,indicium non optimæ mentis Principis erit, vti ſatis infirmæ,ac potius tumidæ erit, ſi ad aulam aſſumet, quos ignaros viderit,non expertos,rudes,nulliusq; indolis bonæ, ſed tantum aliqua nobilitatis luce fulgentes.Hæc ſeruanda ſunt Principi,vt ſuam maieſtatem conſeruet,qui ſi parum conſiderarit, dùm aut nimia voluerit vti familiaritate,aut ſolitudine, non euitabit pericula, quæ Imperium, ſi non euertere, ſaltem labefactare poterunt.

Aulicos ſolis ſalutationibus, & officioſis cõpellationib⁹ ſtudẽtes dedec⁹ non ornamẽtum aulæ.

Cõditionem Principis ex Aulicorũ cõditione dignoſci.

Tumidæ mẽtis indiciũm præfert Princeps,cũ Aulicos ſibi aſſumit ſola generis claritate cõſpicuos.

De Temperantia Principis in cibo,potu,ac ſomno.

CAPVT V.

IN Principum Aulis frequens eſt menſarum abuſus conquiſitiſſimis epulis Regio ſumptu inſtructarum, atq; vtinam ſemper abeſſet luxuria,quæ in manibus paratas ſumptibus eſcas, conchylia, piſces, auiculas peregrino aliquo guſtu commendabiles,ex longinquo etiàm accerſere adeò non veretur, vt huiuſmodi gulæ irritamenta Principe dignas, ac tantum nõ neceſſarias lautitias eſſe Princeps putet, in quo ſi pecuniarum tantum eſſet profuſio, ferendum fortaſsè eſſet malum in hominibus abundantibus celſioris fortunæ, ſed cum corpora hiſce corrupta delicijs,morbis inſuper corrumpantur,ſitq; in Principe viro ſanitatis,aut vitæ iactura, non ipſi dumtaxat, ſed toti etiàm Reipublicæ pernicioſa,quædam hic dicenda ſunt, quæ hanc peruerſitatem,ſi fieri poteſt, corrigant.

In Principũ mẽſis exquiſitarũ dapum quã frequens abuſus.

In ijs non tã pecuniarum profuſio,quã morũ corruptela, & iactura viriũ.

Illud ſtatuendum eſt, naturam paucis epulis eſſe contentam. Verè aureis ſeculis naſcentis mundi, homines ſaltem pietatis

Naturã modico cibo eſſe cõtentam, aurea nati primũ orbis tempora teſtari.

Quæ incommoda ex inexpleta fame ciborũ.

ſectatores à carne abſtinuiſſe ſcimus, frugibusq; ac pomis victitaſſe, quæ vel ſuapte natura, vel cultu prouocata gignebat tellus; & certè non negarim ſanitatem eam non euerti, quam ſimplicium ciborum vſus tuetur, ſaporum autem aceruatio, & varia condimenta corrumpunt; Apertè enim videmus Principem nimium gulæ deditum, nec viuere poſſe diù, nec ſanum eſſe, animumq; eius nimio ſanguine, & adipibus quaſi luto ità inuolutum, vt vigilans etiàm nihil cæleſte, ſed ſemper de ventris cogitet ingluuie; ità cum ſomno ſopitus eſt immoderato paſtu, potuq; obſtupefactus turbulentis iactatur ſomnijs, vt meritò humanæ mentis expers eſſe videatur. Nec deſinunt hic calamitates; Principis enim huius eneruatum, languidum, ac cera ipſa mollius eſt corpus, morborum turba obſeptum: Ad hunc Podagra illicò volitat, tumor membrorum, ſenectus immatura, capitis dolor, neruorum diſtenſiones, ac diſſolutiones, ſtomachi vitia, cibi faſtidium, aſſidua indigens Medicorum cura, aſſiduis medicamentis, quotidianaq; curatione. Quo fit, vt præſenti vitæ omnino ſit inutilis, vbiq; ridiculus, tàm in publicis, quàm in priuatis rebus habeatur; ſi inopinatus caſus acciderit, nulla ſit prudentia, quæ clauo aſſideat; ſi vigeat pax, nulla ſit tã boni fructus memoria, ſed è contrario tenax obſoniorum, ſiuè epulatũ; ſi belli fax vbiq; ardeat, nullus ſit periculi, neq; timor, neq; ſuſpicio. Amico nõ proſit conſilio, hoſti nequaquã ſit terrori.

Illicò morborũ in omnẽ intemperantiam coniuratas adeſſe cateruas. Publica ex inexhauſta hac ingluuie mala. In potu ẽt ſit ſobrietas. Quid detrimenti nimia vini potio afferat corpori. Indè mala moralia. Quàm difficilè ſit vini effectus ità coercere, vt in omnium lucem non exeant. Vas vini à Corinthijs recẽs electo Principi oblatum. Apud Carthaginiẽſes magiſtratus toto Imperij tẽpore vino interdictos. Sæpè vino fœdata Principum antè commẽdata facinora.

At non ſit ſobrietas tantum in cibo, ſit etiàm in potu. Multos Principes exterminauit vinum, largius enim in ventriculum infuſum, nec ſtomachi robore vincitur, vel edomatur, cor inuadit & cerebrum, totumq; corpus concutit, & rationis vſum adimit, morbisq; materiam, ac pabulum præbens, ſanitatem prorſus euertit, quin immò, cũ mero potatorum animi incaluere, ferui-diùs agunt, ſecreta pandunt, omnes ſimulatæ mentis artes excutiante vino. A nimio potu originem ducunt inimicitiæ, iniuſtitiæ, vulnera, mortes, & deniq; omnia, quæ inſanum à prudente viro omnino ſecernunt; Ignem nunquam abditum videbis, eius enim vis, ſiuè per calorem, ſiuè per ſplendorem, ſiuè per famam palàm fit: Vim ſibi quantum libet afferat Princeps, vini ſemper effectus erunt in conſpectu. Non alia de cauſa à Corinthijs oblatum vini vas electo Principi comperimus, quàm vt à vino ſe omnino temperaret, aquamq; ſuum potum toto magiſtratus tempore fore non ignoraret. Carthaginienſes ne inſoleſcerent, Magiſtratus toto Imperij tempore illis vinum interdicebant. Plura minimè digna factitaſſe nonnullos Principes videmus, quæ iàm clara, mirabili vini potentia tandem obſcurata reddidere. Alexander ingentia animi bona, illã indolem

qua

qua omnès Principes anteceſſit; illam in ſubeundis periculis conſtantiam; in rebus moliendis, efficiendiſq; velocitatem; in deditis fidem; in captiuis clementiam; in voluptatibus permiſſis, & vſitatis temperantiam, nimia vini cupiditate fœdauit. Miſerum certè oculis ſpectaculum. Vir ille inſignis, ætate florens, corpore robuſtus, obeundis in exercitu laboribus aptus, ſæpè domum, vt ità dicam deportabatur, nec erigere ſe ipſum valens, nec proprijs incedere pedibus. Et qui iàm præclaras victorias conſecutus fuerat, hoſtibuſq; omnibus non tantum terribilis, ſed victor fuerat; ridiculus ſæpè pueris videbatur, occaſionemque, vt ab omnibus contemneretur, præbebat, ſat ſine ferro, vulneratur, ſinè hoſtibus confoſſus.

Súma Alexãdri Macedonis virtutes, & indolem illum inter paucas præclariſſimas ĩ exhauſta meri libidine tãdẽ vltiatam. Qui, quoſcũque hoſtes ludibrio habuerat, ſæpè ridiculè excipiebatur à ſuis.

Cauendum præterea Principi eſt, ne plus temporis ſomno indulgeat, quàm par eſt. Eum corpori curando impendere, cui tàm multa negotia curæ eſſe debent, & ex quo tàm multi pendent, quibus cum Principe agendum eſt. Peruerſitas etiàm illa vitanda, quæ ex diuturno ſomno facilè exiſtit, vt ſcilicet officia lucis, noctiſq; peruertantur; quaſi verò turpe ſit, ac minimè Regium, niſi diem totum ſtertat, tuncq; tandem cum publica omnium incommodo ad ſe adeuntibus præbeat aures, cum ſe noctis tenebræ intenderint, noctem facibus, cereis, funalibuſq; vincentes. Hoc conſilio ſupremus ille rerum Opifex ſolis lampadem hominibus accendit, vt diurno tempore ſuis inſiſterent operibus, quemadmodũ etiàm poſt ſolis occaſum tenebras offudit, vt per nocturnam quietem, ſe ad ſomnum componerent, & vires fatigatas recrearent.

A nimio ſõno caueat Princeps.

Ex ſõno longius protracto, negotiorũ inuerſiones exiſtere. Statuta à Deo negotijs, & quieti tẽpora nõ præpoſterè habenda.

Si ab his non abſtinuerit Princeps; non ſibi tantum, verum ſubditis ſummum afferet damnum, ſumma enim ei ope nitendum eſt, vt valetudinem tueatur, in cuius periculo totius Reipublicæ ſalus periclitatur. Miniſtri non admittuntur; Imperium pro derelicto habetur; cogitationes, & conſilia ad vſum non rediguntur. Quemadmodum primum mobile, ſi minimè moueretur, conquieſcerent omnia, immò turbarentur; ità languente Principe querelæ oriuntur, non deſinunt iurgioſa verba, ſeditiones fiunt, & demum turbarum plurimarum tela pertexitur. Alexandrum Magnum accepimus ità frigiditate aquæ Cydni fluminis correptum fuiſſe, vt mortis immaturæ perſpicua ediderit ſigna. Ingens tunc ſollicitudo, & luctus erat in Caſtris, flentes querebantur milites in tanto impetu, curſuq; rerum clariſſimum Regem non in acie ſaltem ab hoſte deiectum, inſtare Darium victorem, antequàm vidiſſet hoſtem, ſibi eaſdem terras, quas victores peragraſſent

Quę incõmoda oriantur ſubditis ex intẽperantia Principis. Similitudo ĩ Principẽ intemperantẽ. Lãguẽte Principe, quę Populi ſollicitudo, quæ querelæ.

Ad id nobile magni Macedonis ĩ Cydno amne artuum honore penè expirantis exemplum.

Quid ſibi timeret exercitus Imperatore, vel extincto, vel morbo lāguēte, nec ſatis mentis compote.

Idem ſubire periculū, qui intēperantē trahūt vitā.

ragraſſent repetendas, omnia, aut ipſos, aut hoſtes populatos per vaſtas ſolitudines, etiàm ſi nemo inſequi vellet, euntes; fame, atque inopia debellari poſſe. Hæ cogitationes, non alia de cauſa, militum animos commouebant, niſi quia detento aduerſa valetudine Alexandro, quo intendebant, curſum victoriæ dirigere, minimè poterant; ſciebant videlicet arrepta quaſi ab aduerſa fortuna occaſione, Orientis Dominum Alexandrum minimè poſſe appellari; Conualuit tamen, & tanta ſuorum lætitia proſecutus felicitatem, totius ferè Aſiæ Dominus euaſit. Hæc manifeſtè indicant, quibus ſubiaceat Princeps periculis, cum ſuam vitam certo mortis periculo obijcit ob nimiam intemperantiam.

De temperantia Principis in voluptatibus, & de officio ergo vxorem, remedijsq; aduerſus libidinem.

CAPVT VI.

Popularium facta eminētiora notari Principum quæcūq; vel minima.

INTER Populares obſeruantur facta, quæ maioris ſint ponderis; at in Principe obſeruantur ſingulæ actiones, etiàm modicę, vtpotè quia in altiori, & illuſtriori loco conſtitutus, magis conſpicitur; & quia ob quotidiana negotia eius aula frequentatur, & ob neceſſarios ad eum aditus, vel amicorum, vel inimicorum, vel miniſtrorum, qui cum multi ſint, ſic & facilè in vulgus interiora quæq; effundunt. Atqui minima illorum errata in illis maiora apparent; vt in ſolido ſpeculo, & bene terſo, macula vel exigua citò deprehenditur, vt in pulcherrimo corpore næuus. Quàm verè turpe eſt Principem videre Veneri operantem, qui exemplo ceteris eſſe debet? Quid ſordidius, quàm eum ad vile ſcortum maieſtatem deijcere, cum poſſit honeſto matrimonio cuipiam honeſtæ matronę coniungi?

Minima eorum errata, magna videri.

Apta ad id ſimilitudo.

Quā turpè, quā indecorū Principē libidini inſeruientem.

Quātū dānū patiat Reſpublica ex intēperātia Principis ī rebus Venereis.

Indè ſępè Regnorū interitus.

Reipublicæ intereſt Principes, caſtè, pudicèq; viuere. Bellorum ac tumultuum cauſa, atque origo, euerſorumq; Regnorum multiplex, ſed frequentiſſimè libido fuit. Hæc cum habeat adiunctam contumeliam, iras, non niſi morte extinguendas procreat. Troiam mulier peregrina euertit. Ita-

liam

liam Lauinia, inceſtiq́; iterum thalami Troianis tradidere. Chilpericum Frãciç Regem adulterijs infamem Fredegundis pellex per Landricum interfecit. Rodericum Gothorum in Hiſpania Regem filiæ ſuæ violatorem, Iulianus vir nobilis grauiſſimo bello petiuit, ſicq́; Saracenis, & Mauris in ſocietatem adductis, victis Gothis, cęſis ſepties centenis millibus hominum durisſima, & diuturna ſeruitute preſſæ ſunt Hiſpaniæ. Quid memorem Veſperas Siculas è quibus penè vna hora Galli cæſi, atq; ad Cõſtantiam Federici vxorem ius Regni translatum eſt. Cauſa verò Præfectorum, ac militum laſciuia. Duas res ægerrimè mortales ferre ſolent, damna, & contemptum: in parentum, coniugum, fratrum, propinquorum mortibus eruditæ ſæpè ac fictæ lacrimę fluunt: Cõtemptum ſui, & contumeliam pręſertim damno iunctam, quiſq́; multò aſperius accipit. Summam verò contumeliam in ſua, vel ſuorum pudicitia prępta ſibi factam interpretatur, quia magni illam facit; aut ſanè videri vult eam magni facerę, cum ſummum ſit dedecus in ſuorum pudicitia eſſe negligentem. Virginius filiam, quàm Appius Claudius datis contra libertatem in ſeruitutem vindicijs, ad ſtuprum expętebat; occidit, dignius exiſtimans eſſe pudicę intęremptorem, quàm corruptæ parẽtem. Eodem ſpiritu Pontius Aufidianus filiam à Pædagogo corruptam, poſtquam ſupplicium de ſtrupratore ſumpſit, interfecit. Phędonis Athenienſis filiæ occiſo Patre in puteum ſe præcipitarunt, ne impudicè viuere cogerentur. Hoc ſanè incommodum magni faciendum eſt. Verũ quod menti Principis affert libido, non minus leue eſt iudicandum. Mentis enim lumen, quod in animis noſtris diuino beneficio ſignatum eſt, obſcurat, dùm de limoſa carnis concupiſcentia nebulæ teterrimæ extolluntur, quibus quaſi velum obtenditur; quo impediente intemperantiæ fœditatem, pulchritudinemq́; virtutis ęgrè admodum valet aſpicere, qui huiuſmodi implicatur voluptatibus. In Republica, in qua pudor opprimitur, luxuria datis habenis liberè exultat, cæcutientium ſtolidorum magnus eſt numerus: rarò horum bona, & fortia conſilia: nàm ne ipſe quidẽ Salomon, poſtquam ſe libidini dedidit, ſapienter, & politicè regnauit, ideoq́; magno odio omnibus fuit. Pudica Minerua fingitur, & Muſæ Virgines, quia caſtitas non modo ſapiẽtiæ comes, ſed etiàm cauſa, & conſeruatrix eſt. Quorum mentes turpitudinum illecebris occupantur, ij ſerias concipere ſtudiorũ cogitationes nequeunt.

Ne tamen infecto animo, minimè infectum arbitretur Princeps corpus; ſciat multis ægritudinibus corporis eſſe obnoxios eos, qui turpibus ſeruiunt voluptatibus, vitæq́; ſpatia illis fieri contractiora, quàm pro corporis conſtitutione, & viribus, qui-

Ad id exempla antiqua, & recẽtiora.

Mortalibus quibusq́; ęgerrimè ferę sũt damna, & cõtemptum. Sũmũ contẽptũ, ſeù contumeliam in ſuæ, vel ſuorũ pudicitiæ inulta macula ſtatuunt.

Virgini⁹ maluit filiã interimi, quàm fœdari.

Põtius Aufidianus ſupliciũ de filia ſimul, & adultero ſũpſit.

Phedonis filiarũ, vt pudicitiam ſeruarẽt, facin⁹ audax.

Aliud incõmodum ex Intẽperãtia Principis.

Mens humana huiuſmodi voluptatib⁹ hebeſcit, & cęcutit.

Salomonis exemplum.

Cur fingant pudica Minerua, & Muſæ Virgines.

Inſecto animo infici ſæpè corpus.

Libidine robur deperdi, & virtutem omnẽ eneruari.
Plura populorũ exẽpla.

bus à natura fuerant inſtituti. Si nimium huic malo ſe dedat: robur illicò deperdet, & femina mollior euadet. Perſæ fortes, & agreſtes, vicere Babylonios viros, vt ità dicam, meretricios: Perſas iàm eneruatos oppreſſit Macedonum ruſtica durities: illos Romani nondum vulgatis libidinibus imbecilles. Hos Vandali, Gothi, Hunni, aliiq; Barbari proſtrauere, donec, & illi fortioribus ſuccumberent.

Quãta ratio pudoris haberi debeat à Principe.

Si ratio pudoris non habeatur à Principe, nulla ferè proles erit, quæ ſpuria quodammodo non ſit futura. At quod commodum; quæ pax Reipublicæ? innumeri ſpuriorum coetus, in quot diſtrahent partes Rempublicam? Plurimi matrimonia fugiunt, non amore caſtitatis, ſed licentia ſcortandi. Suo tempore tantam fuiſſe Romæ corruptionem tradit Seneca, vt nulla nuberet niſi, vt irritaret adulterum; Meſſallina, libidinoſa, & intemperans femina ceteras quoq; feminas cogebat luxurioſè, & petulanter viuere, efficiebatq; vt multæ in ſuo Palatio viris ſuis præſentibus, ac videntibus cum adulteris coirent, earumq; viros ipſa diligere, ac honoribus, dignitatibusq; augere; ceteros, qui id non paterentur, odio habere, ac modis omnibus perdere rectè duxit. Quæ cum ità ſint, Principem iàm clarè videre ſentio tantam libidinem, vti omnium malorum radicem effugiendam, temperantiæq; turpitudinem, vti honori, famæ, corporisq; ſaluti plurimum aduerſam.

Romę olim quæ morum corruptela ex Seneca.
Meſſalinæ libidinis fœdiſſimę ſugillatio.

Quomodo cum vxore Princeps gerere ſe debeat, poſtquàm matrimoniũ ſuaſit neceſſitas.

Amor vnius coniugis vigeat, ſubiectarum omnino reſpuatur libidinis ſitis: propriæ coniugis reſtinguatur, non alienæ vſu; ſcortorum conſuetudine minimè vtatur, pecunias effundendo per concubitum, vires exhauriendo, ſubditos contumelijs laceſſendo. Verùm ſe nimium ne dedat vxori: ſæpè hæc blanditijs fallit maritum, qui ni ſui curam habeat, facilè in ſeruitium prolabitur, & potiùs vti mancipium deſeruit, quàm thori conſors.

Caueat, ne dũ blandum vxori ſe exhibet, eius blãdimentis irretitus libertatẽ amittat.

Non ſuadeo tamen ſuperbiam, quæ animum vxoris deijciat; ſuadeo pacem, concordiam; ſuadeo vnanimem conſenſum; coniugi deditum eſſe volo Principem, ſed non illius obnoxium Imperio; turpè ciui, turpius Principi. Quid intereſt, an femina gubernet, an verò qui gubernat, à femina regatur.

Idem planè Regnũ à femina gubernari, ac Principẽ à femina regi.
Remedia libidini auerruncandæ.

Huic peſtifero morbo, de quo ſupra plura adhibentur remedia. Curet Princeps, ne oculis, ne auribus occurrant, quorum venena animum, & corpus inficiunt. Conſuetudo audiendi, & ſpectandi, etiàm faciendi licentiam ſumit; omnia luxuriæ irritamenta e medio conetur tollere; ſpectacula impudica: Choreæ periculoſæ; feminarum laſciui in publico conſpectus, multo magis proſtibula effugiantur; an autem hæc admitti, ſiuè permitti aliquando poſſint, hic non diſputo. Nec illecebras modo auferendas cenſeo, ſed impedimenta etiàm, ac frena luxuriæ,

Non modo libidinũ irritamẽta cauẽda, ſed in-

inijcienda

inijcienda duco. Seria cogitatione, operibus, laboribus, occupentur omnes: Otium exulet, in vacuo pectore regnat amor. Aeruginem tàm mordacem, motus, agitatioq; non admittit. Negotio hoc vitium diſcutitur; vera cura tàm vanam ſollicitudinem diſcutit; Vt peſti, ità impudicitiæ vitandæ Princeps inuigilet; ſeueritate legum, inſolentiam libidinum coerceat. Plato Imperium libidine inflammatum, ratione moderandum, legum metu coercendum monet, non modo autem adulterium, ſed & omnem ſcortationem morte damnat. Marito in adulterum Ius vitæ concedit, quod etiàm noſtræ leges ciuiles non puniunt; Iuſto enim dolori pœnas remittunt, quod & Patri in filiæ corruptore permittitur, ità tamen, vt nec filiæ parcat. Apud Parthos grauiſſimè adulteria puniebantur, vxores feminasq; ceteras domi concludebant, fortis lex eſt ſi Præſidem adiuuãtem habeat. Si Neroniana luxuria regnet; ſi Caius Lupanar in Palatio erigat; ſi Meſſalina cogat, quid poterunt miſeræ leges? Quis damnabit, quod facit Imperator? Quis fugiet, quod imperat coniux Auguſti? Sit itaq; exemplum in Principe; ipſe ſit, qui ſe tanta præditum virtute glorietur, ſciatq; etiàm ſe perditum iri, & quaſi præcipitem caſurum; & ni ſua auctoritate obuiam eat libidinibus per leges, omnia flagitia regnatura, futuramq; Ciuitatem magnum Lupanar, facillimeq; tandem oppreſſum iri cum maximo Reipublicæ detrimento.

contraria iis ſtudia entẽdum.

Platonis mõnitum, & mãdatum in libidinatores.

Quid legibus aduerſus adulteros cautum ſit.

In adulteria apud Parthos ſeuerè animaduerſum.

Quid ſi libidinatores Principẽ patrocinatorẽ habeant.

Principẽ eſſe debere ceteris caſtitatis exẽplum.

De fortitudine Principis & animi magnitudine.

CAPVT II.

FORTITVDO moralis eſt virtus, per quam animus erga ea, quę ſunt terribilia, ità rectè ſe habet, vt neque prauè timendo, neq; timere audendo deſiſtat propter illa ab officio rectè rationi conſentaneo. Cùm igitur hoc ſit virtutis huius officium, ſatis intelligitur corporis imbecillitatem, viriumq; tenuitatem impedimento eſſe non poſſe, quominus fortitudinis laudem conſequi poſſimus, & tueri. Non enim in viribus corporis, & lacertis fortitudinis gloria eſt, ſed in animi virtute. Principem ſatis ornatũ velim ex animi magnitudine, ac fortitudine; quæ ſuper alios eũ extollat, quæ animi præſtantiã inſignem non alijs cõmunẽ præſeferat, quæ inſignes præclaraſq; res ſubminiſtret; Qui.n. fortis eſt, alijs eum etiã virtutibus præditum cenſeo.

Quid ſit fortitudo, & quale eius officium.

Fortitudinis gloriam nõ in robore corporis, ſed in animi ineſſe virtute.

Fortitudinis pars duplex.

Hæc præcipuè in duobus conſiſtit. Primùm, vt non timeamus, deindè, vt nimium non audeamus. Quid enim fortius, quā omnes animi motus rationi ſubigere, proprias voluntates abijcere, & contemptis viſibilibus, ea, quæ non videntur, amare?

Fortitudinis dignitas.

Quid præclarius, quàm animum ad excelſa quæquè intendere, nullis fractum difficultatibus, obuia quæq; facilia habere, nullius periculi anxium omnia audere, non ſui gratia, ſed Reipublicæ? Hic eſt trames, qui ad ſiniſtram timore non deflectit, nec ad dexteram temeritate, ſi in eo rectè veſtigia imprimat Princeps, ne declinet, vbi hoſtem reperiat, ſuum feliciſſimè conficiet iter.

Similitudines à Nauarcho à Palma, ab Adamante.

Nauarchus ſua extendit vela, clauo aſſidet, ne inter ſcopulos allidatur nauis, fortem eum eſſe decet, vt procellis aſſuetus, nauim gubernet, vbiquè ipſi conſtans feliciori etiàm tempore vtatur. Palma, quo magis premitur, eò altiùs attollitur. Adamas ſui duritie malleum elodit, ab igneq; ne lædi quidem ſe poſſe gloriatur. Sic Princeps tàm ſui conſtans, vt moleſtiarū procellas, onera, ignes pro animi ſui robore nihil ducat.

Principis fortitudinē non uulgarē eſſe deberē nec ijs occluſam terminis, quibus priuati cuiusq; uirtus circumſcribi poteſt.

At hic non ſubſiſtat animus Principis; ad altiora intentum velim, non quæ virum deceant, ſed quæ Principis augeant maieſtatem. Nec ijs finibus circumſcripta huius geſta crediderim, ex quibus priuatus vir egrediens, ſibi aliquam paret gloriam, ſed ex quibus exiens Princeps ſummam ſibi conciter laudem, atque ob res à ſe præclarè geſtas in omnium veniat admirationem.

Magnum Macedonem 30000. pellitū, & 5000. equitum immenſa terrarum ſpatia ſubegiſſe.

Alexander Magnus parua peditū triginta millium, & equitū quinq; millium manu vniuerſum penè orbem terrarum deuicit; vtrum ſit admirabilius, quod vicerit, an quod aggredi auſus fuerit, incertum eſt

Quin admirabilius.

Princeps, qui pericula non perhorreſcit, vt aliquid excelſi gerendo ſe verè Principem intuentium oculis præbeat; non ſatis hoſtem debellaſſe dicendus erit, ni aliquid excelſiſſimū prius animo volutarit, quod omnino profligauerit animi inquā perturbationes, quas ſub pedibus ſubijcere glorioſum magis eſt, quàm hoſtium vires omnino contundere.

Fortius, & excelſius eſt facinus animi ſeditiones opprimere, quàm hoſtes ſubigere.

Si Princeps cum hoſte dimicet, communis eſt cum militibus victoria, at ſi cum ſuis affectibus manum conſerat, victoriamq; reportet, ſolus triumphus, ſola gloria ei debetur. Aliorum Dominus, ni prius ſibi dominetur, ne vtiquam dicetur Princeps.

Inter quæ extrema uerſetur fortitudo.

Verùm hæc virtus inter duo extrema ſuam ſedem habet, alterum quidem, quod hominem deterret, alterum verò temerè ad inconſiderata propellit. Munus itaq; Principis eſt, vt frenum inijciat nimiæ audaciæ, timoriq; laxet.

Temeritas primum extremum.

Temeritas, quæ primum extremum dicitur, ſæpiſſimè ſub fortitudinis veluti alis latitat; quidquid perpetrat criminis, huic veluti reæ impingitur. Vti laudabilem fortitudinem cenſeo, quæ rectè exercetur, ità non ſanè conſiderandam eam duco, quæ alterius indumētis

perſonata

perſonata maiora aggreditur, quàm à prudentia omnium rerum rectrice præſcribitur. Audax huc, illuc curſitat, nulla euitat pericula, dummodo omnia ſuæ cedant ferociæ, nihil animaduertit; omnia difficilia facilia cenſet, & quemadmodum Deus ſuperbum ſola ſuperbiæ pœna afficit, ità audacem ſolo ſuæ temeritatis flagello plectit; dum enim audax vuas colligere ſperat, ſępè racemos acerbos colliget; dùm honorem quærere contendit, ex nimia temeritate dedecus parat. Antequàm autē Princeps, quid magnanimi contendat, ſępè, ac ſępius ſecum ipſe perpendat, quæ gerenda in animum inducat, nec ſolum vnica contemplatione contentus iterum repetat, conſideretq; an expediens famæ, & exiſtimationi, an ſaluti proſpectum, at ſi quid dāni imminere ſibi præſentiat, vt pedem offendat, prorſus caueat, impetusq; ebullientes cohibeat, non ignorans temeritatem, nō benè penulatam fortitudinis pallio non poſſe incedere. Qui equum conſcēdit effrenatum, ſummo ſe exponit vitæ periculo; ſubijciens ſe indomitæ beſtiæ temeritati, maiori ſe periculo ſubdit Princeps, cum ſe totum huic dedit vitio.

Audax oīa temerè aggreditur.

Solo temeritatis ſuæ flagello plectitur.

Nihil aggrediatur Princeps, niſi pręmeditata, & ſeuera mētis cōſultatione deliberatū.

Animi impatientis morę impetus cohibeat.

Ad id ſimilitudo.

Ira, & celeritas ſunt, quæ temeritati tamquam ſulphureo pulueri ignem admouent. Ab his ſi manum dimouebit Princeps; ab his audacia tanquam ſocijs deſtituta, quidquam inconſideratè non audebit. Sunt plures ità ira exardeſcentes, ità in ſuis actionibus vehementes, vt prima ægrè ferant conſilia. Scio celerem executionem minimè damnari, ni tamen iracundiæ calore ſuffocetur: Illum fetum, qui nimis feſtino tempore exit in lucem, nunquam victurum crediderim, cum natura conſtituerit ordinem, quo quæque animantia ſuis temporibus in lucem prodire debent. Illi partus, qui præpoperè exeunt à Principis mēte in lucem, ni rectè à ſano conſilio efformati fuerint, fiunt præcipitum executionum abortus, quibus denegatur illud vitæ ſubſidium, quod anteà in procreatione parabatur; Feſtina lentè; ſat citò, ſi ſat benè. Citò conuolat negotiorum exitus, at lætitia, quæ ex hoc concipitur, nunquàm interit, perpetuoq; viget. Romani, qui tandem in militarem rem incubuere, iracundos, audaces, inconſideratosq; nunquam præficiebant, non enim cōmittendam belli ſummam cenſebant, niſi eis, qui ſummam fortitudinem non fuco temeritatis illitam, ſed vndiq; collucētem præſeferebant; Audacioribus etiàm militibus iubebant venam ſecari, quæ non tàm pœna, quàm medicina fuit, vt ſuperflua ſanguinis parte detracta, magis ſe intra rationis clauſtra continerent.

Quā noxiæ. Ira, & celeritas.

Fetus, qui tēpus pręuerterint, faciliè interire.

Conſilium præproperū tanquā abortum.

Feſtina lēte. ſat citò, ſi ſat benè puerb.

Audaces à munijs imperatorijs apud Romanos interdicti.

Apud eoſdē, ijs etiam ſecandi venā morē increbuiſſe.

Timor verò, qui dicitur alterum extremum, eſt infidelis recti magiſter. Non tàm ab audacia alienus eſſe debet Princeps, quā à timore. Huius imperio, ſi cum nimium ſuas vires exercere

Timor alterum extremum.

paritur

Timoris quã ſæua tyrannis.

patiatur Princeps; nil aliud crudelius eſſe arbitror. animũ enim Principis ità corrumpit, vt eius virus etiàm protendat in quæcumq; ſe offerunt periclitanti, tàm ferum, tàm ſerox dominatur, vt ſi vna tantum vice non benè ſe compreſſum ab hoſte viderit, ſtatim hunc aggrediatur, vt omnino proſternat, huiusq; prædam faciat. Cenabat Theodoricus Oſtrogothorum Rex, & dùm in epulis cuiuſdam piſcis caput miniſtraretur, credidit Symmachi caput olim à ſe ipſo interfecti; qua re tantus eum inuaſit timor, vt ſtatim vitam cum morte commutarit. Nullum pati inter procelloſas maris aquas nauſragium; ſeq; inter pericula intrepidum oſtendere; eſt quid diuinum: Ideò Princeps impauidum ſe ſemper præbeat cuiuſcumq; triſtis euentus contemptorem. Metum ſemper odio habeat; nunquã hunc clauſtra ſui cordis ingredi patiatur; nàm ſi; ibi ſpatiari contigerit; ſemper ibidem erit idem, & cuncta euenientia incutient timorem; totus enim cibus, qui à ſtomacho birioſo aſſumitur, in bilem ſatis apertè conuertitur. Non inficior tamen aliquẽ metum habendum, qui non egrediatur moderati metas; Illæ epulæ, quibus aliquid ſaltem condimenti non fuerit admiſtum, ſuauẽ guſtui non afferunt ſaporem. Diſcretus metus iracundiam temperat, iram cohibet; aſſiduus verò, & acer, & extrema admouens in audaciam mouet, & omnia experiri ſuadet.

Theodorici Oſtrogothorum Regis mors, ex ſubito metu ſibi ſuborto, dum caput piſcis contẽplatur auidius.

Dignitas animi imperterriti.

Vis ſumma timoris.

Aliquid timoris fortẽ virum ac magnanimum nõ dedecere.

Ex his itaq; ediſcat Princeps, quanti honoris, ac ſalutis ſit à ſe abijcere timorem. Pernicioſum ſanè exiſtimo, ſi contigerit turbulento aliquo tempore Principem præſeferre quẽdam veluti timorem. Quod dedecus? quod damnum? Si ſubditi pallentem Principis vultum videãt, ſi turbantia conſilia agnoſcãt? Pauidus Princeps plus damni affert, quam ſi eſſet vita defunctus. Hic ſilet, & nullum affert damnum; at ille ſuo vultu, ſuisq; verbis ad timorem impellit, ſi caput non ſubſiſtit, quæ membra ſuo defungentur munere? ſi nimio timore veluti vapore laboret Principis caput, quæ conſilia ſubiectis? quæ auctoritas militibus?

Quantũ conducat Principi expellere timorem.

Pauidũ Principẽ in turbulenti tẽporis peruerſitate maiori dãno eſſe, quam ſi eſſet vita functus.

Hæc tamen præcepta ad prudentiæ normam dirigantur, rectum à malo huius eſt diſtinguere; Hac duce quæ effugiẽda, quæ verò cõmittenda, edocetur Princeps, ne nimia audacia prolabatur in temeritatem, nimioq; pauore in puſillanimitatẽ. Perdiccam habebat Alexander, quem tàm fortem prædicabat, vt in antrum Leonis prodierit, quaſi ſecum eius pellem ablaturus; At hæc non fortitudo prudentia deſtituta. Nec ſanè laudarim Calanum Indum Philoſophum, qui cum iàm plurimos annos vixiſſet, tandem vitæ tædio voluit ſe comburere. Hæc enim non fuit fortitudo, nàm cum vitam penè odio haberet, morti ſe tradidiſſe fertur. Viri fortis eſt pericula non pertimeſcere ſupra

Oĩa à prudẽtia dirigi oportere.

Perdiccæ in cõcuſſũ animi robur ab Alexãdro cõmẽdatum, ꝙ Leonis cubile penetrarit temerarium verius, quàm fortẽ.

Calanũ Indũ ob id minimè fortẽ, ꝙ vitæ tædio affectus libẽs ſe dederit flammis.

vires

vires iuſti timoris, nec ijs obuiam ire ſola ductum temeritate; Principis fortis eſt, pectus habere: Principis, timore in aduerſis non affici, in proſperis nimium non ſuperbire; fortitudo eſt Medicus, qui vulnera ſanat animi; ventus, cuius aura recreatur Princeps, Planta, cuius viribus tota fulcitur vita; ſi rectè cultam videbit, ſemper benè hærentem vitam, nunquam collapſam intuebitur.

Similitudines ad fortitudinis vim.

Poſtremo hoc vno concluditur, ad hanc virtutem omnia ferè præcepta Principi tradita redigi. Huic aſſueſcat, hanc imbibat. Apud Perſas pueri, qui ferè quintum erant annũ egreſſi, vſq; ad duodecimum ſolum tractare equos addiſcebant; ijs tranſactis, arma capeſſere, vti tunc neceſſitate coacti ad prœliandũ. Nōdũ egreſſus erat nonum annũ Annibal, cũ ad bellũ in Hiſpaniã eſt profectus, vbi bellicam artem addiſceret, qua ſæpiſſimè ipſe à Romanis non paucas excuſſit lacrimas. Alexander nondũ duodecimum attigerat annum, cum in acie degebat; quo in militari ſtudio, quantum profecerit, ſatis apertè loquuntur hiſtoriæ. His exemplis ſtudeat Princeps ſuum exornare animum; curſui, equorum tractationi natatui, ſe aliquando dedat. Iam caſus plures ſæpè accidunt, quibus quaſi neceſſitate quadam harũ exercitationum remedijs vti cogatur, de Coclite ſatis nota hiſtoria. Romani in Campo Martio magiſtratus habebant, qui plures edocerent diſciplinas, natandiq; artem, quam magni faciebāt, cum aquæ periculum tàm Principibus, quàm alijs ſoleat imminere. Ex his itaq; concludo Principem ſui anxium eſſe cautum debere in periculis, cum mortis pericula propter Reipublicæ ſalutem non perhorreſcere ei incumbat, excelſaq; tantum aggredi, quæ ab honeſto non ſeiungantur, mediumq; ſtare inter audaciæ, timorisq; limites, quaſi omnium ſuarum perturbationum Dominum, ac Domitorem.

Ad hãc virtute oĩa redigunt pcepta. Quæ puerorũ exercitamenta apud Perſas. Annibal nonum agẽs annũ in Hiſpaniã vt ibi armorũ rudimēta poneret, ſe contulit. Alexãder antè duodecimum annum degebat in caſtris. Natãdi artẽ, & equos tractandi addiſcat Prĩceps. Romæ in Cãpo Martio Magiſtratus haberi ſolitos qui inter cetera exercitamenta natãdi artẽ Tyronib' traderent. Poſtremo Princeps ſit cautus, in periculis nō tã meticulos', & quæ aggrediſ, honeſta ſint pariter, & excelſa.

Quàm neceſſaria ſit Beneficentia Principis, & quibus, quomodo, quantum, & quo tempore ſit donandum.

C A P V T VIII.

DE beneficentia illud in vniuerſum dici poſſe videtur, radicem illam eſſe bonorum omnium; nàm ſi auaritia verè radix omnium malorum dicitur; ſanè beneficentiam, quæ cum illa aduerſa fronte pugnat, non immeritò omnium bonorum radicem nuncuparim. Principis ideò præcipua cura eſſe debet, vt Imperium, quod à maiori-

Beneficentia bonorũ omnium radix.

bus

bus ſuis accepit, aut propria comparauit virtute, omnibus, quibus iure poteſt, artibus ſtabiliat, eaq; omnia demoliatur, quę minus firmam illius poſſeſſionem, minusq; aut à domeſticis, aut ab externis bellis ſecuram reddunt. Hoc autem beneficentia præſtet in primis; Illius enim Principis magnitudo ſtabilis, & fundata eſt, quæ ità à ſubiectis Populis diligitur, vt nihil aliud publica expetant vota, quam eum incolumem eſſe; non enim corporis ſtipatores; nõ armati ſatellites; non munitarũ arcium muri cum odio proſequentium ciuium vim ſatis arcere poſſunt, quæ aut ſibi facilem aditum inuenire non neſcit, aut ſi omnia clauſa reperiret, & obſepta, effringere, tamen quidquid obſtat, poteſt, ijsq; quos odit, parare perniciem. At verò ciuium beneuolentia certiſſimę ſecuritatis parens eſt, quæ nullis artibus facilius conciliatur, quàm beneficentia, multi namq;, vt Principis ope indigent, ità ad illius amicitiam obrepere ſatagunt, illiq; benè eſſe deſiderant, vt illius liberalitate quam diutiſſimè frui queãt. Neque verò fucatam hanc amicitiam dixeris tàmdiù duraturam apud homines iuſtos, quamdiù ex Principis fontibus aliquid ſe haurire poſſe ſperabunt; qui ſi repẽte exaruerint, etiàm amicitia ad eum diem liberalitate irrigata, penitus exareſcet: Vt enim concedam initio Principis magis virtutem iſtos ſuſpicere, & amare, quàm propria commoda conſectari; nón tamen adeò sũt dura hominum pectora, vt beneficijs continuis, aut repetitis nõ molliantur, eosq; quos prius vtilitatis tantum aucupandę cauſa colebant, etiàm ex animo beneuolentia complecti non incipiant, cupiantq; ſi ſe dederit occaſio, in eos, à quibus beneficijs ornati ſunt, non tantum beneuolam mentem oſtendere; ſed etiã regerere beneficia. Hæc eſt præcipua tantę virtutis vtilitas, quæ maximè Principi conuenit, eſtq; maximè decora, quia gratioſiſſima virtus in tanta materiæ amplitudine, diuina penitus videtur. Huius duo ſunt genera, vnum dandi beneficij, alterum reddendi; Illius ratiò duplex eſt, aut enim opera fit, aut pecunia. Hominis natura hominibus prodeſſe iubet, ac Principem in ſublimi locauit, vt magnitudinem ſuam benefaciendo demõſtret. Largus itaq; ſit Princeps, in beneficentiaq; modum rationẽq; ſequatur, non impetum.

Fundamẽtũ, & ſecuritas Principatus beneficentia veriùs, quã alia quæq; munimenta.

Beneuolẽtiã beneficentia conciliari.

Beneuolẽtiã populorũ, q ex inexhauſtis beneficẽtiæ fontibus ſua duxerit incrementa; præclari⁹ qd ſecutã ī dies augeſcere.

Beneficentiæ vtilitas, & dignitas.

Duplex beneficentiæ genus, alterum dãdi, reddendi alterum.

Delectum in primis habeat eorum, quibus donet, nàm in vulgus temere munera effundenda non ſunt, ſpecie liberalitatis nõ ſunt alenda otioſorũ vitia; fæda corruptio plebis Romanæ erat frumentatio, ac uiſceratio: Subroſtroriam, ac Theatralem turbã omnibus in vitijs ad ciendos tumultus idoneam ſaginabat luxurioſa ambitio. Ego ne Perſarum quidem morem probarẽ, apud quos primum poſcenti Regem, nihil negare moris erat; potuit etiàm, vt eſt hominum malitia, aliquid cum flagitio, aut iniuria

Erga quos potiſſimum exercenda ſit Principis beneficentia.

Relectus Perſarum Regis mos in beneficentiæ abuſione.

coniun-

coniunctum peti, cogiq; nouus Rex, vel ſcelere initia dedecorare, vel contra receptum more cum ſugillatione auaritiæ poſtulata denegare. Sæpè grata eſt, & Imperio firmando idonea beneficientia; familias veteres nobileſq; fouere, Ciuitates afflictas ſubleuare liberale quidpiam habetur, Propterea magno Tiberius odio fuit, ob quoſdam nobiles, non ſuo vitio, ſed fortunæ iniquitate ſuperbè reiectos; nihil enim tàm miſerum omnibus videtur, quàm nobilitas abiecta, omnes fauent, omnes miſerantur; interdum, & inimici; Itaquè, & omnium animos afficit præcipuè in nobiles, & potentes glorioſa Principis liberalitas, cum difficilè dictu ſit; Quantum amoris ſibi Princeps colligat, ſi innocentes, bonoſq; viros, quos inops nobilitas grauat, natalium honori pares faciat. Nero lentæ, alioqui, & ſæuiſſimæ naturæ Princeps ſub initium Imperij, neque liberalitatis], neque clementiæ, nec comitatis quidem vllum omiſit argumentum: Senatorum nobiliſſimo cuique, ſed re familiari deſtituto annua ſalaria, & quibuſdam quingena conſtituit. Validiſſimum omnino Regiæ dominationis arcanum eſt Principem in nobiliſſimum quemq; beneficientiam exercere, cum nihil glorioſius, vtiliuſq; Principi accidere poſſit, quam in ſua ditione quamplures nobiles opibus florentes habere; & ideò qui præ ceteris ſapuere Principes, omnem ad id adhibendam eſſe induſtriam exiſtimarunt, vt antè omnia nobilitatem in ſuo Principatu ſartam tectam conſeruarent, vtq; matrimonia inirent, ne familiæ extinguerentur, eò tantum intuitu, vt quo illuſtrioribus imperarent, eo ſibi maiorem gloriam imperantes vendicarent. Sæpè dare Potentibus haud illiberale cenſeo. Cum enim cupiditas ſit incitatior, & multis egeat potentum ſumptuoſa vita, eos conciliare muneribus liberalitatis eſt, alienare verò negligendo auaritiæ. Erga benemeritos ne poſt habeatur à Principe, inquam, beneficientia, (quod ſanè eſt altera ratio reddendi beneficij). Archelaus Macedonus Rex, cum ab ipſo poculum aureum poſtularet quidam inter cœnam, qui nihil honeſtum ducebat, præter quàm accipere; miniſtro imperauit, vt id Euripidi daret, & hominum illum intuitus, Tu quidem, inquit, dignus es, qui poſcas, nec accipias. Hic verò dignus eſt, qui etiam non poſtulans accipiat: pulchrè declarans non ex pudoris arbitrio, ſed ex iudicij delectu donationem, & largitionem eſſe faciendam. Princeps certè ſuam operam quaſi omnibus poteſt polliceri, ſed impertiri ijs, apud quos optimè poſſe arbitretur. Præmia itaquè circumquè conſentanea ſunt à Principe concedenda. Nonnullis optimè meritis, ſiuè ex diutiſſima opera præſtita, ſeu

Munificè imprimis tractãdæ familiæ nobiles fortunæ iniquitate depreſſæ.

Odiũ cõmune in Tiberiũ ex hiſce ſuperbè reiectis.

Nero Primo Regni quinquennio apprimè munificus, & clemens.

Validiſſimũ Regiæ dominationis arcanum.

Quã glorioſũ Principi nobilib⁹ magna opum vi florentibus præeſſe.

Erga potentes liberalitas nõ negligenda.

Erga benemeritos præcipuè vſurpanda.

Archelai Macedonũ Regis p̃clarè factũ cũ Euripide, & dicterium in quẽdã muneribus ſẽper inhiantem.

Apta cuique donanda.

Quibuſdã ex diuturno famulatu ex

ſeù ex inſignibus dotibus, quæ ſui ſplendore cuiuſuis alterius faces obſcurant, non alioquin non gratus vultus, non hilaris frons, non promiſſiones ſatisfaciunt. Maiora debentur, quæ ſi non præſtita illiberalem reddunt Principem; Nonnullis argẽti, & auri munuſculis ſatisfactum itur, qui niſi re domeſtica benè muniantur, optimè de Principe mereri poſſunt; Nonnullis ſola gratia, fauoreq; Principis fit ſatis, & dummodo aliorum opinionem, qua aliquid poſſe credantur, ſuſtentent, ſuam cupiditatem expletam pœnitus agnoſcunt. Non omnibus omnia vel eadem conueniunt; Diſcernat Princeps, quid, & à quo petatur, parcius diuitibus, largius calamitoſis, reſtrictius importunis hominibus, vberius tandem ijs, qui bene de virtute merentur, eſt concedendum. Si hæc confundat Princeps, vtiq; indecorum eſt. Si pro magnis laboribus cuiuſcumq; Ciuis ingratus eſt, non modo eum capitalem inimicum reperiet, ſed & aliorum induſtriam retundet, efficietquè vt alio rſum reſpe- ctent, & quærant, vbi melius, & cum ſpe emolumenti ponant beneficia. Coriolanus ingratam patriam obſidione preſſit, Carbo per Barbaros oppugnauit. Narſes Longobardos Iuſtiniano impoſuit. Cautus itaq; ſit Princeps, & ità largiatur, vt neminem ſibi formidandum efficiat, honorificequè donet, firma, ſpecioſaquè. Qui verò accipiunt, debere ſe ſciant non modo gratiam, ſed legitimum vſum beneficij, vt videlicet ad Principis ſalutem illud conuertant.

Nec minus ſpectandum eſt, quid detur, Beneficientię eſt dare, non nocitura, non loquor hic de crudelibus muneribus, qualia erant Heliogabali, qui munera ſpargebat, vt concurrentes ſe ſe mutuo obtererent, & militum ſectis confixi interirent, ſed de illis quæ occultius nocent, qualia erant Veſpaſiani, qui Præſides Prouinciæ dabat auariſſimos, quos deindè plenos rapinis trucidabat, ità vt illis tanquàm ſpongijs, vti diceretur. Sunt ſanè quædam nociturna imperantibus; quæ non dare, ſed negare beneficium eſt. Aeſtimare itaque debet Princeps vtilitatem potiùs, quàm voluntatem petentium; ſæpè enim noxia concupiſcimus, nec deſpicere, quàm perniciosa ſunt, licet; quia Iudicium interpellat affectus, ſed cum ſubſit cupiditas, cum impetus ille flagrantis animi, qui conſilium fugat, cecidit, deteſtamur perniciem malorum munerum: Vt lugentibus, ac ſibi iratis ferrum, aut amantibus quicquid contra ſe vſurus ardor petit, eſt negandum, ità ea, quæ nociturna ſunt impenſe rogantibus, ſunt deneganda; Principem enim decet tùm initia beneficiorum ſuorum ſpectare, tũ etiàm exitus, & ea dare, quæ non tantum accipere, ſed etiã accepiſſe delectent.

Quan-

eminẽtia virtutum, & natura optime meritis maiora deberi. Alijs auri, & argenti pondere ſatis abundè fieri. Nõnullorum cupiditati gratia tñ, & fauore occurri. Statuum eorum, quibus debetur, varietas munerum diuerſitatem requirere. Ingrati animi ſignificatio quam cauenda. Ingrata Roma à Coriolano obſidetur, à Carbone per Barbaros oppugnatur. Narſes igratum noctus, Iuſtinianum per Lõgobardos oppreſſit. Quid detur conſiderãdũ à Principe. Heliogabali crudelia munera. Præfecti à Veſpaſiano coſtituti tanquã ſpõgiæ. Spectet vtilitas, nõ cupiditas potentium. Ad id ſimilitudines.

Quantum autem à Principe ſit donandum, eſt etiàm conſiderandum; liberalitas ſit par facultatibus; itá ſit donatio, ne ipſe egeat. Sordidam tamen eſſe vero. Antigonus ioco potius, quàm auaritia Diogenem eluſit, petenti enim talentum negauit, adiectitq; plus eſſe, quam Cynicus petere deberet, cum verò repulſus denarium peteret; reſpondit minus eſſe, quam quod deceret Regem dare. Non conſideratur beneficia ex liberalitate; ſed ex exercentis voluntate. Nonnunquam magis nos deuincit, qui parua dedit magnificè, qui Regum æquauit opes animo, qui exiguum tribuit, ſed libenter, qui paupertatis ſuæ oblitus eſt, dùm meam reſpicit, qui non voluntatem tantum iuuandi habuit, ſed cupiditatem, qui accipere ſe putauit beneficium, cum daret, qui dedit, tanquam recepturus, recipit, tanquàm non dediſſet, qui occaſionem, quæ prodeſſet, & occupauit, & quæſiuit; quam qui magna donauit, ſed animo contracto, & puſillo.

Quos terminos Pricegs ſibi debeat cõſtituere in muneribus. Antigonus iocoſa canillatiõe, Diogenis petitionẽ eluſit. Beneficia nõ tã ex liberalitate, quàm ex conferentis voluntate metiri.

Quomodo etiàm ſit donandum, non prætereundum duco. Citò det Princeps, quia, qui tardè voluit, diù noluit. Ingratum beneficium gratia tarda efficiet. Omnis benignitas properat. Proprium eſt libenter facientis, citò facere. Sed in Principe maximè in hæc parte cauenda eſt inequalitas. Annoſum Miniſtrum, veteranum Ducem habet; alios hic breui tempore per leuia, & non periculoſa obſequia ditatos videt, ſe verò deſeri; nec eſt tàm acerbum deſeri, quàm ne in turbam quidem admitti; Quidquid indignioribus donari videt, cum alium præferri, qui neq; virtute, neq; meritis par ſit, animaduertit, cum liberalitatem collatam in indignum intuetur, pro amore ſubit odium, quod ſæpè Principem deturbat, in maximaq; conijcit pericula. Dare libenter, dare, antequàm rogeris, beneficiorum ornamenta ſunt, ac velut conduturæ. At dare etiàm occultè; & ſinè accipientis verecundia maius eſt ipſis muneribus. Rara virtus nolle conſtare ſuam liberalitatem hominibus, velle etiàm latere accipientium. Qui optimo animo donant, nec beneficia computant, vt in formam debiti tranſeant, gratos tamen eſſe cupiunt eos, quibus d nant; Nunquam pleno horreo omnia Princeps effundat, crebro det, & per partes, quia ità, & præſentis, & præteritorum meminerunt, & beneficia beneficijs cumulantur. Indè eſt, quod Princeps in ore habent; Dare hoc, non vt munus, ſed vt iudicium fauoris; non fore vltimum, initium amplioris beneficientiæ fore. Cauendum eſt etiàm, ne liberalitas coacta videatur. Ne ità exerceatur, vt neceſſitatis munera eſſe videantur, quæ præterquàm damnoſa ſunt, Populum magis alienant; magno enim timore, & diffidentia rerum ſuarum prodigum

Qui modus in munificẽtia ſeruandus. Ne differat beneficiñ rationes obuiæ. Inequalitas præcipuè vitanda.

Munus libenter, & vltro oblatum gratius.

Diuidenda munera, non effundẽda ſemel omnia.

Officioſè donandum, ne coactum beneficium videatur.

Similitudo tritus, qui ſidè diffundit in populum explicando accomoda.

Principem arbitrantur, neq; iàm eſſe liberale, qui hactenus auaritiæ ſtuduerit; Quemadmodum fatiſcente naue merces in Mare proiciunt illi, qui in littore conſiſtunt, quamuis cauſam tantorum detrimentorum non videant, magno tamen eſſe in diſcrimine vectores conijciunt, ità quoq; ex Auari Principis repentina largitione arcana periculorum plebs ſuſpicata alio ſpes ſuas, animosq; transfert. Illud tandem monendum eſt Principi, vt quando Deo ſimilis eſt, cum largitur, ità illius morem imitetur, qui cum dat omnibus affluenter, non tamen improperat. Quemadmodum in accipiẽtis memoria perpetua accepti beneficij recordatio hærere debet adeò fixa, vt illius obliuio nunquam ſubeat, ità, qui tribuit, ità ſe cum accipiente gerere debet, ac ſi nũquam tribuiſſet; lacerat animum, ac præmia frequens meritorũ commemoratio, & quodammodo etiã eum, qui accipit, ingratũ pronunciare videtur, quaſi non ſatis apud alios acceptũ prædicet beneficium. Honeſtius de beneficijs, quæ in alios cõtulit, taceat Princeps, quæ nimium prædicare eorum eſt, qui accipiunt.

Det Priceps affluẽter, vt Deus, nec improperãs.

Lacerat animũ frequens meritorũ cõmemoratio.

Quã dignũ omnibus prodeſſe.

Hæc ſunt, quæ in exercenda tanta virtute animaduertere debet Princeps, haud ignarus maius eſſe, certèq; gratius prodeſſe omnibus, quàm magnas opes habere. Auaritia labor auari eſt, emolumentum ſucceſſoris, & ſæpè inimici, nihilq; eſt, quod magis firmet eius potentiam, quàm beneuolentia tantę virtutis adiumento quæſita.

Magnopere Magnificentiam, quæ ad ædificia pertinet, Principi eſſe neceſſariam.

CAPVT IX.

Magnificẽtia quam doceat Principem.

PRINCIPEM qui in Republica maxima eſt, pauca non decent, ſed vt præſtat, graduq; inter cęteros omnes antecellit; ità rationi conſentaneum eſt in pecunijs expendendis ſordidum nõ eſſe, ſed ità munificum, ac largum, vt operibus ſuæ magnitudinis amplitudo, & dignitas reſpondeat, appareatq; cogitationem illam, & adminiſtrationem rerum magnarum; & excelſarum ex ampla quadam, & ſplendida animi propenſione proficiſci, qui pecunijs non ſeruiat, vt auari homines faciunt, & illiberales. Non enim inter cancellos Popularium Principes ſe debet continere; illa expẽſa, quæ priuato conuenit homini, Principem minimè decet, quod ſi conuiuiũ, ſiuè veſtitũ paret, operis, expẽſæ, ſuiq; tandẽ rationem habebat, ſua

Principi popularis magnificẽtię limites excedere debet.

illi

illi conditio verſetur antè oculos;nec opus, cuius cauſa factum dicatur,longè ab eius aberit iudicio; & expenſa, quæ non parui fiet, ſi nec erit à ſplendore aliena. Si expenſæ quid mirandi in ſe quaſi non contineant, non magnifici nomẽ induet Princeps; Ne tamen expenſę maiores,quàm patiantur facultates, fiant, ſi enim exceſſus,vel defectus eſſet, totum eſſet illius decori, quod exigitur, expers. Aedificandi ſtudium Principes decet in primis, quo ſibi ſapientum, ac magnificorum nomen parent, & honeſtæ relaxationis, cum à negotijs feſti ſunt, iucundiſſimum leuamentum. Mirum quantum delectet, moliri arces, muris vrbes circumdare, portus effudere, templa excitare, aut ædes regias, & cum operibus extremam manum artifices impoſuerint, ea tanquàm fœtus, ac partus à ſe in lucem eductos contemplari.

Quales Principis expẽſæ debeat eſſe.
Aedificandi ſtudiũ Principẽ dignũ.

Eſt autem triplex ædificiorum genus, quædam neceſſaria ſũt, quædam vtilia, quædam ad voluptatem tantum comparata; & in primis neceſſaria illa duco, ſinè quibus ſecuritas eſſe non poteſt; nec commercia tuta, nec vno verbo politica munera functionesq; exerceri commodè poſſunt. Nihil magis communiter in Ciuitate viuentibus neceſſarium eſſe ſentio, quàm munitum aliquem locum habere, vnde pugna poſſit capeſſi, & quo iactati ciues ab hoſtibus valeant ſe tueri. Nec Principem tardũ eſſe in ſuo communicando conſilio ſubditis ſuadeo, vt ad muniendas Ciuitates inuitati libentius eam ſtipem arogent, quæ ad ædificationis impenſas neceſſaria cenſebitur. Quod fortè Principis ærariũ pecunijs non benè eſt inſtructum, tanto operi faciendo haud par eſſe poteſt. At ne immenſis, & intolerabilibus ædificationibus populos atterat, caueat diligẽter; hæc enim agendi ratio ſæpè ciuium odia, & ſæpè etiàm arma excitat. Neceſſarias expenſas etiàm exiſtimo, vt Princeps ædificia vetera iã fatiſcentia, & ad ruinam vergentia, vel ea, quæ hoſtium iniuria deturbata ſunt, fulciat, inſtauret, reficiat. Alphonſus Aragonũ Rex, vt in cæteris laudatiſſimus, ità in hac re maximè prædicandus Princeps, qui infinitas propè Vrbes, Oppida, arces, terremotu concuſſas, & laceras ſumptu, ac diligentia incredibili inſtaurauit, ac demum Neapolis, cui noui Caſtri eſt nomen, à fundamẽtis euerſam munitionem longè ſplendidiorem, quàm anteà erexit, non ſinè maxima ciuium admiratione, atq; ſtupore. Nec minus neceſſarium ferè duco illuſtranda loca natalitia; Pius Secundus Pontifex Maximus Corſinianum incunabulum ſuum in Ciuitatem redegit, & à nomine ſuo Pientiam appellauit, ſic non ità dudum Sixtus V. Montaltum patriam ſuam illuſtrauit, eiq; iura Ciuitatis dedit, & ibi ſacris Antiſtitem præfecit. Henricus Quartus Galliæ Rex ſuorum natalium locũ mul-

De triplici ædificiorum genere, & de neceſſario imprimis.
Quę ędificia neceſſaria.
Cõſiliorum ſuorũ participẽ reddat illicò populum.
Immẽſis sũptibus nõ atterat ſubditos.
Ruinis, quæ vetera ædificia meritant ocurrat cito.
Alphõſi Aragonũ Regis laus.
Loca, quæ ſibi præbuerint incunabula exornet, & illuſtret.
Pij Secundi Põtificis Maximi merita in patriam.
Sixtus V. patriæ ſuæ Mõtalto iura dat Ciuitatis, & Epiſcopatus exornat inſignibus.

Studiũ Hẽrici Quarti Galliæ Regis in patriam.

tis, magniſq; ædeficijs, & baſilicis ornauit, & amplificauit; in eoq; vniuerſitatem conſtituit.

Quæ vtilia ſint ædificia.

Vtilia ædificia ſunt, quibus carere poteſt Princeps, ſi tamen ea habeat, aut ijs abundet, commoditatis alicuius non mediocris fructum percipit. Huius generis ſunt fontes, aquarum deriuationes, portus, ampliores viæ, plateæ, apothecæ laxiores ad publicam annonam condendam, triticum, vinum, ſal, aliaq; huiuſmodi. Has ſuadeo ædificationes, in quibus ſtruendis animi magnitudo pecuniarum minimè tenax eſt exibenda, ac proinde Templa, Portus, Fora, Curiæ, Baſilicæ, Viæ publicæ, aquæ ductus, portus, & ſimilia; quæ molitus fuerit Princeps, amplitudine, maieſtate, deſcriptionis elegantia ſpectabilia eſſe debẽt. Nec tamen, cũ hæc dico, auctor Principi eſſe volo, vt difficilima quædam, & quibus natura contumaciter reſiſtit, aggrediatur, cuiuſmodi eſſet præciſio, aut profoſſio Montium, Vallium ingẽtium, complantatio fluuiorum, ex ſuo in alium alueum deriuatio, ne fortè pro gloria, quàm aucupatur, ſtultitiæ notam incurrat, & offenſionem etiam Populorum, qui in tàm difficili opere cum naturæ pertinacia Reipublicæ priuatoq; incommodo luctari nitatur; Aquarum certè ductus, excauationes foſſarum, quæ nauigiorum patientes ſunt; aut aquæ tramites, vtiles eſſe Ciuitatibus nemo neſcit, in quibus, ſi operas ſuorum Princeps collocauerit, & expenſas ex ærario publico ſuppiditarit, rem ſanè commodam faciet, & commendatione dignam. Videat tamen, quid à ſuis pertimeſcere poſſit; ſi nimium illos premere, & pecunijs in ædificia collatis exhaurire non dubitabit. Alias non prætereo vtilitates ex his ædificationibus prodeuntes. Inopibus ſatis abundè paratur victus; in hac in re vires ſatis apertè oſtenduntur, Aurum e prouincia nõ exit, immò, quo magis exercentur, qui domi hiſce artibus ſtuduere, eo magis cõmunicatur ſubditis non ſanè Imperij fructu. Hoc exemplo etiã ſubditi ducti exornant Ciuitatem, miroq; augent ſplendore.

Publica ædificia, quæ à Principe extruenda, & qua magnificentia.

Quæ omnino reiciẽda videntur.

Rationes, q̃ id ſuadent.

Aquæ duct⁹, & excauationes foſſarum ad nauigationẽ maximè laudati.

Sentẽtias, ac notuas Populorum ſecũ reputet Princeps.

Quæ cõmoda plebi ex huiuſmodi cõſtructionibus.

Quæ ædificia dicant cõparata ad voluptatem.

Ad voluptatem ſpectant ea ædificia, quæ ſolum huiſce capeſſendæ gratia videntur conſtituta, hæcq; damnari intelligat Princeps, cum omnia ad vanitatem, ſubditorumq; afflictionem pertineant. Hoc immoderatum ſtudium dicitur vulgo ingratũ, cum is demum probantur Princeps, qui ſuæ pecuniæ parcus, publicæ auarus, effrenatam illam ædificandi cupiditatem, quæ ædificãdo non tollitur, coerceat, animum in immenſa eminentem in arcto contineat, & velut in vinculis habeat. A quibus quantum cauere debeat Princeps, non eſt quod contendam amplius demonſtrare; cum ſatis ſuperq; conſtent, quæ ex imòderata ædificandi cupiditate Principis incommoda toti Reipublicæ proueniant.

A quibus abſtinendum.

Carita-

Caritatem omnium virtutum eſſe Reginam reliquaſq; omnes complecti.

CAPVT X.

CERTE Charitas omnium virtutũ opera cõplectitur, ſi præcepta iàm Principi ſuggeſta. ſint longa, vel nimis multa videntur. Amet Ciues, amet Rempublicam, ſi hæc fecerit, omnia adimpleuiſſe ſciat. Quid Maieſtas? quid liberalitas? quid fortitudo? quid magnificentia? hæ rectè exercitę ſunt, ſi adſit ille Amor, ſi adſit illa beneuolentia, quæ ſuos foueat Ciues, quæ ſuam extollat Rempublicam; liberalem eſſe, quid exiſtima? fortem? excelſi animi? Si Princeps beneuolo erit animo erga ſuos, liberalitatem, fortitudinem; cæteraſq; virtutes tandem erit aſſecutus. Si hæc Charitas ſceptrum tenuerit, cæteræ, vt pediſſequæ eam ſequentur. Hæc ſi adſit, non magna erit opus arte, ſatis Politicus eſt, quiſquis Rempublicam, ciueſq;, & res ſacras dilexit. Ingenioſa ad beneficia charitas eſt, nulla arte eget, ſat validum eſt huius ingenium, ſuaptè q; natura regendis hominibus idoneum. Ab hac charitate initium regnandi fuit; ſinè Iudice gentes ſe vnius charitati, non potentiæ promiſerè. Non tot regnandi erant cautiones, ſed velut in poteſtate Parentum erant filij, charitate duce imperabatur, & parebatur. Hæc ſola Politiam cõtinet, formatq;. Non munera, non blanditiæ hoc poſſunt; ſi quis donis allexerit, cum ſpes deſerit, diſſoluitur amor; ſi verba aſpera extorſerit alicuius auiditas, blanditiarum fructus in iras deſinit. Nec inquam in omnibus operatur virtutibus, & quod in multas virtutes eſt ſparſum, vna in arctum congerit pretia omniũ, maieſtatem virtutum in ſe complexa. Charitas in patriam, & Ciues fortitudinem maximè acuit, firmatq;, efficitq;, vt pro eorũ ſalute, ac incolumitate mors libenti animo ſubeatur. Non deſunt Horatij, Mutij, Decij, pluriumq; aliorum inſignia monumenta. Quin imò reliquas etiàm perficit virtutes, quis enim quæſo ſine amore liberalis, quis magnificus eſſe poteſt? At cum Charitas cauet alteri facere, quod nequaquam vult ab altero tolerare; ſollicito ſemet intuitu circumſpicit, ne ſuperbia eleuet, & vſque ad deſpectum aliorum animum deiciens exaltet, ne ambitio cogitationem dilaniet, ne cor luxuria polluat, ne ira exaſperet, ne inuidia mordeat, & alienis fęlicitatibus ęmula ſua ſe face conſumat. Rurſum, cum anxia eſt, vt ea alteri faciat, quæ ipſa ſibi

fieri

Amet Principes ſuos, & omnia muneris ſui officia ſe adimpleuiſſe ſciat.

Virtutes cęteras tanquã pediſſequas charitatem ſequi.

Charitas ars vera regnandi, & politia.

Ad beneficia ĩgenioſa eſt.

A charitate factum olim regnãdi principium.

Eius vis munerũ, ac blandimẽtorũ põdus excedẽs.

Virtutũ omnium pretia colligit, & earũ maieſtatẽ omnẽa mplectitur.

Charitas in patria firmamentũ fortitudinis, Horatij, Mutij, Decij.

Charitas reliquarũ perfectio virtutum.

Quomodo à charitate principiũ ſit exterminãdi ſuperbiã, ambitionem, luxuriã, iram, & inuidiam.

Quæ radix bonorum, ac virtutum in charitate.

Charitatis officia.

fieri ab altero expectat; penſat nimirum, vt malis bona, & bonis meliora reſpondeant, vt erga procaces manſuetudinem longanimitatis exhibeat, vt malitię peſte languentibus gratiam benignitatis impendat; vt diſcordes pace vniat, & concordes ad deſiderium verę pacis excitet, vt ingratos à beneficijs, ad amorem prouocet, gratosq; in amore ſeruet, vt aliena crimina, cũ corrigere nõ vacat, taceat, & ſic nihil rectè, ſanctèq; omittet, quod ex virtutibus ferè omnibus profluere aliqua ratione queat.

Beneuolẽtiã ſibi parare debet Princeps ſola virtute charitatis, quæ non ſit fucata.

Ciues mẽbra corporis cuius caput eſt Princeps. Quæ vtilitates ab hac charitate Principi. Impia quorũdã audacia nitentiũ, vt omni charitate Principis exuant. His autẽ nõ accõmodet Princeps. Ex charitate Principis in Populũ facilis mutuus ciuium amor. Diſſidia in Ciuitate tanquã vulnera in corpore. Ex Principis, & Populi amore mutuo, quæ fęlicitas in Republica. Præclarus charitatis effectus.

Si Princeps amari vult, amet, atq; ità amet, vt Reſpublica amari ſe ſentiat. Charitas reciproca eſt, & vicem reddit amanti. Amare non effingat Princeps, ſit verus amor, non fucatus. Non decet quaſi Hiſtrionem ſe gerere Principem, nunc verum, nunc perſonatum in ſcenam prodire; falluntur enim ſubditi, & ſępè pro ſua credulitate lethalia reportant vulnera. Si mens ęi recta fuerit, ſua membra Ciues omnes eſſe animaduertet. Quomodo autem ijs abuti Principi licet, quæ fracta diſſolutionem proprij corporis important. Adde amorem Principis in Ciues maxima ipſimet Principi commoda inferre. Si enim à Principe diligi ſe Populus ſentiat, & veri amoris videat argumenta, nihil tàm arduum eſt, quòd illius cauſa non ſit facturus. Nõ ignoro non deeſſe quoſdam, qui Principem omni ſpoliare Charitate ſatagunt, putantes, quo magis Populo, ciuibusq; infenſum eũ reddunt, melius cum eo actum iri, & ex aliorum ruinis eius ſummoperè auctum iri potentiam. His adulatoribus, his Dei inimicis, his delatoribus fidem non præſtet Princeps, ſed tanquam Pater ciues habeat. Neq; enim Pater calumnijs contra filios facilem aurem præbet, neq; à filijs Parentis accuſatores ſine ſcelere audire poſſunt. Hinc etiàm, & ſubditorum animi inter ſe, tãquàm ſub vno Patre arctius iungentur, quorum diſſidia id in Ciuitate ſunt, quod in corpore vulnera, conuulſionesq; quæ, niſi ſanentur, non modo pulchritudinem omnem deformant, ſed ſanitatẽ quoq; tollunt, atq; vitam. Da Principem Populum amantem, da Populum, qui eodem amore Principem proſequatur, non ne Principem fęlicem, Populumq; fęliciſſimum dixeris? Amor Ciuium, amor Principis, fęlicitas Ciuitatis. Effectus charitatis eſt ſubditis metuere, non ſubditis; fœlix eſt Reſpublica, in qua abſq; adulatione, animo teſte, vitam Principi ſuo Ciues precãtur, non quia peiorem metuant, ſed quia meliorem non optent; Id verò conſequitur charitas, quia omnibus illa virtutibus imperat, omnium operas diſponit, immò, vt dixi, virtutes ipſas animat, ac complectitur.

PRINCEPS
COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI

De Religione Principis.

Liber Sextus.

Religionem Principi eſſe colendam, impietatem, ſuperſtitionemq́; vitandam.

CAPVT PRIMVM.

NVLLA gens eſt adeò Barbara, quæ vel ipſo naturæ lumine dictante non ſentiat aliquod eſſe Numen, quod rebus humanis præſit, ſimulq; illis ſua prouidentia proſit, & pro arbitratu cuncta moderetur. Hinc extitit Religio, quæ præexcellenti huic naturę, & de humano genere optimè meritæ cultum debitæ ſeruitutis impendit, eſt autem hic ſenſus mentibus humanis adeò altè inſitus, vt tunc demum exiſtiment homines ſe in maximas incidiſſe calamitates, cùm euerſa Religione contigerit, diuinum in Ciuitatibus cultum intermitti, & Populum ab vſurpandis ceremonijs arceri. Hæc autem duplici ratione functiones ſuas exercet, vel corporis adminiculo, vt cum ſacrificijs, ſupplicationibus, cantu, cæterisq; huiuſmodi internis actibus ab interna pietate prodeuntibus diuinum numen honoramus, vel cum intra nos taciti diuinæ illæ Maieſtati nos ipſos ſubdimus, nullũ interea coercentes actum, quo prodamus, quid menti, & cogitatione voluamus.

Nationes omnes aliquod agnouiſſe Numẽ, quod huma[n]is rebus pr̃ſideat. Inde orta Religio. Huius ſẽſus quàm altè inſitus hominũ mentibus.

Duplex Religionis ratio muniorum exercẽdorũ.

Duo tamen ſunt ſcopuli, ad quos Religio, & Pietas, ſi à recto deflectat curſu, alliditur, & crebro frangitur; vnus procul proſpici poteſt, ſupra fluctus enim extat, & dorſum immane Maris palàm nauigantibus minatur, alter ſub vadis latet, & incautos excipit; ideoq; non niſi à peritis, & vigilantibus euitatur: Scopuli illi ſunt impietas, & ſuperſtitio; Hinc duo genera eorum, qui Rempublicam adminiſtrant, alterum planè Atheorum, alterum, vt eos hoc nomine appellem; ſuperſtitioſorum; Atheorum duplex eſt ſententia de Republica gubernanda. Quidam

Impietas, & ſuperſtitio verę Religionis, pietatisq́; ſcopuli. Reipublicæ adminiſtratorũ duplex genus veræ Religionis aduerſans. Atheorũ adhuc alterum Religionẽ,

palàm

ac ſuperſtitioné omnē tollés e medio, alterū cū nullū Numē agnoſcat ipſū plebi tamē meticuloſæ timorem neſcio cui⁹ numinis vmbra iniiciendum putant.

palàm omnem non modo Religionem, verùm etiàm ſuperſtitionem e medio tollunt. Alterum genus Atheorum, qui nulla quidem ipſi ſuperſtitione tenentur, inanibus tamen numinum terræ velamentis plebeculam premendam cenſent, cerimonias cerimonijs addentes. Hic igitur ſuperſtantium rerum, ideſt cęleſtium; diuinarumq́; nimius, & ſuperfluus timor eſt explodendus.

Incommoda ex impietate innumera.

Orbis innundatio, & Regnorū euerſiones.

In Gallia varijs prælijs 1100000. hominum à Cęſare cęſa. Cęſaris eiuſdē Auguſti, Tyberij, Caij, Claudij, Neronis, & cæterorū Romanorū Imperatores tercētū inſuper annorū diē, vltimū violenter concluſum: Antoninus Pius excipitur, q morbo cōſūptus fertur occubuiſſe.

Cur De⁹ tāta ſeueritate in impios hoſtes per tā lōgā temporis ſeriē animaduerterit.

Eá quidem ſunt impietatis damna, vt vis colligi queant. Omittam ego illa iàm omnibus nota Cataclyſmum, & mundi primigenij vitia in vndas conſediſſe, Pentapolitanos ignes, Chananeos deletos, gentes quinquaginta populi electi vexatrices exciſas, omnium penè veterum vrbium cadauera, aut tenues reliquias; Omnium Regnorum cum vniuerſi orbis concuſſione mutationes, vnam Rempublicam, non totam tamen eius periodum, ſed breue, nec tamen calamitoſiſſimum tempus recenſebo. Iulius Cęſar hominum flagitioſiſſimus vndecies centena millia in Galijs varijs prælijs cecidit, bella Ciuilia deindè gerit; & ipſe per paucos annos hoſti ſuo ſeruatur, dùm in conſpectu Senatus multis vulneribus immolatur. Auguſtum, & Tiberium ex domeſticorum inſidijs, venena, Caium gladius vltor, Claudium boletus, Neronem ſua manus vlta eſt. Percurrantur neces Imperatorum omnium in nobiliſſima, potentiſſima, legibusq́; inſtructiſſima Monarchia, ordine continuato ſuccedentes ſibi Imperatores annorum trecentorum, omnes violenta morte functos fuiſſe reperimus, nullum ſua die, nullum ſuo facto extinctum, vnum Antoninum Pium, quem morbo interiſſe tradunt; Ecce ira Dei reuelatur ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam; neminem opes, aut maieſtas tutantur. Cur tàm perſpicuo exemplo tà m diù, ſic improbos Deus vltus eſt? Nēpè, ne quis ignoraret, ſcelerum pœnas repræſentari, ne priuatus impunitatem ſperaret, cum orbis terræ capita tàm longa ſerie carnifici deſtinata videret. Tot neces Imperatorum intuere; ſed prius imma nia, turpia, & naturæ rerum inimica ſcelera; deindè plurium Tyrannorum, qui cum illis belligerarunt, Senatorum qui occiſi, Vrbium, quæ euerſæ, caſus mirabiles conſidera, vt clariſſimè appareat, quomodo ira Dei reueletur ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum veritatem Dei in iniuſtitia detinentium.

Detrimenta, & praui ſuperſtitionis effectus.

Non minora ſunt ex ſuperſtitione detrimenta; Vti imitatrix, & interpelatrix veræ Religionis, errore mentes, quaſi vinculis captiuas tenet, animos anxios efficit, immò homines ineptos, ridiculos, barbaros, & malencolos, & quorum ex adoleſcentia, vel ſenectute diſcernendis rebus infirmum eſt iudicium, præſertim infeſtat; atq; in vana, abſurda, horrenda, & flagitioſa impellit.

Romæ imminenti periculo Græcus, & Græca, Gallus, & Galla viui in terram defoſſi. Carthagine nobiles adoleſcentes ſaturno exuti. Heliogabalus, & Iulianus hominum immolatorum viſcera, & fibras rimabantur. Maximi itaq; periculi eſt ſuperſtitio. Qui enim Princeps varijs Religionibus inbiectus ſe demẽtat, verſatur ſemper in ancipiti, vereturque, ne fraus tàm nota vulgetur; quo errore ſublãto, quicquid erat in ſuperſtitione præſidij, in fumos abibit, immò in odium, ac contemptum vertetur. Nam cum ſe Populus inanibus, & vanis in fraudem inductum, iacturam feciſſe rerum, & exiſtimationis, cum ſinè cauſa pauiſſe, Principi, vel optimatibus deridiculo fuiſſe intelligit, non minus indignatur, quàm ſi carcere; & vinculis cõſtrictus alieno eſſet obſtrictus arbitrio; Ea enim eſt hominum natura, vt falli nemo velit, deceptus in auctorem vertat iram. Documento eſſe poſſunt Imperatores Romani, quibus viuentibus diuinos largiebantur honores, litandasq; per nomen eorum ponebãt aras, quos tamen occaſione data nouos Deos ſuo vnco trãhebant, & de Gemonijs præcipitabant. Itaq; imprudens Numæ conſilij fuit, qui rem putauit validiſſimam ad multitudinem illis temporibus rudem in officio continendam, metum Deorum inijcere; nàm cum vanus ille metus monſtruoſorum numinum aliqua bõno radio inſiti à natura luminis diſſipatus eſt, nullum Deum eſſe arbitrati ſunt, & tædio Religionis, Religionem omnem exuerè. Accedit his grauiùs malum, & regnantibus periculoſum, nempè curæ futurorum, auſpicia, exta, vatumq; impoſturæ, & lucra, quibus in ſumma pericula ſæpè ditiones miſſæ ſunt. Craſſus oraculo deluſus hoſti ludibrium fuit, Gallos, & Germanos ea res crebro afflixit; His impediuntur vtilia conſilia, oriuntur ſeditiones, rerum nouarum ſpes, & inſidia, ità vt nullius Imperatoris Ethnici tempora illis caruerint; ſub quò enim non fuerunt quæſtiones contra eos, qui de vita Principis de ſucceſſore Magos conſuluiſſent? Grande hòc impietatis inuentum, animos magnatum vehementer infeſtat, ad omnem motum, ad omnem progreſſum, ad vocem, ac occurſum, vel hominis, vel beſtiæ, ad oſcenis, ad volatum auium ad caſum exercitus educi, vel contineri caſtris viſi ſunt; quin & mare tranſmiſiſſe claſſes, vel in portu conſtitiſſe per ſummam ſtultitiam experientia cõm probatum eſt. Aegyptij ſuperſtitioſiſſimi gentium ad bellum inepti erant; ſemper pęnè ſeruierunt, immò cum regionem haberent tàm fertilem, externis viliſſimis in rebus miniſtrabant. Quomodo autem eis magnus animus eſſe poteſt, qui tàm viles res pro numine venerantur? Turcæ quam ſunt ſeruili animo? Stellas aiunt e catenis aureis dependere, animalibus ſuperſtitioſè cibos ſuggerunt; Indi nonnulli, auibus Hoſpitalia, palatiaq; conſtruunt,

Horrẽda hominũ ſupplicia, potiùs quà ſacrificia ex ſuperſtitione.

Quod periculũ ex ſuperſtitione Principi immineat potiſſimum.

Metus ne fraus, ĩ omniũ euocetur lucem.

Quę indè mala à populo ſibi expectãda.

Quæ exẽpla id, docere videantur.

Imprudens Nũmæ conſiliũ, inanium metũ Deorũ inijciendi populo.

Ratio, quę id ſuadeat.

Aliud incõmodũ regnatibus periculoſũ vatum impoſturæ.

Craſſus oraculo deluſus hoſti ludibrium fact⁹.

Idẽ afflixiſſe Gallos, & Germanos.

Huiuſmodi oraculorum damna.

Impiũ augũriorum inuẽtũ, & quã admirabile.

Aegyptiorũ ſuperſtitio magna.

Nulla generoſitas.

Turcarũ ſeruilis anim⁹.

De ſtellis opinio ridicula.

Indorum in auiũ cultu ſuperſtitio. Americani, & Iaponij ſuperſtitione, ideoq́; minimè generoſi. Cauendum Epiſcopis, ne ſuperſtitio, ſub Religionis perſona excipiat.

conſtruunt,homines interim negligunt. Americani, Iaponijq́; quàm ſuperſtitioſi? Sed tamen omnes ſtolidi,imbelles,abiecti, & ferè ad ſeruiendum nati, cum enim omnia timere cogantur non poſſunt eſſe magnanimi.Hæc ſunt damna,quæ ſecum affert ſuperſtitio, vt iure optimo Sacroſanctis concilijs admoneantur Epiſcopi inuigilare,ne intuitu Religionis ſuperſtitionis admittantur,quibus veluti per primos gradus ad impietatem quis tandem poſſit collabi.

De vi, effectu, ac neceſsitate Religionis hancq́; ſolam conſeruare Rempublicam.

CAPVT II.

Religio baſis ſocietatis humanæ, & fidei, ac iuſtitiæ fundamẽtum. Quid ſpes præmiorũ,& pœnarũ met⁹ poſſit in homine. Igniculi diuinitatis in homine quã ageres.

TOTIVS Societatis humanæ fundamẽtum Religionem eſſe omnes exiſtimãt, ſimul q́; cum eius contemptu labi omnem fidem,& Iuſtitiam. Vbi enim quisq́; ceperit excutere timorem,& honorẽ Dei,vel diuini numinis reuerentiã, omnia ſibi licere putabit, dummodo latere homines,quæ mali agit,arbitretur, mala bonis confundit, ſi opinione præmiũ bonorum,aut malorum pęnas effugiat, nec eſſe crediderit numinis vindictam,aut beneficia. Sunt ſcintillæ & naturales quidam igniculi, quibus in homine numinis, diuinæq́; notionis conſeruatur veſtigium,qui non omnino ſine ſumma impietate extingui, vel elidi poſſunt.

Apud oẽs Reſpublicas, & legum latores Religionẽ ſẽper maximi fuiſſe ponderis. Primã legũ duodecim tabularum partẽ eſſe de Religione. Quã accommoda Religio ſtabiliẽdis nouis pricipatib⁹.

Nulla adeo Reſpublica fuit vnquam, quæ aliquam ſpeciem legitimè adminiſtrationis non habuerit, nullum Regnum, aut Imperium, cui non fuerit primum hoc Religionis impoſitum fundamentum. Atq́; legiſlatores,qui Populis leges adſcripſere,nunquam obliti ſunt de rebus diuinis leges, vt præcipuas ſancire. Sic legum duodecim tabularum mutuatarum prima pars fuit de Religione. Secunda de Iure publico. Tertia de Iure priuato. Ante quoq́; illas Romulus,Numa,Pompilius,& alij de ſacris,& ceremonijs iura tulerunt; Illud certum eſt etiam, qui nouas conſtabilire Reſpublicas voluere, Religionem confinxiſſe. Singularem opinionem ſanctitatis parere ſibi ſtuduerũt Iſmael Perſarum Rex,& Harduellus eius coguatus, qui ad Mahumetanas leges nouis additis ſuperſtitionibus magnas in Aſia res cõfecere,

fecere,ac peius etiam Hugonotti in Gallia, dùm priorem Religionem obtrudere conati ſunt,nulla diuinarum,ac humanarum legum habita ratione,proculcataq; omni, quæ magiſtratui debebatur, reuerentia omnia peruerterunt, & ſummum in Eccleſiam ſcandalum conuexerunt. Tandem verò alieni ab omni Religione deprenſi fuere,quorũ tàm procul omnis vita ab omni pietate aberat, quàm à vera, & Apoſtolica fide, quæ in ſola Catholica Romana Eccleſia pura ſemper remanſit. Mahumetana Superſtitio, e tot, tamq; moſtruoſis opinionum portentis concinnata eſt, vt falſitas ſemper comprendi potuerit. Quid abſurdius,quid magis ridiculum nugaciſſimis, & impijs Atheorum fabulis? Id, cum homo callidiſſimus Muhumetes animaduerteret,ac vereretur, ne vel minimo admoto ariete tàm imbecilla nouæ Religionis fundamenta collaberentur, nouos eius ſtabiliendæ, & ſtupidis hominibus commendandæ modos excogitauit; Ac primum legis ſuæ præcepta omnino ad ſenſum naturalem, & inferiora hæc, ſiue terreſtria accomodauit, ratus, & obſeruationem eorum hac ratione multò faciliorem,& carnis illecebris magis gratum futuram; Et ſanè verſipellis ille impoſtor commodiorem rationem excogitare non potuit,qua craſſe illius, omniq; doctrinarum, & humanitatis ſtudio deſtitutæ gentis animos faſcinaret,& quicquid in eis eſt generoſi ſpiritus,velut in profundo voluptatum, & ſenſuum externorum cœno ſepeliret. Et idem de Luthero, & Caluino eſt iudicium,quorum diſcipulis pro ludo, & ioco fuit templa diripere, altaria deijcere,nouis nuptiarum modis matrimonij ſacramentum polluere, omnemq; erga legitimos Principes obedientiam abijcere, ac proculcare; Ac vt breuiter abſoluam, omnis eorum Religio ad oſtentationam, fucum,& ad illum ſolum finem comparata fuit, vt doctrinæ ſuæ falſitatem prauarum cupiditatum illecebris commendarent; Alter modus,quo ſuperſtitiones ſuas ſtabiliuit Mahumetes, is fuit,quod de Religionibus,aut vllo eorum articulo,niſi gladio diſputare ſeueriſſimè prohibuit,vnde,& legem ſuam gladij legem appellari voluit; Quocirca Turcarum Princeps, cui ſumma rerum omnium eſt poteſtas,idem omnium, quæ in Religione occurrunt, controuerſiarum iudex eſt,& arbiter, quas etiàm pro ſuo arbitratu definit,adeò,vt nouatoribus locus non ſit, qui quamprimum caput extollere ceperint, funditus à ſtirpe amputantur, & extinguuntur.

Verùm tamen ſola Chriſtiana Religio, vti vera, & vnica ad conſeruandum cuiuſcumquè Imperij ſtatum magis accommodata eſt, vtpotè quæ conſentiæ vinculo omnes homines ad Principis, vel cuiuſcumquè etiàm moroſi, & acerbi Domini

Exẽpla obuia.

Iſmael Perſarũ Rex, & Arduellus Hugonotti, mẽtita Religionis nomine, quæ ſcelera nõ perpetrarint.

Mahumetana ſuperſtitio.

Abſurda Atheorũ fabulamenta.

Calidiſſimi hominũ Mahumetis excogitatũ inuentum, vt Religionẽ ſuam fulcris omnino deſtitutã, facileq; lapſuram ſuſtentaret.

Eius legibus quàm facilè obaudire,quæ propenſioni naturæ congruunt, quã gratum,quia carnis ſuadent illecebras.

Idẽ cõſilium planè ſecutos Luthero, & Caluino.

Eorũ diſcipuli quã ſacrilegi, & flagitioſi.

Eos in Religione nõ niſi cupiditatũ ſuarũ ſecutos illecebras.

Mahumetem Religionis ſuæ rõnes, & firmamẽta diſputationib' abrogatis ſtatuiſſe in armis.

Q obe-

obedientiam adſtringit. Quid verò ad conſeruationem alicuius Imperij vtilius reperiri poteſt, quam id, quod ſubditis Regi, vel Principi in omnibus planè obediendi neceſſitatem imponit? Hæc eſt veluti frenum quoddam, quo ſubditi in vnius Dei cultu, ac adoratione, & debita erga Principem reuerentia retinentur. Reliquæ Religiones præterquam quod inordinatum Dei cultum continent, omni ferè charitate, omnibusq; ferè virtutibus exuuntur, perturbationes gignunt, bella ciuilia, ſeditiones ſuſcitant, quæ non niſi à Religione diuina ſedari vlio vnquam modo poſſunt. Hæc vti eſt efficax ad quaſcumq; actiones iniuſtas reformandas, ità non minus efficax ad cõtrouerſias, ſeditiones q; eradicandas, & ad conſeruandũ cuiuſcumq; Principis Imperium; Nec Rempublicam, cuius finis ſit rectè ſemetipſam regere, benè conſtitutam abſq; tali Religione dixerim, cum Catholica Religio ſuas quaſi agat radices à iure diuino, tãquam in bene culta terra. Inter Gentiles ſatis laudabiles conſtitutæ fuere Reſpublicæ; at ſolo lumine moralium virtutum fuere felices; ſi ſumma illa perfectio à Deo Optimo Maximo tributa fuiſſet, perfectiones, feliciores que fuiſſent. Nec Religio hæc Chriſtiana puſillanimes efficit homines, nec viles, vt voluere quidam Pſeudo politici, nec minus libertatis contemptores, aliorumq; ſceleribus expoſitos. Virtutes ſat exercent Catholici, ſat fortitudinem, ſat temperantiam, ſat deniquè reliquas omnes, Has omnes ità complectitur Religio, has ità fouet, vt non poſſit dici quemquam ſe profiteri Cattolicum, quin etiàm ijſdam ferè virtutibus imbutum ſe ſentiat. Præliatur, qui fato ſe circumagi dicit, audax pericula ſubit. Sed quid Cattolicus? non minora ſuſtinet pericula, cum pro honeſto ſe demicare cenſet, pro quo à Deo præmium ſit reportaturus. Scit ſe nunquam demicaturum, niſi ſuadeat Iuſtitia, quæ adeò ei aſſiſtit, vt viribus eum nunquam deſtituat; Honeſtum reddit hominem, nec eſt, qui pugnando vnquam expaueſcere queat, Sit itaquè ratum Religionem Catholicam eam ſolam eſſe, quæ Regna, Reſpublicas conſeruat, nec vnquam damnoſam, immò veram regulam eſſe cuicumquè Principi Politico rectè gubernandi.

Eadẽ tanquã frenum, quo populi ĩ Dei cultũ ac ſui Principis rapiuntur obſequium.

Religionũ, ſeù reliquarum ſuperſtitionũ mala ciuilia.

Nullã Rẽpublicã inueniri poſſe rectè cõſtitutam, q̃ Catholicæ Religionis fundamento nõ innitatur.

Plures laudatas, ſed non perfectas omnino, vtpotè nobiliori perfectione deſtitutas.

Catholica Religione minimè populorum animas à magnanimitate deturbari.

Virtutes imperatorias Catholica Religione foueri, & eius ſectatores maximè decere.

Non minor Catholicorũ fortitudo, quã Athnicorũ audacia.

Principem non ſimulato animo eſſe debere Religioſum, & quæ commoda, et quæ incommoda, et circa quæ Religioſus eſſe debet.

CAPVT III.

VIX vllum deterius accidere poteſt Reipublicæ malum Principe hypocrita, qui omnia diuina, & humana iura ſubuertit, ſimul, & Religionem, quatenus nimirum conſilijs fore vtilem crediderit, eam tamen tunc deſeturus, & perſonam abiecturus; cum ſibi noxiam ferè perſuaſerit, aut minus vtilem, quaſi præſtigijs quibuſdam Religione abutens ad regnũ inuadendum, aut priuata commoda, cum ingenti numinis iniuria, & Reipublicæ totius pernicie ſibi comparanda.

Hypocrita Prĩcipe nullũ deterius malũ, Rebuspublicis accidere.

Magnitudo huius ſceleris Deum grauiſſimè offendit, quia duo ſemper ſcelera coniungit, & copulat; Nam ſimulata innocentia, non eſt innocentia, & ſimulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas, quia iniquitas eſt, & ſimnlatio. Præterea omnia ſcelera clàm tegit, fouet, auget. Cum itaquè tenui, incerta, mutabili ſimulatione falſi boni tot vera mala celentur, neceſſe eſt ea arte Rempublicam interire. Quid hæc profuit execranda ars Meſcentio, cum Chriſtianorum ſtudio ſibi imperium conſeruare ſtuduit? Quid Licinio, cum eadem de cauſa Conſtantino adhæſit? Quid Iuliano Apoſtatæ, cum religioſum ſe effinxit Imperij acquirendi gratia? Nullam hanc impietatem deteriorem exiſtimo. Certè Atheiſta Religionis ſimulator peior eſſe cenſetur. Non enim tantum Atheiſtę par nullam fidem profitetur, ſed quod deterius eſt, Religionem contemnit, eò ſanè ipſo, qui Diuinum Numen inficiatur, deteſtabilior. Vana eſt etiàm hæc ſimulatio, quia, quamuis rudis plebecula vanis ducatur, & enutriatur, inter ciues tamen ſunt plurimi, qui iſta, & agnoſcũt, & rident. Quod ſi quorumdam ſtupor ad talia implicatur, & trepidat, facilè tamen hominum facetorum dicterijs inſtruitur vt pro impoſtoribus habeantur, quia ſanctitatis famam per pręſtigias aucupantur. Hoc ſibi Princeps, Populusq́; fixum habeant vitream eſſe famam, nec apud ſapientes, nec apud ſtultos poſſe reparari, talem autem eſſe gloriam, quæ ex veritate non conſiſtit. Matronam grauem, ſi illi deſit formæ gratia, nemo ridet, ſi tamen fucata purpuriſſo defluxerit, vulgi fabula efficitur, quod

Simulata æquitas eſt duplex iniquitas, quia iniquitas eſt & ſimulatio. Hypocriſis tanquã clypeus omniũ ſcelerum. Ad hæc obula Maſcentij, Licinij, Iuliani Apoſtatæ exẽpla. Simulationi Religionis nullã ſuperſtitionem impietate præire. Simulationẽ diù latere nõ poſſe.

Gloriã, quæ veritate non comparatur, vitream eſſe.

præter decorum ætatis lenocinium effectaret. Sic deteſtabilis magnatum impietas, ſi velo pietatis careat.

Quę cõmoda percipiat Princeps Religioſus.

Principũ Catholicæ Religionis patrocinatorũq́ quã felicia Imperia.

Galliarum Reges.

Anglicani.

Nõ itaq; ſimulata Religione ſit Princeps, immò domi, foriſq; quouis etiã tempore profiteatur Religionẽ; Qui enim Princeps Catholicæ fidei, & Apoſtolicæ ſedis accerrimi defenſores ſe prębuere, hos conſtat toto vitæ tractu Rempublicã ſanè quã feliciter gubernaſſe, atq; Imperiũ locupletaſſe; Optatiſſimũ deindè vitæ exitũ habuiſſe, ſuaq; nominã lunga progenie ad ſucceſſores transmiſiſſe. Si Gallicum Regnũ ſpectemus, duodecim Ludouici fuere, inter quos Ludouicus Sanctus, Nouẽ & Caroli fuere, quorũ primus ille Carolus Magnus; In Anglico numerãtur Odoardi nouem, quorum ſecundus eſt Martyr, ac Sanctus. Tertius itẽ Sãctus, qui priuilegiũ ſanandi ſtrumas ad poſteros tranſmiſit; Poſt Odoardos ſunt Henrici Octo, e quibus laudatiſſimus fuit Quintus; In Bohemico quinq; Vinceslai fuere, & ex his duo Sancti; In Hungarico quinq; etiã Stephani, quorũ primus eſt albo Sãctorum adſcriptus; In Caſtellano Alphonſi vndecim fuerũt, primus ob pietatẽ Catholicus eſt vocatus, ſecundus ob admirabilẽ pudicitiam caſtus. Colentibus enim Principibus Deũ omnia proſpere eueniunt. Quantum ex cultu diuino Conſtantinus ille, & Carolus cognomento Magnus, vt taceã Carolum Martellũ huius Auum, Alphonſum Secundũ Legionis, & Caſtellæ Regem; Rodulphum deniq; Comitem Haſpurgenſem, à quo inclita, & ampla Auſtriacorum familia genus ſuũ ducit; Imperium ſibi, & ſuis firmarint, & amplificarint, adq; poſteros longa ſerie tranſmiſerint, multifariam docent Hiſtoriarum monumenta; Cõtra quam accidit Imperatoribus, & Regibus à fide Catholica alienis, quorum, ſi quis ſcrutetur propaginem, vix quiſquam eſt eorum, qui vltra tertium agnationis gradũ Imperium tranſmiſerit. Prioribus ſeculis Heraclius Imperator, quamdiù cultor fuit, & cuſtos Catholicæ Religionis, Deum eſt expertus Romani Imperij vindicem, & defenſorẽ, hoſtiumq; fortiſſimorũ expugnatorẽ; at vbi à Catholica fide deflexit, & Euthicanis adhærere cœpit, Deus receſſit ab eo magno totius Imperij damno. Hic in mediũ prodirent, diſcenſiones, bellaq; inteſtina, quę hęreſis gratia Belgium, Germaniam, Auſtriam, Poloniam, Hungariam, Daniam, Bohæmiam, Galliam inuaſerè, atq; commouerè, ſed ea non hic cenſeo opportunum recenſerere, ſolum aſſero Principẽ omnino verè, & ſerio Religioſum eſſe debere, plurimumq; etiã intereſſe eum palàm Catholicum agere. Huic certè nemo audebit muſitare, hæretici ipſi erubeſcunt, timebuntq; videre ſemetipſos alteriùs ſectæ fidei Principis aduerſariæ aſſectatores, indeq; accidet, vt vel timore correpti cantent palinodiam, vel rubore ſuffuſi ſileant lateantq;.

Bohemici.

Hungarici.

Caſtellani.

Principibus Deũ colẽtib' oĩa proſperè euenire.

Cõſtãtini, & Caroli Magni, & aliorũ exẽpla id docere.

Rodulphum Comitẽ Haſpurgẽſẽ Auſtriacæ gẽtis authorẽ Religione Imperiũ ſibi, & poſteris ſuis fęlici, ac lunga annorũ ſerie comparaſſe.

Principes veræ Religionis oppugnatores vltorẽ Deum expertos fuiſſe.

Laudatur teſtis Heracli' Imperator.

Belgij, Germanię, & pluriũ aliarum Regionũ bella cõtemptu Religionis exorta.

Hęreticorũ qui rubor, & timor.

De

De Religione Principis erga Summum Pontificem Epiſcopum, Confeſſarium, & quantum ad eum ſpectet res Eccleſiaſticas defendere.

CAPVT IV.

SVMMVS Pontifex officio fungitur in Eccleſia vniuerſa Patris, Paſtoris, Doctoris, Speculatoris, & Summi Sacerdotis. Hic in altiſſimo ſedet faſtigio ſpeculæ Paſtoralis, quoniam ad illum pertinet ſpeculari ex alto, quid agant Chriſti ſequaces, vt indè malos admoneat, vt redeant in bonam viam, bonosq́; hortetur, vt in curſu perſeuerent, & brauium conſequantur. Hinc Sãctus Ambroſius Theodoſium Imperatorem ſerio commonefacit ſibi haud quaquam licere maleſacta, ſi quæ fortè de ipſo audierit, ſilentio inuoluere, & ideò æquo animo ferat increpationes ſuas. Quæ cum ità ſe ſe habeant Summus Pontifex nequaquam debet vitia Principum per quandam ſimulationem obtegere, ſed arguere, obſecrare, increpare, nec minus Princeps debet aures ei præbere, & cogitare moleſtiſſimum Pontificibus id accidere, ſi quando ad huiuſmodi repræhenſiones pertrahantur, neq́; illos ſpontè hoc agere, ſed coactos tùm à communicatione diuina, quæ ſanguinem animarum de manu eorum requirẽdum clamat, niſi denuncient pœnas peccantibus debitas, tùm ab ipſa charitate paterna, quæ cogit medelas morbis adhibere, quãuis amaras, ne filij præſertim honorabiliores miſerè pereant. Si autem Princeps libenter, ac benignè paternas admonitiones exciperet præſertim ex verà charitate prodeuntes, multis fortaſsè detrimentis futuris, & impendentibus remedia adhiberet, quæ nõ adhibet, quia non eſt, qui ei hiſcere ne quidem audeat. Vtinam multos haberemus Theodoſios, & multos ſimul Ambroſios. Hic nihil vtile ex charitate tacebat, & ille omnia libentiſſimè audiebat, executioniq́; mandabat.

Quotuplex Summi Eccleſiæ Põtificis officium.

Sãcti Ambroſij ad Theodoſium Imperatorem monitum.

Põtificẽ Prĩcipũ vitia ſimulatione cõplecti non decere.

Principẽ increpãti Pontifici obſequioſas præbere aures, & obaudire debere.

Quæ cogitatio Prĩcipis mẽtẽ recreare poſſit cum Pontifex in eũ ſeuerius animaduertit.

Ex admonitionibus Põtificũ à Principe ſequi, bonisq́; factis q̃ ipſi bona. Sãcti Ambroſij, & Theodoſij cauſa.

2 Non minor Religio debet eſſe Principi erga Epiſcopum, qui eſt Pater, Paſtor, & Doctor tàm Principis, quàm Populi. O Beatam illam Ciuitatem, cui ex magno dono Dei, contingit, vt haberet

beret Principem Pium, & Epiſcopum Sanctum, & qui inter ſe iuncti animis, & ſtudijs, toti eſſent in Populo ſibi commiſſo recte gubernando. Hoc ſi vtiq; noſtra ætate eſſet, non quotidianas audiremus rixas, vel de iuriſditione, vel de bonis, eorumq; emolumentis. Huius itaq; voces, vti Patris, Paſtoris, Doctoris excipiat libenter Princeps; quod ſi fecerit maximè ſibi, populisque erit vtilitati. Sint tamen Epiſcopi ijs præditi facultatibus, quæ venerationem, reuerentiamq; inducant, quas partes ſi rectè explebunt, non tàm latus Principibus de eis expoſtulandi vnquam erit locus; verè enim non deeſſent multi Theodoſij, ſi multos haberemus Ambroſios.

Epiſcop⁹ Pater cõmunis, Paſtor, & Doctor.

Quales eſſe deberẽt Epiſcopi, vt obſequium clerent à Principe.

Erga Confeſſarium eandem Principi Religionem ſuadeo, nõ enim ſine ratione ponitur inter eos, quos vt ſuperiores ſuos Chriſtianos Princeps venerari debet; Siquidem ſacerdos in audiendis confeſſionibus pęnitentium, quicumq; illi ſint, ſiuè Principes, ſiuè priuati, Iudex eſt loco Dei, & poteſtatem habet conſcientias ligandi, & ſoluendi; cuius poteſtatis ſignum euidẽs eſt, quod in eo Iudicio Sacerdos ſedet capite tecto, pęnitens autem, quicumq; ille ſit, etiàm ſi Rex, aut Imperator, genibus flexis, & capite detecto, corde dolenti, ac humili, vt reus leſæ maieſtatis Diuinæ petit abſolui. Porrò ſalus eterna Principis mirum in modum à confeſſario pendet, extantq; exempla non pauca, quæ horrorem incutiunt confeſſariorum, qui cum ipſis ſuis Principibus ad gehennæ ſupplicia deſtinati fuere. Magnum omnino opus eſt Principum conſciẽtias regere, & requirit virum valdè peritum prudentem, & fortem, & quod caput eſt, qui nihil cupiat, nihil ambiat, nihil quærat, nihil velit omnino niſi ſalutem æternàm ſui Principis, & Populorum. Et certe quotidie cernimus, vel inuiti, doctrinæ, & virtutis expertes, compoſitos ad adulationem, ſuis commodis velificantes, Principi tantũ blandientes; nullum enim eſt incommodum, quod per huiuſmodi homines in Rempublicam non importetur.

Quãta apud Principẽ Cõfeſſarij authoritas eſſe deceat.

Sacerdotis dignitas, ac poteſtas in cõfeſſionib⁹ excipiẽdis.

Aeternã Prĩcipis ſalutẽ à cõfeſſario pendere.

Cõfeſſarium Principis, q̃bus virtutib⁹ permunitum eſſe ſit opus.

Hæc Pij Principis munera non fouebit tantum reuerentia, ac obedientia Princeps erga Eccleſiæ præfectos, ſed etiàm ope, & auxilia ad expurgandas pernicioſę doctrinę ſordes, atq; cõfringenda hæreticorum machinamenta. Eſt Præfectis Eccleſiaſticis ſpiritualis gladius, quem in ſceleratos, ſuisque in ſceleribus obfirmatos exercent, ſubinde, dùm ab Eccleſiæ viſceribus, & communione diuellunt, diuinæque protectionis nudatos præſidijs in poteſtatem Sathanæ tradunt, quo nimirum tanti mali, in quo verſantur, magnitudine perculſi, tandem aliquando reſcipiſcant. Verum cum ea multorum mentibus effuſa caligo ſit, vt animi mala, atq; pericula, neq; videant, nec curent omnino, ſolauero ea, quæ ſenſu perſpiciunt, pertimeſcant, alium profectò

Studiũ retinẽdæ ĩtegritatis fidei mĩnimè negligendum.

Gladius Eccleſiaſticus quinã ſit, in quos, & quẽ ad finem adhibeatur.

Sæpè ei⁹ vulnera, vtpotè ſenſui nõ obnoxia negligi.

gladium,

gladium,qui,& videatur,& ſentiatur, & maiorem afferat metũ, educi ſubinde neceſſe eſt à Principe Eccleſiæ Propugnatore,quę tanquam pia,ac ſedula mater,omnem dat operam, vt fugientes à ſe filios,aut à ſuis auulſos vberibus, in gremium ſuum redire compellat,modo per Eccleſiæ Præſules excõmunicationis virga feriendo,modo per Reges,& Principes,vbi priorem illam ſeueritatem contempſerint etiàm exilij,vel mortis exterminatione terrendo. Nam quemadmodum is, qui peſtem Patriæ, qui ciuium perniciem nefariè molitur,non vt perditus Ciuis, ſed vt hoſtis infenſiſſimus tractandus,ità illum,qui non iàm Chriſtianorũ more,Chriſtianæ diſciplinæ leges, ac pœnas pertimeſcat, ſed vt hoſtis omni ratione impugnet, omni arrogantia contemnat,non vt perditum Chriſtianum excommunicationis gladio coerceri,ſed vt profanum;& impium Dei, atq; Eccleſiæ hoſtem cõſpicuis iſtis communibusq; facinoroſorum ſupplicijs affici par eſt. Theodoſius Iunior Concilij Epheſini auctoritate dãnatum Neſtorium pulſum ex Oriente exilio relegauit apud Oaſim,qui tabefactis omnibus membris diuina manu percuſſus interijt; Contra Manicheos præter exilium capitalem etiàm animaduerſionem promulgauit Valentianus Imperator. Non tamen Principem ſe immiſcere debere dixerim rebus Eccleſiaſticis,vt ferè ad ſe ſpectantibus, ſed ità vt Pietati, & Religioni ſtudens eum in Eccleſiam zelum oſtendat, vt ſubditi non ſolum ab omni hæretica prauitate alieniſſimi ſint; verum etiàm ſanctionibus, ac legibus Eccleſiaſticis obtemperent. Nunquàm à condito æuo auditum eſt iudicium Eccleſiæ à Principe auctoritatem ſuam accipere, niſi hiſce infelicioribus noſtris temporibus quibus traditum eſt plures Principes, vt Henricum Bigamũ contra omnes Canones, Odoardum Sextum contra Canones, & ſcripturas,immò,& Eliſabetham contra omnes leges in Iura Eccleſię inuolaſſe. Et quidem ignoro,num Principibus ſit impucanda hæc temeritas,an verò miniſtris eorum, quibus nequaquam curæ eſt,quid Principibus conſultant, dum ipſi quibuslibet artibus emergant,neſcientes interim,aut paruipendentes,ſe aduerſus Dominum habere certamen: Meminerint Principum Miniſtri Childerici illius,qui primus apud Sigibertum Francorum Regem habitus ob agellum, aut villam iniuria ab Eccleſia Aquenſi raptam, & euerſam poſt continuum, & accutiſſimum vnius anni morbum tandem miſerè expirauit, lucratus ob iniquam villulæ adeptionem animæ ſempiternam damnationem; Memores ipſi Principes ſint Berengarij Italiæ Regis, qui poſt ablatam ab Epiſcopatu Nouarienſi Inſulam Sancti Iulij dono piorum Principum Eccleſiæ datam, mox ſemetipſum, Imperiumq; perdidit; Meminerint etiàm ipſæ Principum vxores

exitus

Gladio temporali ad maiorem metũ incutiẽdum opus eſſe.

Eccleſia maternum ſtudiũ in filios.

Qui Patriæ, ac ciuib⁹ perniciẽ intentat, non vt proditũ ciuẽ ſed vt hoſtẽ habendum.

Qui in Chriſtianam Religionẽ impi⁹ perſeuerat, nõ vt filium proditũ, ſed vt Eccleſiæ hoſtem tractandum.

Neſtorius à Theodoſio Iuniore iuſſus eſt ab Oriente exulare.

Cõtra Manicheos capitale ſuppliciũ promulgatũ à Valẽtiniano

Quomodo nefas non ſit Principẽ immiſcere ſe rebus Eccleſiaſticis.

Eccleſię iudiciũ à Principe nũquã authoritatem ſumpſiſſe.

Hoc impiè molitos receſſiores Anglię Reges.

Hæc temeritas numà Principibus, nũ à miniſtris ſuã auſpicetur originem.

Berengarius Italiæ Rex Principibus ipſis rãro ſcelere ſuo [illegible] erit exẽplo.

Berta Richuuini Comitis vxor Eccleſiæ villã inuito Epiſcopo retinẽa miſerandò documento eſſe Principum vxoribus.

exitus Bertæ Richuuini, Comitis coniugis, quæ quod villam Iuliacam nullo Iure à Carolo, Francorum Rege marito ſuo donatam inuito illius domino Fulcone videlicet Rhemenſi Epiſcopo retineret, graui, & lætifero morbo affecta, tandem miſerrimè fato conceſſit. Nequaquam itaq; Princeps inultus relinquetur à Deo iuſto Iudice, ſi in hæc peccetur.

An ſemper expediens ſit, vt Reipublicæ Nouatores à Principe coerceantur.

CAPVT V.

Religionis nouatores qua lege coercendos, & pęna plectẽdos à Principe, ſi Eccleſiaſticas contempſerint.

AD inſtar diuinæ legis, quæ percipit, vt qui blaſphemauerit nomẽ Domini morte moriatur, Princeps in ſuis ditionibus legem ſancire debet, qua Nouatores Religionis à Republica arceantur, vel etiam plectantur. Experiendum autem in primis aduerſus errantes, & hæreticos malè ſentientes de Religione, num per Eccleſiaſticas cenſuras, & pœnas poſſint redire ad Eccleſiæ gremiũ; quibus ſi illis contemptis noluerint ſatisfacere, addendæ ſunt leges Principis, & cum gladio ſpirituali temporalis erit iungendus, vt ſalubri ſeueritate ad bonum compellantur.

Q ſi Chriſtianã Religionẽ nũquã fuerint amplexi, cogi debeant. Plures id cõcedisse Principes operta vi, & armis. Quid tãdem aſſecutos. Spiritus Sancti aura ad ſuperſtitionis nubes efflandas eſſe op. Hunni, & Vãdali à Carolo Magno Rege, & Lederico Flandriæ Præfecto pulſi ob Religionẽ exceptis illorũ liberis

Quod ſi agatur de his, qui nunquam fidem eſſent adepti, ad Chriſtianam Religionem deducẽdis, tunc externa vi, aut armis vti, non valdè expedit. Quemadmodum enim cogi non poteſt inuita voluntas, ſic, nec, quæ debet eſſe ſpontanea Religio. Non eſt Religionis cogere Religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet, nõ vi; Nihilominus plures Principis fuere Pij, & Chriſtianiſſimi, qui edictis, armis, & vi contendere, vt vnirent Ethnicos ad fidem, & ad Baptiſmum, effeceruntq;, vt templa Idolorum clauderentur, exercitia publica, ſcandala, Iudaiſmi ritus alicubi prohiberentur; At aſſequi non potuere, vt qui animum impietati, ſuperſtitioniq; iã deditum haberent, omnino deponerent, quãuis ſe depoſuiſſe ſimularent; opus ergo eſt ad hoc miniſterio Spiritus Sancti, qui animos ad ſuſcipiendam fidem innouet, regeneret, & confirmet, ne rebellent ad vomitum; Alioquin fiet, vt qui pœnarum motu per edicta ſimulaſſent ſe reliquiſſe ſuperſtitionem, & idolatriam, vbi ceſſauerit metuendi occaſio, apertè redeant ad priſtinam impietatem. Hunni, & Vandali à Carolo Magno Rege, & Loderico Flandriæ Præfecto Flãdria fuere pulſi,

quod nollent in noſtram concedere Religionem,retentis tamen illorum paruulis liberis, qui Chriſtiana pietate inſtrui poſſent; Sic Ratisbonienſes inuiti Baptizati ſub Henrico Quarto Imperatore ad Iudaiſmum relapſi ſunt; Iudei quoquè, qui in Hiſpania ſuperiorum Regum temporibus ſacrum baptiſma ſuſceperant veluti inuiti, non ſolum poſteà Chriſtianiſſimum macularunt,ſed contra Egicum,Regnumq́, conſpirarunt; quamobrem omnibus rebus ſuis nudati cum vxoribus, & filijs per cunctas Hiſpaniarum Prouincias diſperſi ſeruituti perpetuæ ſubiecti fuere. Tanta itaq; cura fuit Religionis, vt non tantum plures fuerint, qui Chriſtiani,eam in Chriſtianorum animis conſeruare voluerint,verum,qui,& Ethnici vi,& armis retinere ſuam quãuis falſam Religionem ſatagentes in innouatores, ſeù nouorum numinum cultores diris exemplis animaduerterint. Apud Sinenſes (amplum Indiarum Regnum) lex illa habetur, ne qua Religio alia admittatur ſine conſenſu Regis,eiuſq; conſilij; qui ſecus fecerit,capitale ei ſit. Fortè in nebula illa ignorantię imbiberunt illud Mecenatis ad Cæſarem Auguſtum (eos qui in diuinis aliquid innouant, odio habe, & coerce) non Deorum ſolum cauſa,quos tamen qui contemnit,nec aliud ſanè quicquã magni fecerit;ſed quia quædam noua Numina hi talis introducentes multos impellunt ad mutationem rerum. Quam verè hæc omnia Mecenas,fidem faciant Gallia,Germania, Hungaria,ſed prægrandi ſuo damno,& fraude. Hæc cura etiàm Romanis fuit,ne daretur in Religionis cauſa licentia vagandi in quãlibet partem,eaq; ratione multa indè ſuborirentur mala, fuitq; occaſio ſæpè inquirendi in habentes libros peregrinæ Religionis,eoſq; comburendi. Ob hoc etiàm periculum aliaſq; nationes vetauerunt Cæſares myſteria Religionis palàm Populo diſputanda proponi; Nec Auguſtus permiſit cauſas Religionis Cereris aperto foro cognoſci, ſicut, & ſeuerius placuit Ptolomeo Regi,cum de antiquitate Religionis inter Iudeos,& Samaritanos quæſtio coram eo agitaretur, vt in iudicio partium vtrinq; aduocati,non niſi cum capitis periculo de controuerſia dicerent; Nec vllis alijs,quàm ex lege Moſaica, ſumptis argumentis; Salio,& Theodoſio Samaritanorum aduocatis morti adiudicatis. Admonet Proconſulem Paleſtinæ Iuſtinianus, vt iuxtà morem ſuprà morum Gubernatorum,pacatam à tumultibus popularibus conſeruet Prouinciam, quæ ex diuerſitate Religionum maximè ſeditionibus ſolebat laborare. Id ipſum in mandatis eiuſdem Imperatoris ad alios Magiſtratus Prouinciarum inſeritur. Facilis Populus ad mutandam ſententiam opinione ducitur,antequàm rem ſerio perpendere queat, facilis,& à Religione non accuratè inculta ad ſuperſtitionem via. Qui

periti

Ratisbonenſes e Sacro Fonte ſuſceptos Iudaiſmum rurſus recipit.

Iudeos,qui ĩ Hiſpania coacti nnmẽ ſuũ Chriſtianæ fidei dare rebellarunt, oĩbus nudatos tãdẽ,toto Regno vagãtes perpetuæ ſeruituti addictos.

Quam cordi Ethnicis etiã Principibus ſuæ menitæ Religionis integritas.

Apud Sinenſes Religionis nouatoribus indictũ capitale ſupplicium.

Mecenatis ad' Cæſarem Auguſtum iũ Religionum nouatores dictum.

Duplicẽ ob cauſam eos plectendos.

Apud Romanos cautũ ne nimia licẽtia in Religione vagaretẽ Populus.

Barbaræ Religionis libros Romæ combuſtos.

Auguſtũ ob hoc ipſũ interdixiſſe,ne cauſæ Religionis Cereris aperto foro cognoſcerentur.

Ptolomei Regis ſeuera animaduerſio in Iudeos,&

periti ſunt, pro veritate iuſtè contendunt; qui errore contra imbuti ſunt, pertinaciter, & ſæpè ex malitia obſiſtunt, ſe ipſos prædicant, humanis aliquando doctrinis validè falſa pro veris obtradunt; ſimplices veritatis amatores contemnunt; interim factiones fiunt, ſciſmata oriuntur, pugnæ ex ſcintillis diſcordiæ intenduntur, quæ non niſi poſt multas clades extinguuntur; ſolent oriri ſemina ſeditionum, quæ difficiles habent, & crudeliores exitus, his inuadentibus, illis ſe defendentibus; & dum de belli cauſa agitur, ſæpè in exercitu vtriuſquè partis Religio omnis euacuatur; ea enim eſt miſeria bellorum, maximè ſeditionum, vt nihil ſanè inter milites inueniatur, nulla fides, nulla pietas viris, qui caſtra ſequuntur, ſaltem inter gregarios milites, qui neceſſitate bellica compulſi dicunt ſe cogi ad turpia, & impia, quæ Duces, quamuis probi ſæpè diſſimulare coguntur. Nonne in Belgicis nationibus Catholici Regis Hiſpaniarum hoc ferè vſu venire videmus; idque propter editum Regis iuſſum de conſeruando Concilio Tridentino, deque allis ſtrictè ſeruandis, quibus Populus fuit commotus, & pleriquè ex magiſtratibus, & nobilibus, ſparſo rumore, velle Regem illis edictis in Belgium introducere Hiſpaniam; quam vocant inquiſitionem; quam dicebant non modo pernicioſam, & alienam à ratione, diuinis & humanis legibus aduerſam, ſed quæ etiàm vinceret omnium Ethicorum immanitatem, & crudelitatem; ex quibus vulgus, & multi alij tumultuari cœperunt, coniurationes, & factiones ſtruere, & nouæ Religioni locum præbere, aduocareq́; hæreticos concionatores ceperunt, cū tamen alia eſſet Regis intentio, nempè tantum fidei, inquiſitionisq́; leges auctorare, quæ erant autem ſtatutæ à Carolo Quinto. Hæc itaquè ſit concluſio non omnes nouatores eſſe armis coercendos, eoſque tantum, qui à Catholica abſcedunt Religione, hancq́; vti vitrum eſſe tractandam à Principe, delicatè videlicet, ne facta, ac dilapſa nouos ciat tumultus, diſſenſionesq́; perpetui Reipublicæ excidij cauſas.

Samaritanos corā ipſo de Religione quæſtionē habentibus.

Iuſtiniani monitum ad Paleſtinæ Procōſulem.

Idē ad alios Prouinciarū Prætores.

Populi nō minor facilitas ad Religionis amplexū, quam ad contēptum.

Sæpè diuerſas populus diſtrahitur ī partes.

Quæ indè incōmoda, & publica mala.

Sæpè belli cauſa ob Religionē ſuſcepti Religionem ipſam peſſumdari.

Militū gregariorū præſertim quanta impietas.

Seditiones, & bella Belgica à Pio Regis Catholici edicto initia ſua auſpicata fuiſſe.

Quid ſibi illo edicto metuerint Populi.

Hiſpanicā, quā vocāt Inquiſitionē illis maximè inuiſam.

Indè ortis ſeditionibus factus locus hæreticis cōcionatoribus.

Quodnā Regis Catholici fuerit verū conſilium.

Non

Non debere Principem cum infidelibus inire fœdus, nec illorum opem implorare, & quantum damni ſit cum infidelibus verſari.

CAPVT VI.

DVPLEX eſt modus fęderis ineundi cũ infidelibus; Alter, cum paciſimur, ne nobis noceât, bellum inferendo, prædas agendo, merces intercipiẽdo; quod nihil aliud eſt, quàm pacem conſtituere, populi quietem, ac ſecuritatem parare, plurimaquè incommoda auertere, quæ bella conſequuntur. Alter eſt, ſi mutuum auxilium ſibi Princeps polliceatur; Vt ſi Chriſtianus Rex cum altero Chriſtiano bellum gerens arma infidelium aduocet, aut ipſe illis præſto ſit, cum hoſtium ſuorum bellis premuntur; Id verò quamquam ſaluo officio, & abſquè conſcientiæ labefieri poſſe in aliquo caſu non negauerim, à ſacris tamen litteris pluribus locis damnatur, oſtenditurquè huiuſmodi fœdera exitus plerumquè parum fœlices, immò nonnunquam calamitoſos habere. Porrò Dominus Pſeudo ſapientes iſtos, qui ponũt carnem brachium auum, nõ modo ipſe deſtituit, ſed permittit etiã, vt ab ipſis deſerantur, vel etiàm prodantur, à quibus maximè ſperauerè. Ioannes Palelogus Imperator Orientis bellis conflictatus à pleriſque Græciæ Principibus cum Amurate primo fœdus inijt, qua ex re aditum ad ipſam Europam illi aperuit, ſimulque Greciæ toti cladem longè maximum importauit. Nam audacia Principum repreſſa Turcarum in Vrbibus Greciæ præſidia remanſere; & inſuper captus Amurates Regionis amœnitate oculos ad Europam adiecit, in quam cum quinquaginta quinquè hominum millibus penetrans Philopolim, aliasq; Vrbis loci natura munitiſſimas occupauit. Quis neſcit Ioannem Hungariæ. Regem exitioſam ſibi cum Turca feciſſe concurationem? Franciſcum quoquè Primum cum eiuſdem nominis, hoſte longè pernicioſiſſimum fædus ferijſſe? Sed quam iſte ſibi, & Reipublicæ ſuæ calamitatum, ex huiuſmodi fęderibus pepererit, nemini eſt ignotum.

Duplex fœdus cum ijs, iniri poſſe. Primũ, quo ſola communis quies hinc indè firmatur. Alterũ, quo Reges ſibi nullo rerũ, vel perſonarũ diſcrimine habito auxilia aduerſus quemq; aduerſãtem, ſibi mutuo pollicentur. Hoc poſtremũ, & ſi aliquando fortaſſe ſcelere à Principe poſſit iniri, reiiciẽdũ tñ, quia à ſacris litteris dãnatũ, ob exitũ ſæpè infelicia.

Principẽ tali fędere cõfirmatũ Dei auxilio deſtitui.

Ioãnis Paleologi fœdus cũ Amurate, quantæ calamitati fuerit Chriſtianæ.

Allectus Amurates ex illo fœdere Europæ amœnitate eã occupare aggreſſus eſt.

An liceat hoc fœdus ferire. Quā diuerſas ſecedunt in partes authorum ſuffragia. Inanis fiducia, quæ peregrinæ innititur Religionis auxilio. Conſuetudo cum Religionis Chriſtianæ hoſtibus illi plurimū obeſt. Philippus Rex ab Hiſpania Mauros eicit. Principatus eſſe ſtaquam viridaria, quorū flores nō erumpſit infectis radicibus.

Licere autem hoc fœdus ferire ferè aliquando crediderim: Nonnulli ſentiunt, ſi bellum fuerit iuſtum, poſſe Principem auxilio infidelium vti, illosq; ad defenſionem vocare. Nonnulli tunc licere, cum periculum non eſt, ne cæteri praua illorum Religione contaminentur. Vt cumq; ſit, ſperari tuta neutiquam auxilia poſſunt ab ijs, quos Religio non eiuſdem ſinit eſſe animi. Flumina, quæ Maris ſalſedinem pertingunt, naturalem dulcedinem relinquunt. Quæ fides efferbuit In animis infidelium, erga fideles ſuum nitorem derelinquit. Et certè negari non poteſt, quin conſuetudo cum infidelibus plurimum obſit Chriſtianæ fidei. Sat auri præſtantia conſeruatur, ſi nunquam lucis adulteretur puritas; Iàm vidimus fœdera cum infidelibus icta ſæpiſſimè ruinas ditionibus ſtrauiſſe. Philippus Secundus Mauros ex Hiſpania eiecit damnorum conſcius, quæ talis lætifera lues ſecum afferat. Principatus ſunt viridaria, quę, ni benè extolantur, ſuum decorem, ac pretium amittunt, nec effloreſcit flos, & radices infectas habere contigerit. Externorum conſuetudo ſat damnoſa, periculorumq; minimè expers, at ſi ſit infidelium, certioris, euidentiorisq; periculi.

Quibus legibus permitti aliquādo poſſit infideliū cōmercium. Quieti viuant. Abſtineant à cōmuni Chriſtianorum indumento. Ne gerāt officia publica. Ne vtantur Chriſtianorū famulatu. Diuerſa penitus domicilia habeāt. Aedificia ne conſtruant. Bonis immobilibus careant. Ne ipſi, & Chriſtiani mutuis copulentur matrimonijs.

Quibuſdam legibus commercium horum infidelium non interdicitur. Prima ea ſit, vt quiete viuant, non ſint tanquàm angues, qui fouentis pectus mordeant, ne ſint induti eiſdem, quibus Chriſtiani, indumentis, publicaq; ne gerant officia, Chriſtianorum opera pro famulatu ne vtantur, diuerſas penitus ab alijs ſedes habeant, edificia ne conſtruant; immobilia ne poſſideant; (fixis enim radicibus, non tàm facile eradicaretur arbor). Ne Chriſtianis mulieribus matrimonio copulentur. Hæ ſunt conditiones, quibus non aliis permittitur cum infidelibus commercium. Scio quidem Maritimas Vrbes, quæ mercaturæ cauſa non poſſunt, non plura gerere negotia, non poſſe abſq; publico, priuatoq; incommodo nationes infideles excludere à commercio; Verum Principis prudentia ſit ea, quæ moderetur, & præſcribat limites, & commercijs, & moribus; ſciat tamen Princeps tutum parum admodum ſe eſſe, ſi aliquando cum infidelibus feriat fœdus, cum corrupti horum mores, ſæpiſſimè Religionem euertant.

Eam

Eam quæ vocatur conſcientiæ libertas non etiam cum graui cauſa permitti debere à Principe.

CAPVT VII.

NEGARI non poteſt hominem à prępotenti Deo in hoc Terrarum orbe eſſe conſtitutum, vt arbitrij libertate vti ſemper valeat; quæ tanta eſt, vt cum Princeps ſit in Terris alter veluti Deus, ab hac conſeruari omnibus viribus debeat. Quodſi perturbare vnquam eam velle contenderet, contra ferè à natura inſtituta ſuas adhiberet vires. Iam ergo certum, hominem à Deo ab omni violentia, neceſſitateque, quaſi factum fuiſſe immunem; quæ res efficit, vt hoc libertatis priuilegio ità frui poſſit; vt qui Princeps illud interuertere omnino auderet, contra naturæ primordia inſurgere, hęcq; violare omninò diceretur. Non ſunt vincula, quibus deuinci poſſit à Principe ſubditus, quæ non quodammodo à ſubdito diſſolui poſſint, ſi tàm præcioſam mercem, ſi tàm amplum à natura priuilegium libertatis ab eius manibus extorquere conetur Princeps. Hæc tamen vera ſemper exiſtimarim, niſi ſe ſe offerat conſcientiæ libertas, quæ non tàm in alta ſubſidet ſede, vt à Principe, qui ſuum velit conſeruare Imperium, ab omniq; immune labe ſuſpicionis, non ſemper, quando ei libuerit, poſsit à ſuo ſtatu deturbari, atq; conuelli. Conſcientia enim eſt, vt ità dicam, applicationis actus, noſtræ ſiuè ſcientiæ, ſiuè inſcitiæ alicui rei, quæ à nobis gerenda ſit; ideò cum quisq; facultatem habeat ſuam cuicumq; Religioni adhibendi cognitionem, prauus Politicus, quam cognitionem corruptam habere ſe ſentit, eam omnino, cui Religioni maximè velit, intendere arbitratur, quippe ſuam facultatem præmanibus habeat gerendo, ſiuè exercendo, quam velit; Et hæc propriè nuncupatur illa conſcientiæ libertas, quæ tantopere à pernicioſis efflagitatur hominibus. Quæ ſi vtiq; permittatur, quis non dixerit omnes legum vires abſcindi, omne decretum violari, Deum ipſum abnegari? Peccandi licentia non co-

Homini vltrò cōceſſam à Deo libertaté arbitrij quam ab eo nulli fas ſit eripere.

Hoc Dei priuilegium interuertere eſſet in naturā violenter inſurgere.

Quam facilè ſubditi huic iniecta à Prīcipe vincula effugiant.

Conſcientiæ tamē, vt vocāt libertatē euerti poſſe.

Cōſciētiæ definitio, ſeù deſcriptio.

Quid cōſciētiæ libertati nomine hic veniat.

Ex hac libertate quæ ſcelera.

arctata ijs finibus , quibus pudor conſiſtere ſolet , ſi fortaſsè nimium laxentur habenæ ; humanum intellectum ad vitioſos habitus traducit , & dum quietam vitam agere contendimus, in infelicisſimiam inuiti prolabimur . Libertas ſat ſpecioſa elucet , cum ſolum amicta ijs veſtibus , quæ decoram reddunt , incedat aſſociata virtutibus quaſi pediſſequis ; At, ſi fuco diſſolutionis illita , quæ ſtruat ruinam , ſe offerat conſpectui , non libertas erit , at ſeruitus , quamquisquè Princeps à ſuis ſubditis , tanquam Pater propellere debet . Quæ vincula , qui modi conſcientiæ libertatem nectunt, ſunt dulciſsima fila , quę hominem ità deuinciunt , vt in ea nunquam poſsit elabi vitia , in quæ natura noſtra praua protendit . Libertatem ne eam nuncupauerimus , quæ miſerrarum quaſi ſeruum hominem efficiat , & dùm ſe ſaluum credit, horrido carcere vitiorum ſe mancipatum agnoſcat ? non eſt eam dira ſeruitus , quæ huic tàm graui malo poſsit æquari ? Ex extrema libertate , quæ non gignitur grauis oppreſſio , quæ non miſeranda ſeruitus ? Quis verò miſerum dixerit eum , qui legibus pareat ? Non ſeruitutem appellarim, at iucundiſsimam libertatem , quæ nobis rectas perſcribat actiones , quæ ad eum finem quaſi nos manu deducit , quem nobis iàm propoſuerimus . Ecce igitur, quomodo vna , & quaſi iunctis ferè manibus incedunt liberi arbitrij integritas , & conſcientiæ libertatis prohibitio . Homines ſolo fruendi libertate deſiderio ſe ſe in ſocietatem redigere , Illa libertas , quæ ſine freno vaga prodit , audaciam parit , & non benè temperata à timore in omnia prolabitur vitia . Liber itaque erit homo, ſi arctiſsimis conſcientiæ vinculis ſe deuinctum ſentiet, ſed felicem , cum felicitatem ſuccius munus in ſuos ſubditos transferre .

Libertas aſſociata virtutibus , verè libertas in vitiorū choro potius ſeruitus .

Vincula huic inexa libertati dulciſſima filia q̄ hominē ad meliora pertrahunt .

Praui libertatis effect⁹ ;

Libertatē arbitrij integritatē, & conſcientiæ libertatis inhibitionē pari paſſu incedere .

Iàm illud Princeps in mente ſtatutum habeat , ne quis ità viuat , vt à priori illo fine , qui nobis felicitatem pollicetur , deflectat , neque Reipublicæ detrimentum afferat ; Quod aliter fieri non poteſt , niſi , vt omnino talem comprimat libertatem , quæ omnia ſecum ſcelera adducit , animos ad contemptum præceptorum diuinorum diſponit , & ad clades, calamitatesq; hominem impellit ; Alijs fundamentis non ſtruuntur moles commercij humani, & ædificium, quàm Iuſtitiæ, fidei, ac Religionis ; Si deſtruantur hæc , concidit illa moles , totumque corruit illud ædificium . Religionis diſsimilitudo plures motus concitat , quæ ſola Principis prudentia ſedantur , Vnum corpus exiſtimet Princeps eſſe Imperium , quod ſi hæc habere contigerit libertatem , plura Imperia diuerſa , plures

Princeps cōſcientiæ libertati citus recurrat.

Alia plura eius incommoda.

Imperiū vnū corp⁹, & quę de eo Principi habenda cautio.

ciues,

ciues, ſubiectosq; diuiſos, non eiuſdem, neq; animi, neq; propenſionis habebit, ſtatimq; elangueſcet. Paſtorem non dixerim eum, qui nimis gregem vagantem lupi faucibus committi patiatur; nec Principem crediderim, qui nimis in ſua vagari libertate ſinat Populum, qui tandem pluribus irretitus Religionibus diſſidium ſui, excidiumq; Reipublicæ moliatur. Quomodo verò cor ergà Principem, ſi erga Deum diuiſum habebitur? Si itaque viuendi libertas à nobis rationis vſum auferendo, & Deo nosmet infenſos reddendo, tanquam animantia rationis expertia reddit, in diſcrimenq, ponit ditionem, Principiſquè auctoritatem, non ne dicendum eam non eſſe exoptandam à ſubditis, & nec minus à Principe vnquam permittendam?

Similitudo ad id.

Ex Religionis in Deum diuerſitate facilè propenſionis i Principem ipſum diuiſionem.

Veruntamen ſola, inquiunt nonnulli corpora obnoxia eſſe Principi, non mentem, Religionemq; omnino eſſe debere liberam, nullam deteriorem Tyrannidem, quam conſcientiæ ſubditorum velle imperare; exiſtimo, & ego animos eſſe liberos; & vinculum, quod Religionem nectit, non tollere libertatem. Deus Optimus Maximus dominium nobis reſeruauit conſcientiarum; quod Principi vicem gerenti exercendum relinquit, vt huius omninò ei ſit libera poteſtas, cum in operationibus ad extra ordinè naturæ progrediatur. Tirannicum nimis foret, ſi ſubiectos nimia vti libertate Princeps pateretur. Cauebit idcirco, quantum poterit Princeps, ne tàm exultans herba excreſcat, ne libertas Religionum permittatur, quando quidem hæc nimium exculta venenum parabit, quod Principem, ac Imperium interimet.

Non deeſſe, qui damnēt conſcientiæ libertatis inhibitionem.

Satis fit dubitationi, quæ poſſet inſurgere.

Principem in Religione nihil ſtatuere debere.

CAPVT VIII.

> Princeps veræ Religionis defenſor, nõ tamẽ arbiter.
>
> Immutata Religione facilè etiã Reipublicæ adminiſtrationẽ immutari Aegyptiorũ Regũ Nabuchodonoſoris, & Antiochi exempla id ſuadẽtia.
>
> Eidẽ documento fuiſſe Caium, Conſtantinũ Valẽtẽ, alioſq; Romanorum Imperatores.
>
> Sæpè tãtorũ malorum authores Aulicos eſſe.
>
> Obuia exempla.
>
> Cauſa tot diſſidiorũ Germaniæ.
>
> Lutherꝰ vnꝰ, & hæreſeos & malorum author.
>
> Conditionẽ Germaniæ eſſe deteriorem veteri Aegypto ſuperſtitionũ parente fęcũdiſſima.
>
> Vndè ſectarũ in Germania tã frequens mutatio.

PRINCIPI tuendæ verę Religionis cura commiſſa eſt, inſtituendæ tamen, vel innouandæ, nulla eſt omnino poteſtas; Non enim eſt Arbiter Religionis Princeps, ſed diſcipulus. Animo tenerę debet, vſuq; oſtenderę pietatem eſſe colendam, non autem politicis edictis perplexam reddendam, quia connexa eſt cum Religione Reipublicæ adminiſtratio; quo circa mutata Religione, neceſſe eſt Reipublicæ commotionem, aut commutationem ſequi. Reges Aegyptij, cum nouas fingunt, aut permiſcent ſuperſtitiones, Regni vires ciuilibus contentionibus dilacerandas dederunt; Nabuchodonoſor fidiſſimis, prudentiſſimisq; ſe pęnè Principibus priuauit, dum nouæ ſtatuæ dedicatione ſubditos ſollecitauit; Antiochus Illuſtris eadem de cauſa Regnum, & ſe ſe perdidit, cum Iudęorum pietatem perſecutus eſt, quam ſi defendiſſet, fortiſſimamq; gentem inter tot bella amicam habere voluiſſet, vniuerſæ Aſiæ facilè imperium obtinuiſſet; Sic Caius Conſtantinus, Valens, Iuſtinianus, Iſaurus, alijq; ſummo detrimento Reipublicæ Religionem nouarunt.

Accedit his natura Aulicorum, cum enim omnis poteſtas ſit adulationibus obnoxia, facilè obrepunt ſpecie ſanctitatis, qui mentiendo, aſſentandoq; magnates peruertunt; ſic Conſtãtinus ab Euſebio, Valens ab Euſebianis, Leo Iſaurus à Venefico Iudęo ſeductus eſt; nullum autem clarius exemplum nobis huiuſce rationis, quàm noſtri ſæculi calamitates exhibent.

Quia namque in Germania lege quadã Principes Religionẽ ſuo arbitrio moderantur, hinc tanta eſt Religionum varietas, ac ignorantia, vt vlla pęnè Religio ſuperſit. Iamdiù veteris fidei tędio, ſimul faſtidio diſciplinæ Monaſticæ, & ambitione ductus Lutherus nouæ hereſeos fundamenta iecit; interea omnia commutata ſunt, vt Germania veteri Aegypto ſimilis eſſe videatur, in qua omniũ ſuperſtitionum furor quotidianus turbas ab bella ciebat; Hoc vno deterior eſt Germaniæ, quã Aegypti conditio, quod perpetua in mutatione Germania verſetur, celerimeq;, quę temere placuere, diſplicẽãt, Aegyptiorũ verò cõſtãtior fuerit ſuperſtitio.

perſtitio.

perſtitio. Quod autẽ hę opiniones, & ſectę quotidie innouẽtur in Germania, nõ eſt mirandũ. Quia cũ veritas hominibus accedat ingrata, illisq́; Dei benignitas ſit ignota, ſolet Deus, vt puniat hoc peccatum; permittere efficaces, & enormes errores, vt credant homines mendacio, vt puniantur, ea ipſa cauſa, quod veritati non credunt. Præterea neceſſe eſt ibi creſcere ſectas, quia veri omnes Principes, & Magiſtratus munus ſuum hac in re negligunt, petulantiam ingeniorum confirmant, cuilibet pro ſuo arbitratu quamlibet falſam opinionem confingendi ius permittunt; Demum ſectarum auctores ſumma ſe opera coniungunt, pacifici inter ſe viuunt. Horum ſcriptis dedecus quiſq́; putat obſiſtere, inuidioſum, & periculoſum reſiſtere; Doctores formidine quadam, & metu amittendæ tranquillitatis, fortunarum, laudisq́, gratia tacent, languidè agunt, ſuamq́; tandem deſerunt cauſam; & ſi qui adhuc ſuperſunt ſinceri Doctores, nec dùm infecti fanaticarum opinionum veneno; tamen ſunt languidi, meticuloſi, & animo paulò abiectiore, quam, vt veritatis cauſa periculum incurrere velint; Quieſcunt igitur, & ſpectatores ſunt eius fabulæ, cui tamen ipſi primo applaudere nolint; & ſi inclamant, nonnulli tamen cum ab alijs turpiſſimè deſerantur, ſoli non poſſunt tanti molem negotij ſuis humeris ſuſtinere. Hæc ſunt, quæ ità ſectas augent, vt nihil amplius in Germania ſinceri reperiatur.

Alia ratiò ex plurium Principũ negligentia; Sectarum huiuſmodi authorum apud eos authoritas.

Doctorũ Catholicorum metus, ac formido, qua à Religionis cauſa deterrentur.

Qui ſũt animo excelſiori, ac minimè meticuloſi, cũ ab alijs deſerant cauſæ impares eſſe.

Quam elaborandum ſit Principi, vt veram Religionem conſeruet.

C A P V T IX.

IN hoc vnum præcipuè incumbere debet Princeps, vt vna vera, antiqua ſcripturis, & traditione Apoſtolica tradita, Sanctis Patribus cognita fides omnibus ſuperſtitionibus euulſis doceatur, atq́; conſeruetur. Id potiſſimum conſequetur, ſi plura antè oculos propoſita habebit, quæ ſi vtiq́; ſeruare ſtudebit, maximum fructum, maximamq́; gloriam percepturum ſe eſſe ſentiet; Si in primis vitijs reſiſtere, ſi ſubditorum factum retundere, libidines frenare, auaritiæ modum ponere elaborabit, hoc vnum commodum aſſequitur, vt veluti radix, ex qua bella inuentiſſima oriuntur, extirpetur. Nunquam Hæreſis ſui cauſa orta eſt; Vitia ſunt, quæ vnita deprauant, & ſemper alicui vitio per nouitatem ſu-

Pręcipuum Principis ſtudium quale.

Quibus machinamentis ſuperſtitionis 'artẽ facilè ſubuertet. Hæreſim ſui cauſa minimè ortã, ſed, vt vitijs velamento, vel etiã irritamento eſſet

 perſtitionis

perſtitionis quæſitum eſt fomentum, vel impunitas. Si quis aliquo pacto delinquat, ſtatim inſurgit ſimulatio, quæ ſua nouitate impietatem colit; cum quem flagitia ſua premunt, facillimè in errorem pelli conſtet. Alium ſpes, alium metus, alium indignatio, alium ebrietas, plurimos libido, ambitioq; in nouas opiniones, ſectasq; impulit. Eſt hoc, ſemperq; fuit hæreticorum ingenium, vt antè ſceleribus ſe indignos fidelium conſortio, & pęnis obnoxios redderent, quam errore, & pertinacia ſe ſepararint. Iracundia Huſſi, Lutheri luxuria, Zuinglij crudelitas, Caluini, & Bezæ libidines, ſecretę Anabaptiſtarum cædes, nonne in nouas ſectas plures impulere? Hi quam ingenio, vſu, moribus fuerint corruptiſſimi, ipſi de ſe mutuo teſtantur.

Haud inconſultus erit labor, ſi à Principe magna cura, ac ſtudio in ſacram doctrinam inquiratur, doctores idonei conſtituantur, qui docere, concionari, verbo, & exemplo prodeſſe elaborent. Hoc proficiet, maximè ſi præferantur hi, qui animarum ſalutem vna cum dignitate coniunctam habent. At ſæpè hoc accidit incommodi ex ſacræ doctrinæ neglectu, vt ſanè hanc in puerorum, ægrotantiumq;, vt ita dicam, pectora, haud inſinuarę poſſit, dùm eruditorum beneficia, ſacerdotia, honores, homines imperiti, qui de Principe ſunt benemeriti, conſequuntur, qui deindè ſuam à Principe agnoſcentes fortunam, nihil magis curæ habent, quàm totos ſe ei tradere, vt eorum gratum animum proſpiciat, pares alioquin infantibus, qui nondum cum lacte Catholica imbiberē rudimenta, quid ſit Deo inſeruire, quid docere Chriſtianum, ignari. Hæc culpa in ſolum Principem eſt conferenda, quæ ſibi quidq; licere exiſtimet, magisq; præoculis habeat gratum animum, quàm Populorum beneficium. Hinc fit, vt qui alios docere debent, neceſſaria non instructi diſciplina, prægrauentur in muneris ſui functione, ſubditiq; non ſatis in fide contenti huc, illuc euagentur, varias, & quæ toti Reipublicæ perniciem afferant, opiniones imbibentes. Verùm hæc non tantum ſit Principis cura; Epiſcopos ipſos opibus, atq; auctoritate munire ſtudeat. Si Præſidum, & Ducum dignitas formanda eſt, vt legitimè poteſtatis excellentia controuerſias ciuiles dirimant, quanto ampliore poteſtate ornandi ſunt, qui de rebus cęleſtibus, & æternis iudicant? Si Religionis Antiſtites tenui cruſtulà viditent, ad rerum corporearum curas vertuntur, a diuitibus, arrogantibus, & à moderatis etiàm contemnuntur, cumq; rerum domeſticarum ſollicitudine tenentur, & circa domus ſuæ detrimenta diſtricti ſunt, doctrinam ſuam quaſi obiter tractant, & ferè in ſecundis habent. Præcipua enim illis cura viuendi, al-

tera

Hæreticos non prius e Religionis veritate deflexiſſe, quã ſaelerib⁹ impiatos conſortio fidelíũ ſe indignos exhibuerint.

Exemplo.

Quid præcipue agẽdum ſit a Principe.

Ex quo fonte hæc oriãtur mala.

Populorum doctores ſæpè in cauſa eſſe, quod nihil antiqui⁹ habeant plerumq; quam Principibus obſequi neglecta interim Populorum erudiẽdorũ cura.

In Principẽ tñ culpã reiciendã eſſe.

Populi doctorẽ nõ ſatis diſciplinis inſtructũ nacti ad alios fontes ſępè veneno imbutos aduolant.

Non deſit Princeps, & opibus ſuis, & authoritate Epiſcopis Religionis Antiſtites tenui quadra viuẽtes ſępè ad ea deflectere, q̃ ſuã dignitatẽ minimè decẽt.

tera docendi; hinc metu, & ſpe, in omnem partem flexibiles ſunt, & quod hiſtriones ſolent, theatro ſeſe accomodant, famaq; ſuam, & conſtantiæ opinionem vilem habent, dùm rei augendæ inhiant. Hæc remedia tamen parui ſunt facienda, ni alia adhibeantur, quæ maiorem vim ſint habitura.

Præcidat ergo Princeps anſas, & initia contentionum, ingeniorumq; petulantiam, quam omninò exterminet. Hoc enim contendendi ſtudium cum in Rempublicam, & Religionem ingruit, inter familiariſsimos ſummas lites, odiaq; concitat, & in contrarium errorem rapit. Conſulto Holandię Proceres, inter veteres, & nouos Chriſtianos concordiam ſtatuere conati ſunt, & ne quiſquam alium accuſaret, damnaretq; impietatis, imperarunt. Illud certum eſt, vbi de Deo ſentiendi pro arbitrio, blaſphemandi, ceremoniarum impiarum, & rituum fuerit inducta nequitia, liberrimè vitia omnia, & in omnes eſſe graſſatura, & Rempublicam totam ruituram. Hæc certè vitabuntur, ſi aderit illa poena, quæ conſcientias obſtringat; ſalus noſtri corporis ſic à cunctis cuſtoditur, vt etiàm in nolentibus adhabita arte ſeruetur, quanto magis, ſpiritalis eſt curanda, in cuius diſertione mors metuitur æterna.

Quæ remedia ſunt adhibēda à Principe.

Holandiæ Dynaſtas conatos eſſe cōcordià inter veteres, & nouos Caluinianos ſtatuere, quibꝰ verò legibus.

Rempublicam vbi de Deo impiæ opiniones &c. permittant facilè lapſuram.

De modo reducendæ veræ Religionis.

CAPVT X.

NON minor cura incumbit Principi, vt prauę opiniones tollantur è medio, Deo ſuus reſtituatur honos, quam vt vera Religio, pietasq; conſeruetur. Lenia tamen ſuadeo Imperia, & monitiones. Paulatim Medici humores noxios, e corpore per interualla ſubducunt. Non impetu agendum, ſed lenta, firmoq; gradu omnia curanda; ſi quis enim impetu quodam ageretur, magis obſiſteret contumacia, periculumq; eſſet, ne qui errorum, & ſuperſtitionum egritudine laborat, facilè in recidiuam priori morbo peiorem incideret. Hac igitur lenitate eſt agendum, ni fortè hæreſes ſint, quæ moram non patiantur, vt ſunt Mucerianorum, atq; Anabaptiſtarũ, eorumq;, qui in Magiſtratum inſurgunt; illę enim, vt morbi acuti, medicinæ lentæ locum, & tempus negantes, ideò celeri,

Hæreticorũ ad veram Religionē reductio fiat leni, & lento potiùs ac firmo gradu, quàm violento, & facilè labēte. Aliquas tamen hæreſes moram non pati.

celeri, & periculoſo remedio opprimendæ ſunt.

> Doctores errorũ multentur exilio, vt olim Arrius Neſtori⁹, Vigilantius, & alij.
>
> Religioni aduerſantes honorabilis publicis exuantur.
>
> Huius cõſilij quæ emolumenta.
>
> Nomine infidelitatis Prĩcipi ſuſpecti eſſe debent.
>
> Populi lẽti⁹ ad veritatem veniunt cum ſuperſtitionẽ ſuã honoratã vident.
>
> Quid hac in re comitijs Ratisbonæ I Germania habitis actũ ſit.
>
> Quid à Caluinianis arbitratum, vt Lutheranorũ authoritatẽ atterrerent.
>
> Supplicium omnino ſumaſ de reis violatæ Religionis.
>
> Cautio ſũma adhibẽda, ne cũ oĩbus idẽ præſtandum.
>
> Paruo annorũ ſpatio Hæreticorum in Gallia ſupra centũ millia ad verã fidẽ adducta.
>
> Nulli Principum Germaniæ ob Religionem ſuis violẽter illatam fuiſſe factum vim.

Hæreſiarchas, & doctiores errorum è Republica pollendos neceſſarium duco, & omnes vna quidem vice, ſi commodè fieri queat, ſin minùs, ſenſim, & paulatim. Error, cui patrociniũ deerit, ſine pugna concidet. Nunquam ſatis laudati ſunt Imperatores, qui Arrium, Neſtorium, Vigilantium, alioſq; exilio multarunt. Inſuper verę Religioni aduerſos honoribus, dignitatibus, & muneribus publicis arceri debere ſuadeo; Nequè iniquum eſt, eum, qui Reipublicæ incolumitati obſtat, à Republica honores, & opes non adipiſci; Multa ſunt huius conſilij emolumenta, nàm ſi in dignitate ſunt aduerſarij Religionis, multa habebunt, quibus ſe ſe Principi opponãt, ſubditoſq; inſcio Principe diuexent. Nemo enim, cum diuerſam à ſuo Principe Religionem tuetur, ità illi fidelis eſt, ſicut alijs, quibuſcum cõſentit; Deindè ſubditi, lentiùs ad veritatem veniunt, cum perfidiam ſuã in conſortibus errorum ſuorum honoratam vident. Quanti res hæc momenti ſit, intellexere iàm nonnulli Germaniæ Principes, quibuſdam comitijs Ratisbonæ habitis; petierunt enim, vt Cæſar Aulicos conſiliarios pari numero ex diuerſa Religione legeret, cum tamen ipſi Catholicis non vtantur, immò nec Lutherani Caluiniſtis, nec hi Luteranis. In hæc tamen extirpanda hæreſi moderatè, & cum ratione agatur. Exemplo ſunt Caluiniani, qui vt facilè auctoritatem Lutheranorum atterrerent, nomen Lutheri ſæpè cum veneratione vſurpabant; eos autem Lutheranos, quos contra agebant, omnes Flaulanos appellabant. Flaui verò inter Lutheranos ſecta præcipuè erat ſtoliditatis, et amentiæ. Coitiones præterea clandeſtinæ, publicęq; prohibeantur: ſeueritate legum errores coerceantur. Violatarũ Religionum alibi, atq; alibi diuerſa eſt pœna, ſed vbiq; aliqua; Meritò ac iure. Nam quod in diuinam Religionem committitur, in omnium fertur iniuriam: quod omnibus nocet, Reipublicæ periculo nocet, ideòq; à Republica repelli debet. Si paucæ ſint, ſi ſine motu fieri poſſit, iubeat non eſſe hæreſes, ſed ſenſim vigor legum exeratur, niſi vbi contagionis periculum eſt; qui perniciosiores ſunt, remoueantur; cæteram turbam Principis auctoritas ducet. Multos verecundia, multos timor retinet, pleroſquè vana ſecuritas, quaſi melius aliquid non appareat, quod ſequantur; Intra paucos annos in Francia ſupra centum millia ad veritatem conuerſi ſunt, in Germania plures, Nullus Principum Germaniæ, qui ad Catholicos adducere ſuos conatus eſt, vim expertus eſt legibus ſuis contrariam, Belgę dumtaxat rebellarunt, ſed nec ſola ea erat cauſa; Religio, Priuilegia, & libertates obtendebantur, & inuiſum ſemper Populis cultis exteræ nationis Imperium, Nec dicatur non eſſe cogendos, cum

ſic impij

ſic impij maneant, & ſimulationem adiungant impietati, germinentq; ſcelus, ſed ſalutari lege eſſe eis imperandum, ne veritatem oppugnent; quamuis enim inuiti pareant, minus malum eſt tamen coactos ſola mente, quam mente ſimul, & opere in flagitia ferri.

His maliſ efficaciſſimum remediũ eſſe vitæ Principis ac morũ integritatẽ.

Verùm inter omnia efficaciſſimum remediũ arbitror, vt Princeps vitæ integritatem, morumquè puritatem colat. Difficilis omnino erit impios huiuſmodi à ſcelere auocare, niſi Princeps vere ſit Catholicus, & Prælati inſignia non tantum innocẽtia, ſed fama etiàm innocentiæ totæ Chriſtianæ Reipublicæ præluceat. Cum enim adeò maligna res ſit, & calumnioſa ſuperſtitio, vt de ſanctiſſimorum virtute, atquè exiſtimatione detrahat, Athanaſios etiàm fictis criminibus per ora hominum traducat, impijs teſtium periurijs ad tribunalia trahat, quaſi in alieno crimine ſat cauſæ, cur hæreſes non deſerantur; quis dubitet, quando publica ſunt Sacerdotum ſcelera, magno detrimento Religionis ea tolerari? Clericorum malorum vita turpes hęreſes fecit, auxit; hæ ceſſabunt, ſi Eccleſiaſticę diſciplinæ, vbi ea elanguit, reſtitutio, vbi viget conſeruatio ponatur.

Prælationẽ etiã inſignẽ probitatem requiri.

Superſtitionis malignitatẽ carpere etiã ſanctiſſimorũ hominum integritatem, ac famam.

Sacerdotum ſcelera quãto detrimẽto Religioni.

Alia ſunt minora adiumẽta.

Alia minora ſunt adiumenta pro reducenda vera Religione, quæ prudentia, & pietatis ingenioſus amor ſuggeret, quę percũtibus adhiberi poſſunt. Non ſine admiratione diſciplinarum Mathematicarum capiuntur Iapones, moraliumquè rerum expoſitione gaudent. Indorum plurimi beneficientia, Americani ceremonijs, & Muſica. Omnia ſunt tandem pro hominum ſalute tentanda; Muſicam piam, ac grauem collaudo, quæ non ſolum modulatione ac harmonia aures mulceat, ſed multo magis verborum, & ſententiarum luce mentem inſtruat, ſanctitate voluntatem afficiat; Paulus Somoſatenus hymnos Eccleſiaſticos in fœda, adulatoriaquè crimina mutauit. Arriani, & Pelagiani hoc errorum auxilio, fidem, diſciplinamquè perdidere; quorumdam verò vſquè eſt progreſſa audacia, vt Soſadicos etiã cantus in Eccleſiam induxerint. Nec aliter noſtra tempora ſectarum multitudine, & fęditate infamata ſunt, quam cautionibus ſuaui modulamine hæreſim inſinuantibus, & veritatis irriſionem ſonantibus. Sic hymni Lutherici, ſic Bezani animas plures, quam ſcripta, & declamationes, occiderunt. Docuitquè hoc Germania, Galliaquè; nàm pendentibus in ancipiti animis noua muſica, pro veteri illa ſuauiter ſeuera, & veritatis ad miniſtra licentior interuenit, & illecebroſa dulcedine hæreſes illitas incautis animis propinauit. Nunc igitur prudentis eſt Medici veritatem, & ſanitatem maiori concentuum ſuauitate condire, ne mentibus in mollitiem prolapſis aſperè incedant, ac repudientur. Multa alia ſunt, quæ Principi prudens caritas, & cura

Iapones Mathematicarũ diſciplinarũ ope à ſuperſtitionũ gurgite extrahi.

Indos beneficientia.

Americanos ceremonijs, & muſica.

Muſica laudata.

Paul⁹ Samoſatenus hymnorũ Eccleſiaſticorũ impiùs correptor.

Indè Arrianorũ, & Pelagianorum impietatẽ ſua ſumpſiſſe incrementa.

Quorũdã audacias auſũ.

Lutherici, & Bezani hymni numeroſis ſuis cõcẽtib⁹ illecebrarũ, ac titillationum pleniſſimis.

Alia remedia aliundè petenda.

cura proximi ſpontè dictabit; omnia alia, quæ amorem, venerationemquè Principi conciliant, etiàm eo proficiunt, vt huius ſententiam inReligione facilè ampleċtantur;atquè huiuſmodi ſunt tributorum, & onerum remiſſio prompta, cum incendijs,aut ruinis deformata eſt aliqua pars ditionis, Auxilia, Annonæ procuratio. His enim efficitur, vt quicquid Principe aduerſum putant, oderint; His vtendo facilè Princeps, extirpabit hæreſes; quamuis initio legibus ipſis potentiores eſſe videantur.

PRIN-

PRINCEPS
COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI
De Prudentia Principis.
Liber Septimus.
De Prudentia Ciuili Principis, quæ ſit, eiuſq́; partes.

CAPVT PRIMVM.

DE prudentia Principis pauca quædam potiùs à me ſunt delibanda, quàm tractanda, cum hoc toto opere nil aliud contineatur, quàm Ciuilis Prudentiæ ratio, ex qua veluti fonte reliqua omnia doctrinæ huius præcepta dimanare certiſſimum eſt. Pertingam itaq; tantum, quid ſit Prudentia, quæ eius partes; quibus facilime cognitis, quæ exinde erunt cognoſcenda, erunt in aperto. Prudentia eſt habitus agẽdi cum vera ratione circa illa, quę hominibus ſunt bona, aut mala; hæc autem latiſſimè patet, & in omnium virtutum actionibus verſatur, omnibus limites certos, modumq́; quaſi inculpata dictatrix præfinit. Cum enim virtus omnis, in medio, electione, & modo conſiſtat, ſinè illa rectrice, & diſpenſatrice, non poteſt medium eligi, nec modus inueniri: ſine hoc perpendiculo non niſi ruina extruitur. Magnes ille curſum nauigationis ad ſcopum felicitatis immotum dirigit, facemq́; præfert, qua extincta omnia in tenebris ſunt. Hunc lucis diuinæ radium Princeps per tantas tenebras inconniuentibus oculis perſequatur. Politicam dico, ſiuè ciuilem prudẽtiam illam, inquam, quæ pace, bello, Regno, Ariſtocratiæ, Politiæ, legibus præſidet, totq́; res, ac tanti momenti tàm diſſimiles moderatur, atq́; in fines ſuos deducit, quot opus eſt eum cognoſcere, excipere, diſponere, quæ moroſiſſimum animal hominem regit; Hominem, inquam, cuius natura auida eſt libertatis, cui adeò moleſtum eſt Imperium, vt etiã vtilia, iuſtà, & benigna imperantibus

Authoris cõſilium.

Prudẽtia eſt habitus agendi cum verã rõne circa illa, quæ hominibus sũt bona, vel mala.

Virtutem electione, & mõ cõſiſtere in medio, electionem autem medij, ac modum eſſe à Prudentia.

Prudentiã ciuilem, velutĩ nauigationis magnetem Principi facem pferre, vt multa pericula vitet.

Ciuilis facultatis officiũ.

perantibus

Vt luminib⁹ capto perſpicilla, nulli ſunt adiumẽto, ità haud benè præeſt Imperio, qui Prudẽtiæ oculo priuatus cæcutit.

perantibus malignè pereat. Quemadmodum perſpicilia ineptè ſumit, qui luminibus captus eſt; ità haud benè præeſt Imperio, qui oculo prudentiæ priuatus eſt. Damna certè dat multa imprudentia ijs præſertim, quibus regimen aliorum commiſſum eſt, non enim ſibi ſoli putant, ſed plerumq;, immò ſæpè numero, cunctis ijs, quibus regendis non tàm viribus, atq; potentia, quã prudentia opus eſt. Hinc Fabio Maximo aliquando plus negotij, cum Ciuibus, quàm cum hoſtibus fuiſſe ſcribunt; Adeò verum eſt excellentibus ingenijs cuius deeſſe artẽ, quam Ciues, & ſubditos regant, quàm, qua hoſtes ſuperent.

Fabij, Maximi Prudẽtiã qua hoſtes ꝓfligauit, cuius regẽdis, haud parem vilam fuiſſe.

Quæ conſtituunt Prudẽtiam.

Integram autem hanc Prudentiam conſtituunt octo partes, Memoria, docilitas, Ratio, intellectus, ſolertia, prouidentia, circumſpectio, cautio, diligentia; Ad Conſilium dandum hæc ferè conueniunt.

Quã neceſſaria ad ſentẽtiam ſuam in Republica ꝓ dignitate dicendam.

Primo ſanè ad ſententiam in Republica dicendam, conſilium uè exhibendum, multarum rerum memoriam, viuidamq; ſeù doctrina, ſeù experientia comparatam requiro; Qui enim ea, quæ antè ſe facta ſunt, ignorat, ſemper puer eſt; tàm multa ſcripta ſunt, tàm varia, vt vel truncum inſtruere poſſent; verum illa eſt ingenij humani imbecillitas, vt, cùm aduerſa legunt, & proſpera, ſibi benè ominentur homines, & quæ blanda ſunt, credant. Sint vſui Hiſtoriæ, quæ cuiuſcumq; generis, documenta in illuſtri poſita dant intueri, vt Princeps, quod imitetur, capiat, quod fœdum inceptu, fœdum exitu, derelinquat. Prudens tamen ſit Princeps, vtiliaq; tantum ſcernat; Cibus, cùm naturam ſuam retinet, & indigeſtus ſtomacho innatat, oneri eſt, & valetudinẽ irritat, ac premit; cum verò in ſãguinem receſſit, vires miniſtrat; & venas implet; ità quoquè rerum cognitio, non in memoria tantum reſidere, ſed tranſire in ingenium debet, cõſiliorumquè firmitatem, & conſtantiam, ſalutari ſucco roborare, ac fulcire. At non ſatis hæc comparata dicitur, niſi ad vſum, ciuilemq; actionem transferatur; Duo ſunt, ex quibus Prudentia ſumitur, hiſtoriarum cognitio, & experientia. Nam, quæ ex altera harũ colligitur, nedum debilis eſt, & manca, ſed irrita, immò miſera, immò etiàm in Principe miſerrima. Quamplurimos Reges, ac Princeps fuiſſe extant monumenta, quæ opprimè delectatos fuiſſe hiſtoria tradunt; Alphonſum Aragoniæ Regẽ, in Q. Curtij ſcriptis diligenter volutatum annalium ſcriptores tradiderunt. Carolum Quintum Trucydhidis lectione, & Philippi Comminei commentarijs operam impendiſſe aſſerunt, qui res eius geſtas literis conſignarunt. Et certè non infructuoſam illis fuiſſe huiuſmodi lectionem, ex heroicis illorum pace, belloq; geſtis liquido conſtat. At doctrina hæc ad facta debet, nõ otij, aut inutilis loquacitatis cauſa vſurpari, Dux Albanus ſcientiam

Hiſtoriarum ad hanc obtinẽdã ſtudiũ laudatum.

Quæ cautio in legendis hiſtorijs habenda à ciborum ſimilitũdine.

Prudẽtiã hiſtoriarũ cognitione, & experientia comparari.

Carolũ Quintum Thucydidis lectione, & Cõminei commentarijs.

Hiſtoriarum lectionẽ non loquacitatis, ſed diſciplinæ causa vſurpari debere.

tiam aiebat nuda tantum lectione paratam ſimilem eſſe lacui compluuio, quæ verò rerum vſu paratur, aquis puris, & limpidis. Qua ratione Princeps non ineruditus, filium ſuum Regni ſucceſſorem admonebat, voluptatem, vt caperet lectione, & cognitione rerum honeſtarum, verùm cum duplici cautione, vt in primis, non niſi tempus illud impertiret ſtudijs, quod à negotijs ciuilibus ſupereſſet; deindè, vt ad ſtudia lentiùs incumberet, quo ſimplicem, ac nudam rerum cognitionem perciperet, & idoneum ſe redderet muneri ſuo exequendo, reuocans ea in praxim, & vſum, quæ iam ante lectione didiciſſet.

Eam lectionem filij ſuadebat, ſed duplici cautione vſurpandam monebat.

Memoriam non ſemper, ſed frequenter tamen comitatur alterum ad actiones Prudentiæ adiumentum, Docilitas. Princeps, qui à ſe ipſo omnia non habeat, ſiuè adhuc iuuentam non fuerit egreſſus, ſiuè prima rudimenta non benè à probo, & docto Magiſtro ebiberit, non erubeſcat diſcere, nec modo à libris (quod faciliùs arrogantia facit, quia ſibi ſola imperitiæ ſuæ conſcia eſt) ſed ab ijs, quos viros idoneos delegerit, eorumq; ſententias ſedulò percipiat. Hac in parte grauiſſimè errant, qui ſolo adulationis cantu allecti omnia ſe ſcire arbitrantur, qui, quod à ſe ipſis non fuerit præmeditatum, ab alijs ſuggeri ægerrimè patiuntur; ideò non, quod eſt optimum, & ipſi cenſuere, pertinaciter vrgent.

Docilitatem magnum ad Prudentiam adiumentũ.

Princeps libenti aure excipiat idoneorum virorum ſententias, ac monita.

Docilitate ſat præſtantior ſolertia, quæ celeri animi motu rationem modumq́ue inuenit expediendæ difficultatis; Subita enim, & breui tempore res arduas componit, nomen, & auctoritatem parat. Non datur hęc tanta virtus, niſi his, qui longo experientiæ vſu plura didicere. At non tot, tantorumq́ue negotiorum humeris priuatorum imponitur moles, quot vaſtitas, numeroſaq́uè congeries Principis animum fatigat, hic ſi celeri quodam animi motu plura ſedauerit, verè Prudens dicetur, ſolerſq́uè Princeps.

Solertia pars Prudentiæ.

À Principe, magis quam à cæteris ſotiam exigi.

Præſtantem non minus dixerim intelligentiam, quæ ex cognitis, perſpectiſq́uè alia cognoſcit, & dijudicat. Hæc eſt ea, quæ ſupra enarrata iam cognita in vſum, cum opus eſt, trahit, & mente iam diſcuſſa in publicum commodum deducit.

Intelligẽtia. Eius munia.

Prouidentiam non omittam, quæ finem bonum, & ea, quę ad finem ducunt, propoſita habet. Porrò parum eſt ſuperiora illa, ſi habeas, niſi, & omnia adiuncta, quæq́uè rem circumſtant, circumſpicias. Quæ Prudentiæ pars circumſpectio nominatur. Imperatorum effiges olim honore ciuili colebantur, offitium videri poterat, ſed quia ſtatuis illis diuorum effiges coniungebantur, Idolatriæ crimen erat legitimi Magiſtratus veneratione connexum. Prudentiæ igitur fuit circumſpicere, ne, dum Impe-

Prouidentia quam neceſſaria.

Partem Prudentiæ eſſe, & dici circumſpectionem.

Imperatorũ ſimulacra ſũmo in honore habita.

Quæ circumſpectio tam à prudẽtia habenda fuit.

Imperatorem honorarent, Deum colerent.

Cautio maximè requiſita.

Commoda in Republica ſæpe negligenda, vt mala vitentur.

Quam rara ſit hæc virtus exemplo Caſſij, & Bruti.

Magnum etiam momentum habet in bonorũ adeptione cautio malorum. Multa enim commoda in Republica ſunt deſerenda, etiam vſu recepta, vt quæ conſequi ſolent, mala euitentur. ſemper, quod obeſt virtuti, conſiderandum eſt, ne caſu vnico, totus labor pereat. Rarò virtutis hæc pars etiam illuſtres viros comitatur. Caſſius, & Brutus, dum tyrannide liberare patriam ſatagunt, non ſatis perſpecta voluntate Antonij, aliorumquè ciuili ſanguine gaudentium tres crudeliſſimos, vno ſublato, tyrannos patriæ impoſuerunt.

Diligentia vna virtutũ, quæ aſſidens Prudentiæ eſt alacritas, & facultas, qua percipiuntur eorum, quæ prudẽter ſunt conſtituta celeritas.

Prudentiam tandem ſine diligentia eſſe nollem, quæ tanti eſt, vt ſi Prudentia ſine diligentia exiſteret, vere Prudentia non diceretur. Hæc eſt animi alacritas, & facultas, qua percipitur eorum, quę prudenter ſunt conſtituta, cum rectâ ratione celeritas. Virtus omnis exigit, vt adamuſſim ſibi reſpondeat effectus, ſed in Imperio etiam in paruis vtilitas id omninò requirit, & eſt animi certum, & ſtabile documentum.

Diligentiã ſectetur Princeps.

De ea ruſticanũ Axioma.

Oculus Domini paſcit equum. Prouerb.

Decurritur quorumdam obiectioni.

Diligentiã maximè iuuare cuique rei, vel negotio ſtatuta tẽpora, quæ facilè peruertere non liceat.

Grande ſcelus, negligentia, quæ Religionis contemptus ſubrepit, hoſtes inualeſcunt tyrannidem optimates exercent, &c.

Rebus igitur, quæcumque tandem illæ ſint, quæ tum propriã, tùm ciuium omnium ſecum trahunt vtilitatem, diligenter Princēps conſultum velit, & cautum. Agricolas imitetur, quorum eſt Axioma ruſticanum, quocumque domini præſentis oculi frequenter acceſſerint ea parte maiorem in modum fructus exuberare; Oculus Domini paſcit equum. Nec Aulicorum, quis obijciat, qui omnia ad ſe trahere feſtinet, Principem tàm multis, minutiſque rebus ſufficere nequire. Poſſunt non modo minores Principes, & Duces; ſed Monarchæ etiam habere rebus diſponendis ordinata tempora. Hęc bene diſpoſita ordine haud impediunt; ſi diſtinguantur, adeunt ſuo ordine negotia, nec illis deerunt tempora, nec tamen, quod in lucro Princeps ponet, ſuppererit vitijs. Si plures erunt Prouinciæ, ſingulis, ſicut, & negotijs ſua conſilia deſignabit, atque ità quoque ipſe per vices adeſſe poterit. Nonnullæ horæ ſomno, nonnullæ cibo, nonnullæ voluptati, nonnullæ conſultationibus tribuantur. Quas liberas eſſe velit, audiendis miſeris, viduis, pupillis abſumantur: his prima debetur miſeratio, & precipue alio præſidio deſtitutis Pater eſſe Princeps debet. Graue profectò eſt ſcelus negligentia, qua Religio contemnitur, hoſtes inualeſcunt, Satrapę tyrannidem exercent; Vno verbo, vna nominis ſubſcriptione, vno oculi coniectu, quot ſcandala tollere, quot viros bonos erigere, quot improborum conatus repellere poſſunt Principes. Non ſine itaque multorum pernicie, nec ſine grauiſſima æterni ſupplicij damnatione poteſt eſſe negligens Princeps, qui, ſi ſedulitatem, vti Prudentiæ partem non tueatur ſe hanc omnino non fuiſſe ſe aſſecutum credat; cum parum re-

Digitized by Google

liquæ proſint, niſi ſit hæc, veluti ſtimulus, quæ ſuo vſu, ac miniſterio reliquas ad certum veluti terminum impellat.

Quàm neceſſaria ſit Principi Prudentia, qua in deligendis maximè conſiliarijs requiritur.

CAPVT II.

NATVRALE eſt, cum quis Principatum init, nouaſque Imperij, & gubernationis curas ſuſcipit, vt omnium quidem oculi, animique ſubditorum, aliorumq; in ipſum conuertantur; Sed magis, magiſque eorum, quorum intereſt, quales eius exiſtant mores, an videlicet eam regendi ingrediatur viam, quæ virtutis, ac prudentiæ, an puſilli animi ſpecimen præbeat. Hæc autem Principi primo dominatus ingreſſu tanti ſunt facienda, vt meritò tanquàm res grauiſſimæ ſigillatim reſpicienda eſſe videantur. Princeps igitur primo occurſu enitatur, vt in mentibus hominum quoad fieri poteſt, efficacem imprimat opinionem, ſe non modo præſentis fortunæ capacem, ſed etiam quamuis maiorem amplitudinem, quam tempora, & occaſiones ferre queant, eſſe exequaturum. Primæ actiones, quæ Principi prudentiæ famam pariunt, duæ ſunt, œconomia, gubernatioq; cum primum Imperium, eſt adeptus, & iudicium in eligendis miniſtris adhibitum. Omiſſa priori, quæ ad hoc opus minimè pertinet, aſſero primam miniſtrorum, eorumque, qui ad intimam Principis amicitiam ſunt admittendi, electionem, illicò illius indolem, & capacitatem patefacere, eiuſque magis reconditas propenſiones aperire. Ob errorem enim Principis praua ſæpè fit electio, quoties, vel quia natura ſuſpicax eſt, miniſtros maximæ probitatis odio habet, vel ob Prudentiæ defectum iuxtà cuiuſque vires ignorat onera diſtribuere, vel propter nimiam facilitatem permittit, vt virtus fauoribus corrumpatur; vel quia ita auaritia laborat, vt viros integerrimos, virtuteque præſtantes conquirere nolit. Illud tamen certum eſt externã hanc prudentiam, quæ ab ijs, qui per prudentię opinionẽ ad conſilia Principi ſuggerenda deſtinãtur, proficiſcitur, nulla alia re citiùs, ac vehementius, quam circunſtantium conſiliariorum numero Principem dare præcipitem.

Principem oriente omnium oculos ad ſe attrahere.

Principatus maxime initio fortitudinis, ac prudentiæ ſpecimen exhibere conetur.

Quæ actiones Principis Prudentię exiſtimationem hominum mentibus ingerunt.

Potiſſimam eſſe Aulicorum ad conſuetudinem eius electionem.

Quæ ſint prauę electionis rationes.

NimiumCõſiliariorũ numerum Principem dare præcipitem.

Sæpè Conſiliarios eadẽ qua Princeps carere Prudentia. Horum æmulatio.

Ab iis ad priuata cõmoda conſultationes publicas reuocari.

His omnib. incommodis occurrere Principẽ cauta conſiliariorum electione.

Pauli Tertij Pontificis Maximi ſumma hac in re laudata circumſpectio.

Eius conſiliũ doctiſſimorum, ac virtute inſigniũ virorum fæcundiſſimũ Seminarium.

Principem decere in Reipublicæ adminiſtratione ſibi ſocios aſciſcere:

Propterea quod, aut Conſiliarij eadem carent, qua Princeps prudentia (quæ res facillimè contingit, cum vnum quodque ad ſui ſimile ducatur,) tunc autem Reipublicæ ſtatus eo celeriùs peſſum habetur, quo numerus maior ruinę huic motum dederit; Aut certè ſæpè numero mutua æmulatione inter ſe digladiantur, animiſque in diuerſa tendentibus trahuntur, & propter finium diuerſitatem haud rarò ad priuata commoda publicas digerunt conſultationes, & per diuerſas artes, fraudeſque curant, vt omnem exiſtimationem, incrementum, ſuaque vota ſibi inuicem præpediant. Quibus omnibus occurret Princeps, ſi ea erit præditus Prudentia, vt integerrimos eligat, non omnino ignarus nullum regiæ exiſtimationis fundamentum ſolidiùs eſſe, quam ſi increbreſcat fama ad conſuetam Principis intelligentiam conſpicuorum Conſiliariorum manum adiunctam eſſe. Paulum Tertium Pontificem Maximum Pontificatus ſui tempore maiorem nulla in re diligentiam habuiſſe fertur, quàm vt non ſolum intimos ſibi à conſilijs accerſeret amicos, ſed, & alios multos paſſim ſibi conciliaret, quorum aliquos honoribus, diuitijs nonnullos, omnes beneficentia, ſibi poſteriſque deuinciebat, vt verè dici poſſit, ex illius ſapientiſſimi conſilio, tanquã fęcundiſſimo ſeminario per vniuerſam Chriſtianorum Rempublicam exijſſe inumeros, & doctrina, & virtutibus inſignes viros, qui partim in Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium numerum acciti, & partim diuerſis Eccleſijs ſuffecti, partim ad negotia Sanctæ Sedis, cum Potentiſſimis Principibus tractanda dimiſſi.

Rectè itaquè ſenſerunt, qui ſummæ huic poteſtati alios in curarum partem adiungendos exiſtimarunt, tùm quod faciliùs munia Reipublicæ ſociatis laborib. exequetur Princeps, tum, quod melior habeatur, quòd ſolus omnia non præſumat; ſint tamen eruditi, veri, & pauci, ad quos medijs negotiorum procellis tuto decurrat.

De

De Conſilij Conſiliariorum, conſiliorumq́ neceſsitate, & vtilitate.

CAPVT III.

CONSILIVM Principis legitimā congregationem, ſiuè cætum appello hominum ſelectōrum, qui Principi ſuo, quomodo Reſpublica belli, paciſq; tempore ſit adminiſtranda, conſulunt, vt ſalus Reipublicæ conſeruetur. Conſiliarium perſonam voco electam; idoneamq; ad tale concilium, fidam, rerum peritam, pace, ſiuè bello ſalutaria ſuggerentem. Quam neceſſarium, & vtile cuiuis magno Principi ſit Conſilium, ſintque Conſiliarij, & Conſilia, nullus eſt, qui ignoret; docent hoc omnes Reſpublicæ, quippe haud vllam Rempublicam ab initio feliciter, beneq; inſtitutam eſſe; cui haud fuerit aliquod datū concilium, apud omnes eſt in confeſſo. Nemo tanta ſapiētia, & prudentia, tantaq; perſpicacitate præditus eſt, vt per ſe omnia perſpiciat, dijudicet, cognoſcat, & in diuerſis contrarijs ſententijs, quæ ſit verior, potior, & melior, intelligat, Reipublicæquè ſalubriorem eligere valeat. Maximum Principi onus impoſitum, vnum præeſſe pluribus, vno capite plura regere capita, leges condere, eaſdemq; defendere, Imperium Mari, terra, pace, bello, ſapienter, & prudenter moderari; Res ſanè, quam ardua, quantę molis? Difficile eſt laborioſum, & durum, Imperium in homines. Multis itaque virtutibus, multis viribus vlrisquè opus eſt, vt curſum rectum, & felicem in hoc ſcopuloſo Mari teneat. Magna inſuper prudentia, magna cōtinētia, & conſtantia opus eſt, ne licentia Princeps ſe ducatur, & potentia ſua in delitijs abutatur: Hominum animi ſæpè errorum caligine inuoluuntur, quid eligendum, quid fugiendum, prorſus ignorant. Omnis prudentia humana anceps, lubrica eſt, & ambigua perpetuo fulcris, & ſubſidijs eget; In nullo homine perfecta Prudentia, ſplendidus eius radius in paucis. Optandum igitur vt Princeps, prudentum amicorum vtatur conſilijs, ne ſtultorum, & ignarorum cōſuetudine Rempublicam corrumpi, & opprimi patiatur. Reperiatur licet Sapientiæ, & ſcientiæ decus, ſplendor ampliſſimus, probatusquè rerum vſus in Principe, ſine conſiliarijs tamen Rēpublicam feliciter haud adminiſtrabit, Tot enim, tamq; variæ ancipites, & implicitæ pacis, belliquè tempore ſe ſe offerunt res,

Quid cōſilij, & cōſiliariorum nomine hic vſurpet.

Conſilij ac Cōſiliariorū eſſe ſummā vtilitatē omnibus rebus publicis haberi.

Neceſſitas eorum.

Maximū Prīcipis onus vnū ſe præeſſe omnibus.

Durū, ac labrioſū in homines eſſe Imperium ac proinde multorum vires exigere.

Hominū animos ſæpè in errores elabi.

Prudētiā humanā lubricā ideò fulcris agere.

Princeps igitur ſapiētum conſilijs vtatur.

Principis prudentiam aſſidua Conſiliariorũ ope in dies excreſcere.

vt ſæpè Princeps ſolo ſuo conſilio ex ijs rebus haud queat emergere. Iam certum eſt etiàm Principem ex aſſiduitate conſiliorum fieri prudentiorem, ſapientioremq́; licet enim in adminiſtranda, tractandaquè Republica fuerit rudis, ſtolidus, fatuus; ex aſſiduitate tamen conſiliorum, ex conſuetudine deliberationum, ex agitatione rationum, ac controuerſiarum, nec non rebus decernendis, quaſi in optimarum ſcientiarum ſchola breui efficitur doctus, peritus, circumſpectus; Quantum periculis obnoxius eſt imperitus artis tractandi equos indomito equo inſidens, tantum in fortunij expectare debet Princeps ob prudentum virorum conſilijs derelictum Iudicium. Prudens enim Princeps populo oſtendere debet, quos viros literis, virtutibus, & Prudentia præſtantes eligerit, quos conſulat, quos familiaritate complectatur, ac beneuolentia proſequatur, & quis aliter de Principe poteſt iudicare, quam quod ſit talis, quales ſint amici, quorum familiaritate detineatur? Peſſime audiuit Tiberius Cæſar, quod Flaco, & Lutio Piſoni, cum quibus noctem continuam biduum potando conſumpſerat, alteri Siriam Prouinciam, alteri Præfecturam vrbis confeſtim detuliſſet, & ignotiſſimum quæſturæ candidatum nobiliſſimis antepoſuiſſet.

Ab arte tractandi equos ſimilitudo ad pericula Principi alieno deſtituto conſilio imminentia aptè indicanda.

Nota iniuſta Tiberio Cæſari ob delatas Flaco, & Lucio Piſoni Prouincias.

Alia vtilitas Conſiliorũ ex eo, quod ſic ſubditis ſit ſatis.

Cæterum præter has omnes vtilitates, quas Princeps à ſuis amicis nanſciſcitur, & hæc eſt, quod magnam authoritatem ſibi apud Populum conciliabit per Conſiliarios prudentes, & ſapiẽtes, Recta enim, iuſtà, & ſalutaria, omnia, & ſingularia eſſe putant ſubditi, quæcumquè facit, ſi non ignorant Principem prudenti ſuo vti conſilio, & concilio. Si quid iniquus à Principe durius-uè, ſiuè acerbius imperatum ſit, ſi conſilio amicorum, ſiuè Conſiliariorum ſuorum factum eſſe ſubditi putent, ne que iniquum illud, aut durum, videbitur, ſed iuſtum, & æquum. Quàm etiam ſi aliquod Principis iuſtum Populo graue nimis accidat, ſi conſtet, ex concilio venire, haud Principi adſcribetur, ſed concilio, ſiuè Conſiliarijs, & contra, ſi quid dignum laude, ſiuè aliud quodpiam ſit, quod Populo arrideat, in Principis concilio decretum ſit, à ſolo Principe illud profectum ſubditi autumabunt, eiq́; ſoli laudem adferent. Certiſſimum igitur, & veriſſimum ſit, cuicumq́; Principi Prudentes Conſiliarios, omnis ſalutis authores eſſe, quippe à quibus non ſolum fœlices actionum ſucceſſus, ſed, & honos, exiſtimatio, & authoritas, tàm apud ſuos, quàm extraneos Principi proueniunt.

Populum facilè acquieſcere durioribus etiàm mandatis, quæ conſilio probata fuerint.

Sæpè etiàm decretarũ inuidiam ipſi conſilio non Principi imponi.

Quot

Quot, & qualia Magni Principis conſilia eſſe debeant.

CAPVT IV.

CENSEO, nec pluribus, nec omninò paucioribus magno Principi opus eſſe conſilijs, quā quinq; Primum voco concilium Iuridicum; Secundum Conſilium Cenſorium. Tertium, quod ærario, & Annonæ præficitur. Quartum, Militare. Quintum Sanctius, ſecretiuſque Concilium, quod cæterorum caput eſt. Hęc quinque concilia muneribus, negotijs, conſiliarijs, poteſtate, dignitate diſcrimine inſtituat Princeps; Concilia iſta diligenter adeat, ac frequentet; Experimento videbit ſe, & commodè, & fœliciter Rempublicam ſuam recturum, & gubernaturum.

Quinq; conſilij egere Principem. Iuridico, Cēſorio, Præſidente ærario & annonæ, militari, & quodam ſecretiori cæterorum veluti Principe.

Ad Iuridicum Concilium, quòd attinet, incumbit ei Iuſtitiam diſtributiuam, quam vocant, & commutatiuam, ſecundū leges ſuſtinere, nec non prouidere, & curare, vt leges ad vnguē executioni mandentur, curare inſuper, vt ſontes puniantur, inſontes protegantur. Ad hoc concilium pertinent omnes quærelæ, omnes lites, & appellationes cauſarum, tàm criminum, quàm Ciuium, quæ ad Principem deuoluuntur. In hoc concilio ſedeat Iuſtitia, ſedeant Iudices, obligatis oculis, hoc eſt, ſine perſonarum reſpectu, ſinè auaritia, ſine amore, & odio, ſine, vt verbo dicam, vllo affectu.

Iuridici conſilij eſſe ſtudium Iuſtitiæ diſtributiuæ, & commutatiuæ. Ad hoc ſpectare lites, quærelas omnes, & appellationes cauſarum.

Secundum concilium dixi Cenſorium. Eſt hic mea ſententia, Magiſtratus Reipublicæ omninò neceſſarius. Veteres quidem, & Græcorum, & aliorum Reſpublicæ nonnullos Magiſtratus pueris, alios mulieribus, quoſdam Populo præficiebant, atq; ex re ipſa nomina imponebant, vt alij prædonomi, gyneconomi, quidam nomophylaces cenſores dicerentur, qui non ſolum ſcripta legum, ſed mores etiàm hominum obſeruarent, & ad honeſtatem reuocarent. Quod ſi quis eſt, qui hunc Magiſtratum parum putet eſſe neceſſarium, Is mihi velim in mores multorum deprauatiſsimos, oculos intendat. Sunt inter Præſides Ciuitatum, municipiorum, arciumq; tam regiarum, quam aliorū Principum homines, qui vndique captent occaſiones Populi deglubendi; ſunt multi, qui ſuis rebus turpiter abutantur, qui dies, noctéſqne perpotent, qui res, & patrimonia lauta diſsipēt, qui tamen in ius minimè vocentur. Quod ſi eſt è Republica, vt

Conſilium Cenſorium maxime neceſſarium. Apud Reſpublicas Græcas, & aliorū nationū conſilia cenſoria plura fuiſſe. Eius muneria eſſe hominum mores obſeruare, & ad honeſtatem reuocare. Neceſſitas hoc ab iniquitate quorundam turpiſſimorum hominū euincitur.

vt quis rebus ſuis benè vtatur, & valeat opitulari Rei publicæ, cur decoctores animaduerſione non erunt digni? Eſt non nemo, qui præter opinionem illuſtris generis, vndè commendari poſsit, nihil habet, homo ſine re, ſine nomine, cui nihil ſeritur, nihil metitur, nihil penditur; Hic miniſtros non paucos vna cum equis alit, eius domuncula nihil habet, præter ferrum, & arma, quibus terrori ſit omnibus, minetur vulnera, denunciet cædes. Huic nemo reſiſtere poteſt, nam agris addictis, arma tractare non vacat. Nemo illi apud Iudicem diem dicere, nemo eius nomen ad Præſidem deferre audet, niſi qui cædi ſe expoſitũ velit. Veniunt ad eum ſupplices multi, veniam ab eo deprecatur erratorum, quę nunquam admiſerunt, ſed quę ille confinxit; Ipſe verò in dies fit inſolentior. Tale Monſtrum non ſubiacet cenſurę? Conſtituendi eſſent Cenſores, qui de moribus omnium ſtatis temporibus inquirerent, quam quiſque exerceat artem, & vndè victum ſibi paret, viderent: otioſos nulli honeſtæ rei ſtudentes, virtuti infenſos, vel ipſi punirent, vel ad Principem, Iudiceſuè ordinarios deferrent.

Ad inſolentia, & vi quorumdam virorum nobilium, à qua priuati homines eripere nequeunt.

Cur huiuſmodi monſtra cenſuræ non ſubiaceant.

Tertium Conſilium Aerario, & Annonæ præfici volui. Sit conſtitutum hoc concilium ad Principis, tàm ſuetos, quàm inſuetos, recipiendos, colligendos, conſeruandos, & amplificandos reditus. præſenti ſiquidem ſit animo, caueatque diligenter, qua ratione pecuniæ extraordinariæ conficiendæ, vndè hauriendæ, qua opportunitate petendæ, quaque via, & tempore noua tributa, & vectigalia ſint, vel imponenda, vel augenda; oneroſa verò, & populis grauia, vel remouenda, vel minuenda, impenſas etiàm, quas Princeps belli, paciſuè tempore ſubit, curet, earumque rationem habeat. Quamuis autem ſciam Politicos quoſdam ſingulare quoddam concilium, quod frumentarium vocant, conſtitui velle, quod Annonæ pręponatur, rectiùs tamen ego cenſuerim, ſi illud idem concilium, quod Principis Aerario præficitur, Annonæ quoque præficiatur. Quapropter huius tertij concilij munus inſuper erit, pacis, & belli tempore regno de Annona proſpicere, quo vt faciliùs, fœliciuſque fungatur, quantum commeatus ex Principis ditione in annos colligatur, quantum ſuperſit, quantum deſit, quantum Mari, quantum Trrra aduehatur, vndè, qua via, quomodo, & quo tempore exportetur.

Conſilij, quod Aerario, & Annonę pręeſt munera.

Eius præcipua cautio.

Conſilium, quod vocant frumentariũ & præeſt annonæ, idem omnino ſit cũ eo, quod ærario præficitur.

Huius alia munera.

Qnartum Concilium dixi militare; in hoc ſedeant præcipuè emeriti, & veterani milites, nemini enim quicquam hac in re eſt conſulendum, cuius ipſe periculum aliquod, non fecerit; Sunt quidam licet militiæ nunquam interfuerint, qui in conſilium dè belli, vel ſuſpitione, vel etiam ratione vocari poſsint, nemo tamen ibit inficias veteranum militem de modo belli gerendi

Militare cõſiliũ, in quo aſſideant, emeriti, ac veterani milites.

Alijs quoq; patere poſſe aditum in militare cõſilium, veterani tamen militis conſilia Iuris habenda.

rendi, de prælio dando, hoſte fallendo; de expugnandis propugnaculis rectiùs eſſe iudicaturum, quam eum, qui literis tantũ eſt imbutus. Ipſæ quoque obſtetrices in pariendo exercitæ, meliùs de partu, eiuſque periculis diſſerere, ac diudicare valent, quàm doctiſſimus Hyppocrates. Literis nihilominus ſcientia politica, & hiſtoria benè inſtructus, & edoctus de re bellica, dicere, & conſulere cum laude poterit, quippe ex ijs multa ſalutaria munita eruet, & in medium pro mer. Huius porrò Concilij officium eſt, curare, vt Ciuitates ſint munitæ, Regni margines, limites, fines à periculis immunes; nec non armamentarijs totius ditionis, armis inſtrumentis bellicis, cæteriſque rebus, quarum in bello eſt vſus, tempore pacis iam prouiſum ſit. Ad hęc ſui Principis ſcrutetur potentiam, nec non vires vicinorum Principum, & cuiuſcunque Reipublicæ, aut Ditionis, quæ vel amica, vel inimica, aut talis fieri aliquando poſſet. Diligenter conferat neruos, virtuteſque, & ſui Principis, & eius hoſtium. Inquirat in loca, per quę ſuus Princeps hoſtis regiones aggredi, & in ea, per quæ ille militem ſuum ducere tuto queat, nec non in ea, quæ facilè in Principis ſui fines aditum hoſti poſſint aperire. Calleat artem belligerandi, ex hiſtorijs memoriam habeat bellorum, & pugnarum; In primis autem ediſcat, memorięque ſuę fideliter committat, omnia ſui Principis bella, & maiorum eius, quas demum ob cauſas illa mota, quomodo geſta, quomodo adminiſtrata, quibus demum conditionibus compoſita. Statuta, & leges condat, quibus Iuuentus pacis tempore exerceatur, vt belli tempore ſibi prodeſſe, hoſti obeſſe ſciat. Intelligat, quando pax bello, & quando bellum paci ſit præferendum, quomodo Regnum defendendum, & quomodo inimico obuiam eundum, promptam habeat rationem, per quos bellũ gerendum, qni Duces, qui milites ſint legendi, & vno verbo quid antè bellum, quid in bello, quid poſt partam victoriam, ſiuè acceptam cladem ſit agendum.

Quintum Concilium nuncupaui ſanctius, ſecretius, & ſuperius. Hoc cæterorum omnium caput, & oculus eſto. Animaduertat hoc Concilium in Principls Vicarios, animaduertat in Præſides, Caſtrorum Præfectos, Conſiliarios, Iudices, & alios Miniſtros Principis, tàm togatos, quam ſagatos, an rectè ſuo fungatur officio, an ſint, vel exauthorandi, vel retinendi, qui eligendi, qui repudiandi; In hoc ſanctiori, & ſuperiori concilio ad Principem ſcriptæ litteræ inſuper reſignentur, & legantur, atque ad alios Principes à Principe exarandę ſcribi demandentur. In hoc concilio, omnia proponantur, quæ ad ſummam Reipublicæ, totiuſque ditionis pertinent, nempè de legibus condendis, & abrogandis, de Republica cõſeruanda, & augẽda,

de

Ipſas obſtetrices meliùs de partis diſſerere, ac diiudicare quam Hippocratea.

Officia huius conſilij, & maxima cura monitiones arma, & bellica inſtrumenta Regni in expedito ſeruare.

Sui Principis, & finitimorum ſcrutari potentiam.

Conferre ſui Principis, ac eius hoſtium vires.

Qui in regnũ aditus hoſtibus pateant inquirere.

Sui Principis, vel maiorum eius bellorum cognitionem minimè negligere.

Curare, vt pacis tempore iuuentus armorũ exercitamentis excolatur.

Promptã habere rationẽ eorum præcipuè, qui in Duces eligi poſſint.

Quintum cõſilium Sanctius, cæterorum caput & oculus.

Ab hoc in omnes Regni Magiſtratus animaduertendum.

Scriptæ ad Principem litterę in hoc legãtur, &c.

de ſecuritate publica, de Pace, de bello, de legationibus, de Imperij finibus, de Reipublicæ ſocijs, nec non de ſimilibus magni momenti negotijs, quæ hoc ſanctius, ſecretius, & ſuperius concilium ſolummodo ingredi, & in eo tractari debent. Huius inuentorem fuiſſe poſt AEtolos Auguſtum Cæſarem ferunt, quippe primum è Senatu, quindecim, mox viginti eximios legit Patres, cum quibus de negotijs ad frequentem Senatum referendis antè tractaret, vbique poſtmodum adeò inoleuit hoc inſtitutum, vt vel ipſi Turcæ, tamquàm Reipublicæ vtiliſſimum recipiendum exiſtimarint, Etenim apud eos tres aſſolent eſſe probatiſſimi viri; qui ad Imperatorem omnia deferunt reſponſa, quæ exequuntur.

Huius conſilij poſt AEtolos author Auguſtus Cæſar.

Ratio, cur conſilia hæc quinque diuiſa ſuadeantur Principi.

Conſultum eſt, vt conſilia diuiſa, & abiuncta, ſuperiora; & inferiora ſecretiora, & ſanctiora habeat omnis Princeps, vt ſic meliùs, citiuſque, tàm Principi, quàm Populo proſpiciatur. Nã ſi vnicum concilium omnes cauſas, omnia negotia ſuſtineat, ſub tanto onere ſucumbet, & obruetur, hinc forenſia minimè expediuntur, multique ſubditorum nimium, & temporis, & ſumptus impendunt, ac perdunt. Cautio autem ſit Principi, ne Conſiliarios quoſcumque nullo ſeruato ordine adhibeat, ſed omninò eos per gradus ducat, curetque; vt illi conſiliarius, quem in ſanctiùs, & ſuperiùs concilium, quod cæterorum omnium eſt, caput, vocat, anteà in cæteris quatuor, probè ſit verſatus, ac exercitus.

Cautio Principis in Cõſiliarijs diligendis.

De dotibus, tùm animi, tùm corporis quibus præditi eſſe debent Conſiliarij.

CAPVT V.

Virtus Conſiliarij prima alacritas

Sine alacritate omnem virtutem liqueſcere. Similitudo ab agris.

QVATVOR ſupra decem omninò animi dotes in Conſiliario requiro, quarum prima ſit, quæ veluti agmen ducat, Alacritas; Sit omnis conſiliarius ingenio alacri, & celeri: Alacritas enim quæque incipit, proſequitur, perficit. Quid omnis virtus (quæcumque tandem illa ſit) ſine alacritate? Hebes ingenium inſtar agri natura ſterilis eſt, licet ille ſæpiùs verſetur, fodiatur, colatur, optatos tamen fructus labore dignos minimè reddit; Nec vbi ingenij vigor deeſt, virtutis fructus vlli ſperandi ſunt. Magna, grauia, & ingentia pondera mortalium vires ſu-

ſuperantia facilè machinis mouentur,leuantur,tolluntur,& ponuntur. Ità quoquè (quod viribus aliàs nequimus, id ingenij alacritate efficimus,& præſtamus. Dignoſcitur autem ingenij alacritas, & promptitudo, ſi in docendo ſis argutus, in reſpondendo velox, in accipiendo facilis,in docendo clarus,in iucundis ſuauis, in ſerijs cautus. Obmurmurant hic politici quidam Principi ſuadentes, vt in eligendis Conſiliarijs ſummam habeat rationem, ne ſublimia hæc ingenia ſecernat, ſed media, vt enim aptior eſt enſis, qui aciem habet paulò obtuſiorem,quàm acutiſſimam, ità ad res agendas multo eſſe præſtantiorem, cuius mens non nimium ſit ſubtilis,& acris, inquiunt. Quin etiam alta ingenia, non aliter, atquè arbores pluribus, quam conueniat fructibus, grauida, nimia vbertate luxuriant, nec cuiquè negotiorum generi apta ſunt, nequè ſatis fœliciter ſe ſe varijs hominum ingenijs, & ſtudijs accõmodant,conſilia verò calida, & audacia plerumquè prima ſpecie læta, tractatu dura, euentu ſunt triſtia. Addunt inſuper huiſce generis viros expediti nunquam eſſe iudicij, ſæpè diſceptare, nunqnam concludere, nouandis, quàm gerendis rebus aptiores, obſequij penitùs ignaros, perturbationibus ſemper agitari,quemcumquè mouere lapidem, nec quieta ſinere, eò quod ea ſibi proponant, quæ, nec ſunt, nec erunt, & mentem cæterorum ſua ipſorum mente metiuntur. Verùm mea ſententia eſt non tantum tardiores,& grauiores viros in Conſiliarios eſſe diligendos, ſed etiam alacriores, & acriores. His in ſubditis, & improuiſis euentibus, vbi non longa, ſed celerrima deliberatione, ſubito conſilio,improuiſa electione ſit opus,vtatur Princeps,vbi ſcilicet non quærenda, ſed rapienda ſunt conſilia; vbi enim opus non ſit celeritate, meliores ſunt hebetiores, & tardiores acutis conſiliarijs.

Eloquentia etiam ſecundo loco Conſiliario apprimè neceſſaria eſt. Decet enim Conſiliarium non tantummodo præclarè ſentire, prudenter intelligere, ſapienter iudicare, verum etiam eadem bene, apteq; ad perſuadendum enunciare. At quo fine? ad Populum flectendum, & mulcendum, atq; in ſententiam ſuam trahendum; In ſeditionibus namque exercitus, in Populi tumultibus, quanto quiſque eloquentior, & facundior, tanto ad motus ſedandos accommodatior, aptior, & fœlicior eſt, Ad legatis reſpondendum, ad proponendum, cum exteris negotia tractandum.Inſuper ad laudandum, gratulandum ſumme neceſſaria eſt eloquentia. Neque quamlibet facundiam intelligi velim, circumſcriptam enim in Conſiliario requiro, ne iuuenilis videlicet ſit, & luxurians oratio, vel ad theatrum, ad pompam, ac oſtentationem quandam conformata, nec in ea appareant mores ficti, ſed aperti, ac ingenui, Animi magnitu-

Quib. ſignis cuiuſque dignoſcatur alacritas.

Politicos quoſdã Principi ſuadere cauendũ, ne ad conſilia ſublimi ingenio viri euocentur, ſed mediocri tantum.

Quæ eorum ratio à ſimili.

Alta ingenia tanquam arbores nimium feraces nimia libertate luxuriare.

Rationes aliæ.

Huiuſmodi ingenia ſæpè aptiora nouandis, quã gerendis rebus.

Quæ ratió pro alacrioribus & ſublimi viri ingenio ſtet arbitra in iudicio.

Eloquentiã ſecundã dotem conſiliariorum.

Eloquentia flectẽdo populo, & ſeditionibus ſedendis maxime apta.

Exterorum Principum legatis reſpondẽdis.

Qualem deceat eſſe eloquentiã Cõſiliarij.

do, vera quidem, ſed prudens dicendi libertas, ſapientia, & prudentia, ſed non timeraria, atque inanis, verum ſolicita de ciuiū ſalute, & fortunis; gratia atq; venuſtas idonea, ſed non fucata, & veluti precario conquiſita, ſententiæ, ac verba cum grauitate coniuncta, nihil abſurdum, ineptum, abſonum, impium, monſtruoſum redolentia.

Linguarum peritia tertia in Conſiliario requiſita facultas.

Id quod tertio loco in Conſiliario exigo eſt linguarum peritia, & cognitio, quæ vtilitatem maximè ſecum adfert ad legationes audiendas; ſint illæ Amicorum, ſint inimicorum. Si Amicorum, faciliùs in amicitia conſeruantur, quippe, qui vident, & audiunt ſuam vſurpari linguam in aula Principis, ſibi perſuadent id ex amore proficiſci, & beneuolantia. Neq; enim per interpretem dicta, vel relata, tam grata habent, & efficacia, ac proindè ijs difficulter acquieſcunt, vt omittam quamplurima eſſe verba, phraſes, ac dicendi modos propriam vim, & dicendi ſignificationem habentes, qui alia lingua exprimi, aut exponi nequeunt. Taceo quod, quorum mentes diuerſarum linguarum peritia inſtructę ſunt, neceſſe ſit eos plurimum vidiſſe, plurimum legiſſe, plurimum cum hominibus communicaſſe. Si autem inimicorum ſint legationes, ſæpè fit, vt eorum doli, quos patrio ſermone latitantes alioquin contegerent, detegantur, & palam fiant.

Ad legationes inprimis excipiēdas.

Eeas interpætis ab ore exſpere non tam gratum, nec tutum.

Ad eruditionum, ac morem exterorum cognitionem.

Ad legationum dolos aperiendos.

Quarto loco Hiſtoriarū cognitio, quę maximo eſt vſus.

Quarta qualitas eſt Hiſtoriarum cognitio, quę in Conſiliario attendenda ſummoperè eſt, ob maximam, quam ſecum affert, vtilitatem. Quamuis enim eorum conſilia, quos longa ætas prudentiores effecit ad vitam rectè traducendam, magni ſint momenti, ea tamen tanto antecellit hiſtoria; quanto plura exēpla complectitur temporis diuturnitas, quàm hominis ætas. Quid? quod iuniores hiſtorica lectio antiquioribus æquat prudentia, & ijs via eſt ad Prudentiam tutior, breuior, & ipſa ferè experientia potior. Detur mihi quiſpiam, qui ex memoria rerū veterum ſapidos fructus demetere, & germanum ſuccum haurire ſciat, hic certè experientiam veriorem rerum agendarum alijs habebit, qui multorum annorum ſpatio in earum tractatione ſe exercuerint. Veteranus autem miles, aut Dux ſi tot annorum curriculo nonnullis conflictibus leuibus prælijs, obſidionibus, ſeditionibus inducijſuè interfuerit, Hiſtoricus verò innumerabilium conflictuum, præliorum, obſidionum, ſeditionum, induciarum, ac pacificationum experientiam habuerit: Quæ erit comparatio, quæ proportio? Cum veteranus quantumuis miles ſua experientia vix aliquam partem militiæ valeat cognoſcere, neq; enim breui temporis ſpatio, vſus rerum omnium occurret; Hiſtoricus verò omnia ſciat, omnia intelligat, nec vlla res eius inſpectionem effugiat; Miles licet ad ſenium

Hiſtoriam experientiæ preire.

Hiſtoriæ lectionem antiquioribus æquare prudentia iuniores.

Eadem prudencia experientiæ antelre veterani militis viro cum hiſtoriarū monumentis exculto.

Veteranum militem ſæpè vix aliqua militiæ munia cognoſcere.

vſq;

vſquè militarem artem ſit proſecutus, bellorum cauſas, progreſſus, atq; exitus rariſſimè intelliget, eorũ adminiſtrationẽ ſtratagemata, ac difficultates ſemper ignorabit, conſiliorum, temporum, & neceſſitatum, quæ pacis, & concordiæ occaſionẽ dedere, penitùs inſcius. At hiſtorico hæc omnia innoteſcent; Porrò quod de bello dixi, itidem de omnibus negotijs, quæ in Regni admiuiſtratione incidunt, intelligas.

Quinta eſt cognitio ex peregrinationibus percepta; vtiliſſima quippe exercitatio eſt Conſiliarijs longinqua peregrinatio, in qua multa audiuntur, multa diſcuntur, multa oculis cernuntur, quæ nullo libro, nulloq; Doctore diſci poſſunt. Et puto vix quẽquam grande aliquid ſapere poſſe, niſi peregrinationibus verſatus ſit, & exercitus. Is enim non ſum, qui mihi perſuadere poſſim, aliquem hominem rectè ſapere, qui vel breuiſſimo terræ angulo, vel vna Principis auluncula deliteſcens, reliquas mũdi partes ignoret, nullos mortales præter indigenas ſuos norit, non exteros more ſuo alienos viderit; ſed contentus ſit his rebus, quæ exiguo ſpatio natalis ſoli, paruiq; laris anguſtijs concluduntur. Non ſatis eſt Reſpublicas, & Populos ex hiſtoriis, quaſi ex pictura nouiſſe, niſi is, qui deſiderio veræ, & ſolidæ ſcientiæ, ac prudentiæ ciuilis tenetur, in Reſpublicas, Populoſq; exteros oculis fideliter inſpexerit. Addo innumera eſſe, quæ non audire, & legere, ſed videre expediat, quæq; hiſtoria, aut vllo libro percipi nequeant. Quare peregrinationem quamplurimùm poſt Hiſtoriam ad prudentiam politicam prodeſſe liquidum eſt. Abſit tamen, vt eam peregrinationem hic intelligam, quæ otioſa eſt, imprudens, ad ſolam voluptatem inſtituta, & hominum oſcitantium, qui nundinas adeuntes oculos tantum paſcunt, nihil emunt; verùm eam peregrinationem volo, quæ rerum publicarum perluſtrandarum, atque earum rerum cauſa, quæ ad augendam, confirmandamque prudentiam, & vtilitatem faciunt, ſuſcipitur. Volo peregrinum, qui magnos, prudentes, ſapientes, & excellentes viros, generis humani coruſcantia lumina quærat, adeat, & cum illis colloquatur, & qui præcipuè in Republica, in cauſas earum decrementi, & augmenti, in leges, Magiſtratus, in conſilia, Iudicia, Principes, in Regionum, populorumque varias, & proprias, vt ſic dicam, naturas, propenſiones, & mores inſpiciat, & inquirat; Principum denique actiones, & ingenium indaget, cuiuſque diſciplinas pro gentium varietate conquirat.

Sexta qualitas, quæ Conſiliarium, vel oſtendit, vel facit, eſt pacis, belliq; tempore Reipublicę adminiſtrandæ peritia, quæ ex cognitione Reipublicæ maximè proficiſcitur. Vt de rebus bellicis non rectè diſſerit, qui bello nunquam interfuit, nec de mari-

Militem ſæpè bellorum vel cauſas, vel rationẽ, vel exitus latere, huic verò omnia aperta.

Quod de bello idem de cæteris Regni negotijs ſentiendum.

Quinto loco ſuadetur Cõſiliario longinqua peregrinatio ad multarũ rerum cognitionem.

Non ſatis eſſe ex exterorũ ac barbarorum mores ex hiſtoria, quaſi ex pictura nouiſſe.

Peregrinatio otioſa, quæ non ſuadetur hic.

Qualis peregrinator eſſe debeat Cõſiliarius.

Sextũ, quod requirimus in Conſiliario, eſſe peritiam adminiſtrandæ Reipublicæ, tam belli tẽpore, quàm pacis.

Hanc ex Rei publicæ cognitione proficiſci.

timis, qui nunquã pelago vela commiſir, nec de mercatura, qui negotiator non eſt, nec de agrorũ cultura, qui non eſt colonus, nec de alijs rebus,& ſcientijs, rudis planè, & earũ notitiã nõ aſſecutus, ſic nemo de ignotis benè iudicat,nec conſiliũ dat ijs de rebus,quarũ experientiã non habet.Nã ſicuti ſi quis Grammaticũ ſe profiteatur,Grammaticæ ignarus,vel Medicum agat,qui operam medicinæ non dedit,ridiculus apud omnes habetur; ſic cæcutiat oportet,& tenebras veriùs, quam lucẽ cæteris adferat Conſiliarius inſciùs planè,& imperitus earũ rerũ,quæ in Conſilijs Principũ aguntur,neq; longa experientia vsũ habens Imperij ruẽdi,atq; adminiſtrandi.Non ignoret igitur Cõſiliarius, ſed perſpectũ habeat, ſub quali Cœli parte Reſpublica ſita ſit, quæ, qualis,quãtauè ſit.An Regio mediterranea, an maritima; Quot in ea flumina,lacus,paludes,ſtagna;qui in ea,montes, planities, valles;vtrũ illis munita ſit,nec ne, quæ eius cõmoda; an cõmeatu prohiberi poſſit; an terra fertilis, aut ſterilis; nũnquid in ea auri,argenti,aliorumuè metallorũ fodinæ ſint;propinqua hoſti, an remota;cũ quibus Regionibus,& Regnis finitima ſit,& id genus alia comperta inſuper habeat Conſiliarius; ſi eſt Principatus, Principis,populi,& vicinorum naturas conſideret;Principis quoq; aulam, & in ea Miniſtrorum proprietates, omnemque adminiſtrationem cognoſcat; quid porrò in Republica cõtrouerſũ, & quibus de cauſis, quibus rebus delectetur Popolus, quibus offendatur, quibus ſe ſuſtinet artibus, qui erga Principẽ ſit affectus,quæ eius vectigalia,quæ euehãtur; quę nã deniq; familię origo,quæ affinitates,quæ amicitiæ,quę inimicitię,quæ,& qualia fœdera, & huiuſmodi generis alia omnia, quæ neglecta Reipublicæ,& Principi detrimẽto,& dãno eſſe poſſunt.Sciat .n. optimus Cõſiliarius,quę ſint virtutes,ac qualitates in bono milite,in bono Duce conſeruandæ;quomodo copiæ colligẽdæ, armãdę,deducẽdę,ſuſtentãdę,& ſoluẽdę;quomodo repẽtinis finitimorũ hoſtiũ incurſionibus, agrorum populationibus occurẽdũ;quomodo, qua ratione, & quãdo cũ hoſte confligendũ,hoſti inſiſtendũ,quando recedendũ,quid copijs fuſis,& extinctis poſt fugam,& cladẽ agendũ,quomodo vires redintregandæ,inducię paciſcendæ,quomodo poſitis armis pax petenda, quomodo paeis conditiones proponendæ, quomodo belligerantes in cõcordiam redigendi, quando pax petenda,& fœdus ſanciendum.

Grãmaticus grammaticæ præcepta nõ callens, vel medicus medicinæ, ridiculi planè, ità non minus deridendus Conſiliarius,qui nullius rei cognitionem habeat.

Quæ conſiliarium neſcire maximè dedecet: de Reipublicæ, ſeu Regni ſitu,terræ fœcunditate, qualitate diuitijs, & ſimilibus.

Principis, Principatus, populi, ac finitimorũ naturam perſpectam habeat.

Aulæ, & in ea miniſtrorum affectiones, adminiſtrationumque naturã introſpiciat.

Quæ familię Principis origo,quæ affinitates, amicitiæ, inimicitiæ, fœdera, & id genus

Perfecti Ducis munia internoſcat.

Septima porrò qualitas,ad cuius normã Cõſiliarius efformare ſe debet,eſt erga Principẽ ſummus,& ſyncerus amor,fideliſq; volũtas,talis ſcilicet,vt nõ ſolũmodo publicã vtilitatẽ,& commodũ amet,ſed,& in eo promouendo propriã vtilitatẽ,proprias opes,ac vitã negligat,eãdemq; pro Principis ſalute,quãdo opus ſit,impẽdat: Poſsem,quod dixi, tum repetitis è veteri memoria,

Septimo loco ſummum in Principẽ ſuum amorẽ præ ſe ferat Conſiliarius

tum

tũm viuis,nuperis, ac ſpirantibus adhuc exemplis demonſtrare: Tamen,vt enunciem, quid ſentiam,dico raras aues tales Conſiliarios;Multi ſunt,qui bona Principis,haud Principem diligunt, qui bonis Principum,non Principi ſeruiunt,qui proprium commodum, non Reipublicæ cupiunt. Magnum fortunæ munus eſt reperire candidos Conſiliarios, qui vnicè Principis, & Reipublicæ ſalutem propria relicta velint.

Tales Conſiliarios raras aues ĩ terris.

Octaua qualitas in Conſiliarijs requiſita eſt, quod ſint tali ingenio,& animo, vt & tempori ſeruire, & orationem, ac vultũ pro ratione rerum,temporum,& perſonarum in Reipublicæ cõmodum fœliciter mutare,& accõmodare valeant. Hoc à Nautis didiciſſe Conſiliarium oportet. Hi vndarum ſimul, ac ventorum mutationi ſemet aptant;& prudens Conſiliarius,ſic tempori, rebus omniq; hominum generi, ſalua, vt dixi, virtute,vtilitatis Reipublicæ cauſa parat, & applicat. Non cauti,non prudentis viri eſt, cum periculo velis, remiſque petere portum, quẽ commoda velificatione aſſequi poteſt. Hæc de ciuilibus, publicis, & Principum rebus dicta ſint, vbi ſimulatione vti licet, at priuata vita ſimulationis, & diſſimulationis ſit expers: Sicut in Comędijs, aut Tragędijs, qui aut Cæſarem, aut Pompeium repræſentant eorum videri,quam ſimillimi cupiunt,confecta autẽ ſcena,relictaq; chlamyde ad geſtus,veſtituſq; proprios reuertũtur, ſic & Conſiliarios, & legatos in publicis theatris, aut congreſſibus apta ſimulatione, vti decet, & ſui Principis, cuius perſonam referunt, par eſt meminiſſe, ſed poſtea haud grauatè ſimulationum integumenta ponere, & ad priuatam redire familiaritatem, ac ingenuitatem.

Octaua qualitas à Conſiliario ex nautis addiſcenda.

Non cauti, nec prudentis viri eſſe cum periculo velis, remiſq; petere quem commoda velificatione aſſequi poſſit.

Aliquando licere ſimulatione vti in rebus publicis, non tamen in priuatis.

Id ſimilitudine ex theatro petita confirmatur.

Nona eſt Fortitudo, & quæ ex ea proficiſcitur, Conſtantia. Hanc, qui colit,neque in proſperis fortunæ caſibus tumidus eſt, neq; timidus in aduerſis.fortis Conſiliarius nil temerè,aut leuiter appetit,nil timet,nil trepidat, ſed Principi ſuo vera nunciat, & vanitatem eorum, qui Principem mendacijs, aſſentationibus, & hypocriſi corrumpere ſtudent, viriliterq; refellit, conſtanterq; refutat. De Conſiliario conſtante loquor,haud pertinaci, qui pro ratione rerum,& caſuum ſententiam ſuam mutare abnuat, quippe cum minimis, & ſubitis momentis maximè, temporum, & caſuum mutationes fiant, puncto, & momento, res magnæ voluuntur, & vertuntur. Abſit enim, vt leuis, mobilis, & inconſtantis animi ſit indicium, cum mota, & mutata re, & tempore, mouere, & mutare, rebuſque,temporibuſque accõmodare conſilium. Quemadmodum in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt, etiam ſi portum tenere nequeas, cum verò id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt tenere cum periculo curſum, quem cœperis, potiùs, quàm eo

Nona qualitas fortitudo & inde emanans conſtantia.

Laudata in Conſiliario cõſtantia, nõ pertinacia.

Non indecorum eſſe aliquando ab euentuũ varietate, ſed rerum mutatione immutare conſiliũ.

In nauigando tempeſtati obſequi, & inquietæ ventorum naturæ artis eſt, non ſtultitiæ.

mutato, quò velis, tandem peruenire, ſic omnibus in adminiſtranda Republica idem propoſitum eſſe debet.

Decimũ dignitatis locũ liberalitas, ac beneficiẽtia obtinere debet.

Decimo loco liberalitatem, & beneficientiam in Conſiliario deſidero. Non ignoro virtutes has maximè Principem decere, quippe quibus maximè capiatur, quas amet, & quas venerentur, quas æſtimet; A Conſiliario tamen, qui Principis perſonam ſæpè referat, eaſdem virtutes non reijcio. His qui ſit præditus, Iuſtitiæ Protector, defenſor Populi, refugium nobilitatis, Pater Patriæ, Principis ornamentum habetur.

Duodecimũ benignitas, & manſuetudo.

Harum virtutum effectus, qui Cõſiliariũ maximè decent.

Vndecimam qualitatem, voco benignitatem, ac manſuetudinem. Manſuetus enim, & benignus ſummos, & infimos, diuites, ac pauperes eadem audit facilitate, hilari fronte excipit, artentè, & diligenter ad ipſorum deſideria animaduertit, in reſpondendo beneuolus, In officiorum pollicitatione gratuis, in ijs denegandis minimè ſuperciliofus, in reſpondendo neutiquàm iniurius; Conſiliarij igitur aures, ac fores noctu, diuque omnibus pateſcant, nec cuiquam præbeat anſam animi abijciendi, omnes confirmet, neminem expectatione fatiget, verecundos, & timidos erigat, ciues pariter, & exteros ſumma audiat beneuolentia, facilis ſit in ſalutando, & compellando, ne de ipſo dicatur dominum alloqui, quàm famulum eſſe difficilius.

Modeſtia, quæ duodecimo loco in Conſiliario ſtatuitur, in quos potiſſimum exercenda.

Principis arcana non peruelliganda.

Libertas tamen in monitis non negligenda.

His virtutibus affinis eſt Modeſtia, quam duodecimo loco in Conſiliario ſtatuo eſſe erigendam. Modeſtus Conſiliarius ſit erga ſingulos, modeſtus quoq; & præcipuè erga Principem. Erga ſingulos, ità, vt non nimium dignitatis ſuæ faſtigio, & contumacia extollatur. Erga Principem ità, vt arcana non inueſtiget. At cum Rex, aut Reſpublica periclitatur, timore depoſito, vt animam, conſcientiam, & famam ſeruet, dicat, moneat, corripiat. Meminerit Conſiliarius, ne fiducia, contumacia, & ſuperbia efferatur, ſed fragilitatis humanæ ſit memor. Cuncta mortalium incerta ſunt, & quo plura quiſpiam eſt adeptus, eo magis eſt in lubrico.

Tertiadecima qualitas, eſt veritas, mentis ſcilicet, & linguæ conſenſio.

Veritatis dignitas.

Libertas, & fides iam in obſequium ſeruile demiſſa ſæpè Principes, & Reſpublicas agit in præceps.

Tertiam decimam qualitatem voco veritatem, quæ eſt mentis, & linguæ conſenſio. Huius magna vis; quippè quæ aduerſus hominũ ingenia, calliditatẽ, ſolertiã, dolos nullo negotio ſe ipſam tuetur, & defendit, tantoq; ſplendore in conſilio fulget, vt ſine ea omnes reliquæ virtutes fiant obſcuriores, ab ea vero ſic lumen accipiunt, vt à Sole Luna, ac cæteræ omnes Stellæ. Qui vera retinet, quique falſa Principi ſuadet, non tam ſe, quàm Rempublicam, atque adeò Principem ipſum in caſum dat. in præceps agit Principes extincta libertas, & fides in obſequium ſeruile ſubmiſſa, dum nemo ex ſui ſententia ſuadet, diſſuadetuè, ſub adulandi certamen initur vnum

ami-

amicorum omnium officium, vna contentio, quis blandiſſimè fallat. Deploranda ſanè pręſens eſt ætas,in qua maximè videmus Curias elingues,in quibus dicere,quod velis, periculoſum, quod nolis, miſerum eſt. Ideò ille demum bonus eſt, & præconio dignus Principis Miniſter,qui nullo metu, nec proprio permetus commodo ſuam liberè profert ſententiam. Hanc tamen libertatem ſic Prudentia ſale conditam velim,vt eam mitiget,& temperet morum iucunditate, lenitate, & breuitate, memoria virtutum, quibus maiores eius quondam floruerunt; inſuper ſimilium rerum vituperatione, alienæ perſonæ Introductione, confeſſione item ingenua, eorumdem delictorum laudatione aliqua præmiſſa, vel poſthabita, culpæ tranſlatione in alios,expoſitione vtilitatis, ac neceſſitatis, indicatione malorum, quæ ex intempeſtiuo ſilentio, aut adulatione oriuntur, diſtinctione admonitionis,præteritione,deprecatione venię. Cauendum tamen eſt Conſiliario, ne ſua cauſa videatur admonere, vel quod ſit offenſus, vel quod doleat aliquid; hæc enim non tàm admonitio, quàm querimonia erit; ne aſſiduè reprehendat, & obiurgandi cupidus eſſe videatur, & ne inter pocula adminitionibus operam det; ſiquidem ſereno Cœlo nubilum inducit, qui inter iocos, & hilaritatem ſermonem mouet,quo contrahatur ſupercilium, & frons obducatur.

Curiæ nunc elingues.

Libertatem, qua cũ Principe agendũ eſt Prudẽtiæ ſale cõdiendã, & morũ iucunditate cõperandam

Quibus cautionibus ipſius delicta Principi aperiri poſſint.

Cauẽdũ Cõſiliario ne videatur ſuo cõmodo ijs monitis famulari.

Veritatem comitatur Taciturnitas. Hæc quarta decima qualitas ſit, quæ nempè arcana conſilia in pectore retinet, linguam frænare, & coercere, magna, & ſingularis prudentia eſt, ad quã natura adhortatur, quippe quæ linguam dentium, & labrorum vallo muniuit;ideo Alexander Macedo Ephiſtionis,ori qui arcanas quaſdam litteras legerat, detractum annulum admouit, eoq; ipſo occultum ſilentium quaſi impreſſit.

Taciturnitas quarta decima qualitas.

Linguã coercere magnę prudẽtiæ ſpecimen.

Alexandri Macedonis præclarũ cũ Ephęſtione factum.

Porrò ad taciturnitatem, tria, vel quatuor Conſiliario proponuntur, vt in conuiuijs, in quibus maximè lubrico libertatis peccari ſolet, linguam contineat Conſiliarius,memor præcepti Biantis. Audi multa, pauca loquere. A vino autem maximè abſtineat. Fugiat itaq; ſi non conuiuia, at certè temulentiam; nam onerati mero,quemadmodum non continent cibum, vino redundante, ità ne ſecretum quidem, quod ſuum, alienumque eſt, cuſtodiunt. Deindè, vt à rixis, & contentionibus abſtineat, cautio ſit Conſiliario, neque enim Principi ſuo fore fidum, qui huiuſmodi diſſidia nutriat, ac foueat, eſt putandum. Qui de rebus Turcicis ſcripſere, inter alias cauſas,quamobrem ſæpè Turcæ Conſiliarij ſecreta Conſilij pandant, hanc afferunt, quid in conſilio alter ab altero plerumq; diffideat, & quod æmuli conſilium impediant, vel obſtent, quominus laus, aut præmium aliquod indè eruatur. Fœminas præterea nimio amore ne proſe-

Ad taciturnitatẽ adminicula.

In conuiuijs maximè frenum linguæ imponendũ.

Biãtis conſilium, Audi multa,pauca loquere.

Cõſiliarius à rixis,ac diſſidijs abſtineat.

Diffidia Turcaru in Cõſilio in cauſa eſſe, cur ſegreta diuulgentur.

Nimius in fœminas amor ſæpè cordis arcana elicit, atque in omnium lucem euocat.

Se à Principum exterorum muneribus ſeruet immunem.

Philippum primum Macedonum Regem auro ſubiecisse ſibi Græciam.

quatur Conſiliarius; habent enim occultam quandam vim ad elicienda animi arcana, quibus ſi ea ſemel detexeris, iàm non arcana, ſed lippis erunt omnibus, & tonſoribus nota. Quis neſciat hunc ſexum infirmum eſſe, nihilque arcani retinere poſſe? Quot occultæ coniurationes per mulieres publicatæ, quot conuentiones patefactæ? Poſtremum ſit, vt à muneribus aliorum Principum ſe ſeruet immunem; haud fere eſt, vt qui præmijs ab aliquo donatur, lingua ei conſiſtat, conſiliaq; Principis ſui non pandat. Certè ſatis conſtat Philippum Primum Macedonum Regem nulla alia ratione vniuerſam ſibi Græciam ſubieciſſe, quam fraudibus horum homuncionum; vulgoq; de eo iactabatur non Philippum, ſed Philippi aurum ſubieciſſe Græciam.

Aliæ virtutes, quibus excoli debet Conſiliarius.

Porrò ſunt, & multæ aliæ animi virtutes, quibus Conſiliarius præditus eſſe debet, vt Temperantia, frugalitas, continentia, caſtitas, ſedulitas, candor, vrbanitas, concordia, & id genus aliæ, ſed declaratis, & recitatis inſignioribus cæteras ſilentio inuoluere ſatiùs ſit.

Conſiliarium corporis etiam dotibus debere eſſe munitum.

Quoniam verò ad Conſiliarium efformandum non tantum animi virtutes, ſed & corporis dotes requiruntur, ideò eas hic recenſebo potiùs quàm explicabo.

Conſiliarius trigeſimum ætatis annum excedat, minor tamen ſit ſexagenario. Quare rò ſuadeat.

Annoſi viri pluribus munijs inepti.

Senex Aulæ pondus inutile.

Authoris hac de re ſententia ſuadentis medium quid.

Primo igitur loco maximum momentum affert ad famã laudemq; Conſiliario colligendam, ætas, habita nimirum ratione muneris, quo debet fungi. Hanc ob cauſam Politici quidam, ſtatuunt Conſiliarium triginta annis maiorem, & ſexaginta minorem eſſe oppottere, quippe quia triginta annis iuniores experientia ſunt deſtituti, ac vitijs natura quàm maximè obnoxij, perturbationibus animi, calore iuuenili, præcipiti temeritate, inflato ſpiritu feruntur; proindè Populus plerumq; conſilijs ipſorum diffidit; Poſt annum autem ſexageſſimum ingraueſcente ætate, memoriæ vigorem flacceſcere mentem vacillare, experientiam in obſtinationem conuerti, calorem actionum ſtimulũ imminui; quo ipſo rerum occaſiones negliguntur, cum præſertim corpora debilitata, atq; laboribus fracta itineribus faciundis inepta ſint; Itaq; aulæ inutile pondus iure meritò debere cẽſeri. Ego tamen ità crediderim, & iuuenes nonnullos triginta annis minores, & ſenes ſexaginta annis maiores cæteris Conſiliarijs eſſe adnectendos. Bona hæc mixtio erit, quemadmodum enim aquã diluitur vinum, ità coniungenda cautio, & prudentia ſenilis, cum feruenti ſtudio, & labore iuuenili. Expedit iuxtà annoſas arbores, nouas plantas inſerere, vel plantare, quæ interitum earum redimere queant.

Sit formæ haud negligendæ ſ. ſtaturæ ſaltẽ mediocris, &c.

Secundũ hac in re, qua de re agimus locum, obtinet formæ dignitas, ità vt ſcilicet Conſiliarius mediocris ſtaturæ, membrorum omnium iuſtà proportione, atq; coniunctione, oris decore, elegan-

elegantia,& comitate ſit ornatus. Integrę quoq; corporis partes ſint,non ſit gibboſus, non claudus,aut mutilus, luſcus, aut lippus,alioue morbo à natura inuſtus. Hæc formæ dignitas in Conſiliario ideò requirenda eſt, quia omne id,quod aſpectu deforme,id oculis ægrè eſt,atq; hominum animos à ſe alienat. At quicquid eſt pulchrum, idem oculis gratum eſt, & tacitè in ſui amorem animos allicit,incitat,ac rapit. Cum hæc de dignitate dico,non loquor de muliebri,& fucata formoſitate: Quemadmodum enim grata,& præſens accidit faciei,& formę dignitas,ità ſuſpecta, & inſuauis eſt muliebris illa fucata, perſonata formoſitas.

Ratio pro laudata formæ dignitate.

Hæc oris dignitas ea ſit quæ nihil fucatũ, & muliebre præſeferat.

Tertij huius loci eſt corporis bona conſtitutio, quæ vulgo cõplexio,ſiuè temperamentum nuncupatur. Temperamenta alia, ità temperata ſunt,vt capacia, & excellentia gignant ingenia, alia ità conſtituta,vt ſtupida, & inepta reddant. Quamobrem meo iudicio Conſiliarius ſanguineæ,vel cholericæ, nõ alterius ſit conſtitutionis, nàm ijs temperamentis præditi ingenij acrimonia,memoria,iudicioq; valent,iuſti,affabiles,fideles, benifici,magnifici,magnanimi,fortes,corpore alacres,agiles, ſani,& bene morati apud omnes habentur. Malenchonicus,aut Phlegmaticus neutiquam ſit, nàm huiuſmodi natura ſunt inepti ad Reipublicæ gubernacula, maximè verò ad conſilia danda. Malenchonicus etenim,vt natura frigidus,& ſiccus eſt, ſic terreſtris conſtitutionis naturam refert, animo abiectiſſimo humi ſerpit, nec ſe ſe à terra tollit,rudis,triſtis, vanus,præclarè cogitatis infeſtus,doloſus, ac nimis religioſus, ad hæc vltrà modum ſuſpicioſus,& inuidus,ità vt ipſa eſſe videatur inuidia, ſe ſe mœrore triſtitia,ac cruciatu conficiens,abſq; ratione ad arma, vel verborum contumeliam proſilit,quantoq; magis ætas ingraueſcit, tanto minus ſcientia adaugeſcit. Poſtremo Plegmaticus rudis, ignarus,intempeſtiuus,& inſcius eſt, nec vlla virtus excellẽs in ipſo inuenitur,ſed omnes infrà mediocritatem ſubſiſtunt.

Requiri etiã in Cõſiliario bonã corporis cõſtitutionẽ, ſeũ tẽperamentum

Sãguinea cõſtitutio laudata,& in Cõſiliario probata.

Phlegmatici à conſiliorum numero exibilati.

Hi ſint animo abiectiſſimi doloſi, nimis religioſi ſuſpicioſi &c.

Ad has,quas dixi corporis qualitates adnectere demũ placet in Conſiliario vltimam, nempè,vt ſit indigena. Sic eſto, ne ex Conſiliariorum diſſimilitudine Reſpublica detrimenti aliquid patiatur. Quam periculoſum ſit poſt habitis incolis, exteros ad conſilia promouere,ſuperiore ſeculo Guiglielmus Sicilię Rex miſero teſtatur exemplo, quippe in quem inſurrexere Neapolitani,& Siculi,quod non ſolum perſpicuos Magiſtratus, ſed ipſum etiàm Cancellariatus officium detuliſſet Gallis,ideoq; coniuratione communi Gallos omnes,qui cum eodem Cancellario erant, in Regno repente trucidarunt. Alienigenæ Conſiliarij plerię; ſuo maximè ſtudent commodo, diſſidiorum faces ſæpè præbent,quippe qui nihil proprium intra Reipublicæ fines poſ-

Indigenã eſſe Cõſiliariũ, quã cõducat Guglielmi Sicilię Regis exẽplo perſuaſum.

ſidentes

Digitized by Google

Poſſe tamẽ Principem vnũ, vel alterũ alienigenã virũ fide, ac probitate ſpectabilem à cõſilijs deligere.

Paucos tñ aduocandos eſſe alienigenas.

Signũ labentis Reipublicæ cũ ad eã fulciendã adhibentur peregrini.

fidentes iacturam haud facere timent, ſed potiùs exortis certaminibus, diſcordijs, tumultibus, honores, ac diuitias captare, & adquęrere firmiter ſperant, ad quas pacata Republica peruenire minimè ſperant. Oportet quidem Principem, qui plures Prouincias ſub ſuo habet imperio, ex omnibus nationibus ſuos eligere Conſiliarios; Attamen non negauerim vnum, vel alterum fide, & probitate inſigni ornatum, ac prædictum, in alijs exteris ſibi non ſubiectis Prouincijs natum prò temporum, & rerum occaſione in Conſiliarium eſſe eligendum. Si Princeps Conſiliario aliquo ad negotium huiuſmodi eget, in quo nullus ſuorum ſubditorum ingenio, ſcientia, & prudentia tantum poſſit, quidni accerſat Conſiliarium peregrinum? vt paucos tamen aduocet, fideliter ſuaſerim. In quam domum veſpilliones veniũt, ſignum eſt funeris, ſic Reipublicæ labentis ad quam fulciendam adhibentur Peregrini.

Quando, & quomodo capiendo ſit Cõſultatio à Principe.

CAPVT VI.

Sit matura tẽpore.n. pacis, ac fęlicitatis de bello, & aduerſa fortuna cogitandum.

CONSVLTATIONEM maturè eſſe inſtituendam edocent omnes. Tempore pacis de bello, fęlicitatis, ac tranquillitatis, de infęlicitate, ac tempeſtate eſt cogitandum, & ſaluâ adhuc Reipublicæ Naui, ne intereat, eſt conſulendum. Sulti Principis eſt argumentum, tunc ſolum, cum neceſſitas impendensq́; periculum vrgeat, eſſe circumſpectum, & neceſſitate, non prudentia rebus afflictis afferre ſubſidium; fœlicẽ ſemper dixi Rempublicam, tempore pacis de bello cogitantem. Difficulter præſidia aduerſa fortuna comparantur, quæ ſecunda fortuna nõ fuerint conquiſita. Dùm adhuc ſtat nauis in portu, futura tempeſtas eſt præcauenda, ne in fames ſcopulos præter uectus procellas formides, & trepides. Prudentis Principis eſt non ſolum præſentem rerum ordinem diligenter intueri, ſed etiàm ſagaci mentis oculo futura proſpicere, ac ſerio pręcauere. Nunquam enim fieri poteſt, vt infęlicem ſortiantur exitũ, quæ maturo adminiſtrantur conſilio; nec vnquam imprudẽtiæ arguetur Princeps, ſi negotium quid aggredi velit, matura, & ſedula mentis inſpectione, perpendat.

Difficile in aduerſa fortuna ſubſidia comparan.

Dũ nauis vẽtis nõdũ vela explicat præcauenda tempeſtas.

Maturæ conſultationis fęlicitas.

In Conſilio quomodo gerere ſe debeat Princeps.

Coacto igitur Concilio Princeps capita illa, de quibus deliberandum, & conſultandum eſt, clara voce, bono ordine, & recta di-

Digitized by Google

ꝗa diſtinctione proponat. His propoſitis, ſingulis pro rerum cōditione ſpatia præſcribat, ne temerè præcipitent ſententiam; Vt opicæ Reipublicæ auctor in hoc quoq; ſuadet; vt non codē, quo quidpiam proponitur die, etiàm eodem conſulatur, ſed potiùs in ſequentem differatur Senatum, ne quis, vbi quid in buccam primo venerit, temerè effutiat, ea poſteà cogitet, quibus decreta ſua tueatur, malitq; ſalutis publicæ, quàm boni nominis ſubire detrimentum, per uerſo quodam, ac præpoſtero pudore, ne initio parum rebus omnibus proſpexiſſe videatur, & non cōſultò protuliſſe iudicium. Celeritas veluti rationis, & conſilij maxima inimica vitanda eſt; omnis improuida feſtinatio cęca eſt, hanc error ſequitur, hanc caſus, hanc infęlicitas, hanc pęnitētia, quæ nimis ſera eſt, quia inutilis. Celeritatem itaq; repudio, niſi res, occaſio, & tempus aliud deſiderent, & inſtans periculum celeritatem exigat. In periculis enim nihil feſtinatione tutius, vbi ſcilicet rapienda ſunt, haud quærenda cōſilia; vbi neceſſitas ſuadet, proximum conſilium tutiſſimum eſt. Porrò cum colligendi vota tempus acceſſerit à quolibet Conſiliario mentem, & ſententiam ſuam benigno vultu, intenta mente, & auribus petat Princeps; à Iuniori Cōſiliario incipiat, & ſic vſq; ad primos, & ſeniores procedat. Explorata namq; veritate latiſſimè patet, ſæpè, ac ſæpiùs in Conſultationibus fieri, vt ſententijs primùm à ſenioribus Conſiliarijs dictis, Iuniores ab eorum gratia, & authoritate contradicere dùm timent, veram animi ſententiam ſilentij nube obtegendo manibus, pedibusq; (vt dicitur) in illorum ſententijs aſſentatores potiùs, quàm Conſiliarij venerint. Cęterum prò temporum ratione, diuerſo quoq; ordine Princeps aliquando vti poterit, vt ſcilicet in rebus ſubitam, & celerem expeditionem requirentibus, viuacioris, & calidioris ingenij primùm homines dicere iubeat, deindè malenchonica, & phlegmatica ingenia exquirat. Expediet etiàm aliquando diuerſis temporibus ſingulos ſecretiùs aduocare, vt deliberationes illas, quas coram amicis, & fautoribus ſibi timentes liberè pronunciaſſent, ſoli Principi aperiant liberiùs. Ab his quandoq; ſcripta expoſcat conſilia, cum ſcilicet propoſitæ rei ratio poſtulat, vt maturiùs ſententias diſcutiat, vel Conſiliarius aliquis neceſſitate vrgente domi detinetur. Loquendi libertatem omnibus faciat Princeps, vt ſcilicet liberrimè ſuam ſententiam proferāt; ſeq; totum ità ad hilaritatem componat, vt alacritatē, animum, & confidentiam dicturis addat, pauidis namquè conſilia ſunt incerta, & ſi quis animo cadat, eſt erigendus ad alacritatē, cum cętera qui prudens agnoſcatur. Verùm enim intrepidè, ſapienter, & nudè ſuam aperiat mentem Conſiliarius, & veraciter clara voce ſententiam dicat, eſt enim illi neceſſe in conſultatione, tan-

Ne Conſiliariorū ſententias ſubitas colligat, ſed in ſequētem Senatū producat.

Ratio huius potiſſima.

Celeritas in ſententijs proferēdis ſæpè rōnis, & conſilij inimica; imminēs periculū celeritatē nonnūquā exigere.

Qua rōne ſint vota à Principe colligenda.

A Iuniori incipiēdū hi.n, aliquādo explorata ſeniorū mente cōtra eos ſtare nō audent ob authoritatē ipſorum.

Nōnūquā magis expedire à ſenioribus prima exigere vota.

Vtile etiā ſecretius ab ijs accitis eorū mentē explorare.

Exigēda quādoq; conſilia ſcriptis.

Ijs à Principe facienda loquendi libertas.

Conſiliarius intrepidè, ſapiēter, & nudè mentē ſuā aperiat.

Aſſideat in Cõſilio, tanquã in ſpecula.

Quorum meminiſſe iuuabit.

Aphoriſmos Politicos, & quid iuris prudẽtia perſcripſerit introſpiciat.

Caueat ab inuidia, obtrectatione, aſſentatione & maledictis.

Stultorũ eſſe nihil explicitè pronunciare, vel ſentẽtiã ſuam verborũ incluſã nube ità patefacere, vt ſingula quæque præcogitaſſe videantur.

Hos imitari anſeres.

ne, tanquam è ſpecula, futura, præteritaq; diligenti animaduerſione, proſpicere, ex quibus, & ſuapte natura ingenium, & logicæ artificialis arte adiutum proficua deducat conſilia. Præterita etiàm memoria repetat, quæ ſuis temporis geſta ſint, recolat, quidq; in re præpoſita legatione apud exteras nationes functus cognouerit, examinet. Aphoriſmos Politicos acuratiùs conſideret. Quid iuris prudentia præſcripſerit, introſpiciat, vt tantis fulta præſidijs mens, conſilium ſapiẽtiùs effundat, quod ſi aliorum ipſi placuerit ſententia, paucis aſſenſum præſtet. Non ſit inuidus, non obtrectator, non aſſentator, neminem maledictis lædat. Stulti potiùs quàm prudentes illi à me ſunt habiti, qui nihil explicitè pronunciant, ſed tectis, & compoſitis verbis, ſuam concipiunt ſententiam. Ineptos illos etiàm dixerim, qui ob hãc cauſam ſententiam ſuam orationis tenebris, & verborum nube inculcant, vt ſingularia, ſubtilia, alta, ac ſibimet ipſis cognita eſſe demonſtrent, quæ dicant. Inutiles ſunt pedarij, qui quid dicatur minimè perpendunt, ſed quis dicat, attendunt. Hi anſeres imitantur, quorum vno clangente, cæteri illicò clangunt.

Quo verborũ indumẽto vel ſentẽtiarũ pondere aperienda ſit mens.

Contumacia oĩno vitãda.

Caueat à nimia honoris cupiditate.

In eius conſilijs cõſideratio, & libertas non abſit.

Non fucis, & figmentis aures detineat Conſiliarius ſed breuiori, & arguta oratione pro forma exhibeat, neque epilogos concinet, ſed totam dicendi induſtriam, & conatum in rei ſubſtantiam defigat. Non ſit contumax, neq; ſuæ ſententiæ ità affixus, vt nemini credere velit. Non ſit ità honoris cupidus, vt cęterorum Conſiliatorum meliorem ſententiam approbare nolit. Quid conſulendum, probè conſiderandum eſt, liberoq; ore dicendum, nõ quod Principi placeat, ſed quod Reipublicæ expediat. Vitent itaq; Conſiliarij vbiq; & ſemper in deliberationibus aſſentationes, ab adulandi ſtudio, tanquam inteſtino morbo, quàm longiſsimè abhorreant, & palliatæ aſſentationis popiſmata relegent, non applaudenti Principi aſſententur.

Conſiliarius nõ vitet adulationẽ tãtũ, ſed & diſſimulationem.

Amor, & timor domeſtici carnifices eiuſcumq; mortalium.

Cõſiliarium ſæpè ab ijs etiã torqueri.

Nec adulationem tantum fugiat Conſiliarius, ſed etiàm diſſimulationem, in primis, vbi Eccleſiæ, & Reipublicæ imminet damnum; hic non diſsimulet, non taceat, ſed; nec dubiè loquatur. O ſpes, ò metus? Quid non poſſunt hi hoſtes? Prudentes viros vulpeculas reddunt, vt cautiſsimè diſsimulent, vt publicè vtilia reticeant, ne in Principis offenſionem, nec in aliorũ Conſiliariorum odium incurrant. Duos lictores domeſticos, & carnifices inteſtinos quiſq; mortalium habet, Amorem, & Timorem; Ille deſiderio conſequendi, hic metu amittendi, quod diligit, animum torquet, & excruciat, atq; hi duo tortores Conſiliarij animo obuerſantur, ne liberè loquatur, & ſentẽtiam dicat, nàm interdum, vt rem gratam faciat Principi, & eius voluntatem ſibi deuinciat, interdum ne illum, & familiares illius offendat; aut tacet, quod dicendum eſſet, aut frigidè verbis implica-

tis, vix

Digitized by Google

tis, vix dicit, quodq́ue deterius eſt, aliter, ac ſentit, ſæpius loquitur, vt Domino ſuo blandiatur, qua in re grauiſſimè in Deū, in Rempublicam, & in ipſum Principem peccat. Hanc tamen dicendi libertatem modeſtiæ, reuerentiæ, & prudentiæ ſale conditam exhibeat Conſiliarius, & morum iucunditate, lenitate, & breuitate mitiget, temperetq́; Qui hac libertate vti velit, debet rei, loci, temporis, & perſonarum, ſuiq́; Ipſius habere rationem. Modi item, ne clamore, vel alio corporis habitu, iræ, vel alterius perturbationis ſuſpicionem moueat. Nihil ſuperbè, nihil arroganter, nihil proteruè, nihilq́; ad oſtentationem proferat, neque acerbis facetijs delectetur, quin potiùs illud meminerit, quæ facetè, ſed acerbè nimis dicta ſunt, animis Principum inhærere diutiùs. In conſilijs propenſionum ſuarum obliuiſcantur Conſiliarij, neq́, adferant animos ira, odio, inuidia, timore, huiuſmodiq́; æſtibus conturbatos, ſed potiùs antè conſilium ſe componant. Paſsiones animi impediunt animum, ne vera à falſis diſcernat, cum enim corda commota incaleſcunt, & æſtuant, mirum eſt, quantas tempeſtates, & procellas inducant; ſpiritus enim ità extenſi, atque in cerebrum delati nullius rei imaginem, vel ità integram, & diſtinctam, vel ità fixam, ac ſtabilem menti repręſentant, vt recta aliqua, & prudens cogitatio exiſtere poſsit. Exemplo ſunt Phrenetici, quorum ſpiritus in cerebro cum extenſi ſunt, tunc ſermones nulla ex parte cohęrent. diſcrepantia verba ex perturbatis phantaſmatibus procedunt, mens itaq́, ea, quæ prudens, ac ſalutare conſilium excogitare debet, placida, pacata, ſerena, tranquilla, & ab effectuū omni perturbatione libera eſſe debet. Nemo rectè ratiocinabitur, nemo benè conſulet iratus, nullus Inuidus, nullus arrogans, nullus odij, diſſenſionis, contentionis, & ſimultatis amans rectum conſilium inueniat; iram comitatur diſcordia, & pertinacia. Hiſce vitijs, animiq; perturbationibus laborans ad conſilium dandum, & pleno conſilio deliberandum inutilis eſt; qui ab alijs Conſiliarijs ſemper diſsidet, nullis cedit, nullis ſuffragatur; alius Conſiliarij ſententiam, & conſilium, quamuis egregium, & ſalutare Reipublicæ, ſi ipſe non attulit, damnat, cauillos excogitat, correctionculas addit, & nodum, quod aiunt, In ſcirpo quęrit, veritatem diſputantium labyrintheis erroribus inuoluit, & præſtigijs philoſophicis aliorum ſententiam eludit. Deponatur timor, & puſilanimitas. Faceſſat etiam in deliberationibus pecuniæ ſtudium, & auaritiæ. Nullum ſtudium, nullumq́ue rectum conſilium, in eo, qui pecunijs inhiat. Non recta mente præditus eſt, qui quocumq́ue modo auro, theſauris, diuitijs inhiat.

Hanc libertatem, quæ Conſiliario ſuadetur, modeſtiæ, reuerētiæ, & prudentiæ condimento gratā exhibeat. Quorum habenda in re habenda ſit ratio, & quę cautio adhibenda.

Quæ facetè ſimul, & acerbè dicuntur in animis altiùs & diutiùs hærere.

Animis affectiones prauę veritatem haud exploratam habere nequeunt.

Documento ſunt phrenetici laborantes.

Conſiliarij mens placida ſit, pacata, libera, ab omni affectū perturbatione.

Qui nā inutiles deliberationibus, & conſilijs dādis.

Conſiliarius malè moratus qui.

De Conſiliorum fine, & ſcopo, quem bonus Conſiliarius ſibi proponere debet, et quomodo Principi amplectenda Conſilia.

CAPVT VII.

Finis in quē ſtudia ſua, & labores Conſiliarius dirigere debet.

OMNIS Conſiliarius in eum finem ſua quæq; conſilia, omnemq; curam, & operam dirigere debet, vt ea curentur, & ſeruentur, quę cōmuni ſapientum decreto commendantur. In his conſultationibus, & conſilijs non obliuiſcatur, media, quibus finem quærit, legitima, minimè fore, periculoſa, temeraria, ac turpia.

Media ad eū finē apta eligat, honeſta tamen, nec plena periculi.

Vtilitas diſiuncta ab honeſtate minimè ſit: vt ædium inferiores partes firmiſſimas eſſe oportet, ſic etiā actionum initia, ac fundamenta, ſolida, iuſta, & honeſta eſſe decet.

Indecorū ne putet Princeps alienis conſilijs vti: dūmodo ſibi reliquat poſt conſultationem locū ſtatuendi, quod libuerit.

Commodum Reipublicæ conſilijs ſuis rimetur Conſiliarius, quod, & vtile, & honeſtum, & quod turpe non ſit. Neque cogitet, neque exiſtimet Princeps ob petita à Conſiliarijs conſilia, Maieſtati, dignitati, ſiuè abſolutæ poteſtati ſuæ aliquid derogatum iri. In hunc finem haud conſulat Princeps, vt ſe Conſiliarijs ſubijciat, & eorum ſtet decretis. Poſt conſultationes liberum eſt Principi ſapienti exequi, quod libeat.

Ratio cur exigēda ſint aliena conſilia.

Hæc ſuprema, & abſoluta poteſtas, & maieſtas huic rei haud eſt alligata, proptereà verò conſilia adhibentur, vt multorum fidelium, prudentum, ac ſapientum virorum examine, quæſitis rebus expenſis, quæq; incerta, quæq; dubia, & ambigua ſunt, certiùs, ac feliciùs in Reipublicæ ſalutem eligat.

Saniorē ſententiam poſtmodum ſequatur Princeps, non eā, quæ plures habuerit ſuffragatores.

Quare in conſultatione ſaniorem ſententiam, non eam, quæ à pluribus dicitur, Princeps ſequatur, neq; in Conſiliariorum eloquentiam, qua in dicendis ſententijs vtuntur, intendat animum, ſed rationum ſeriem introſpiciat.

Suadetur à ſimili.

Quemadmodum enim ægrotus non eloquentem, ſed ſalutarem Medicum videre, & audire, & ab eo curari exoptat, ità in ægrota quauis Republica quæritur ſalus. Non quæ grata, ſed quæ ſalutaria ſunt, ex publicæ ſalutis fonte petenda.

Neglectus rerū minimarū ſummoperè caueatur.

Quæcumq; ne ad Rempublicam ſpectant, conſultatione egent.

Sæpè paucis regulis conſiliis, vel è loco ſummotis domum ipsā corruere.

Quotidiana experientia compertum eſt negligentia, & incuria patrisfamilias paucas regulas non reficientis, domum corruere vniuerſam, ac proinde ſaxum, & lapidem, antequam à ſublimi cadat, facilè retineas, poſtquam verò præceps ruit, non ampliùs, eum ſiſtere valeas, ſic neglectæ res minoris momenti, ſi Rempu-

blicam

blicam ſpectant, quibus facilè occurrere poteris prius quàm vires ſumunt, triſtes ſæpè exitus nanciſcitur. Quapropter huiuſmodi negotia, quæ ſi cæteris comparentur, pauca ſunt, & in inferioribus concilijs tractantur, à Principe etiam audiri, & tractari, ac curari debent. Hiſtorijs proditum eſt Turcarum Imperatores vbicumq; Senatus habendus ſit conſilio in proximo loco ſecretiùs adeſſe, atq; ibi omnium Conſiliariorum ſententias audire, ità tamen, vt adeſſe Imperatorem, etiam cum abeſt, Conſiliarij ſuſpicentur. Hoc etenim repeto, & ſuadeo, vt cuiuis Conſiliario ſit dicendi libertas. Accidit, vt ſi quid fortè ab vno ſit omiſſum, ſiuè peccatum, in ſententia, id ſecundus, tertius, quartuſuè emendet Conſiliarius. Imprudentis Principis eſt vnum præ reliquis auſcultare, & reliquos negligere. O Principem monſtro ſimillimum, qui dùm cœteris imperas ab vno tantum homine imperaris! Ea iàm noſtris temporibus conſuetudo viget in aulis, vt ſi ſenior aurem Principis habeat, ab vnico illo homine omnia pendeat. Ego Principem non laudo, qui vnius tantum amici, ſeù potiùs Domini conſilio vtatur; & qui hoc olim fecerit, malè ſibi, & rebus ſuis [illegible] conſuluiſſe. Hoc quàm ſit Principi, Reipublicæq; pernicioſum, tùm ipſa ratio, tùm præteritorum ſæculorum quamplurima docent exempla. Etenim, ſi Princeps vni, cæteris relictis, fauet, præterquamquod ille alijs imperitare vult, minùs erunt liberæ conſultantium voces, metuentibus alijs, ne ſi liberè animi ſui ſententiam promant, in aliquo opinioni illius prædilecti aduerſentur; quod ne accidat, ſummopere eſt cauendum. Deindè ſæpè accidit, vt prudentes etiam viri labantur, & errent in dicendis ſententijs, quando ſcilicet, vel odio, vel æmulatione quadam impulſi ab alijs diſſentiunt, ſed & non ſemper ſunt eodem animi vigore; ſciat Princeps adulationem mellitum laqueum, adulatorem feram omni humano generi peſtilentem, quem Coruo comparatum fuiſſe tradunt, hic enim demortuorum oculos, ille viuorum mentes excæcat, & perdit, deuorat. Si reſponſa Principi non arrideant minimè indignantur, ſiquidem ille, qui conſilium dat, fidem præſtare de euentu futuro non poteſt. Vidimus, & experimur mala, prauaquè conſilia præ bonis conſilijs proſpera nonnunquam euenire. Nec hic damnetur Conſiliarij prudentia. Magna iniuria fit, cum conſilia non ex ratione, ſed ex euentu iudicantur, quippè cum nonnunquam etiam praua Conſilia fœlices ſucceſſus, & bona conſilia infœlices effectus habeant. In hoc maximè delinquunt Principes, vt ſi conſilium, cum Conſiliario damnent.

Votorum porrò examen (ad quod alta, & ſubtili prudentia

Turcarũ Imperatorum laudata conſuetudo, & cautio habẽdi conſilij.

Vnum præ reliquis conſiliarijs auſcultare, imprudentis ẽ Principis.

Principes, qui vni tantũ Conſiliario ſe, ac ſua fidant, ſũmo periculo ſe, Reſpublicaſque permittunt.

Tolli ſæpè libertatem votorum.

Prudentiores nonnunquam veritate haud explorata in errores deflectere.

Adulatio laqueus mellitus.

Adulator immanis fera, vel Coruo peior, hic enim mortuorum oculos corrumpit, ille viuorum mentes excœcat.

E prauis cõſilijs quandoquè bona emanare.

Conſilia nõ ex euentu, ſed ex ratione æſtimanda.

Quomodo examinanda vota.

Sentētia ſua nulla ratione, niſi poſt omnes auditos aperiat Princeps in conſilio.

In Conſilijs honeſtati primæ deferantur.

dentia opus eſt) tacitum, & occultum eſſe debet, ex quo non poſſit agnoſci, quid Principi placeat, aut diſpliceat. Suam in conſilio ſuſpenſam teneat Princeps ſententiam, ſi, enim, ſubitò, primis, aut ſecundis votis applaudat, & ſic ſubitò huius, vel illius ſententiam approbet, ſiuè id fiat verbo, ſiuè facto; ſiuè aliquo ſigno, reliquis & pudorem inijciet, & metum; ne in dandis conſilijs, & promendis ſententijs ſuis poſthac ſint liberi, ſed in illud ſententiam ſuam dirigant, quod Principi arridere intelligant.. Cognita enim voluntate Principis, vix quiſpiā erit, qui contra eā diſſerere, aut conſulere audeat. In conſultationibus tandem non obliuiſcatur Princeps honeſtatis, nam etſi bona conſilia plerumq; à fortuna ſeparentur, non aliter atq; tempeſtatibus ſcientia rei nauticæ, attamen recta conſcientia conſilij inſtar muri eſt; contra verò apud Deum, apud homines, iuſtè poterit accuſari, ſi conſilium iniuſtum ſit; nàm, etſi fortunam obſequentem habeat turpitudo, tamen conſilij conſcientiam vellicat.

Quomodo bonū à malo conſilio diſtinguatur.

Regulæ duæ ad quas tanquam ad lapidem lydiū conſilia periclitari poſſit.

Caueat Princeps, ne Patris, ſiuè deceſſoris ſui conſiliarios, niſi ex cauſa, exibilet, ſed potiùs probos, integrosq; benignè excipiat & tractet.

Amicitiæ, quæ diuturnæ, & antiquæ eæ ſcilicet optimę, & planè, vt vina.

Cognoſcet autem Princeps, an rectum conſilium datum ſit, nec ne, ſi ad finem, & ſcopum honeſtum, & Reipublicæ ſalutarem dirigatur, ſi ad talem ſcopum honeſta ordinentur, ſi media talia ſuadeant Conſiliarij, quæ non ſint cum diſcrimine, & periculo Reipublicæ coniuncta, ſemper etiam Principi antè oculos ſint duæ hæ aureæ, immò gemmæ regulæ, quarum prior eſt; in omnibus, ſententijs adeſſe hæc duo oportet: Poſſe illud fieri, atquè vtile eſſe. Ad has regulas tamquàm lapidem lydium omnis Princeps examinet, quale conſilium ſit, nùm ſcilicet ſequendum, aut requirendum. Ad extremum & illud demum ſibi dictum putet Princeps, ne initio ſui Imperij temerè patris ſui, ſiuè deceſſoris Conſiliarios terminet, repudiet, & quaſi ab aula eijciat, probitate vitæ integritate, authoritate, fide, & experientia inſignes, anteceſſoris poſt ſe relictos Conſiliarios, amore, beneuolentia, & humanitate adſciſcat, alliciat, atquè fidelitatis iuramento ſibi obſtringat, propterea quod & rebus illis gerendis iàm magis exerciti, & prioris gubernationis magis gnari, quàm nouiter, ſūt adſciſcendi, & vocādi. Amicitiæ longæ temporis, & rerum interuallo comprobatæ, vt vina, quæ vetuſtatem ferunt, pleriſq; ſunt ſuauiſſimæ; non enim amicitijs eſt vtendum, vt floribus, tamdiù gratis, quamdiù recentibus. Neq; tñ illud ſpectet Princeps, vt prædeceſſoris ſui Conſiliarios oēs adhibeat, cum, aut Reipublicę cōmodū intercedat, eos mutare, & officio ſoluere poſſit, ſed hoc tantùm Principi dico, & ſuadeo, vt cautè hoc, nec facilè agat: miſceat potiùs nouos veterib. & veteres nouis remiſceat, vtroſq; retineat, vtroſq; amet, vtroſq;

proemio

præmio afficiat. Quemadmodum enim fruges non tam ingenio ſoli, quàm Cœli beneficio, meliorique temperie lętiùs exuberant, ità & eximia ingenia benignitate, & humanitate Principum virorum excitantur, & aluntur. Vt retineantur Conſiliarij, duo præſtanda, vt eorum opera, tùm clementer, & benignè, tùm etiam iuſtè, hoc eſt congruenter vtantur. Quemadmodum miniſtrorum partes ſunt obſequium, aſſiduitas, taciturnitas, labor indefeſſus, ſic Magiſtratuum contra officium eſt, ſedulitate non abuti; Nihil vnquam in eos aſperum, aut contumelioſum dicere, nec acerbè officium exigere, ſicque cogitare, ſi non ſeruis, & mancipijs, ſed liberis hominibus imperitare, quorum opera, ſi non gratuita, & voluntaria, at certè libera vtuntur. Alterum eſt, ne laborum ſuorum præmio fraudentur. Quid quæſo æquiùs, quàm, vt, quorum vita in noſtris conſumitur commodis, eos remuneremus? Videas agros ijs, à quibus diligentiùs coluntur, & laborioſiùs, vberiorem etiam fructuum copiam afferre. Rerum harum neglectum magna ſæpè Principibus incommoda tuliſſe, præter præſentia, præterita etiam ſæcula clariſſimè edocent.

Simili ad Principi in Conſiliarios benignitatē, & comitatem ſuadendā.

Retinendis Conſiliarij duo præcipuè apta. Miniſtrorū, & Magiſtratuum, quæ officia mutua.

Remuneratione haud fraudentur Conſiliarij fideles, ac probi.

De Generali Magiſtratuum diſtinctione.

CAPVT VIII.

NEMINI dubium eſt, illam omnibus numeris abſolutam eſſe Rempublicam, in qua ſancitæ ſint leges, & illæ quidem ſapienter, cui tamen ſi deſint Magiſtratus idonei, perindè eſt, ac ſi optimum enſem inexperto homini tradas. Niſi enim, quæ ſtatuta ſunt, prudenter ſeruentur, maximum ipſi Reipublicæ impendet periculum; Sane enim abſquè Magiſtratuum prudentia, ac diligentia Ciuitas eſſe non poteſt.

Magiſtratus in Republica neceſſarij ne leges ſācitæ abrogentur.

Verum horum Magiſtratuum, qui ſubordinati ſunt, & parendi neceſſitatem cum imperandi iure coniunctam habent, in principatibus duplex ordo conſtituitur. Nàm alij regendis hominum moribus præficiuntur, vt ſcelera puniantur, & vnicuiquè ius ſuum diſtribuant. Alijs vero publicas opes adminiſtrandi cura demandatur. Et quidem, qui Iuſti-

Quot ſint Magiſtratuū genera, ſeu ordines. Alij regendis hominū moribus cōſtituti. Alij publicis opib. adminiſtrādis.

tiæ adminiſtrationem ſuſceperint, illis ineſt incumbendum, vt iuxta rectitudinem omnes ciues viuant; & fœlicitatem conſequantur. His tot præſcribuntur munera, quot ſunt honeſtatis officia, quam recipiendam ſibi, & curandam proponant, & quot mala, vitiaque, quæ longiùs debent à Republica remouere. Cum autem frequenter controuerſiæ, liteſque oriantur, nec conſtet, quid æquum, bonumuè ſit, in omni conſtituta Republica ad Iudices, qui iuridicendo præſunt, ſpectat, vt ambigua definiant. Alterum genus Magiſtratuum eſt, quod bonis publicis patriæ acquirendis, augendis, conſeruandis occupatur; hoc autem in vniuerſum ad annonæ Præfectos, & ad Quæſtores pertinet. Diſpenſationes itaque rerum publicarum, Patrimonij publici, hoc eſt vectigalium, omnium redituum, ædium publicarum ſunt curatores. Omne Regnum, omnis Reſpublica ſuis Magiſtratibus perficitur, atque ad hæc genera, omnia officia, dignitates referuntur.

Horum tot munera, quot honeſtatis officia.

Alterũ Magiſtratũ diſſidiorum ſequeſtrem, & litium arbitrum eſſe.

Ad alterum ſpectare bonorum publicorũ, vectigaliũ, ſcilicet, & ſimiliũ, vel collectionẽ, vel diſpenſationem.

Ex his Magiſtratibus, qui primi ſolent eſſe poſt Principem, occurrunt conſiderandi Proreges iſti, ſiue Viceprincipes dicuntur, aut Prætores, quibus ſumma ineſt auctoritas; horum eſt curare, vt pacata, quietaquè ſit Prouincia, quàm rem non difficiliter erunt aſſecuturi, ſi ſolicitè ſatagant, vt mali homines prorſus ablegentur, vt ſacrilegi, latrones, fures conquirantur, & prout quiſque deliquerit, in eum animaduertatur, receptoreſquè eorum, ſinè quibus latro diutius latere non poteſt, puniantur. Summa eſt Baxarum auctoritas apud Turcas, nam antiquitùs rebus adhuc tenuibus conſilijs adhibebantur; nunc, & conſilia moderantur, & potentiſſimis præſunt Regnis, eò periculoſius, quod Imperatores aſſueti delitijs, non magnopere Rempublicam curant, nisi cum periculum, vel quod frequens eſt, Ianizerorum ſeditio veterum excutiat. Proregum hic tum multos habet Hiſpania. Alijs in Regnis non ità vſitata dignitas eſt, quia nec tam diſſita, nec tam multa Regna peruicariòs adminiſtrant. Summa ineſt neceſſitati, cum ſumma poteſtate Rectores, ſiuè Vicarij conſtituuntur. Nequaquam Romani, & Hiſpani in paruis adeo, quid minimiſſimis principijs, tam amplam conſtituere Rempublicam; cum autem latiùs acquirere Regna, & totum exinde terrarum orbem, (vt ità dixerim) ſibi adiungere, præterea ac tueri Imperio cœpere, ægrè in officio ea continuiſſent, niſi maioribus in prouincias magiſtratibus miſſis, ſimul eis annorum iuxtà, ac legum poteſtatem feciſſent, nec non ad vtrumquè accommodatos, ac idoneos habuiſſent Miniſtros, quos quidem Prætores vocabant Romani, ſumpto indè nomine,

De Proregũ auctoritate, aut vicePrincipum.

Quid potiſſimum curare debeant.

Apud Turcas Baxarum authoritas ſumma.

Proregum ſummæ auctoritatis apud Hiſpanos, ſolum nunc ferè in vſu.

Romanos, atquè Hiſpanos Regnorũ multitudine tandem coactos ad tantæ auctoritatis Magiſtratus in prouincias tranſmittendos.

quòd cæteris omnibus præirent,& proponerentur,permiſſa ſcilicet eis tàm bellieę rei adminiſtratione, quàm legum præſcriptione: Poteſtas itaq; erat cognoſcendi,iudicandiq; imperium verò in bellicis rebus exercebant; ius hyberno fermè tempore, & in conuentibus dicebant,bellum æſtate gerentes. Ab Hiſpanis, cæteriſq; Principibus, qui hanc auctoritatem auxere eam impertiendo Proregibus, alijſquè, qui vicem ipſius Regis ſuſtinerent, tantum tribuitur poteſtatis, vt ſolam Regiam manum præſeferant;prò quodam, quem gerunt,Magiſtratus inſigni, vitæ, neciſq; quantum licet ipſi Principi,ius ità tribuitur,vt quod Regni poteſtas tribuit, id nequaquam his abnui poſſe patiantur leges. Honos regius his impenditur; reliqui Magiſtratus hunc veluti Principem agnoſcunt; & tantam arbitror huius auctoritatem,vt ni circumſcribatur quibuſdam limitibus,planè exereſcens, miſerrimam non tantùm Prouinciam redigat, ſed ipsũ fermè Regem, ſiuè Principem ſeruientem.Iudices his ſunt ſubiecti; his mandata iuriſdictio; ius cognoſcendi, & belli gerendi, ſi non electione, at ſaltem capta occaſione; ſunt veluti Prouinciales, quorum poteſtas, longè latequè patet. Si ſubiacent expoſtulationibus ſubditorum,theſauri collecti omnes morbos facillimè expellunt; tanta auri vis pectora humana mulcet. At hæc in Galliæ Regno, non tàm exquiſitè obſeruantur. Soli,qui Rectores Prouinciarum dicuntur, non tàm in ſuo vehementes officio imperitant, vt ſibi quæque licere exiſtiment; auctoritatẽ non liberam agnoſcunt, quin ſæpè quaſi à Conuentuum, Comitiorum,ſiuè Prouincialis Senatus auctoritate legem accipiũt. Magna ſanè alias ipſis fuit auctoritas;concedebant enim veniã, criminum obliuionem, nũdinas,& mercatus,legitimabant,ſiuè reſtituebant natalibus, auocabant à Iudicibus ordinarijs cauſas ad ſe. Quæ tamen omnia poſteà adempta, & reſtituta Regiæ ſoli poteſtati edicto Lodouici XII. Hodie Rector Delphinatus omnia officia concedit, pluraquè poteſt, exceptis Curiæ ſupremæ Parlamenti officijs, indulgentijs, ſiuè venijs criminum.

His Rectoribus Prouinciarum, ſiuè Proregibus ſubduntur alij certorum locorum Gubernatores,qui per ſeipſos ſuum munus exequuntur, neque Vicarijs vtuntur, ſiuè ſubpræfectis, niſi ob grauem, & neceſſariam abſentiam. Hi illam tamen habent auctoritatem,quam concedere vult Prouinciæ Rector; nec tantam illam agnoſco, quin Iudici maximè conuenire etiam arbitrer; & his primoribus Magiſtratibus ſubduntur alij, qui Iudices dicuntur. Quemadmodum ſine iuſtitia ſtare Ciuitas non poteſt, ità nec ſine Iudice; eſt Iudex ius animatum,& mediator, qui partes coniungit æqualitate; eſt, qui lites ſecat: in hoc conſtituendo id ſeruandum eſt, quod in regula, normaquè ædi-

Pratorũ appellatio apud Romanos vſitata. vnde deducta.

Quanta ſit Proregũ Hiſpanorum,& aliorum etiã poteſtas.

Regium honorem ijs et à cæteris Magiſtratib. impertiri.

Iudicib. eos etiam imperitare, & aliorum Magiſtratuũ ſibi vſurpare.

In Gallia tãtam auctoritatem prouinciarum Rectoribus haud cõcedi.

Quin eòs à comitijs prouinciarũ leges accipere.

Ijs olim magnam fuiſſe poteſtatem.

Tàndem ademptam edicto Lodouici XII.

Rectoris Delphinatus poteſtas omniũ in Gallia maxima.

Huic poteſtati, qui Magiſtratus ſubiecti.

Iudex ius animatum.

AEdificiorũ regulam iuſtitiæ normã eſſe debere iudicibus.

Digitized by Google

Nimius ī fœminas amor ſæpè cordis arcana elicit, atque in omniū lucē euocat.

Se à Principū exterorū muneribꝰ ſeruet immunē.

Philippū primū Macedonū Regē auro ſubieciſſe ſibi Græciā.

Aliæ virtutes, quibꝰ excoli debet Cōſiliarius.

quatur Conſiliarius; habent enim occultam quandam vim ad elicienda animi arcana, quibus ſi ea ſemel detexeris, iàm non arcana, ſed lippis erunt omnibus, & tonſoribus nota. Quis neſciat hunc ſexum infirmum eſſe, nihilq́ue arcani retinere poſſe? Quot occultæ coniurationes per mulieres publicatæ, quot conuentiones patefactæ? Poſtremum ſit, vt à muneribus aliorum Principum ſe ſeruet immunem; haud fere eſt, vt qui præmijs ab aliquo donatur, lingua ei conſiſtat, conſiliaq́; Principis ſui non pandat. Certè ſatis conſtat Philippum Primum Macedonum Regem nulla alia ratione vniuerſam ſibi Græciam ſubieciſſe, quam fraudibus horum homuncionum; vulgoq́; de eo iactabatur non Philippum, ſed Philippi aurum ſubieciſſe Græciam.

Porrò ſunt, & multæ aliæ animi virtutes, quibus Conſiliarius præditus eſſe debet, vt Temperantia, frugalitas, continentia, caſtitas, ſedulitas, candor, vrbanitas, concordia, & id genus aliæ, ſed declaratis, & recitatis inſignioribus cæteras ſilentio inuoluere ſatiùs ſit.

Cōſiliarium corporis etiā dotibus debere eſſe munitum.

Quoniam verò ad Conſiliarium efformandum non tantum animi virtutes, ſed & corporis dotes requiruntur, ideò eas hic recenſebo potiùs quàm explicabo.

Conſiliarius, trigeſimum ætatis annū excedat, minor tamē ſit ſexagenario. Quæ rō ſuadeat.

Annoſi viri pluribus munijs inepti.

Senex Aulæ pondus inutile.

Authoris hac de re ſententia ſuadentis mediū quid.

Primo igitur loco maximum momentum affert ad famā laudemq́; Conſiliario colligendam, ætas, habita nimirum ratione muneris, quo debet fungi. Hanc ob cauſam Politici quidam, ſtatuunt Conſiliarium triginta annis maiorem, & ſexaginta minorem eſſe opportere, quippe quia triginta annis iuniores experientia ſunt deſtituti, ac vitijs natura quàm maximè obnoxij, perturbationibus animi, calore iuuenili, præcipiti temeritate, inflato ſpiritu feruntur; proindè Populus plerumq́; conſilijs ipſorum diffidit; Poſt annum autem ſexageſſimum ingraueſcente ætate, memoriç vigorem flacceſcere mentem vacillare, experientiam in obſtinationem conuerti, calorem actionum ſtimulū imminui; quo ipſo rerum occaſiones negliguntur, cum præſertim corpora debilitata, atq́; laboribus fracta itineribus faciundis inepta ſint; Itaq́; aulæ inutile pondus iure meritò debere cēſeri. Ego tamen ità crediderim, & iuuenes nonnullos triginta annis minores, & ſenes ſexaginta annis maiores cçteris Conſiliarijs eſſe adnectendos. Bona hæc mixtio erit, quemadmodum enim aquà diluitur vinum, ità coniungenda cautio, & prudentia ſenilis, cum feruenti ſtudio, & labore iuuenili. Expedit iuxtà annoſas arbores, nouas plantas inſerere, vel plantare, quæ interitum earum redimere queant.

Sit formæ haud negligendæ. ſ. ſtaturæ ſaltē mediocris, &c.

Secundū hac in re, qua de re agimus locum, obtinet formæ dignitas, ità vt ſcilicet Conſiliarius mediocris ſtaturæ, membrorum omnium iuſtà proportione, atq́; coniunctione, oris decore, elegan-

elegantia,& comitate ſit ornatus. Integrę quoq; corporis partes ſint,non ſit gibboſus, non claudus,aut mutilus, luſcus, aut lippus,alioue morbo à natura inuſtus. Hæc formæ, dignitas in Conſiliario ideò requirenda eſt,;quia omne id,quod aſpectu deforme,id oculis ægrè eſt,atq; hominum animos à ſe alienat. At quicquid eſt pulchrum, idem oculis gratum eſt, & tacitè in ſui amorem animos allicit,incitat,ac rapit. Cum hæc de dignitate dico,non loquor de muliebri,& fucata formoſitate: Quemadmodum enim grata,& præſens accidit faciei,& formę dignitas,ità ſuſpecta, & inſuauis eſt muliebris illa fucata, perſonata formoſitas.

Ratio pro laudata formæ dignitate.

Hæc oris dignitas ea ſit quæ nihil fucatū, & muliebre præſeferat.

Tertij huius loci eſt corporis bona conſtitutio, quæ vulgo cōplexio,ſiuè temperamentum nuncupatur. Temperamenta alia, ità temperata ſunt,vt capacia, & excellentia gignant ingenia, alia ità conſtituta,vt ſtupida, & inepta reddant. Quamobrem meo iudicio Conſiliarius ſanguineæ,vel cholericæ, nō alterius ſit conſtitutionis, nàm ijs temperamentis prædìti ingenij acrimonia,memoria,iudicioq; valent,iuſti,affabiles,fideles, benifici,magnifici,magnanimi,fortes,corpore alacres,agiles, ſani,& bene morati apud omnes habentur. Malenchonicus,aut Phlegmaticus neutiquam ſit, nàm huiuſmodi natura ſunt inepti ad Reipublicæ gubernacula, maximè verò ad conſilia danda. Malenchonicus etenim,vt natura frigidus,& ſiccus eſt,ſic terreſtris conſtitutionis naturam refert, animo abiectiſſimo humi ſerpit, nec ſe ſe à terra tollit,rudis,triſtis, vanus,præclarè cogitatis infeſtus,doloſus, ac nimis religioſus, ad hæc vltrà modum ſuſpicioſus,& inuidus,ità vt ipſa eſſe videatur inuidia, ſe ſe mœrore triſtitia,ac cruciatu conficiens,absq; ratione ad arma, vel verborum contumeliam proſilit,quantoq; magis ætas ingraueſcit, tanto minus ſcientia adaugeſcit. Poſtremo Plegmaticus rudis, ignarus,intempeſtiuus,& inſcius eſt, nec vlla virtus excellēs in ipſo inuenitur,ſed omnes infrà mediocritatem ſubſiſtunt.

Requiri etiā in Cōſiliario bonā corporis cōſtitutionē, ſeū tēperamentum Sāguinea cōſtitutio laudata, & ī Cōſiliario probata.

Phlegmatici à conſiliorum numero exibilati.

Hi ſūt animo abiectiſſimi doloſi, nimis religioſi ſuſpicioſi &c.

Ad has,quas dixi corporis qualitates adnectere demū placet in Conſiliario vltimam, nempè,vt ſit indigena. Sic eſto, ne ex Conſiliariorum diſſimilitudine Reſpublica detrimenti aliquid patiatur. Quam periculoſum ſit poſt habitis incolis, exteros ad conſilia promouère,ſuperiore ſęculo Guiglielmus Siciliæ Rex miſero teſtatur exemplo, quippe in quem inſurrexere Neapolitani,& Siculi,quod non ſolum perſpicuos Magiſtratus, ſed ipſum etiàm Cancellariatus officium detuliſſet Gallis,ideoq; coniuratione communi Gallos omnes,qui cum eodem Cancellario erant, in Regno repente trucidarunt. Alienigenæ Conſiliarij plèriq; ſuo maximè ſtudent commodo, diſſidiorum faces ſæpè præbent,quippe qui nihil proprium intra Reipublicæ fines poſ-

Indigenā eſſe Cōſiliariū, quā cōducat Guglielmi Siciliæ Regis exēplo perſuaſum.

ſidentes

Poſſe tamẽ Principem vnũ, vel alterũ alienigenã virũ fide, ac probitate ſpectabilem à cõſilijs deligere.

Paucos tñ aduocandos eſſe alienigenas.

Signũ labentis Reipublicæ eſt ad eã fulciendã adhibentur peregrini.

fidentes iacturam haud facere timent, ſed potiùs exortis certaminibus, diſcordijs, tumultibus, honores, ac diuitias captare, & adquęrere firmiter ſperant, ad quas pacata Republica peruenire minimè ſperant. Oporret quidem Principem, qui plures Prouincias ſub ſuo habet imperio, ex omnibus nationibus ſuos eligere Conſiliarios; Attamen non negauerim vnum, vel alterum fide, & probitate inſigni ornatum, ac prædictum, in alijs exteris ſibi non ſubiectis Prouincijs natum prò temporum, & rerum occaſione in Conſiliarium eſſe eligendum. Si Princeps Conſiliario aliquo ad negotium huiuſmodi eget, in quo nullus ſuorum ſubditorum ingenio, ſcientia, & prudentia tantum poſſit, quidni accerſat Conſiliarium peregrinum? vt paucos tamen aduocet, fideliter ſuaſerim. In quam domum veſpilliones veniũt, ſignum eſt funeris, ſic Reipublicæ labentis ad quam fulciendam adhibentur Peregrini.

Quando, & quomodo capiendo ſit Cõſultatio à Principe.

CAPVT VI.

Sit matura tẽpore. n. pacis, ac fęlicitatis de bello, & aduerſa fortuna cogitandum.

CONSVLTATIONEM maturè eſſe inſtituendam edocent omnes. Tempore pacis de bello, fęlicitatis, ac tranquillitatis, de infęlicitate, ac tempeſtate eſt cogitandum, & ſalua adhuc Reipublicæ Naui, ne intereat, eſt conſulendum. Stulti Principis eſt argumentum, tunc ſolum, cum neceſſitas impendensq; periculum vrgeat, eſſe circumſpectum, & neceſſitate, non prudentia rebus afflictis afferre ſubſidium; fœlicẽ ſemper dixi Rempublicam, tempore pacis de bello cogitantem. Difficulter præſidia aduerſa fortuna comparantur, quæ ſecunda fortuna nõ fuerint conquiſita. Dùm adhuc ſtat nauis in portu, futura tempeſtas eſt præcauenda, ne infames ſcopulos præter uectus procellas formides, & trepides. Prudentis Principis eſt non ſolum præſentem rerum ordinem diligenter intueri, ſed etiàm ſagaci mentis oculo futura proſpicere, ac ſerio pręcauere. Nunquam enim fieri poteſt, vt infęlicem ſortiantur exitũ, quæ maturo adminiſtrantur conſilio; nec vnquam imprudẽtiæ arguetur Princeps, ſi negotium quid aggredi velit, matura, & ſedula mentis inſpectione, perpendat.

Difficile in aduerſa fortuna ſubſidia comparan.

Dũ nauis vẽtis nõdũ vela explicat pręcauenda tempeſtas.

Maturæ conſultationis fęlicitas.

In Conſilio quomodo gerere ſe debeat Princeps.

Coacto igitur Concilio Princeps capita illa, de quibus deliberandum, & conſultandum eſt, clara voce, bono ordine, & recta di-

ꝺta diſtinctione proponat. His propoſitis, ſingulis pro rerum cõditione ſpatia præſcribat, ne temerè præcipitent ſententiam; Vt opicæ Reipublicæ auctor in hoc quoq; ſuadet; vt non eodẽ, quo quidpiam proponitur die, etiàm eodem conſulatur, ſed potiùs in ſequentem differatur Senatum, ne quis, vbi quid in buccam primò venerit, temerè effutiat, ea poſteà cogitet, quibus decreta ſua tueatur, malitq; ſalutis publicæ, quàm boni nominis ſubire detrimentum, perverſo quodam, ac præpoſtero pudore, ne initio parum rebus omnibus proſpexiſſe videatur, & non cõſultò protuliſſe iudicium. Celeritas veluti rationis, & conſilij maxima inimica vitanda eſt; omnis improuida feſtinatio cæca eſt, hanc error ſequitur, hanc caſus, hanc infælicitas, hanc pænitẽtia, quæ nimis ſera eſt, quia inutilis. Celeritatem itaq; repudio, niſi res, occaſio, & tempus aliud deſiderent, & inſtans periculum celeritatem exigat. In periculis enim nihil feſtinatione tutius, vbi ſcilicet rapienda ſunt, haud quærenda cõſilia; vbi neceſſitas ſuadet, proximum conſilium tutiſſimum eſt. Porrò cum colligendi vota tempus acceſſerit à quolibet Conſiliario mentem, & ſententiam ſuam benigno vultu, intenta mente, & auribus petat Princeps; à Iuniori Cõſiliario incipiat, & ſic vſq; ad primos, & ſeniores procedat. Explorata namq; veritate latiſſimè patet, ſæpè, ac ſæpiùs in Conſultationibus fieri, vt ſententijs primùm à ſenioribus Conſiliarijs dictis, Iuniores ab eorum gratia, & authoritate contradicere dùm timent, veram animi ſententiam ſilentij nube obtegendo manibus, pedibusq; (vt dicitur) in illorum ſententijs aſſentatores potiùs, quàm Conſiliarij venerint. Cæterum prò temporum ratione, diuerſo quoq; ordine Princeps aliquando vti poterit, vt ſcilicet in rebus ſubitam, & celerem expeditionem requirentibus, viuacioris, & calidioris ingenij primùm homines dicere iubeat, deindè malenchonica, & phlegmatica ingenia exquirat. Expediet etiàm aliquando diuerſis temporibus ſingulos ſecretiùs aduocare, vt deliberationes illas, quas coram amicis, & fautoribus ſibi timentes liberè pronunciaſſent, ſoli Principi aperiant liberiùs. Ab his quandoq; ſcripta expoſcat conſilia, cum ſcilicet propoſitæ rei ratio poſtulat, vt maturiùs ſententias diſcutiat, vel Conſiliarius aliquis neceſſitate vrgente domi detinetur. Loquendi libertatem omnibus faciat Princeps, vt ſcilicet liberrimè ſuam ſententiam proferãt; ſeq; totum ità ad hilaritatem componat, vt alacritatẽ, animum, & confidentiam dicturis addat, pauidis namquè conſilia ſunt incerta, & ſi quis animo cadat, eſt erigendus ad alacritatẽ, cum cætera qui prudens agnoſcatur. Verùm enim intrepidè, ſapienter, & nudè ſuam aperiat mentem Conſiliarius, & veraciter clara voce ſententiam dicat, eſt enim illi neceſſe in conſultatione, tan-

Ne Conſiliariorũ ſententias ſubitas colligat, ſed in ſequẽtem Senatũ producat.

Ratio huius potiſſima.

Celeritas in ſentẽtijs proferẽdis ſæpè rõnis, & conſilij inimica; imminẽs periculũ celeritatẽ nonnũqua exigere.

Qua rõne ſint vota à Principe colligenda.

A Iuniori incipiẽdũ, hi, n, aliquàdo explorata ſeniorũ mente cõtra eos ſtare nõ audent ob authoritatẽ ipſorum.

Nõnũquã magis expedire à ſenioribus prima exigere vota.

Vtile etiã ſecretius ab ijs accitis eorũ mentẽ explorare.

Exigẽda quãdoq; conſilia ſcriptis.

Ijs à Principe facienda loquendi libertas.

Conſiliarius intrepidè, ſapiẽter, & nudè mentẽ ſuã aperiat.

Aſſideat in Cōſilio, tanquã in ſpecula.

Quorum meminiſſe iuuabit.

Aphoriſmos Politicos, & quid iuris prudẽtia perſcripſerit introſpiciat.

Caueat ab inuidia, obtrectatione, aſſentatione & maledictis.

Stultorũ eſſe nihil explicitè pronunciare, vel ſentẽtiã ſuam verborũ inclusã nube ità patefacere, vt ſingula quæque præcogitaſſe videantur.

Hos imitari anſeres.

ne, tanquam è ſpecula, futura, præteritaq; diligenti animaduerſione, proſpicere, ex quibus, & ſuapte natura ingenium, & logicæ artificialis arte adiutum proficua deducat conſilia. Præterita etiàm memoria repetat, quæ ſuis temporis geſta ſint, recolat, quidq; in re propoſita legatione apud exteras nationes functus cognouerit, examinet. Aphoriſmos Politicos acuratiùs conſideret. Quid iuris prudentia præſcripſerit, introſpiciat, vt tantis fulta præſidijs mens, conſilium ſapiẽtiùs effundat, quod ſi aliorum ipſi placuerit ſententia, paucis aſſenſum præſtet. Non ſit inuidus, non obtrectator, non aſſentator, neminem maledictis lædat. Stulti potiùs quàm prudentes illi à me ſunt habiti, qui nihil explicitè pronunciant, ſed tectis, & compoſitis verbis, ſuam concipiunt ſententiam. Ineptos illos etiàm dixerim, qui ob hãc cauſam ſententiam ſuam orationis tenebris, & verborum nube inculcant, vt ſingularia, ſubtilia, alta, ac ſibimet ipſis cognita eſſe demonſtrent, quæ dicant. Inutiles ſunt pedarij, qui quid dicatur minimè perpendunt, ſed quis dicat, attendunt. Hi anſeres imitantur, quorum vno clangente, cæteri illicò clangunt.

Quo verborũ indumẽto vel ſentẽtiarũ pondere aperienda ſit mens.

Contumacia oĩno vitãda.

Caueat à nimia honoris cupiditate.

In eius conſilijs cõſideratio, & libertas non abſit.

Non fucis, & figmentis aures detineat Conſiliarius ſed breuiori, & arguta oratione pro forma exhibeat, neque epilogos coneinet, ſed totam dicendi induſtriam, & conatum in rei ſubſtantiam defigat. Non ſit contumax, neq; ſuæ ſententiæ ità affixus, vt nemini credere velit. Non ſit ità honoris cupidus, vt cęterorum Conſiliarorum meliorem ſententiam approbare nolit. Quid conſulendum, probè conſiderandum eſt, liberoq; ore dicendum, nõ quod Principi placeat, ſed quod Reipublicæ expediat. Vitent itaq; Conſiliarij vbiq; & ſemper in deliberationibus aſſentationes, ab adulandi ſtudio, tanquam inteſtino morbo, quàm longiſsimè abhorreant, & palliatæ aſſentationis popiſmata relegent, non applaudenti Principi aſſententur.

Conſiliarius nõ vitet adulationẽ tãtũ, ſed & diſſimulationem.

Amor, & timor domeſtici carnifices cuiuscumq; mortalium.

Cõſiliarium ſæpè ab ijs etiã torqueri.

Nec adulationem rantum fugiat Conſiliarius, ſed etiàm diſſimulationem, in primis, vbi Eccleſiæ, & Reipublicæ imminet damnum; hic non diſsimulet, non taceat; ſed; nec dubiè loquatur. O ſpes, ò metus? Quid non poſſunt hi hoſtes? Prudentes viros vulpeculas reddunt, vt cautiſsimè diſsimulent, vt publicè vtilia reticeant, ne in Principis offenſionem, nec in aliorũ Conſiliariorum odium incurrant. Duos lictores domeſticos, & carnifices inteſtinos quisq; mortalium habet, Amorem, & Timorem; Ille deſiderio conſequendi, hic metu amittendi, quod diligit, animum torquet, & excruciat, atq; hi duo tortores Conſiliarij animo obuerſantur, ne liberè loquatur, & ſentẽtiam dicat, nàm interdum, vt rem gratam faciat Principi, & eius voluntatem ſibi deuinciat, interdum ne illum, & familiares illius offendat, aut tacet, quod dicendum eſſet, aut frigidè verbis implica-

tis, vix

tis, vix dicit, quodq́ue deterius eſt, aliter, ac ſentit, ſæpius lo-
quitur, vt Domino ſuo blandiatur, qua in re grauiſſimè in Deũ,
in Rempublicam, & in ipſum Principem peccat. Hanc tamen
dicendi libertatem modeſtiæ, reuerentiæ, & prudentiæ ſale con-
ditam exhibeat Conſillarius, & morum iucunditate, lenitate, &
breuitate mitiget, temperetq́; Qui hac libertate vti velit, debet
rei, loci, temporis, & perſonarum, ſuiq́; Ipſius habere rationem.
Modi item, ne clamore, vel alio corporis habitu, iræ, vel alte-
rius perturbationis ſuſpicionem moueat. Nihil ſuperbè, ni-
hil arroganter, nihil proteruè, nihilq́; ad oſtentationem profe-
rat, neque acerbis facetijs delectetur, quin potiùs illud memi-
nerit, quæ facetè, ſed acerbè nimis dicta ſunt, animis Principum
inhærere diutiùs. In conſilljs propenſionum ſuarum obliui-
ſcantur Conſiliarij, neq́, adferant animos ira, odio, inuidia, ti-
more, huiuſmodiq́; æſtibus conturbatos, ſed potiùs antè conſi-
lium ſe componant. Paſsiones animi impediunt animum, ne
vera à falſis diſcernat, cum enim corda commota incaleſcunt,
& æſtuant, mirum eſt, quantas tempeſtates, & procellas indu-
cant; ſpiritus enim ità extenſi, atque in cerebrum delati nullius
rei imaginem, vel ità integram, & diſtinctam, vel ità fixam, ac
ſtabilem menti repręſentant, vt recta aliqua, & prudens cogita-
tio exiſtere poſsit. Exemplo ſunt Phrenetici, quorum ſpiritus
in cerebro cum extenſi ſunt, tunc ſermones nulla ex parte co-
hęrent. diſcrepantia verba ex perturbatis phantaſmatibus pro-
cedunt, mens itaq́; ea, quæ prudens, ac ſalutare conſilium exco-
gitare debet, placida, pacata, ſerena, tranquilla, & ab effectuũ
omni perturbatione libera eſſe debet. Nemo rectè ratiocinabi-
tur, nemo benè conſulet iratus, nullus Inuidus, nullus arrogans,
nullus odij, diſſenſionis, contentionis, & ſimultatis amans re-
ctum conſilium inueniat; iram comitatur diſcordia, & pertina
cia. Hiſce vitijs, animiq; perturbationibus laborans ad conſi-
lium dandum, & pleno conſilio deliberandum inutilis eſt; qui
ab alijs Conſiliarijs ſemper diſsidet, nullis cedit, nullis ſuffra-
gatur; alius Conſiliarij ſententiam, & conſilium, quamuis
egregium, & ſalutare Reipublicæ, ſi ipſe non attulit, damnat, ca-
uillos excogitat, correctionculas addit, & nodum, quod aiunt,
in ſcirpo quęrit, veritatem diſputantium labyrintheis erroribus
inuoluit, & præſtigijs philoſophicis aliorum ſententiam eludit.
Deponatur timor, & puſilanimitas. Faceſſat etiam in delibe-
rationibus pecuniæ ſtudium, & auaritiæ. Nullum ſtudium, nul-
lumq́ue rectum conſilium, in eo, qui pecunijs inhiat. Non re-
cta mente præditus eſt, qui quocumq́ue modo auro, theſau-
ris, diuitijs inhiat.

Hanc libertatem, quæ Conſillario ſuadetur, modeſtiæ, reuerẽtiæ, & prudentiæ condimento gratã exhibeat. Quorum hac in re habenda ſit ratio, & quę cautio adhibenda.

Quæ facetè ſimul, & acerbè dicuntur in animis altiùs & diutiùs hærere. Animis affectiones prauę veritatem haud exploratam habere queunt. Documento ſunt phreneſi laborantes.

Conſiliarij mens placida ſit, pacata, libera, ab omni affectũ perturbatione.

Qui nã Inutiles deliberationibus, & conſilijs dãdis.

Conſiliarius malè moratus qui.

De Conſiliorum fine, & ſcopo, quem bonus Conſiliarius ſibi proponere debet, et quomodo Principi amplectenda Conſilia.

CAPVT VII.

Finis in quẽ ſtudia ſua, & labores Conſiliarius dirigere debet.

OMNIS Conſiliarius in eum finem ſua quæq; conſilia, omnemq; curam, & operam dirigere debet, vt ea curentur, & ſeruentur, quę cõmuni ſapientum decreto commendantur. In his conſultationibus, & conſilijs non obliuiſcatur, media, quibus finem quærit, legitima, minimè fore, periculoſa, temeraria, ac turpia. Vtilitas diſiuncta ab honeſtate minimè ſit: vt ædium inferiores partes firmiſſimas eſſe oportet, ſic etiã actionum initia, ac fundamenta, ſolida, iuſta, & honeſta eſſe decet. Commodum Reipublicæ conſilijs ſuis rimetur Conſiliarius, quod, & vtile, & honeſtum, & quod turpe non ſit. Neque cogitet, neque exiſtimet Princeps oppetita à Conſiliarijs conſilia, Maieſtati, dignitati, ſiuè abſolutæ poteſtati ſuæ aliquid derogatum iri. In hunc finem haud conſulat Princeps, vt ſe Conſiliarijs ſubijciat, & eorum ſtet decretis. Poſt conſultationes liberum eſt Principi ſapienti exequi, quod libeat. Hæc ſuprema, & abſoluta poteſtas, & maieſtas huic rei haud eſt alligata, propterea verò conſilia adhibentur, vt multorum fidelium, prudentum, ac ſapientum virorum examine, quæſitis rebus expenſis, quæq; incerta, quæq; dubia, & ambigua ſunt, certiùs, ac feliciùs in Reipublicæ ſalutem eligat. Quare in conſultatione ſaniorem ſententiam, non eam, quæ à pluribus dicitur, Princeps ſequatur, neq; in Conſiliariorum eloquentiam, qua in dicendis ſententijs vtuntur, intendat animum, ſed rationum ſeriem introſpiciat. Quemadmodum enim ægrotus non eloquentem, ſed, ſalutarem Medicum videre, & audire, & ab eo curari exoptat, itã, in ægrota quauis Republica quæritur ſalus. Non quæ grata, ſed quæ ſalutaria ſunt, ex publicæ ſalutis fonte petenda. Quæcumq; ne ad Rempublicam ſpectant, conſultatione egent. Quotidiana experientia compertum eſt negligentia, & incuria patrisfamilias paucas tegulas non reficientis, domum corruere vniuerſam, ac proinde ſaxum, & lapidem, antequam à ſublimi cadat, facilè retineas, poſtquam verò præceps ruit, non ampliùs, eum ſiſtere valeas, ſic neglectæ res minoris momenti, ſi Rempublicam

Media ad eũ finẽ apta eligat, honeſta tamen, nec plena periculi.

Indecorũ ne putet Principes alienis conſilijs vti dũmodo ſibi reliquat poſt conſultationem locũ ſtatuendi, quod libuerit.

Ratio cur exigẽda ſint aliena conſilia.

Saniorẽ ſententiam poſtmodum ſequatur Princeps, non eã, quæ plures habuerit ſuffragatores. ſuadetur à ſimili.

Neglectus rerũ minimarũ ſummoperè caueatur.

Sæpè paucis tegulis conuitijs, vel è loco ſummotis domum ipſã corruere.

blicam ſpectant, quibus facilè occurrere poteris prius quàm vires ſumunt, triſtes ſæpè exitus nanciſcitur. Quapropter huiuimodi negotia, quæ ſi cæteris compararentur, pauca ſunt, & in inferioribus concilijs tractantur, a Principe etiam audiri, & tractari, ac curari debent. Hiſtorijs proditum eſt Turcarum Imperatores vbicumq; Senatus habendus ſit conſilio in proximo loco ſecretiùs adeſſe, atq; ibi omnium Conſiliariorum ſententias audire, ità tamen, vt adeſſe Imperatorem, etiam cum abeit, Conſiliarij ſuſpicentur. Hoc etenim repeto, & ſuadeo, vt cuiuis Conſiliario ſit dicendi libertas. Accidit, vt ſi quid forte ab vno ſit omiſſum, ſiuè peccatum, in ſententia, id ſecundus, tertius, quartuſuè emendet Conſiliarius. Imprudentis Principis eſt vnum præ reliquis auſcultare, & reliquos negligere. O Principem monſtro ſimillimum, qui dùm cœteris imperas ab vno tantum homine imperaris! Ea iàm noſtris temporibus conſuetudo viget in aulis, vt ſi ſenior aurem Principis habeat, ab vnico illo homine omnia pendeat. Ego Principem non laudo, qui vnius tantum amici, ſeù potiùs Domini conſilio vtatur; & qui hoc olim fecere, malè ſibi, & rebus ſuis ſcimus conſuluiſſe. Hoc quàm ſit Principi, Reipublicæq; perniciosum, tùm ipſa ratio, tùm præteritorum ſæculorum quamplurima docent exempla. Etenim, ſi Princeps vni, cæteris relictis, fauet, præterquamquod ille alijs imperitare vult, minùs erunt liberæ conſultantium voces, metuentibus alijs, ne ſi liberè animi ſui ſententiam promant, in aliquo opinioni illius prædilecti aduerſentur; quod ne accidat, ſummopere eſt cauendum. Deindè ſæpè accidit, vt prudentes etiàm viri labantur, & errent in dicendis ſententijs; quando ſcilicet, vel odio, vel æmulatione quadam impulſi ab alijs diſſentiunt, ſed, & non ſemper ſunt eodem animi vigore; ſciat Princeps adulationem mellitum laqueum, adulatorem feram omni humano generi peſtilentem, quem Coruo comparatum fuiſſe tradunt, hic enim demortuorum oculos, ille viuorum mentes excæcat & perdit, deuorat. Si reſponſa Principi non arrideant, minimè indignantur, ſiquidem ille, qui conſilium dat, fidem præſtare de euentu futuro non poteſt. Vidimus, & experimur mala, prauaquè conſilia præ bonis conſilijs proſpera nonnunquam euenire. Nec hic damnetur Conſiliarij prudentia. Magna iniuria fit, cum conſilia non ex ratione, ſed ex euentu iudicantur, quippè cum nonnunquam etiam praua Conſilia fœlices ſucceſſus, & bona conſilia infœlices effectus habeant. In hoc maximè delinquunt Principes, vt ſi conſilium, cum Conſiliario damnent.

Votorum porrò examen (ad quod alta, & ſubtili pru-

Turcarū Imperatorum laudata conſuetudo, & cautio habēdi conſilij.

Vnum præ reliquis conſiliarijs auſcultare, imprudentis eſt Principis.

Principes, qui vni tantū Conſiliario ſe, ac ſua fidant, ſūmo periculo ſe, Reſpublicaſque permittunt.

Tollitur ſæpè libertas votorum.

Prudentiores nonnunquam veritate haud explorata in errores deflectere.

Adulatio laqueus mellitus.

Adulator immanis fera, vel Coruo peior, hic enim mortuorum oculos corrumpit, ille viuorum mentes excæcat.

E prauis cōſilijs quandoquè bona emanare.

Conſilia nō ex euentu, ſed ex ratione æſtimanda.

Quomodo examinanda vota.

dentia opus eſt) tacitum, & occultum eſſe debet, ex quo non poſſit agnoſci, quid Principi placeat, aut diſpliceat. Suam in conſilio ſuſpenſam teneat Princeps ſententiam, ſi, enim, ſubitò, primis, aut ſecundis votis applaudat, & ſic ſubitò huius, vel illius ſententiam approbet, ſiuè id fiat verbo, ſiuè facto, ſiuè aliquo ſigno, reliquis & pudorem inijciet, & metum, ne in dandis conſilijs, & promendis ſententijs ſuis poſthac ſint liberi, ſed in illud ſententiam ſuam dirigant, quod Principi arridere intelligant. Cognita enim voluntate Principis, vix quiſpiã erit, qui contra eã diſſerere, aut conſulere audeat. In conſultationibus tandem non obliuiſcatur Princeps honeſtatis, nam etſi bona conſilia plerumq; à fortuna ſeparentur, non aliter atq; tempeſtatibus ſcientia rei nauticæ, attamen recta conſcientia conſilij inſtar muri eſt; contra verò apud Deum, & apud homines, iuſtè poterit accuſari, ſi conſilium iniuſtum ſit, nàm, etſi fortunam obſequentem habeat turpitudo, tamen conſilij conſcientiam vellicat.

> **Sentẽtia ſua nulla ratione, niſi poſt omnes auditos aperiat Princeps in conſilio.**

> **In Conſilijs honeſtati primæ deferantur.**

Cognoſcet autem Princeps, an rectum conſilium datum ſit, nec ne, ſi ad finem, & ſcopum honeſtum, & Reipublicæ ſalutarem dirigatur, ſi ad talem ſcopum honeſta ordinentur, ſi media talia ſuadeant Conſiliarij, quæ non ſint cum diſcrimine, & periculo Reipublicæ coniuncta, ſemper etiam Principi antè oculos ſint duæ hæ aureæ, immò gemmeæ regulæ, quarum prior eſt; in omnibus, ſententijs adeſſe hæc duo oportet: Poſſe illud fieri, atquè vtile eſſe. Ad has regulas tanquàm lapidem lydium omnis Princeps examinet, quale conſilium ſit, nùm ſcilicet ſequendum, aut requirendum. Ad extremum & illud demum ſibi dictum putet Princeps, ne initio ſui Imperij temerè patris ſui, ſiuè deceſſoris Conſiliarios terminet, repudiet, & quaſi ab aula eijciat, probitate vitæ integritate, authoritate, fide, & experientia inſignes, anteceſſoris poſt ſe relictos Conſiliarios, amore, beneuolentia, & humanitate adſciſcat, alliciat, atquè fidelitatis iuramento ſibi obſtringat, propterea quod & rebus illis gerendis iàm magis exerciti, & prioris gubernationis magis gnari, quàm nouiter, ſũt adſciſcendi, & vocãdi. Amicitiæ longæ temporis, & rerum interuallo comprobatæ, vt vina, quæ vetuſtatem ferunt, pleriſq; ſunt ſuauiſſimæ; non enim amicitijs eſt vtendum, vt floribus, tamdiù gratis, quamdiù recentibus. Neq; tñ illud ſpectet Princeps, vt prædeceſſoris ſui Conſiliarios oẽs adhibeat, cum, aut Reipublicę cõmodũ intercedat, eos mutare, & officio ſoluere poſſit, ſed hoc tantùm Principi dico, & ſuadeo, vt cautè hoc, nec facilè agat: miſceat potiùs nouos veterib. & veteres nouis remiſceat, vtroſq; retineat, vtroſq; amet, vtroſq;

> **Quomodo bonũ à malo conſilio diſtinguatur.**

> **Regulæ duæ ad quas tanquam ad lapidem lydiũ conſilia periclitari poſſit.**

> **Caueat Princeps, ne Patris, ſiuè deceſſoris ſui conſiliarios, ſine cauſa, exibilet, ſed potiùs probos, integroſq; benignè excipiat & tractet.**

> **Amicitiæ, quæ diuturnæ, & antiquæ exſtiterit optimę, & planè, vt vina.**

proemio

præmio afficiat. Quemadmodum enim fruges non tam ingenio ſoli, quàm Cœli beneficio, meliorique temperie lætiùs exuberant, ità & eximia ingenia benignitate, & humanitate Principum virorum excitantur, & aluntur. Vt retineantur Conſiliarij, duo præſtanda, vt eorum opera, tùm elementer, & benignè, tùm etiam iuſtè, hoc eſt congruenter vtantur. Quemadmodum miniſtrorum partes ſunt obſequium, aſſiduitas, taciturnitas, labor indefeſſus; ſic Magiſtratuum contra officium eſt, ſedulitate non abuti; Nihil vnquam in eos aſperum, aut contumelioſum dicere, nec acerbè officium exigere, ſicque cogitare, ſi non ſeruis, & mancipijs, ſed liberis hominibus imperitare, quorum opera, ſi non gratuita, & voluntaria, at certè libera vtuntur. Alterum eſt, ne laborum ſuorum præmio fraudentur. Quid quæſo æquiùs, quàm, vt quorum vita in noſtris conſumitur commodis, eos remuneremus? Videas agros ijs, à quibus diligentiùs coluntur, & laborioſiùs, vberiorem etiam fructuum copiam afferre. Rerum harum neglectum magna ſæpè Principibus incommoda tuliſſe, præter, præſentia, præterita etiam ſæcula clariſſimè docent.

Similiſ ad Principi in Conſiliarios benignitaté, & comitatem ſuadendá.

Retinendis Conſiliarij duo præcipuè apta.

Miniſtrorũ, & Magiſtratuum, quæ officia mutua.

Remuneratione haud fraudentur Conſiliarij fideles, ac probi.

De Generali Magiſtratuum diſtinctione.

CAPVT VIII.

NEMINI dubium eſt, illam omnibus numeris abſolutam eſſe Rempublicam, in qua ſancitæ ſint leges, & illæ quidem ſapienter, cui tamen ſi deſint Magiſtratus idonei, perindè eſt, ac ſi optimum enſem inexperto hominê tradas. Niſi enim, quæ ſtatuta ſunt, prudenter ſeruentur, maximum ipſi Reipublicæ impendet periculum; Sanè enim abſquè Magiſtratuum prudentia, ac diligentia Ciuitas eſſe non poteſt.

Magiſtratus in Republica neceſſarij ne leges ſãcitæ abrogentur.

Verum horum Magiſtratuum, qui ſubordinati ſunt, & parendi neceſſitatem cum imperandi iure coniunctam habent, in principatibus duplex ordo conſtituitur. Nàm alij regendis hominum moribus præficiuntur, vt ſcelera puniantur, & vnicuiquè ius ſuum diſtribuant. Alijs vero publicas opes adminiſtrandi cura demandatur. Et quidem, qui Iuſti-

Quot ſint Magiſtratuũ genera, ſeũ ordines.

Alij regendis hominũ moribus cõſtituti.

Alij publicis opib. adminiſtrãdis.

Horum tot munera, quot honeſtatis officia.

tiæ adminiſtrationem ſuſceperint, illis ineſt incumbendum; vt iuxta rectitudinem omnes ciues viuant; & fœlicitatem conſequantur. His tot præſcribuntur munera, quot ſunt honeſtatis officia, quam recipiendam ſibi, & curandam proponant, & quot mala, vitiaquè, quæ longiùs debent a Republica remouere. Cum autem frequenter controuerſiæ, litesquè oriantur, nec conſtet quid æquum, bonumuè ſit; in omni conſtituta Republica ad Iudices, qui iurisdicendo præſunt, ſpectat, vt ambigua definiant. Alterum genus Magiſtratuum eſt, quod bonis publicis patriæ acquirendis, augendis, conſeruandis occupatur; hoc autem in vniuerſum ad annonæ Præfectos, & ad Quæſtores pertinet. Diſpenſationes itaque rerum publicarum, Patrimonij publici, hoc eſt vectigalium, omnium redituum, ædium publicarum ſunt curatores. Omne Regnum, omnis Reſpublica ſuis Magiſtratibus perficitur, atque ad hæc genera omnia officia, dignitates referuntur.

Alterũ Magiſtratũ diſſidiorum ſequeſtrem, & litium arbitrum eſſe.

Ad alterum ſpectare bonorum publicorũ, vectigaliũ, ſcilicet, & ſimiliũ, vel collectionẽ, vel diſpenſationem.

Ex his Magiſtratibus, qui primi ſolent eſſe poſt Principem, occurrunt conſiderandi Proreges iſti, ſiuè Viceprincipes dicuntur, aut Prætores, quibus ſumma ineſt auctoritas; horum eſt curare, vt pacata, quietaquè ſit Prouincia, quàm rem non difficiliter erunt aſſecuturi, ſi ſolicitè ſatagant, vt mali homines prorſus ablegentur, vt ſacrilegi, latrones, fures conquirantur, & prout quiſque deliquerit, in eum animaduertatur, receptoreſquè eorum, ſinè quibus latro diutiùs latere non poteſt, puniantur. Summa eſt Baxarum auctoritas apud Turcas, nam antiquitùs rebus adhuc tenuibus conſilijs adhibebantur; nunc, & conſilia moderantur, & potentiſſimis præſunt Regnis, eo periculoſius, quod Imperatores aſſueti delitijs non magnoperè Rempublicam curant, nisi cum periculum, vel quod frequens eſt, Ianizerorum ſeditio veternum excutit. Proregum hunc multos habet Hiſpania. Alijs in Regnis non ità vſitata dignitas eſt, quia hæc tam diſſita, nec tam multa Regna peruicarios adminiſtrant. Summa ineſt neceſſitati, cum ſumma poteſtate Rectores, ſiue Vicarij conſtituuntur. Nequaquam Romani, & Hiſpani in paruis adeo, ac minimiſſimis principijs, tam amplam conſtituere Rempublicam; cum autem latiùs acquirere Regna, & totum penè terrarum orbem, (vt ità dixerim) ſibi adiungere, præmere, ac tueri Imperio cœpere, ægrè in officio ea continuiſſent, niſi maioribus in prouincias magiſtratibus miſſis, ſimul eis annorum iuxtà, ac legum poteſtatem feciſſent, nec non ad vtrumquè accommodatos, ac idoneos habuiſſent Miniſtros, quos quidem Prætores vocabant Romani, ſuo inde nomine

De Proregũ auctoritate, aut vicePrĩcipum.

Quid potiſſimum curare debeant.

Apud Turcas Baxarum authoritas ſumma.

Proregem ſummæ auctoritatis apud Hiſpanos, ſolum nunc ferè in vſu.

Romanos, atquè Hiſpanos Regnorũ multitudine tandem coactos ad tantæ auctoritatis Magiſtratus in prouincias tranſmittendos.

quòd cæteris omnibus præirent,& proponerentur,permiſſa ſcilicet eis tàm bellicę rei adminiſtratione, quàm legum præſcriptione: Poteſtas itaq; erat cognoſcendi,iudicandiq; imperium verò in bellicis rebus exercebant; ius hyberno fermè tempore, & in conuentibus dicebant,bellum æſtate gerentes. Ab Hiſpanis, cæteriſq; Principibus, qui hanc auctoritatem auxere eam impertiendo Proregibus, alijſquè, qui vicem ipſius Regis ſuſtinerent, tantum tribuitur poteſtatis, vt ſolam Regiam manum præſeferant;prò quodam, quem gerunt,Magiſtratus inſigni, vitæ, neciſq; quantum licet ipſi Principi,ius ità tribuitur,vt quod Regni poteſtas tribuit, id nequaquam his abnui poſſe patiantur leges. Honos regius his impenditur; reliqui Magiſtratus hunc veluti Principem agnoſcunt; & tantam arbitror huius auctoritatem,vt ni circumſcribatur quibuſdam limitibus,planè excreſcens, miſerrimam non tantùm Prouinciam redigat, ſed ipsū fermè Regem, ſiuè Principem ſeruientem.Iudices his ſunt ſubiecti; his mandata iuriſdictio; ius cognoſcendi, & belli gerendi, ſi non electione, at ſaltem capta occaſione; ſunt veluti Prouinciales, quorum poteſtas, longè latequè patet. Si ſubiacent expoſtulationibus ſubditorum,theſauri collecti omnes morbos facillimè expellunt; tanta auri vis pectora humana mulcet. At hæc in Galliæ Regno, non tàm exquiſitè obſeruantur. Soli,qui Rectores Prouinciarum dicuntur, non tàm in ſuo vehementes officio imperitant, vt ſibi quæque licere exiſtiment; auctoritatē non liberam agnoſcunt, quin ſæpè quaſi à Conuentuum, Comitiorum,ſiuè ProuincialisSenatus auctoritate legem accipiūt. Magna ſanè alias ipſis fuit auctoritas;concedebant enim veniā, criminum obliuionem, nūdinas,& mercatus,legitimabant,ſiuè reſtituebant natalibus, auocabant à Iudicibus ordinarijs cauſas ad ſe. Quæ tamen omnia poſteà adempta, & reſtituta Regiæ ſoli poteſtati edicto Lodouici XII. Hodie Rector Delphinatus omnia officia concedit, pluraq̀ue poteſt, exceptis Curiæ ſupremæ Parlamenti officijs, indulgentijs, ſiuè venijs criminum.

His Rectoribus Prouinciarum, ſiuè Proregibus ſubduntur alij certorum locorum Gubernatores,qui per ſe ipſos ſuum munus exequuntur, neque Vicarijs vtuntur, ſiuè ſubpræfectis, niſi ob grauem, & neceſſariam abſentiam. Hi illam tamen habent auctoritatem,quam concedere vult Prouincię Rector; nec tantam illam agnoſco, quin Iudici maximè conuenire etiam arbitrer; & his primoribus Magiſtratibus ſubduntur alij, qui Iudices dicuntur. Quemadmodum ſine iuſtitia ſtare Ciuitas non poteſt, ità nec ſine Iudice; eſt Iudex ius animatum,& mediator, qui partes coniungit æqualitate; eſt, qui lites ſecat: in hoc conſtituendo id ſeruandum eſt, quod in regula, normaq̀ue ædificio-

Pratorū appellatio apud Romanos vſitata. vnde deducta.

Quanta ſit Proregū Hiſpanorum,& aliorum etiā poteſtas.

Regium honorem ijs & à cæteris Magiſtratib. impertiri.

Iudicib. eos etiam imperitare, & aliorum Magiſtratuū ſibi vſurpare.

In Galliis tātam auctoritatem prouinciarum Rectoribus haud cōcedi: Quin eos à comitijs prouinciarū leges accipere.

Ijs olim magnam fuiſſe poteſtatem. Tandem adēptam edicto Lodouici XII.

Rectoris Delphinatus poteſtas omniū in Gallia maxima.

Huic poteſtati, qui Magiſtratus ſubiecti.

Iudex ius animatum.

AEdificiorū regulam iuſtitiæ normā eſſe debere iudicibus.

ficiorum, vt quàm rectiſſima, inflexibiliſque omninò ſumatur; ità Iudicem regere oportet, qui nec ad iram, nec cupiditatem facillimè impellatur; perindè enim eſſet, ac ſi quis regula curuata vtatur ad conſtituendam muri rectitudinem. Hi non adeò valida ſunt poteſtate, vt quæ ijs libuerint, valeant perficere; ſubiecti ità ſunt, vt lex potiùs animata dicantur, quàm arbitrium abſolutum penes ſe habeant.

Iudex cur lex animata dicatur.

Hos Prouinciarum Rectores, ſiuè Proreges ſubſequuntur annonæ Præfecti, quorum magna poteſtas, nec vllam tàm iucundam populo arbitror. Horum ſtudia, vt Vrbi, ſiuè Prouinciæ paretur annona, vbiquè redundet panis copia, per officinas piſtorum, ciboſque diſcurrere, penſum, & munditiam panis exigere. Hoc ſummum Tribunal, & curandum eò impenſius, quò magis annona, vt plurimùm ea eſt, quæ ciues in fide contineat, & qua Princeps ſibi magis Populorum beneuolentiam alliciat. Subſequuntur & etiam Quæſtores, qui alij Vrbani, alij Prouinciales dicuntur, quorum tanta non eſt auctoritas, quin etiam maior poſſit ab exercentibus vſurpari. Non infimę ſanè conditionis ij ſunt, cum Principis facultates in huius manibus ſitæ videantur. Quàm in Belgio, quàm in Gallia, quàm in Hiſpania hic vigeat Magiſtratus, norunt ij, qui tantarum Prouinciarum mores didicere. ſubſequuntur & Cenſores, qui ità neceſſarij ſunt ad comprimendos luxus populorum, vt nullo fortaſſe Magiſtratu magis Prouincia egere videatur.

Qui ſubſequantur primores Magiſtratus.

Annonæ Præfectorũ munera.

Annonæ affluentiam à populis Pricipis beneuolentiam colligere.

Quæſtorum alij Vrbani, Prouinciales alij.

Quàm neceſſarij Cenſores.

De Annona Præfecto, & quanta hæc à Principe ſit curanda ſolicitudine.

CAPVT IX.

PRAEFECTVS Annonæ munus habet ſupremum, atque adeò neceſſarium, vt etiam Principi maximè illud curandum ſit, ne inertia Rempublicam perdat. Hoc etſi diligentiùs cuſtodiatur, ſuauiſſimos edit fructus, qui certè nunquam matureſcunt, niſi calore iuſtitiæ, pacis, & annonæ foueantur. Hanc tamen potiſſimam exiſtimo, vt potè qua mirificè delectetur plebs; quod ſi negligentiùs prætermittatur, cõtentiones, controuerſiæ, ſeditiones exoriuntur. Conſentit Italorum adagium, quo dicunt: Panem in foro, Iuſtitiam in Tribunali

Annonæ Præfecti munus ſupremũ.

Prouerb. Italorum, Panẽ in foro, iuſtitiam in Tribunali, ſecuritas vbiquè boni ſunt ſigna imperij.

nali, ſecuritatem vbiq; boni Imperij ſigna eſſe. Coſmus ſuperior Medices, cum Ioannem Annibalis filium Bentiuolum ad Bononienſem Principatum dimitteret, inter cætera Reipublicæ gerendæ præcepta, tria hęc præcipua dediſſe dicitur: Annonæ curam ſedulò ageret, omnibus nullo diſcrimine perſonarũ habito ius diceret; & ab alienis vxoribus abſtineret.

Huius Magiſtratus præcipuum munus cenſeo, vt prouentu frugum conſiderato, poſtquam animaduerterit, quanto Reſpublica frumento alatur, quamquè prò aduerſis egeat, modum exportationi conſtituat, ne noſtri agri alijs ſint fertiles, nobis verò ſteriles. Statuat, & domi pretia, ne, quæ abundant, ſi pluris, quàm æquum ſit, venalia habeantur, pauperum facultates exhauriant, & aliarum pretia augeant. Difficilè eſt enim cauere, quin cum pretio frugum aliarum rerũ pretium creſcat. Quamobrem laudandus eſt mos ille quarumdam rerũpublicarũ, in quibus frugum maxima vis (quo quidem tempore anni, quàm minimè præſtent) à Magiſtratu coemitur, ac in publica promtuaria reconditur, vt ſeu periculum ſit ab hoſte, ſiuè res ſpectet ad annonæ difficultatem, proſpectum ſit vitæ hominum. Plurimi enim ſunt, qui fruges in longum tempus ſeruant, vt pluris vendant temporibus ſuis. Verùm huic rei occurri poteſt, prudentia Magiſtratus, ſi fruges, quàm minimo emptas, tunc ex promptuarijs efferri iubeat, & aliquanto pluris, quàm ſint emptæ, vendat; nam & omne lucrum cedit Reipublicæ, & negotiatores frumentarij cogentur minoris vendere, ſi res abundent, quàm ſi laboretur inopia. Itaque conſtituendum eſſet, vt illæ exportationes nimiæ, quibus ex vilis conditionis hominibus quodammodo cibus eripitur, & inducitur magna frugum inopia, coerceantur.

Annonę Prę fecti munus.

Quomodo occurri poſſit mercatorum auaritię à prudenti annonæ præfecto.

Porrò hæc charitas annonæ pluribus ex cauſis exoritur, quibus prudenter à Principe poteſt eſſe conſultum, ſi ità publico bono proſpiciat, vt nunquam patiatur plebem inopia frumenti, aliarumq; rerum laborare; quòd ſi minùs frugiferum ſolum ſit, nulla Principi culpa; ſatis illi eſt, qua potuit diligentia, abundantiam promouiſſe, remouiſſe inopiam. Vt autem habitatoribus repleantur Vrbes, alliciat aduenas Principis comitas, rerum copia, & lucri auiditas ad coemendas, & vendendas merces. Compertum habemus in ditione Mediolanenſi inſalubris aeris nonnulla loca, in ſpem tamen lucri hominibus abundare. Ità mortales, ſi auri ſpes affulgeat, vel ipſam vitam videntur habere in poſtremis. Illud etiam proderit, ſi Princeps ibi habitet; hac enim ratione plura loca vidimus habitatoribus repleri. Eò etiam releget eos, qui puniuntur exilio. Hic mos Romanis olim fuit, qui quatuor millia libertini generis, & ſuperſtitione infe-

Non ignorari debent ab annonæ præfecto cauſæ charitatis annonæ, vt huic poſſit eſſe conſultum.

Quàm maximè anxius Princeps eſſe debet, vt aduenas rerum vbertate alliciat.

Habitation& Principis nimopere conducere pro replendis locis habitatoribus.

ĉti, quibus idonea ætas, in Inſulam Sardiniam traſportari iuſſerunt, coercendis illic latrocinijs: quòd ſi ob grauitatem Cœli interijſſent, eorum etiam interitus futurus erat Reipublicæ ſalutaris. Si autem elaboret fame populus, quòd multitudo nimis excreuerit colonis, huic malo occurrendum eſt; quod tamen non ita liberiùs faciendum arbitror, vt tandem nimio veluti ſanguine emiſſo elangueat Ciuitas. ſit Princeps, qui ſua Magnanimitate, frumentum vbicumquè ſit colligat, ſuggeratquè Tiberium, & Neronem hoc etiam factitaſſe vidimus. Sereniſſimum Magnum Hetruriæ Ducem ſola ſui animi magnitudine vidimus adò eſſe ſolicitum in comparanda annona, vt nullum laborem, nullum diſpendium prætermittat, quo ſuis populis liberaliſſimè frugum abundantiam curet. Nimia etiam vbertas, (quod aliud vitium eſt) ſummo erit incommodo. Huic occurret Princeps, ſi populum in fide contineat: ferox equus pingui pabulo ſaturatus, imperium ſpernit, niſi frœno, & ſtimulis cohibeatur: facilè eſt mediocri rerum affluentia populum frœnare, ſi nimia rerum copia inſoleſcat; At ſi pinguis regio ab hoſtibus deuaſtetur, ſepulcra ſint horrea, vt indè prò temporum neceſſitate extrahatur annona ad vſum Reipublicæ. Id apud Suetios fieri compertum habemus. Nullam itaquè expenſam recuſet Princeps, qua, & populo ſatisfiat, ſuæ & exiſtimationi, & ſaluti. etſi fortè non tàm facilè ſit ſubſidium, ſaltem hanc difficultatem comitetur quædam animi mæſtitia, qua & conſortem ſe omnium ærumnarum velle profiteatur. Non imitetur Auguſtum, qui dùm fame laborabatur Romæ, conuiuium parauit, cui conuiuæ Deorum inſtar accumberent; acclamatum eſt poſtridie, omnes Deos comediſſe frumentum. Inter alia ſummopere caueat Princeps, ne in ſcenam prodeat mercatoris perſonam gerens, cuiuſmodi eſt, metalla ex intimis terræ viſceribus exhaurire, magnam nauium vim comparare ad importanda vſui neceſſaria, quæ ciuibus fermè omnibus ſunt pernicioſa. Nequè etiam decet, ſi quid felicitati, populiquè ſaluti ſit impertitum, aliquo lucro dehoneſtetur, quod quidem tali Principem macula inficit, vt excoriatoris populorum potiùs, quàm Principis ſuſtineat nomen. Vectigalia parciùs impoſita famam Principi, Reipublicæ diuitias comparant. Illud ſanè vſu latiſſimè patet indè longiùs mercatores aſportare merces, vbi ſciunt ſe grauiori vectigalium impoſitione grauari; vt propterea, & emolumentis priuentur ciues, & bonum Principis nomen decreſcat, & ſæpè etiam ærarium imminuatur. Itaq; vectigalia Princeps prudenti moderanda eſſe nouerit animaduerſione.

Eundē morē fuiſſe ſeruatū à Romanis, dū Sardinia pluribus abeis repleta fuit incolis.

Si multitudo nimis excreuerit, annonaq; minimè ſuppetat prudenti remedio eſt occurrendū, ne tamen elangueat Ciuitas.

Quàm ſollicitus magnus Hetruriæ Dux in comparāda annona.

Sæpè nimia vbertas ſoli ſummo Prīcipem afficit incōmodo.

Tēpore belli in ſepulchris cōdūtur frumenta, vt indè expetantur ad vſum Reipublicæ.

Princeps ſi fami occurrere non poteſt, ſaltē ſe omnium calamitatū ſocium profiteatur.

Principē turpe mercatoris nomē effugere debere.

Super rebus populi affluentibus, nullum ponatur lucrum, ſiuè vectigal, oē excoriatoris populorum Principi tribuūt nomen.

De Quæſtorum adminiſtratione, & Cura.

CAPVT X.

SVPREMAE poteſtati accidit Quæſtorum dignitas, quæ mbo quidem iudicio tantæ eſt excellentiæ; vt nemini ſit inferior. & certè, ſi eorum conditionê, quorum curę id ſubiacet muneris, rectè intueamur; Quæſtores ex primoribus creari debere, procul dubio reperiemus; hi ſunt enim, quibus facultatum Principis incumbit adminiſtratio. Olim tanquam priuati nullum in alios imperium exercebant, non vtebantur ſella curuli, non faſcibus, non lictoribus; neminem ad dicendam cauſam compellere, nemine intercipere illis licebat; & priuato cuilibet eos in ius vocandi data erat poteſtas. Horum tamen curæ committebatur ærariũ, & vectigal populi Romani; pecuniam publicè, priuatimq; erogabant, in ærarium deferebant, in tabulas redditũum, & ſumptuum calculos referebant, legatos excipiebant, munera, commeatumq; exhibebant; curabantq; ne quid ipſis, contributuè, vel deeſſe poſſet, vel deberet, ægrotantium etiam curam ſuſcipiebant, & ſi occumbebant, funus publico ſumptu efferebant. Proconſules, & Propretores ſuos in Prouincijs Quæſtores habuere, toga prætexta vtebantur; ius dicebant, recuperatores dabant, illorumq; munus erat pecuniam ex ærario accipere, ſtipendia exercitibus, cohorti Prætoriæ, legatiſq; viatica dare. Nomen poſteà Quæſtorum mutarunt Imperatores; officium, & poteſtatem Quæſtorum Comites ſacrarum largitionum retinuerunt; his enim cura theſaurorum principalium erat demandata; hæc ratio Principi ad liberalitatem exercendum ſuppetebat. Noſtris quidem temporibus maximam etiam habent auctoritatem; itaut ipſorum ferè arbitrio, ac voluntati omnia ſubiaceant. Tam amplæ ſunt Principis facultates, vt ſæpè reperiantur, qui alieno ſe ſanguine potius, quàm Principem exſaturent. Verùm enim verò huic incommodo occurret Princeps, ſi pluribus curam ærarij publici, & theſauri ſui diuidat; Neque enim fieri poteſt, vt nullus inter malos bonus reperiatur, cuius fide perſpecta, non amplius cæteri, etiam ſi velint, Principem fallere audeant. Hiſpani quidem in varijs Regnis diuerſas quæſturas

Quantæ iam erant Quæſtorum facultates.

Tẽpore Imperatorũ ſubſtracta fuit Quæſtorum facultas.

Omnia ferè noſtris temporibus ſubiacent Quæſtorum auctoritati.

Quomodo Principi occurrendũ eſt Quæſtorum rapacitati.

Cura Aerarij diuiſa ſat Quæſtores continet in fide.

Quæ ratio Quæſturæ in Hiſpaniarũ Regia Aula.

ſturas exercent. In ipſa Aula Regia eſt conſilium, quòd vocant Aziendæ, & ſæpiùs in hebdomada conueniunt tres Quæſtores, quos vocant Contadores, dignitatis cauſa maiores dicti, quibus totidem Quæſtores minores adiunguntur cum eo, qui à ſecretis eſt, Reiatore, Conſiliarijs Cameræ. Materia deliberationum ſunt omnia vectigalia, æs alienum, huiuſq; ſolutiones, hypotecæ, alienationes, recuperationes. Ab eiſdem Quæſtoribus, adiunctis alijs quatuor Auditoribus, & altero à ſecretis controuerſiæ de pecunia deciduntur, atq; illud conſilium dicitur Contadoriæ. Alios ijdem habent Magiſtratus, cum in conſilium côueniunt, quos vocant Contadores de Cuenta; in eo enim omnium prouinciarum, regnorumq; redditus explicantur, referûtur in ærarium, rationeſq;, accepti, & expenſi proferuntur. In Regno Galliarum eſt conſilium, quod vocant, financiarum, Quæſtoribus, & pecuniæ Præfectis compoſitum. Eſt etiam Curia auxiliorum, ſeù oblationum, cui id nomen inditum à Carolo Sexto Francorum Rege, qui cum vectigal vino, alijſq; mercibus impoſuiſſet, vt æquiori animo acciperetur, populi auxiliû appellauit; præpoſuit autem duos Clericos, & duos notæ integritatis, ac fidei laicos; deindè ortis controuerſijs Epiſcopus, Præſes, tres Conſiliarij cum Curatore, & Aduocato generali adiuncti ſunt; poſteà in alios translata ſunt iſta iudicia; auctus enim numerus Conſiliariorum, ac Prçſidum à Carolo Septimo, Ludouico Duodecimo, Henrico Secundo. Rectè etiam conſtitutum eſt, vt quatuor Quçſtores generales Demanij commotas prouincias peragrent, & de minoribus Quæſtoribus cognoſcât. AErarij autem Præſes, & quaſi ſupremus Quæſtor, ſeù Comes largitionum apud Francos vocatur Theſaurarius parſimoniæ; vt indicent nulla rè magis creſcere theſaurum Regium, quàm Principis parſimonia, ac frugalitate. Illius munus eſt Quæſtoribus belli ſtipendia ſoluenda mandare; Quod per certos homines ad id munus ſelectos faciunt, quibus adiuncti ſunt, qui perpetuo eorum lateri adhęreant, vt fraudes euitentur, ac doli. Nequè diſſimile eſt Belgij Quæſtorium; rem enim pecuniariam tractat Conſilium financiarum, in quo Quæſtor, & Receptor ſummum ius obtinent. Hæc tot, tamq; diuerſa munera excogitata fuere, vt ſaltem, cum plures eſſent numero, non deeſſent, qui & facultatibus Principis conſulerent, & ſuæ etiam famæ proſpicerent. Omnem itaq; adhibeat curam Princeps, vt viros omni probitate conſpicuos tanto muneri præponat, cum nullû munus ſit, quod magis furtis, expilationibus, ac latrocinijs pateat. Tiberius eo tempore, quo ab omnibus ferè ſemel occuluit, enixè curauit, vt Quæſtores in exactionibus ab omni ſeueritate, atq; acerbitate prorſus abhorrerent. Nero crebris populi

Quę ratio in Regno Gallico.

Quæ in Belgio.

Quę cura adhibenda, vt Quæſtorum quiſquè ſuo muneri ſatiſfaciat.

Quàm anxius Tiberius, vt Quæſtores nil fraudulenti agerêt.

puli flagitationibus immodeſtiam publicanorum arguentis cõmotus dubitauit, an cuncta vectigalia iuberet omitti, idq́; donũ generi mortalium daret; verùm Senatu in conſilium vocato, ſtatutum eſt, temperandam eſſe Quæſtorum libidinem, ne per tot annorum interualla tolerata, ſi nouis acerbitatibus in dies vectigalia cumularentur, odium excitaret. Ex his clarè perſpiciat Princeps, quantę ei curæ eſſe debeat nimiæ Quæſtorum immodeſtiæ coërtio, ne ſibi prò amore odium, prò exiſtimatione dedecus excitet, atq́; paret.

Neronē hoc idem factitaſſe habemus.

De Cenſoribus, & horum neceſſitate, & de luxu, huiuſquè remedijs.

C A P V T XI.

CVM non mediocris momenti ſit bonos in Republica mores ſeruari, expelli vitia, vt illa perfecta omni ex parte exiſtat, illud in primis olim Romæ curatum eſt, vt Cenſuræ publicæ viri primarij præponerentur cum publica poteſtate. Fluxit autem poteſtas morũ à cenſu patrimonij; quia, cum haberent tabulas, & bonorum, & perſonarum totiùs Reipublicæ, haud difficilè eis erat dignoſcere, & ex nomine, & facultate, & ætate, quantùm cuiquè liceret, quiduè conueniret.

Rectè fuit Romæ ſancitum, vt viri nobiles cenſuræ præficerentur.

A cenſu patrimonij cēſorum poteſtatē dimanaſſe certum eſt.

Porrò cenſura maximæ vtilitatis sēper habita fuit, & ſanctiſſima; vitia enim, quæ in iudicium, nec per accuſatorem, nec per denunciatorem veniebant, & tamen, quæ paſſim oculos bonorum ciuium, & virorum offendunt, ſeriamq́; poſtulant reprehēſionem, corrigebantur. Eget corpus ægrum purgationibus, & remedijs, vt conſeruetur, & morbi impediantur, ne ſæuiant; quę ſi omittantur, & quæ præſentia ſunt, augentur, & quæ timentur, adueniunt. Quod contingit bellorum præcipuè temporibus; dum ob licentiam nimiam, & legum ſilentium, & Magiſtratuum contemptum, homines in vitia facilè, nemine prohibente, prolabuntur. Dicitur autem cenſura animaduerſio in mores, aut luxus eos, qui legibus non arcentur: mores intelligo laſciuias, libidines, ebrietatem, iurgia, periuria; luxum verò in domo, conuiuijs, veſte, ſic prauæ artes, malæ libidines, à iuuentute prohibendæ; à ſenibus voluptates illæ, quas ea ætas ſine dedecore non attingit; ab vniuerſa plebe otia demenda, quæ optimè alioquin

Vt occulta corrigantur delicta, quæ per accuſatorem non patebant, inſtitutā fuiſſe cenſuram.

Quā neceſſaria morū caſtigatio, maximè belli tempore à ſimilitudine ægritudinis corporis.

Quid ſit Cenſura?

alioquin conſtitutam Rempublicam frangunt, & eneruant. Apud Venetos loco cenſorum, tres exiſtunt Aduocatores dicti, qui leges violari nulla ratione patiuntur, etſi quid grauiùs commiſſum cognoſcunt, ad quadraginta virorum iudicium, vel Senatum referunt puniendum. Apud Lucenſes grauis, & matura, meliorq; quàm olim Romæ, cenſura exercetur; Hebdomada etenim, quæ ob Redemptionis humanæ Sacramentum maior nuncupatur, qui ex hoc conſilio ſunt, ad decretum locum conueniunt, & ibidem quilibet ſchedulam, in qua nomen eius, quẽ ille flagitioſum, & ciuitate indignum arbitratur, ſcriptum eſt, in arcam ad id paratam immittit; quo facto ſchedulæ promuntur; ac ſi fortè alicuius nomen aliquoties iteratum legitur, res ad maiùs conſilium refertur, ibiq; rurſus habentur ſuffragia, quibus ſi damnetur, nefarius ille, & ciuitate indignus iudicatur, ſtatimq; exilij pœna publica præconis voce mulctatur. Proſcriptionis verò hic modus eſt. Intra triennium quinquaginta milliaribus ab vrbe abeſto, quominus capitis pœnam incurrat; exacto triennio, ſi is reuerſus vitam non emendarit, rurſus eodem modo pellitur in exilium. Non minorem tamen arbitror diligentiam adhibendam in ſumptuum moderatione perſcribenda, quæ in illis potiſſimum tribus, quæ ſupra enarraui, ſita eſt; Conuiuijs, veſtitu, ac ædificijs. Ex huiuſmodi legibus publica oritur vbertas, diuitiæ adaugentur, minuuntur contentiones; ſcelera, quæ ex prodigalitate redundantia, dùm per iniuriam quæritur, quod per laſciuiam effundatur. His pax, tranquillitas, ordinum diſtinctio, decorq; ſuſtinetur, & miſerrima auertitur paupertas; nàm reuera ſumptu nimio, plerìq; ſæpiùs, dùm ſuperbiunt, ſe ipſos in extremam neceſſitatem conijciunt. Prima pars legis eſt de ſumptu conuiuiorum definiendo. Videmus enim hominem ruſticana ſtirpe progenitum, cuius patres tenuiſſimo apparatu menſam priuatam inſtruebant, non bubulina carne contentum, piſces peregrinos, exotica vina, aromatum omniũ condimenta congerere; ex quo fit, vt & pecunias abſumat, & iã tædeat aratri. Ciues, qui manu victum quæritant, conuiuijs indulgent, nihil rerum precioſarum, quas in diuitum, & nobiliũ menſis vident, omittunt; vt nuptias liberaliùs celebrent, æs alienum contrahunt; cuius redditus, dũ ſupra vires ſoluere coguntur, in pauperiem incidant, neceſſe eſt. Laudat quiuis præteritos, præſentes immò execratur annos, cauſas paupertatis enumerat, ruſticus, ciuis, ſutor, faber queruntur ſe ſe temporum difficultatibus opprimi. Hi ſunt morbi, qui ex inordinato victu trahunt originem; ſi medicus itaq; hunc tantum luxum non cohibebit, breui ægrotantis interitum eſt viſurus.

Quæ apud Venetos decreta proximorum correctione.

Quæ apud Lucenſes.

Quę vtilitates ex moderatione conuiuiorũ, veſtituum, ac ædificij.

Sæpè ruſticos ditiores victu nobiles ſuperare,

Quantũ interſit veſtiũ maximè luxũ cohibere

Altera pars legis eſt, vt veſtium luxus cohibeatur, qui nunc

tan-

tantus eſt, vt diſcrimen ordinum omnium tollat, omnia miſceat, ſusq́; deq́; vertat; Ne verò paruam hanc inſaniam putemus, aut parum Reipublicæ detrimentum, vide mercede laborantes, & opifices toto anno ſedulos, genium ſuum defraudātes, vt veſtibus pretioſioribus indui queāt; Anguſtæ villulæ, ſeù pagi accolæ noſtris temporibus nobiliùs incedunt, quam olim fama conſpicuæ Ciuitatis patritij; Mirum eſt, à ſericis ad aureas, & argenteas veſtes deuenimus; ab his ad texta ſerica, quæ vnionibus, & varij generis Capillis ornatæ ſuis interpunctæ coloribus oculos rapiunt. Quid torques, gemmea cingula, & adamantinas fibulas, & bina, ternaq́; patrimonia mulierū auribus pendentia enumerem? Superba equis ſtabula, & miniſtrantiū exercitus? Quid plura? Nihil eſt, quod non humana ambitio ad luxum excogitarit? Digna Principe, immò neceſſaria cura eſt præcauere ſtudioſius, ne proceres, inſignesq́; nobilitate viri magnificētiæ ſtudio cadant. Conuiuiorum luxuria, & veſtium ægrotantis Reipublicæ ſunt indicia, immò morituræ. Valdè etiàm prouidendum Principi, ne domorum ſplendore, ac magnificentia ità certent ciues, vt ad egeſtatem redigantur. Cum enim incerti ſumptus ædificationis ſint, nunquàm tàm exactæ rationes ducuntur, vt non maiores ſint, quā credebantur. Eſtq́; hoc ſuperbè ædificantium ſolemne erratum, vt poſtquàm cœperint, deficiente pecunia opus inchoatum cogantur omittere.

Sæpè ruſtici homines pretioſioribus veſtibus, quā nobiles incedunt induti.

Mulieres ſimia gemmis patrimonia maritorum effundunt.

Quā præcauere debet Princeps, ne nobiles ſuo vitio decoquant.

A luxu maximè, ac ædificiorū magnificētia à nobilibus eſſe abſtinendū.

Hæc omnia poterit auertere Princeps; nimirum, ſi pretia, varietatemq́; colorū, ſi nimia conuiuia, ſi magnificentiſſimas ædiū ſtructuras diſplicere ſibi demonſtret. Hunc morbum Tiberij iudicio prævalidum, & omni medicina fortiorem Veſpeſianus ſuſtulit non pœnis, non legibus, ſed ſuo exemplo; Si enim Principis erit exemplum, nobiliores viri veſtigia ſequentur, qui huiuſmodi potiùs ratione quàm legibus, & metu ducuntur; Cuilibet etiàm ordini veſtium materiam, modumq́; præſcribat, legemq́; graui pœna ſanciat, eſt neceſſe; Primo, vt legis tranſgreſſores pœna pecuniaria teneantur; Deindè, ſi, cui ius annuli, aut veſtis tribuatur, certa pecunia eam poteſtatem redimat. Tandem vectigal imponat vtiq; maius, quā cæteris rebus, quibus neceſſariò etiàm pauperes vtuntur. Duorum hinc commodorum alterutrum habebit Princeps, vel vt ſuperbia iuuet ærarium, vel obedientia opulentet Ciuitatem. Legibus igitur ſumptuarijs diſciplinam ſanciat Princeps, licet aliorum inopiam ſecuritatem ſibi conciliare poſſe, vectigalia, artificesq́; ex mercium importatione diminui aliquando perſuaſum ſibi habeat.

Quæ remedia adhiberi poſſunt.

Faſtidiat Princeps profuſiones.

Veſpeſianum hoc idem cauiſſe traditū eſt.

Ordini Ciuiū præſcribenda ratio, pœna ſtatuēda, & pecunia omnis facultas redimenda.

Quæ ex his legibus commoda.

Quanta cura eſſe debet Principi probos, idoneoſq; viros eligere, quibus honores ſupremos, dignitateſq; mandet.

CAPVT XII.

Suſtineri magis illa Rẽpublica, quæ a malo Principe regatur, qui bonos habeat adminiſtros, quã à bono, qui malos habeat.

Summa cura Principi eſſe debet idoneos creandi Magiſtratus.

MANEAT hoc certum, fixum, ratumq; regnantium axioma meliorẽ eſſe Rempublicam, in qua Princeps malus eſt, quàm ea, in qua Principis Adminiſtri mali ſunt. Multos enim malos haud facilè vnus bonus compeſcit. Hoc dumtaxat difficile eſt, vt malo Principi ſint boni, & diuturni Adminiſtri. Naturalis, & ſumma Principis obligatio eſt, vt bonos Præſides Prouinciæ præficiat ſuæ, Præfectoſquè in officio contineat. Quod ſi ęgrè ferret, immò animaduerſione dignum cenſeret Princeps, ſi ſuis operibus imperiti, ac ignari artifices præficerentur; quanto magis ęgrè ferre debet, ſi ſuam Rempublicam, quam ſuſcepit ipſe ex profeſſo curandam, imperitis adminiſtrandam tradat? Malæ enim adminiſtrationis publicæ miſeria in Principem ſolum reijcitur, à cuius manu Deus repetiturus eſt villicationis rationes. Illud certũ ſeueriſſimè puniendos, qui inepti, vel improbi Rempublicã adminiſtrarint, & regimen vel poſtulauerint, vel indignè acceptauerint. At duplici pęna Principes, & ſeueriùs condẽnandos certiſſimum eſt, tùm quod malè geſſerint, tùm quod malè conceſſerint poteſtatem, nulla adhita diſcuſſione. Reminiſci deberent, ſe non ſibi, aut ſuis, aut amicis, ſed ad aliorũ potiùs vtilitatẽ Rẽpublicã curare. Amicos tamẽ poſſunt, filios, proximos, honoribus, ac diuitijs cumulare, ſed eatenus, quatenus ſaluum ſit Reipublicæ ius, & detrimẽtũ non capiat. Coccius Nerua in eo ſtudium in Rẽpublicã oſtẽdit, quod licet cognatos, & propinquos plurimos haberet, publicę tamẽ vtilitati, atq; ſaluti ſocietatẽ ſãguinis poſt habuit. Lex Peruſia docet ꝓpinquos Principũ ex fauore, & ſine merito adeptos poteſtates, in Populum tirannicè eas exercuiſſe.

Ex mala adminiſtratione Deo Optimo Maximo à Principe rationẽ reddenda eſse.

Maiori ꝓlectẽdos pęna Principes, q̃ male côceſſerint, quam qui male geſſerint adminiſtrationẽ.

Nõ afficiendos ꝓximos, neq; alios honoribus, qui Reipublicæ detrimẽtum afferant.

Idẽ factitaſſe Cocceium Neruam.

Ex legis Peruſinæ documẽto tirãnicè exerceri poteſtates ab illas côſequẽtibus abſq; merito.

At nihil deterius, quàm dignitates, honoreſq; prauis hominibus in longinquis regionibus degentibus impertiri. Quocirca Princeps id ſummoperè cordi habebit, vt quemadmodum in Imperij finibus, & hoſtium vicinitate fortiſſimos, ac fidiſſimos Duces collocat, ità in remotiſſimis Gubernatores, ac Iudices equiſſimos; nam ipſa longinquitas, vt ſubditis auxilij opem adimit, ità regentibus impunitatis ingerit fiduciam. Quis enim

Deterrimum eſt mandare dignitates prauis hominibus in longinquis regionibus.

Romæ

Romæ id auſus eſt, quod in Gallia, Aſiaq́; fecerunt Romani. Nullum in Europa Imperium Gallico rectiùs conſtitutum eſſe, multi non ſine cauſa arbitrantur, cum tamen Siciliæ Regno potirentur, iniurijs ſuis gentem illam ad defectionem compulerũt, quia, vt a Patria, ità quoq́; ab æquitate receſſerant Præſides. Sicuti etiàm pariter ob nimiam Præfectorum Romanorũ ſuperbiam, feritatemq́; defecere ipſimet Galli à Romanis regnãte Tiberio, ob auaritiam Dalmate Auguſti tempore, & Deciani ſanè nonnulli Angliæ populi à Nerone Imperatore. Ineptitudo Præfectorum ſæpè præbuit anſam finitimis in Reipublicæ perniciẽ conſpirandi. At nulla maior peſtis, quàm Rectorum ſimulata fides; maioris enim eſt periculi, quàm cœtera, quæ in his reperiuntur vitia; Exemplo id ſuo doctus eſt Nero, cum enim ſibi priùs familiarem in ordinem aſciuiſſet Othonem, Prouinciæ Luſitaniæ hunc perfecit, qui primus ex Ducibus ad Galliæ partes defecit, quæ iam defecerat, & tamen tempore adminiſtrationis egregie, ſanctèq́; egit procax otij, & poteſtatis temperantior. Diligenti igitur, attentaq́; cogitatione præmiſſa inueſtiget Princeps, quos huic tanto muneri meritò præficiendos exiſtimet, ac demum, cum eos ad tantùm euexerit onus, quas artes exercere debeat, vt rectè ſuum tueantur officium, ſuſceptamq́; regant adminiſtrationem.

Romanos nõ quam Romæ auſos fuiſſe, quod alibi perpetrauere. Exemplum Gallorum in veſperis Siculis.

Exẽplũ Gallorũ Anglorũq́ te tẽpore Romanorũ.

Dãnãda magis ſimulatã fidẽ Rectorũ.

Hoc expertũ fuiſſe Neronẽ accepimus ex Othonis Præfectura Luſitanæ Prouinciæ.

Præcipua munera nobiliſsimis aliqua ſaltem virtute præditis potiùs, quàm infimis tribuenda eſſe.

CAPVT XIII.

ABSVRDA nõnullis hæc fortaſſe opinio proculdubio videbitur, cũ ipſa ratio ad vnũ quodq́; munus obeundum eligẽdos eos eſſe demonſtret, qui ſunt aptiſſimi. Ego tamen exiſtimo in maxima Republica munera maximo, nobilique viro tribuenda eſſe aliqua ſaltem virtute prædito, quamuis minorum velut gentium homines Principibus non deſint, qui eis obeundis ſint aptiores. Nihil enim obſtat, quominus nobiliſſimi, atq; illuſtriores in Republica viri, dotibus ad eiuſmodi munera neceſſarijs, non minùs, quàm alij inſtructi ſint, ſi non omnibus, aliquibus ſaltem, quorum ſi qua deſit, defectum hunc Populi eiuſmodi viris lubenter parentis ſtudia facilè ſupplebunt. Quamuis enim

Nobili viro ſaltẽ literis imbuto maximè demãdanda imperia

Nobilibus maximè ſubijci populos.

illuſtres in Republica viri, aut certè eorum maiores, dignitatem ſuam à Principe velut mutuati ſint, eique acceptam referre debeant, mirum tamen eſt, quanta in illos ſint hominum ſtudia, quantus cultus, & obſeruantia; ita ſanè, vt nulla dignitas, vel titulus à Principe collatus tantùm poſſit, aut valeat, quantum virtus, nobilitas, & opulentia. Præterea inſigniores dignitates, quibus ſolis procerum ſtudia Princeps conciliare ſibi poteſt, infimæ conditionis hominibus communicatæ ſordeſcunt, cum digni muneribus æſtimentur viri ex iis, quæ geſſere, non verò ex muneris dignitate; Quin & inferiores magnatibus poſthabita omni ratione velle preponere, non odioſum modo eſt, verùm, & periculoſum. Exemplo ſit Seianus, qui ad ſummam dignitatem è tenui fortuna euectus, perturbauit Imperium per duellionibus. Cleander fuit quidam Phrix genere ex ea conditione hominum, qui publicè per præconem veneunt. Hic cum in domum Imperatoriam ſeruitio eſſet traditus, & cum ipſo commodo eſſet educatus, eo honoris, ac auctoritatis prouectus eſt, vt & corporis cuſtodium, & cubiculi curam, præterea militum præfecturam ſolus obtineret, ex quo factum eſt, vt cum diuitiæ, luxusq; ad ſpem Imperij quoq; prouocarint. Quis tam mediocriter verſatus in temporum euoluendis monumentis, qui non dedicerit hinc ortas eſſe pleriſq; in Regionibus non paruas ſeditiones, clades, tempeſtates? Nonne Ludouicus Vndecimus Gallorum Rex in diſcrimine eſt adductus, quod infimis viris partes egregias detulerit internuncij, legati, & Conſiliarij. Cui non diſſimilis antè eũ Philippus Pulcher, qui in honore maximo ſemper habuit Nongaretum, & Maneriacũ obſcuros quidè, & flagitioſiſſimos homines. Verũ quas eis turbas miſcuerit, atq; moleſtias parauerit hęc imprudens honorũ largitio, eſt apud Paulũ Emiliũ, & ceteros Gallicarũ rerũ ſcriptores. Suadeo itaq; nobilioribus ſemper concedendos Magiſtratus, dũ tamen virtute non mediocri efflorescant, quæ ſi deſtituti omninò forent, Rẽpublicã euerterẽt. Licet enim communiter, vt quis verè, iuſtèq; conſequatur Magiſtratus, bene erga Rempublicam affectus eſſe debeat, quæq; vſui ſint Populo, artes callere; ſi tamẽ nobilis aliquibus virtutibus aliquantiſper ſit inſtructus, neutiquã à Magiſtratibus excluderem. Non negarim ſæpè etiàm obſcuros homines vtiliter præfici Reipublicæ. Quid? an obſcuri & ruſtici natales Maximiani Imperatoris, Reipublicę bene gerẽdæ, & procurãdæ occaſionẽ eripuerunt, veriùs ne dederunt? Quid de Primilao dicam quem Patre licet ruſtico Bohemiæ natũ, vno, eodemq; omniũ ordinũ adſenſu Regem ſibi, & Dominum Bohemi cõſtituerunt? Quid deniq; de Tamberlano, qui paſtore Patre natus, interque paſtores ipſe enutritus

Hominũ ſtudia maiori cultu, & obſeruantia vigere erga nobiles.

Cõmunicatas dignitates obſcuris hominibus ſordeſcere.

Quã periculoſa ſit dignitas collata obſcuro homini ſatis apertè indicaſſe Seianũ, ad Cleãdrũ.

Sæpè etiã ad ſpẽ Imperij prouocari homines, etiã infimos.

Hoc expertos fuiſse Ludouicum Vndecimum Gallorũ Regem, ac Philippum Pulchrum ſuis ſummis periculis.

Quæ ratio habeatur in cõcedẽdis Magiſtratibus nobilioribus.

Sæpè etiã obſcuros homines vtiliter præfici Reipublicæ exẽplo Maximini Imperatoris, Primilai Bohemię Regis, & Tamberlani.

propria tandem virtute, ac ſolertia id efficit, vt Imperij Turcici regimen ſibi conquiſierit?

Munera bellica eſſe ſẽper penes inſignes viros.

Quod verò ad bellica munera attinet, alia omninò ratione diſtribuenda arbitror; cum enim ab exercitu ſalus, ac iactura Reipublicæ dependeat, æquum ſanè, ac rationi conſentaneum videtur, vt virtutum potiùs ſingularium, qui in Imperatore requiruntur, quàm generis, aut mediocris alterius virtutis ratio habeatur. Quòd ſi quis obijciat, cum armorum tractatio præcipuum Nobilitatis ſit ſtudium, ſi non maior eorum in bellicis diſtribuendis muneribus habeatur, quàm aliorum militum, fore, vt militarem artem faſtidiant non ſine graui Reipublicæ incommodo; cum tanto validior habeatur exercitus, quanto frequentiores in eo ſunt nobiles; quippe qui generoſo ſint animo, & armorum ſumptus optimè queant ſuſtinere. Tantum abeſſe mea ſententia dicam, vt propterea militarem artem faſtidire debeant, vt potiùs multo [illegible]ntius ad virtutem incitari credam, tantum ignobili viro ob militaris artis peritiam deferri honorẽ videntes, qui virtutis eſt alimentum. Quid enim aliud tot iuuenum millia allicit, vt exigui ſtipendij ſpe ablata vitam ſuam tot, tantiſq; periculis exponere non dubitent, quàm ſpes honeſti alicuius muneris conſequendi? Quam ſpem, ſi præcideris, paucos quidem inuenies, qui tanto pretio, nihil niſi pericula, ac labores ſint redempturi: & quamuis ipſa ſibi ſit pretium virtus, nulla tamen ætas virtutum ſemper fuit feracior ea, in qua non niſi de virtute benè meritis præmia dabantur. Neq; verò mihi ſuccenſeant parentes hæc Principi ſuggerenti: reddant patris filios virtute ſpectabiles, eorumq; animos ijs imbuant artibus, quibus inſtructi Principibus ſuis vſui eſſe poſſint, & procul dubio digni euadent Principum familiaritate, militaribuſquè munijs donabuntur. Hæc ſunt, quæ clarè patefaciunt, an iuuenes, cæteroqui nobilitate conſpicui, aliqua etiam virtute ſint imbuti, alijs virtute quoquè præſtantibus præferantur. Quæ quidem vera eſſe aſſerimus, dummodo de priuatis, ſeù etiam publicis, & ciuilibus agatur Magiſtratibus; quæ enim ad artem militarem, & bellica exercenda munera pertinent, non niſi hominibus magnopere expertis cenſeo eſſe tradenda.

Magis incitari nobiles ad bellicam virtutem cũ alios idem munus ſuſtinere, eandẽquè dignitatem videãt.

Rectè ſanctum eſt, vt præmia benemeritis dentur.

Satagant patres, filios inſignes reddere vt Reipublicæ maiori ſint adiumento.

Quàm maximè peccent ij Principes, qui Magiſtratus vni concedant. An ſatius vtramq́; poteſtatem coniungere, ciuilem & militarem, & An vni Duci omnia committenda.

CAPVT XIV.

Non vni demar danda poteſtatem.

Quæ incommoda ex vnica poteſtate collata.

GRAVIS omninò eſt eorum Principum error, qui ſummam habent poteſtatem dùm præfecturas, aut Magiſtratus vni concedunt, qui vnius vix onera valeat ſuſtinere: Plures enim in magnis Ciuitatibus, & Regnis ad ſingula opera ſeligi debent; nàm melius hoc modo ſingula curantur, præcluditur deindè via aſcendendi ad honores idoneis, dùm vnus plurimorum occupat honores; ex quo fit, vt deſperent boni, & ſtrenui viri, qui aliò ſe conferunt, dùm vident in vnum ſolum congeſtos honores deriuari. Quod ſi exiſtiment Principes aliquas dignitates inutiles, aut Magiſtratus eſſe ſuperfluos, vel propter ſtipendia ærario oneroſa, & ità putent ſe purgare, quòd vni plura concedant; melius ſanè Reipublicæ erit, ſi eos ſupprimant, ne qui plura poſſidet, inuidiæ exponatur aliorum, & ne ille ſimulatione diuerſorum officiorum tanquam, qui maiori onere prematur, maiorem ſatagat extorqueri remunerationem.

Plures Magiſtratus minimè aliorũ ſubijci inuidiæ ſua ſolũ contentos mercede.

An verò expediat ciuilem, militaremq́; poteſtatem coniungere, eſt alea plena difficultatis; & an Princeps, qui haſce copularit, ſibimetipſi, ac Reipublicæ, conſuluiſſe dicatur. Qui dignitatum, vt ità dicam, pluralitates odio habent, illud adducunt, magis elucere, qui militarem cum ciuili coniunctam habent, nec exindè minora commoda, minoreſq́; honores, at maiores percipi, quàm ex ciuilis tantùm conſtitutione. Romanorum erat mos Proconſulibus, Propretoribuſq́; diſtribuendi dignitates, ità vt ij ſoli in vna Prouincia ſummum poteſtatis obtinerent: nec id inſolens eſt alijs Principibus. Sanè Hiſpani maxima cum auctoritate Proreges mittunt, qui ſummis clari honoribus ad admirationem vſq́; Regum ſuſtinent dignitatem. Iuſtinianus duplicem Magiſtratum togæ, & armorum coniunxit,

Sunt, qui ſuadent cõiungẽdã ciuilẽ, militaremq́ poteſtatem.

Romanorũ ductũ exẽplo Hiſpani Proreges mittere, vt Prouintijs præſint.

cum

Digitized by Google

eum maximas parare diſſenſiones ſatis apertè conſpiceret, dum Adminiſtri, qui in Prouincijs reperiebantur, mutuis ſe ſemper ictibus læderent. Alij verò hanc coniunctionem reijciunt, tanquam Reipublicæ, non modò inutilem, verùm pernicioſam. Cyrus prudentiſſimus Princeps cum Babylonem perueniſſet, in eas regiones Satrapas mittere decreuit, quas in ſuam ditionem redegerat; collocata autem in arcibus præſidia, & Tribunos paſſim in oppidis, ac Ciuitatibus ſibi ſoli voluit eſſe audientes. Quæ prudentiæ conſideratio eò pertinebat, vt ſi quis ex Satrapis fretus opibus, ac copijs iniuriam, ac vim facere, Imperiumquè euertere aggrederetur, ſtatim aduerſarios inuenire oppoſitos. Ad ſpes Germanici coercendas Cneum Piſonem miſſum à Tiberio tradunt, vti virum violentum, cui Prouinciarum Orientalium conceſſa fuit adminiſtratio. Ego ſanè eorum ſententiam approbarem, qui tutius arbitrantur non vni plura onera communicanda, maximè cum ſit anceps fides, & dubia populorum, qui vi parti, ſemper omnem lapidem mouent, vt impoſitum iugum, vel excutiant, vel abijciant; qui tamen ſi radices veræ beneuolentiæ egerint, non ſanè tàm graue periculum exiſtimarim vni demandare. Non equidem abnegarim illam auctoritatem, quæ vni Principi traditur, poſſe etiam ad alios extendi, vt ab hoc veluti fonte profluant aliarum poteſtatum riuuli (& hæ ſunt, quas plures omninò ſuadeo) at in reliquis ferè ſemper vnicum Imperium laudarim, quod quidem ſi pacis tempore in prouinciæ adminiſtratione, eò magis in exercitus Imperatore omnino requiritur, cuius proindè dictis, ac conſilijs cæteri omnes acquieſcant. Si Senatus Romanus conſuli ab Imperatoribus de ſingulis belli rebus voluiſſet, minori vtiq; cura, & induſtria ea curaſſet, quæ ad victoriam ſpectabant, nec rei benè geſtæ gloriam amiſiſſet, nec cladis infamiam habuiſſet. Et cum bellorum exitus omninò ſint incerti & multa tempus agenda demonſtret, quæ anteà non agenda exiſtimabantur, proindè patet neminem de ſuborientibus periculis commodius, rectiuſq; ſtatuere poſſe, quàm qui præſens negotijs præeſt, cadentq; rerum gerendarum occaſiones, ſi hinc indè mittendo Senatus, aut Principis exquiratur voluntas. Olim in Republica Florentina, & Venetijs hodiè, qui ad bellum mittuntur, non ſuis relinquuntur conſilijs, ſed arbitrium de ſumma re certis finibus circumſcriptum ſecum afferunt in caſtra, vt ſæpè ſæpius, ne quidem tormenta bellica, vel diuerſis locis collocare audeat, cum etiam in hac re illis modus ſit præſcriptus. Quod vt ſalutare eſt in ipſo optimatum ſtatu, ità pernicioſum exiſtit, ſi ad huiuſmodi conſilia homines è plebe adhibeantur. In hac enim tardior conſultantium eſt conſenſus, & difficilior eorum, quæ

decreta

Qui diſſentiunt, cyrum admirentur prudentiſſimum Principem.

Si plures ſint qui regat, nō ita facilè Imperium poſſe euerti.

Germanicū virum violentū miſiſſe in Orientales Prouincias ad frangendas Germanici ſpes.

Ex vnico Magiſtratu ſi alij emanēt nihil eſſe periculi.

In bellicis rebus tutius Imperium.

Qui præſens eſt rebus tutius capit cōſiliū, dū inſigné aliquam naneiſcitur occaſionem.

Reſpublica Florētina olim & hodiè Venetiæ in rebus militaribus ſuis Ducib. præſcribūt belli rationem.

In Democratico ſtatu pernicioſa diutina conſultatio.

decreta ſunt, executio. Res gerendæ celeritatem, & ſilentium poſcunt, quorum vtriq; inimica eſt multitudo. Florentini, vt huic malo remedium adhiberent, ſtatuerunt ex omni Ciuium numero præſtantes aliquos viros deligere, futuros rerum & cõſiliorum bellicorum arbitros, ne ſingula ad multitudinem referendi neceſſitas eſſet. Et Senis aliquando octodecim viri cum liberrima poteſtate coniuncti, qui belli negotia procurarent. Ex his itaq; conſtat non vnam tantam dignitatem, ſed plures eſſe conſtituendas, & diſtribuendas, ſi tamen de iuſtitia adminiſtrãda, aliiſq; gerendis ad Rempublicam ſpectantibus agatur. Non negandum tamen vnum in Prouincia ſtatuendum, ex cuius voluntate cæteri, in aliis etiam dignitatibus conſtituti, pendeant.

Florentinorum, & Senenſium ratio in belli adminiſtratione.

De Magiſtratibus à Principe diſtribuendis abſquè vlla lucri expectatione.

CAPVT XV.

Ex electione virorum minimè muneribus idoneorum, quę incõmoda.

SAEPE Princeps haud animaduertit, quid mali ſit euenturum, cum turpiſſimo ſiuè mercimonij genere, ſiuè gratia, ſiuè poſtulatu alterius Principis, dignitates, honores indignis, minimeq; probis viris demandat. Quòd ſi rectè perpenderet, quæ ingentia indè orirentur, mala, fortaſſe non tàm faciles præberet aures cuicumq; honores expoſcenti. Sæpè accidit, vt idonei, & qui totum vitæ tempus in iuriſprudentia inſumpſerunt, non habeãt opes, quibus munera illa acquirant, quæ tamen non ſine Principis vtilitate poſſent exercere. Accidit etiam illud incommodum Reipublicæ, vt nemo, aut raro quis virtuti ſtudeat, cum ſciat non virtuti, ſed pretio homines ad dignitates extolli, atq; ideò vileſcunt ſtudia, vileſcunt leges, quæ ab ignaris, & mercatoribus officiorum ſordibus ignorantiæ polluuntur. Inanes proindè ſunt Principum conſtitutiones, & formula iuriſiurandi, quod à iudicibus exigitur ab his, qui ſui muneris illis codicillos exhibere, & petunt in Magiſtratuum numero recenſeri. Interrogantur enim num quicquam directè, vel per obliquum dederint obtinendi officij cauſa, & iurant ſe nihil dediſſe, vel promiſiſſe, cum tamen, qui petunt Sacramentum, ſciant, nec ſibi alio modo collata fuiſſe officia, nec aliis ſine pecuniis conferri,

Formula iuramenti magiſtratuum.

ferri vtriſq; ſanè participes periurij, & conſultò mendaces; Satius enim verò eſſet in tanta morum corruptela id tacere, quàm Deo, tam grauem iniuriam inferre. Non ignorò quidem eſſe quædam officia venalia, ex quibus Princeps integro quocumq; iure poteſt pecunias colligere. Et ſi conſultius fieri arbitrarer, ſi gratis,& magis idoneis munera, quæ aliquando poſſunt eſſe publica,committeret,& ijs,qui à populo munera huiuſmodi arripiunt, minueret; ſic enim magiſtratus magis ſuæ fidei obſtrictos efficeret,& populos obſequentiores. Quæ omnia obſeruãda multo magis exiſtimarim in militaribus præfecturis, in quibus Princeps fideliores habebit,quos dignos, & idoneos gratis aſſumpſerit, quam quos pecunia, & fauore licet indignos præpoſuerit. Neq; video quo pacto collati officij, quod poſtulant, aut ſuſcipiunt,ab ambitione ſe poſſint redimere, maximè ſi pecunia illud comparauerint. Qui enim pecunia venatur officiũ, ſuſpicionem ingerit, quod non vtilitatem Reipublicæ quærat, ſed ſuam. Cauendæ itaq; Magiſtratuum venditiones, vti omnium nequitiarum præſentiſſimæ radices,ex quibus morborum omne genus oritur. Quibus malis,ſi occurrat Princeps,prudẽtiæ partes explebit. Nero ipſe,quamquam culpatiſſimæ aliõqui vitæ optimum huius rei reliquit exemplum,adeò, vt aliquando in Senatu iactari nihil in penatibus ſuis venale, aut ambitioni peruium eſſe ſe permiſſurum. Supplicio certè egent ij, qui neminem ad ſuum herum admittunt,niſi,vt ita dicam,oblatis offis auratis. Talis fuit Sebaſtianus præpotens Zenonis Imperatoris Aulicus,vt qui in Regia nihil ſine precio fieret perfici, nã & Magiſtratus vendebat omnes,precio tùm ſibi reſeruato, tùm Imperatori communicato. Quod ſi quis acceſſiſſet, qui aliquid adijceret,is præferebatur; In aula deniq; vniuerſa nihil erat rerum omnium,quod venale non eſſet. Quod ſi Zeno Magiſtratum aliquem ſuis familiaribus contuliſſet, ipſe mancipis inſtar eum ab illis redemptum pluris vendebat alijs, Zenoni furta præbens

Satius eſſe demandari, probis viris honores,quã ſordidis honorũ venatoribus.

Maxima ſẽper in id genus hominẽs inijcitur turpis lucri ſuſpitio.

Neronẽ integerrimum fuiſſe ĩ prohibenda magiſtratuũ venatione.

Imprudẽtia Sebaſtiani Zenonis Imperatoris aulici.

Laudandi quidem Princeps qui edictis ſuis haſce tollunt à ſe ſordes. Scimus nonnullos Galliæ Reges,qui originem à Carolo Magno ducunt, Regno pulſos fuiſſe, hanc vnam ob cauſam, quod ſcilicet paterentur per Palatinos diuendi Magiſtratus, ſed quid? parum iſta conſiderant Pſeudopolitici quidam, quibus hoc tantum curæ eſt, vt loculos ſuos qualitercumq; impleant mendacijs, doloſiſq; artibus Principibus ſuadeant licere in neceſſitate diſtrahi munera ciuilia. Quod olim à Venetis factum, cum à Franciſco Primo bellis infeſtabantur,nouimus. Ego verò nunquã id auſim ſuadere,tũ quod pernicioſi ſit exẽpli,tùm quod difficile ſit,vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio.

Sordes ædictis tolli debere.

Ob hãc cauſam pulſos eſſe nonnullos è Regno Gallico.

Nõ bene docere,qui Magiſtratus diuendi poſſe Venetorum exẽplo ſuadent.

Ad

Quæ remedia.

Ad auertenda hæc mala plures cautiones crediderim à Principe poſſe adhiberi. Omittam eam, quæ potiorem locum obtinet, videlicet, ne tribunalia proſtituantur, cum hæc ſit veluti fomes totius morbi; Alias ſolummodo hic addiderim, videlicet ius dicentibus, ſiuè Rectoribus ſtipendia ex publico conſtitui debere. Qua in re illud valde proderit, quod Lipſius ex Turcicis annalibus in monitis politicis refert. Cum Baiazetes Imperator fraudes, & iniurias Cadiorum ſuorum (ità Iudices vocāt) ſępius iàm audiret, iratus omnes in domum quandam conijci, & comburi iuſſit; ſed Halis purpuratus rationem inuenit emolliendæ indignationis. Habebat Baiazetes Ethiopem puerum in delicijs lepidum, & ipſa garulitate amabilem, quem inſtructum, quid diceret, ad ipſum mittit. Accedit igitur ad Imperatorem, à quo rogatus, quid præter morem veſtitus ſibi fieri vellet, reſpondit, vt peregrè eam, & ableger à te ad Imperatorem Conſtantinopolitanum Caligeros aliquos (hi Greci Monaci ſunt) accerſiturus, vt nobis ius dicant, quoniam omnes tuos Iudices vis cōbuſtos. Cui Imperator, O mi Ethiopiſſe, reſpondit, nunquid illi ſunt periti legum noſtrarum; & non ſunt, opportunè reſpondit Halis Purpuratus, ò Domine, cur igitur peritos tollis? quia inquit Baiazetes, malè iudicant; Iterum Halis, Ego, Domine, cauſā proferam; Hi ſtipendium nullum è publico percipiunt, capiunt igitur mercedulas à priuatis. Hoc corrige, & illi corrigentur. Placuit conſilium Baiazeti & decreuit, vt cui hęreditas tot millium Aſprorum (id pecuniæ Turcicæ genus eſt) obueniſſet, is in ſingula milliaria Cadio ſuo daret vicenos, in matrimoniorum, & eiuſmodi contractibus item vicenos. Ita Iuſtitiæ ſubuentum.

Salaria à publico conſtitui debere.
Dicterium Æthiopis cuiuſdam.

Altera cautio eſt, ne quis Patriæ ſuæ adminiſtrationē ſortiatur, in qua multum gratiæ neceſſitudinum ſuarum daturus præſumitur; Quod non tantum Iura ciuilia Romana, ſed & in Gallia Philippus Pulcher, & Carolus Quintus Reges conſtituiſſe dicūtur. Et olim Populus Florentinus, quo omnis iniuriæ inter litigantes ſuſpicio tolleretur, duos à Peregrinis ſibi Iudices elegit; Noſtris autem temporibus Lucenſium Rota, atq; Bononiēſium tribus conſtat Iuriſconſultis, quorum patria, quinquaginta ab Vrbe milliaribus abſit. Non ſilentio præteribo tertium remediū, vt ſcilicet pœnę grauiſſimę cōſtituantur in eos, qui pecunia, aut gratia male iudicarunt. Hinc leges Romanæ de repetundis, de falſo, de vi, & cæterę; Illud poſtremo loco enixè cauendum eſt, ne quid Patroni à clientibus accipiant, priùſquam lis finē ſortiatur; ità fiet vt patroni moras odio habeant, & dum ſemetipſis ſtudent, alijs proſint.

Iudicē exterū eſſe debere.
Hoc idē pręcepiſſe Iura ciuilia, & in Gallia plures Reges.
Mos antiqu[us] Florētinorū, Senenſiū, ac Bononiēſiū.
Pęnas grauiſſimas Iudici contra malè iudicantes.
Ne Patroni diſcuſſo prius corā Iudice negotio quicquā à clientibus pcipiat.

Inquirendum ſæpe in Magiſtratus, vt facilius in fide, & officio contineantur.

CAPVT XVI.

ROMANORVM Magiſtratus nihil magis à rapinis, & iniurijs cohibuit, quàm accuſationis metus. In Ciuitate enim ambitioſę æmulationis plena nemo tàm potens erat, qui aduerſarios non haberet, à quibus omnia eius facta obſeruarentur. Hinc, quia ſciebant priuatis ſibi rerum ab ijs geſtarum reddẽdam eſſe rationem, futurę accuſationis metu terrebantur. Multum enim prodeſſe fuit iudicatum, in eos, qui ſordium, & iniuſtitiæ conuicti fuere, ſeuerè animaduertere, vt eorum exemplis alij territi ſanctiùs Iuſtitiam adminiſtrarent. Cambijſes Aſſyriorum Rex Siſamen, quod iniuſtè iudicaret, viuum excoriari, detractamque pellem tribunali inſtrui, & filium paterni muneris ſucceſſorem in eo collocari iuſſit. Principes nonnulli certis quibuſdam viris (Quos Itali Syndicos, Hyſpani Corrigidores vocant) ad hoc vtuntur, in quibus tamen non minus, quàm in ipſis Iudicibus, & Magiſtratibus corruptelæ locus eſt. Coſmus Mediceus Magnus Etruriæ Dux homines quoſdam habuit, qui quaſi aliam perſonam ſumentes procul ab omni ſuſpicione diligenter omnia, quęcumquè à Magiſtratibus agerentur, expiſcabantur, ac deindè ad ipſum Ducem deferebant; Quemquidem modum priori illo commodiorem, ac tutiorem eſſe puto. E Syndicis, & Recuperatoribus facilè eſt vnum corrumpere, duos non admodũ difficile, ac plures difficillimum. Nonnulli Principum ſuas ipſi regiones obeunt, Populorum voces audiunt, & in Magiſtratus, & alia omnia inquirunt. Aribertus Longobardorum Rex Iuſtitiæ nomine celeberrimus, mutuato habitu turbæ ſe ſe immiſcere ſolebat, vbi plerumquè, quid Populus de ſe, ac ſuis miniſtris quereretur, intelligebat. Tiberius Cæſar, aut ſedens, aut ambulans Iudices officij ſui admonere conſueuerat. Auguſtus Octauianus, ex ijs libris, quos legerat, ea, quæ ad Rempublicam adminiſtrandam pertinent, adnotare ſolebat, ac deindè ad Magiſtratus, prout cuiuſquè mores requirebant, delegabat. Ludouicus Duodecimus Bleſis habitans, tam ex viatoribus, quàm ex ijs,

Accuſationis metus ſat in officio cõtinet magiſtratus.

Exemplum Cambyſis ad coercendos ab iniurijs Magiſtratus.

Quàm diligẽs cura Coſmi Magni Ducis Etruriæ.

Mos aliquorum Principum circumeuntium pro inquirendis magiſtratuũ geſtis.

Aribertum Lõgobardorum Regem mutato habitu ſe vbiq; immiſcuiſſe, vt geſta miniſtrorum ſcrutaretur. Tiberiũ Cęſarẽ, Auguſtũ Octauianũ, & Ludouicũ Duodecimũ Gallorũ Regẽ hoc idem ſenſiſſe diuerſis tamẽ rationibus

ijs, quas ſuas ſibi res gerebant, maxima, ac minima quæq; perconctabatur, & potiſſimũ, quomodo Nobiles, ac Magiſtratus ſe gererent, quæq; cõperiſſet, in libello quodã adnotabat; ac deindè, ſi multorũ voces, & iudicia conſentire animaduertiſſet, eos repente nihil tale metuentes ad pœnã trahi mandabat, eaq; ratione omnes in officio continebat. Hęc ſemper ſuaſerim facienda, niſi Imperia, vel ſint mediocria, vel magna, vel ampliſſima. Si parua extiterint, ſolus Princeps ſua quaſi præſentia cunctis medetur, ſat diligẽs inueſtigator, qui aliena flagitia ſeuera animaduerſione coerceat. Mediocre Imperium Athenienſes habuere; Ideoq; cũ facilis eſſet acceſſus, omnia iudicia maiora, cauſaſquè in vrbẽ attraxerunt, ſic Præſides, qui Vrbibus præerant, magno metu tenebantur, ne iniurias inferrẽt ſocijs; cũ enim ex omnib. vrbibus cauſę ferè omnes Athenas proficiſcerentur, & populus iudicaret, non poterant potentum ſcelera latere, cum etiam Potentioribus minimè liceret à populo veniam ſperare.

Sua præſentia poſſe Pricipẽ mederi erratis Magiſtratuum.

Si magnum eſt Imperium, quale eſt nunc Hiſpaniarum, & quale fuit ſub priſcis Imperatoribus Romanum, poſſet Imperator, vel Rex, vt olim fecit Hadrianus, circumire Prouincias, curatoreſq; & Præſides ſupplicio afficere, verùm difficillimum puto, ampliſſima Regna, quale eſt Regis Hiſpaniarum, maximeq; diuiſa Principis ſui præſentia frui. Quinimò, nec expedit, ſi enim in Americam, aut Orientem ſuo periculo iter haberet, omnia Regna in diſcrimen mitteret. In his igitur inuiſendis, regendiſquè opus habet viris optimis, conſtantiſſimiſquè, quorum tamen virtuti ità credat, vt ſibi conſtet ratio adminiſtrationis. Hunc in modum, nunc in nouo orbe leges rectiùs ſuſtinẽtur. Me ſanè aliquando admiratio inceſſit, qui fiat, vt præter regnorum omniũ conſuetudinẽ, tàm longo tempore ſine ſeditione, ac defectione tanta conſiſtat Monarchia, nec præter ſummi Numinis prouidentiam aliud mihi occurit, quam Miniſtrorum ſincera fides, qua Reges, rerum omnium conſcij fiunt; Iam plures annos Indias, variaſquè ditiones tenent Hyſpaniæ, in tàm remotis, inuijſquè prouincijs, in tanta occaſione fœderum cum barbaris, in tanta peccandi licentia vix vllę defectiones, aut tumultus auditi. Soli Pizzari in America ciuilia bella geſſerunt. Quod ſi Romanum Imperium iàm adultum vidimus, nullum decennium dabatur, quo non plures ſeditiones, conſpirationes, ſociorum expilationes, peculatus, & repetundarum crimina inuenirentur. Hoc igitur firmamentum eſt Regni potentiſſimi, quod omnia Syndicis ſcribentibuſq; ad Regem, & Regia Conſilia ita plena ſunt, vt initia machinationum, & iniuriarum facillè opprimi poſſint.

Quid agendum cũ Imperium eſt magnum.

Virorũ proborum electione in lõginquis Prouincijs Magiſtratuũ petulantiã arcere.

Non alia de cauſa contineri Indias in fide, quà ex certa miniſtrorũ fide ac vigilãtia.

An Princeps Magiſtratus ſuos errantes, & ſubditos per ſummam iniuſtitiam grauantes punire palàm debeat.

CAPVT XVII.

VOLVERE nonnulli non eſſe Prudentis Principis Magiſtratus caſtigare, aut infamia notare, hac præcipuè ducti ratione, quod præcipua ſubſidia Principis cenſentur Magiſtratus, qui eius quoq; ſunt miniſtri perpetui; Inter ea autem, quæ Magiſtratus exiſtimationem conſeruant, ac adaugent, potiſſimum eſt fides, & concepta de eo ſubditorum opinio; vnde etiã, & per hũc ipſius Principis augetur auctoritas. Cõtra verò, quãdo animaduertunt ſubditi à Magiſtratu varia quoquè admitti ſcelera, nullam deinceps ipſi fidem exhibent, eiuſq; paulatim imminuunt auctoritatem. Hiſce & hoc addunt, quod cum tales Magiſtratus à Principe eligantur, ſi poſtea infames, & ſceleſti publica afficiantur nota, notatur etiam ſimul Principis incuria in eorum electione, ex quo fit, vt non parum eius exiſtimationi detrahatur; Etſi inuentus eſt Princeps, qui etiam immeritum caſtigauit, ne videretur eum imprudenter, & abſquè iudicio accuſaſſe, vt de Tiberio dicitur, quod vel hoc ſaltem nomine amicum ſuum Rhodianum pœna affecerit; quanto ſatius erit, vel merito parcere, ne tuum, aut accuſes, aut damnes iudicium, quo anteà eum pro bono habuiſti? Preterea ſi eo Princeps deueniat, vt Miniſtros ſuos, ac Magiſtratus acriter puniat, facilè incurret, vel apud ſuos crudelitatis notam, & qui ſuos ità excipit, quid peregrinis facturum putas? Addunt Principem nimis ſeuerum in miniſtros, & Magiſtratus ſuſpitionem ingerere, ſe id efficere, vt ipſorum deteſcat ſpolijs. Ità traditum fuit de Francorum Rege Philippo, qui Templariorum ordinem ſuſtulit, quod feciſſe dictus eſt, vt ipſorum reliquijs deteſceret, miſeris illis interim fortaſſe innocentibus, & ab erroribus, qui ipſis impingebantur, ſatis remotis Hæ rationes ſic ſatis plauſibiles quibuſdam oculos nebulis, ità obduxerunt, vt ſolem veritatis nequaquam aſpicere potuerint.

Ego vero ſemper exiſtimarim puniendos Magiſtratus, nequè vllo colore illorum flagitia poſſe adumbrari; Si Priuatus, qui le-

> Opinio Magiſtratum à Principe minimè puniri debere aſſerentium.

> Auctoritatẽ Prĩcipis ſæpè diminui ob pęnas miniſtro illatas Sæpè notari Principis in Curiam, quo miniſtrũ electum pœnis ſubdit.

> Crudelis ſæper erit Prĩceps, dũ miniſtros ſæpè pęna afficie.

> A ſuſpitione ſe ditãdi miniſtrorũ ſpolijs non lõgè abeſſe Prĩcipẽ in eos ſeuiẽtẽ exẽplo Francorum Regis Philippi.

> Quæ emolumenta ex aperto Magiſtratuum caſtigatione.

ges non obſeruarit, punitur, quanto magis puniendus ille, qui cuſtos legũ conſtitutus, eas non veretur tranſgredi? Certè quẽadmodum maiora virtuti tribuenda ſunt prœmia, ità & ſeueriore talium hominum ſcelera pœna coercenda; Præterea quis non videt horum pœna omnia in ſuo ſtatu conſeruari, qui ni ſubdantur pœnis, facilè ſit omnia corruere, & peſſumdare? Princeps verò Iuſtitiam adminiſtrans, Dei quoddam habetur ſimulacrum, & vel ipſos Magiſtratus delinquentes iuſta ſeueritate puniens, alijs, & ſummis, & infimis terrorem incutit, ne ſimilia perpetrent flagitia. Si verò ijs parcat Princeps, veritus nimirum, ne illis, & ſibi dedecus comparet, magis illi inſoleſcent, in ſceleribus, rapinis, & oppreſſionibus ſecuriores, metu punitionis ſublato. Illud adde ſcelera Magiſtratuum tandem patefieri, & quamuis non ſtatim credantur ab omnibus, tandem tamen in periculum erumpunt. Non enim tàm diligentior celari poſſunt, quin aliquis ſaltem eorum ſit conſcius, & maximè illi, qui iniuriam patiuntur. Et quemadmodum acuti dolores etiam à fortiſſimis viris, aut gemitus, aut etiam clamores exprimunt neceſſarios, ità etiam, qui ſceleribus miniſtrorum ſunt oppreſſi, non ſe continere valent, ſed iniurias illatas populo vniuerſo patefaciunt. Princeps autem ſi diſſimulet, neq; neceſſarium malo remedium adhibeat, ſignitiei notam incurrit, qui neq; ſciat, neq; curet eos reprimere. Hinc ſubditorum contemptus, & odium duo lethalia venena parantur. Prædictis etiam addiderim, quod Miniſter iniuſtus, rapax, & ſceleratus ſemper, ſi non omnibus, at pleriſq; exoſus eſt. Vnde fit, vt Princeps cum puniens, magnum ſibi omnium eorum conciliet amorem. Nihil vnquam fecit Tiberius, quod magis populo Romano placuerit, quam cum Seianum dedit ad mortem, qui nimia ſua potentia, arrogantia, & crudelitate, omnium in ſe traxerat odium. Maximum erat odium Populi Florentini in Ducem Athenienſem, quod tamen eo eiecto ſedatum fuit, omni effuſa vindicta in Guilielmum Aſſiſium ſcelerum Ducis miniſtrum, qui in manibus ipſius inciderat. Inſignis eſt hæc occaſio, quo Princeps ſuo ſatisfaciat, & nomini, & officio. Nequè vllius eſt momenti, quod putant aliqui, publicatis Magiſtratuum ſceleribus, ordinis imminui, aut certè periclitari auctoritatem. Quinimò celatis ijs, maiori eſt in periculo, cum omnes agnoſcunt locum illum à nefarijs hominibus iniuſtè omninò retineri; Et quemadmodum corpus infectum ſanitati reſtituitur, nouaſque acquirit vires vitioſis euacuatis humoribus, ità etiam de Magiſtratus ordine eſt, ſi vitioſè peccantes, & ſcelerati ex Reipublicæ corpore eijciantur; Illorum quoque ſententia non eſt curanda,

Omnia ob pœnam, & præmia cõſeruari.

Mœtus illatus, omnia futura flagitia opprimit.

Quæ incommoda ex nimio Principis fauore.

Dum Princeps punit rapacem beneuolẽtiam ſubditorũ ſibi comparat. Hoc idẽ expertũ Tiberiũ dũ Seianũ dilaniandũ tradidit.

Nec minus hoc idẽ expertũ Ducẽ Athenienſẽ.

Non imminui auctoritatem Principis ex pœnis Magiſtratibus inflictis.

randa, qui dicunt Principem, ſi puniat, quem elegit Magiſtratum, hoc ipſo imprudentiam ſuam, & malè ſanam mentem, quam in eo diligendo paſſus eſt, prodere. Maior enim imprudẽtia eſt, & iudicij minus erit, ſi contra Iuſtitiam, contra publicum commodum, contra ius, faſq; peccata diſſimulet. Poteſt optimè excuſari Princeps, ſi talem eligat, qui poſteà deterior euadat, ſed ſi electum, cognitis etiam eius ſceleribus non tolleret, nullus eſt excuſationi locus. Etſi rationi huic danda eſſet fides, nequaquam poſſet Princeps eum caſtigare, aut etiàm remouere Magiſtratum, quem ipſe elegerit. Ita nec Tiberius Seianum, nec Commodus Perennium, nec Seuerus Plautianum, neque Alexander Thurinum punire debuiſſet. De crudelitatis nomine nullum eſt periculum, cum Princeps iuſtè, neq; ex affectũ punit, aut odio; De ijs enim Magiſtratibus nobis ſermo eſt, qui pęnas manifeſte adeò commeruerè, vt iuſtitia moueat Principem, non Princeps iuſtitiam. Cum autem iuſtè, & cum ratione tales punit, hoc primò efficit, vt non ſæpiùs ad idem deueniendum ſit exemplũ, reliquis vno, aut altero admonitis, aut territis; Pius deinde fit erga ſubditos, qui à talibus, ſi impuniti manſiſſent, iniuria grauari poterant; Non intermiſit Antoninus Pius ſeueram ſceleratorũ punitionem, neque tamen nomẽ Pij amiſit, ſed auxit potiùs. Hic itidem ſe ſe gerendi modus Principem ab auaritię calũnia, quod puniat tales Magiſtratus, prædæ magis cupidus, quam iuſtitiæ, liberat. Vbi enim manifeſta eſt iuſtitia, non timendus eſt infamiæ morſus, quin gloriæ ſperandus potius eſt fructus, cùm ęqua adminiſtratur iuſtitia etiã contra potentiores; Et eò magis, quia Princeps, & impium Magiſtratum punire, & ab eius quoquè bonis abſtinere poteſt, niſi, quatenus leges, & iura ipſi ea addicant; immò duplicem hinc conſequetur gloriam, ſi cognitis talis Miniſtri ſceleribus, reum non ſolum puniat, ſed & bona, quibus ablata ſunt, reſtituat, aut cultui Diuino conſacret, vt ad templorum, aut ædificationem, aut reparationem, ad Hoſpitalia extruenda, aut alia charitatis Chriſtianæ opera; Non autẽ eius ero ſententiæ hanc regulam de impijs puniendis Magiſtratibus vllam admittere diſtinctionem, Plures enim dantur caſus, in quibus aliud exigit temporum ratio; Illud vnum iterum confirmabo regiam hanc eſſe viam, qua Principi incidendam.

Nec crudelis nomẽ vereri.

Exẽplũ ſæpè puniorũ reliquos i fide continet.

Modo Princeps nõ ditescat illos punire debere.

Satius eſſe ablata Diuino cultui dicare.

Satius ne ſit Principi, Magiſtratus eſſe perpetuos, an verò ad tempus conſtitutos.

CAPVT XVIII.

Ennumerant rationes, q̀ oſtēdūt Magiſtratus eſſe perpetuos.

PRINCEPS, qui tutam volunt eſſe Rempublicam, officia, honores, ac dignitates perpetuas ſuis non demandant Proceribus; immò ſiuè per biennium, ſiuè per trienniū illa exerceri volunt ne dulcedine imperij allecti, ſibi tandem vniuerſa vſurpent. Sunt tamen, qui ſuadent Imperiorum diuturnitatem Principatibus ſalubrem, plura adducentes, quibus fulciri hæc poſſit opinio. Non rem bene gerere Magiſtratum illum inquiunt, qui plura moliatur temporis breuitate, quę ſanè imperfecta, niſi temporis ſpatio, ſui perfectionem minimè aſpiciunt; Verùm, quomodo Magiſtratus aliquid aggredietur, quod natura ſua Principatui proſit, cum ſciat ad perfectionem minimè poſſe produci? Sed certè breuitas temporis, quæ ei in adminiſtrando munere conſtituta eſt, minimè patietur. Quomodo ſummus Dux bellum gerere poteſt, ſi auctoritatem a tempore habet præſtituram? Si fortè eueniat inchoatum bellum fuiſſe, qui deindè ſucceſſor erit; omnes ferè machinas reiiciet, omniaq; ad hunc vſum cō-parata; Inutilis demum expenſa, inutilis labor; Diuerſæ enim voluntates, diuerſas ſententias ſortiuntur. Hinc mutationes legum, iudiciorum nouæ formæ. Hinc, ſi diutius quis in Magiſtratu verſetur, ſegnior ad quæſtum faciendum erit, vt muſcæ, quæ ſi longiùs corporum vlceribus inſident, minus graues, & moleſtæ fiunt, iàm ad ſatietatem plenæ.

Rationes p Magiſtratib' ad tēpus conſtitutis.

Verùm, qui aliter ſentiunt, non tàm perennem volunt poteſtatem, quinimò breuiſſimam exigunt. Superbire inquiunt homines perpetua deſignatione; ægrè enim, cùm huiuſmodi fiunt Magiſtratus, ſe poſſunt continere, quin ſuperbiæ ſemper ſigna depromant; Adminiſtrationem ad plures annos productam addunt, optimè meritos ab iiſdem excludere honoribus, ad quorū faſtigia cum aſcendere ſe poſſe deſperent, libidinibus, aliiſque ſceleribus ſemetipſos proſtituunt; Inſuper, & illud non omittunt eos, qui Magiſtratu funguntur quaſi perpetuo, facilè credere ſe cauſam non dicturos tàm facilè de recta rerum adminiſtratione, cum aut tempus ſibi metipſis opitulari poſſit, vt commiſſorum

rum deleatur memoria, aut auctoritatem, quam conſtabiliuerẽ, ſibi præſto ſemper fore, ità arbitrentur, vt nullus vnquam audeat eorum geſta, vel ſcrutari, vel plectere. Præterea, ſi diuturnum erit Imperium, quis non videt omnia Magiſtratus auctoritate poſſe turbari? Omnia ſunt in eius manu poſita; Ipſe ſi caput factionum, & Dux appellari cupit, nouas clientelas ſibi parat, affinitates contrahit, maximè cum potentioribus Regni, ſiue Prouinciæ. Si Dux ſit, ità dulcedine auri, ac præmij milites allicit, vt ſolum nomen Ducis agnoſcant, ſolum venerentur, Principis haud credant, haud colant, haud pertimeſcant. Si togatus, ità ſe multitudine aſſeclarum munit, vt hunc ſolum alij & agnoſcant, & colant. Quæ res facit, vt ſolum huius arbitrium aſſequi velint, Principiſque imperatis apertiſſimè obſiſtant, cum tot muniti patrocinijs minas Principis nequaquàm perhorreſcant. Sillam, & Marium plures milites collegiſſe accepimus, qui contra beneficium publicum ſuas operas impenderè. Non ne id apertiſſimè vidimus in Gallia? Diuturnitas enim Imperiorum, quas ſeditiones concitarit, quaſque rebelliones, nemo eſt, qui ignoret. Nonne plures Prouinciarum Galliæ præfecti ſola freti potentia, quam longo ſibi parauere Imperio, & Regis Imperium abnuere, immò perduelles facti illas ditiones ſibi vſurpare ſtuduerunt? Hi Magiſtratus longa etiam adminiſtratione magnam auri copiam comparant, priuatorumque ſtatum omninò excedunt. Hoc hamo aureo capiuntur voluntates, & ſubditorum, & militum, vt eorum Tyrannicę menti omninò obſequantur, & pareant. Cæſarem accepimus Gallicis ditatum ſpolijs, & diuturnitate Imperij ſatis fultum, arma contra patriam mouiſſe, tandemque Tyrannum eam libertate viduaſſe.

In tanta opinionum varietate, non improbarem, immò ſaluberrimum Principi opinarer magnas poteſtates, vt maioratuum domus Regiæ, Vicariatum Prouinciarum, & alios Ducatus, quibus neceſſario militare robur adiungitur, non concedendas eſſe perpetua, ſed ad tempus præfinitum, ne deficiendi, vt alias factum eſt, detur occaſio, quæ nulla, aut modica poteſt eſſe in Magiſtratibus Iuridicis, quibus arma non ſunt ad manũ ad exequendum conſilium, ſi illud caperent, Inſidias ſtruendi Principi; Sic rectè Mecenas vir grauis, cum ſublatis bellis Octauianus Cæſar Rempublicam ſuam inſtruere vellet, ei ſuaſit, vt daret præmia Magiſtratibus, atq; ne minùs triennio, niſi deliquiſſent, nec amplius, quàm quinquennio Magiſtratum obirent; Diuidendas optimum putarem Prouincias, quod olim à Romanis prudenter factum. Quæ partitio ſi rectè facta fuiſſet, haud facilè quiſquam potentior ipſa Republica euadere potuiſſet.

Quid ſentiendum. Ad tempus concedi debere Præfecturas.

Prouinciæ diuidendæ Præfectis. Hoc idẽ feciſſe Romanos.

ſit. Nam extra diſtributas Prouincias erat Roma, & robur Italiæ, deindè omnes habebant vicinos Præſides emulos. Tandē ſi aliqui exercitum habebant, illi à vicinis barbaris infeſtabantur. Hoc in Cæſare violatum eſt ius; cum tres Prouinciæ vni traderentur. Auguſtus etiam prudenti diuiſione ſecuritatem ſibi peperit, Prouincias imbecilliores, & pacificas, & belli ſecuras populo tradidit, validas vt dubias, & periculo propriores, aut quibus hoſtes finitimi eſſent, aut quę poſſint res per ſe nouas moliri, retinuit. Hanc ſeiunctionem experientia docuit, ne Præſides facilè vires definiendo contrahere valerent; Non alia ratione nunc Hyſpaniarum Rex vtitur, qui Indiam Occidentalem diuerſis Proregibus tribuit, quorum alter Limæ, alter Mexici reſidet. Orientalem tribus diſpertijt Pręſidibus. Si enim ſinguli ſint mediocriter potentes, nemo vnquam ſuperabit alios Præſides, nedum ipſum Regem; Quæ cum ità ſint, opinarer diuturnitatem Imperij, haud eſſe profuturam, cum hoc reſideat in Rectore Prouinciæ, qui magna fretus auctoritate, non ea deſtituitur potentia, quæ animos accendat ad varia ſcelera, maximèque ſi coniunctam bellicam etiam adminiſtrationem habeat. Sat triennium, ſiuè quinquennium exiſtimo, quo tempore non tot excogitari poſſunt artes, quæ ad eorum explendas cupiditates ſufficiant. Et vt tandem omnis præcidatur licentia ſupremis Magiſtratibus noua moliendi, diuiſionem Prouinciarum neceſſariam omninò ſuaſerim, vt Præfecti in tanta quaſi propinquitate ſuas ſpes, cogitationeſq; viciſſim temperent; quod adeò firmum ſubſidium Principi cenſeo, vt nullum ſalubriùs excogitari poſſe credam.

Hac eadem raōe vti Regem Hiſpaniarum.

Diuturnitatem Imperij ſummè obſcurā vti valdè profuturam Prouinciarū diuiſionem.

Pos

Eos creandos Magiſtratus Minores, eos aſſumendos Aulicos, qui ad maiores dignitates promoueri poſsint, & non contemnendos honores ab ijs, qui geſſerunt maiores.

CAPVT XIX.

DVAE ſaluberrimæ extant in Republica leges, quarum neglectus non mediocre Ciuibus afferre ſolet detrimentum. Harum enim prima eſt, vt nemo minoribus decoretur officijs, cuius virtutem ad maiora etiàm, ac ſuperiora munera promoueri poſſe Princeps non videat; Ingentibus ſe, cæterosq́; exponit malis, dùm homines imprudentes, qui in alijs muneribus non conſenuere, vniuerſæ Reipublicæ regimini præfecit; vel ſi infimis honoribus eos addictos ſemper velit, inteſtina odia ſaltem effugere nequaquam valet. Nulla indignatio maior, nulla ira tenacior, quã eius, qui ſe ſemper vni adſtrictum ordini videt, via ad ampliores maioris dignitatis gradus ſemper intercluſa. Vnum itaq́, tantùm ordinem, in quo primarij eligãtur nobiles, in ſua Republica minimè collocandum arbitrarer. Illud ſanè Principem non fugiat neminem eſſe, qui totum eius ſe mancipet ſeruituti, cuius animus, vel Auaritiæ, vel Ambitionis impetu non trahatur.; quæ duo, ſi deſint, per pauci certè erunt, qui beneuola tantum animi propẽſione Principi ſe ipſos, ſuamq; operam exhibeant. Si his cupiditatibus nunquam Princeps voluerit reſpondere, non ſpe quadam inani eos nutriendo, ſed ad honores promouendo, quos optimè mereri non ignoret, facilè ſemper erit, vt Reſpublica pluribus vexetur diſſenſionibus, communemq; populi quietem à ſe lõgè repellat. Quomodo enim, vel fidi erunt, vel impigri, qui ſuam augendi fortunam nulla ſpe detinentur? Miſerrimam illorum Principum fateor conditionem, qui ſe in his anguſtijs deprehẽdi patiuntur, vt ad maiores dignitates optimè de ſe meritos euehere nec valeant, nec velint. Si enim in primo ſiſtendum eſt gradu, Non eſt, quod laborioſa velificatione portum tenere fatagat Aulicus. Iàm quieto portu fruitur, qui nondum ſoluit è portu. Si verò lenis illa aura, quæ è portu educit, non flat; ſtat nauis Reipublicæ, nec alio ſuum dirigit curſum; quod ſi faciliori Prin-

Duarũ legũ in Republica ſaluberrima cõſideratio.

Quot malis ſe exponit Princeps, dũ leges ſuperiores minimè perſpectas habet.

Damnatur vnicus ordo in Republica.

Quæ incommoda oriuntur.

Beneuolentia, ac fides ſemper erga Principẽ deſunt.

Si Aulicus, ſiuè Ciuis in primo ſiſtat gradu, nulla ſaltem vtili velificatione Reipublicæ nauim ducit.

cipis

Alia conſiderantur incōmoda. Inutiliū hominū turba euitatur.

cipis afflatu paulatim propelleretur, & benignioribus obſecundantis fortunæ ventis exciperetur, portum teneret incolumis in maximum ipſius Principis emolumentum. Si idoneos promoueret Princeps, maioresq; conſtitueret gradus, quam plurimas infęlicitates non tàm facilè ſublret. Inutilem otioſorum hominum turbam certè euitaret (quod maximum eſt incommodum) qui ſola aſſentatione corrumpentes Principem, inanes faſtus concipiunt, omniaq; licere ſibi exiſtimant, dummodo Principi doloſos intendere laqueos tentent, cumq; nihil virtutis cauſa ſe poſſe cognoſcant, eò ſuas ingenij vires dirigunt, vt Principem perdant, in precepsq; detrudant. Summam præterea Præſidum copiam haberet. Vetuſtiſſimum porrò eſt Principum familiares ex Palatio ad Prouinciarum gubernationem admitti. Vigetque hodie conſuetudo, vt maximi poſt Cæſarem Principes, quaſi domeſtica Imperatoris obeant officia. Hæc veluti ſunt tributa, non vt illis ſemper inſiſtant officijs, ſed, vt ſumma Imperij negocia cum Imperatore ſuſtineant. Eodem planè modo habent Principes rerum domeſticarum miniſtros, qui regere alios, & capeſcere Rempublicam poſſunt. Non tamen hæc omnibus ſuaſa Principibus videntur; ſiuè iàm antiqua Aulæ conſuetudo, ſiuè diuerſa regendi forma, quæ ex ſubditorum natura hæc quaſi ſeminaria non exigat, aliud poſcere videantur. Iàm illud certum plurima, tùm ad Reipublicæ conſeruationem, tùm dignitatem cōferre, eamq; maximè, quæ nobiles cohoneſtat viros; qui, ſi probi ſint, ſuamq; incolumitatem cum Principis dignitate coniūctam velint, nullum ſalubrius cōſilium exiſtimo, quàm ſi Princeps ità eos alliciat, vt ſaluti ſuæ, & honori ſatis conſultū eſſe cognoſcat. Hoc vſu venit, cum agnoſcunt ſubditi ſibi patere dignitates, ac honores, qui ſalui eſſe non poſſunt, niſi incolumi Principe; pro cuius incolumitate ità pugnandum eſt, vt ex huius conſeruatione, propriam etiàm pendere exiſtimetur. In hoc enim verſatur Principis ſalus; Neutiquam hanc ij conſiderabunt, ſi ſe deſtitutos vident, ſi ſuam dignitatem cum ſalute Principis minimè cōiunctam ſentiant. Poſtremò, quæ erit huius dignitas, quem frequens obſequentium virorum cætus circumſepit, quibus nulla ſit facultas ad maiora aſpirandi munera, quæ ſola mente concipiunt, atq; ad eorum poſſeſſionem aſpirant? Summus erit Principis decor, & maieſtas, ſi eum non numeroſa quidem, at certè benè Aulicorum inſtructa copia circumſepiat, quos gradatim extollat, atq; ad faſtigia dignitatum euehat, vt etiàm ſummam Reipublicæ adminiſtrationem ſibimetipſis demandādā cōfidāt.

Præſidū ſūma copia habetur. Necnon domeſticarum rerū miniſtrorum. Hæc à nonnullis Principibus ſiuè ob antiquæ Aulæ cōſuetudinē, ſiuè ob diuerſam regendi formā dānātur. Enarrantur plurima ad Reipublicæ conſeruationē, ac dignitatē conferētia. Sat coniūcta vtilitas, ac dignitas, dū cōmunis, & Principi, & ciui habetur. Dignitate exornatus Ciuis ꝓpriā Principis, vt ſuā tueſ. Cōſideratur paruus Principis decor, dū otioſorū hominū turba ſeptum ſe cidet. Reſpōdetur cuidā Principum obiectioni.

At inquies, Principem adeò eſſe inopem, eiuſq; Imperium ea eſſe præditum ratione, vt tuto quiuis Ciuis ad Magiſtratus promoueri minimè poſſit, cum maximè in Sede parum firma conſi-

ſtat;

ſtat,pluribusq; fractus calamitatibus tutiùs his circumobſideri opinetur, non ne miſerrima illius Principis eſt, calamitas, qui ob ſuam ſemper anxius conditionem, ſemperq; timoris plenius quàm maximè vexatur? Quo igitur tempore potētioribus agitatum procellis ſemetipſum conſpiciet, niſi eo, quo optimates non vtiq; beneuolos, ſed quotidie aliqua perturbatos indignatione perſpiciet? Huic morbo ſanè medebitur, cum lene alicuius Magiſtratus adhibeat remedium, cuius virtute ægrotus iam laborans poſſit recreari. Si Medicus tàm enixè cōtendit, vt allijs quàm citiſſimè reſtituatur ſanitas, quo magis laborandum dixerim Principi, cuius ſalus cum ſubditorum incolumitate coniungitur? Non tamen his omnibus, quorum cupiditatibus abundè eſt ſatisfactum, omnia iure Magiſtratus licita exiſtimauerim. Neceſſe ſanè eſt, vt à Medico non integræ ſuæ ſalutis conſcius ſit ægrotus, vt facilius cibos valetudini aduerſos reformidet. Nouo Magiſtratui non omnia ſemper licebunt; Principis vigeat poteſtas, quæ frenet, cohibeatq; adminiſtrationis luxum; præſtò ei ſit; nec quidquam vnquam permittat, quod Reipublicæ commodis officiat. Quam plurimi alij Ciues optimatibus inferiores reperiuntur, qui ſimulata Magiſtratus ſpecie opponuntur, ac eorum ſæpè nefarijs conatibus potentiores in fide, & officio continent. Quæ vtilitates exindè percipiantur, conſulto prætermitto. Præclarè ſciūt Principes ſe magis nobilioribus fidere poſſe, Præfecturam à nobilitate rectiùs, ſanctiusq; adminiſtrari, magisq; inſigniri Principis nomen Magiſtratibus fulgens, qui nobilitate prædıti, fidi, diligentes, idoneiq; ad gubernacula admoneri ſatagunt. Hæc omnia ſilentio inuoluo, adeò ſe ſe omnium oculis obijciunt, vt vel in ipſis tenebris poſſint ſpectari.

Quodnā tāti morbi remediū ſit, conſideratur.

Quæ ſūmis Magiſtratuū cupiditatib⁹ obijci poſſunt.

Pręcęteris Principis poteſtas adminiſtationis luxum cohibet.

Sæpè ad frāgendas Magiſtratuū cupiditates alij inferiores opponūtur.

Altera lex eſt, vt qui ſupremis Magiſtratibus functi fuere, minoribus deinde non dedignentur. Inſigne in Republica exemplum dedit Scipio Africanus, qui fratrem Conſulem, cui bellum Syriarum contra Antiochum mandatum eſt, voluntaria legatione comitatus eſt. Intelligo in ciuilibus, cum conſentaneum valdè ſit Prætorem eſſe, & edilem, qui conſulatum geſſit; Qui Indias, Neapolim, Beligiumq; rexere, minorem Prouinciam regere ſolent, conſilijsq; præſidere. Si enim Præſides potentes murādi ſunt, quamuis rectè adminiſtrent, partem Reipublicæ ſibi cōcreditam, non ne magis cum Imperio eos eſſe præſtat, quàm penitus priuatam vitam agere? Non deſunt Principes, qui ſęper ijs Præfectis auxere honores, vt etiàm, cum ſe ſe occaſio obtulerit, alias adminiſtrationes non refugiant, quæ tamen alijs olim ſuſceptis non conſentiant. Et certè nuſquam tanta eſt copia honore præfulgentium Ducum, & qui ſine Magiſtratu ſunt, quā in Hiſpania præter Commendas enim, aliaq; dignitatum præſidia ſunt

Vis alterius legis in mediū adducit.

Suſcipiendæ etiā dignitates ab ijs, q minores geſſere.

Hoc in Præfectis Hiſpanis ſeruari videmus.

Enumeratur Hiſpanorū Ducū honoribus perfulgentium copia.

ſidia ſunt Equites velleris aurei,ſunt etiàm, quos vocant (Los Grandes)alijq;,quorum dignitas ijs,qui in Imperijs,negocijsq; verſantur æquatur, & tamen hi ſemper quæuis pro Republica munera obire minimè dedignantur, cum tamen quam plurimis cumulati honoribus videantur.

Quibus artibus Princeps Potentis opes compeſcat.

CAPVT XX.

Nũquam modus in rebus ſuis ab ambitioſis,ac opulentis viris decernitur.

HI ſunt in Republica à Principe metuendi viri, qui vel maxima diuitiarum copia pollent,vel nimia apud populos florent authoritate. Huiuſmodi eſt enim magnorũ hominum ſummis virtutibus excellẽtium ingenium, vt cupiditatibus ſuis, & ambitioni maximè, quæ ſæpè à ſapientibus nouiſſima exultur, vix vnquã modũ decernãt. Alcibiades in publica illa cõcione, quã ad Athenienſem populum habuit, non eſſe iniqnum dictitabat, ſi quis excelſo ornatus animo cæteris æquari nolit. In Republica Romana,quid occulta odia,quid aperta inter Ciues bella introduxit,quid laudabiles priſcorum mores corrupit; quid denique libertatem euertit,niſi paucorum nimia potentia? Qui cum continuatis Imperijs populi inconſultum fauorem acquiſierint, illo tandem in ipſum Patriæ exitium vſi ſunt. Hinc neq; Cæſar ſuperiorem, neq; Pompeius parem vnquam tollerarunt. Priuati enim Ciues immenſis ſuis opibus,quę Regijs,vel ſanè pares,vel etiàm ſuperiores erant, exercitus non modo ſuſtentabant, ſed ijſdem donis,ludis,ſpectaculis, ſibi mirum in modum plebẽ deuinciebant.Michael Paleologus adeptus publicæ pecuniæ tractandæ facultatem,ea in milites,& plebem diſtributa, omnes in ſe beneuolos reddidit,legitimoq; ſublato hærede Imperiũ Conſtantinopolitanum conſecutus eſt. Henricus Secundus Angliæ Rex poſt redactam in ſuam poteſtatem Hiberniam,illi Vgonem quẽdam cum ſuo Imperio præfecit;qua ille poteſtate elatus, debitam Regi obedientiam abiecit,& maiora auſus fuiſſet,niſi opportunè à famulo iubente, vel certè ſciente Rege ſublatus fuiſſet. Gallici Regni turbæ prudentum iudicio à nimijs procerum opibus cęperę,& ità olim Lodouicus Duodecimus potentũ depreſione,

Paucorũ potẽtia in Republica Romana omniũ maiorũ fuit in cauſa.

Sæpè priuatos Ciues ſuis opibus exercitus colligaſſe, ac ſuſtentaſſe cõpertũ habemus.

Nimia alicuius potentis audacia ſępè Regna, ac Prouincias euertit.

Gallicũ Regnum ſæpè hunc morbũ expertũ fuiſſe vidimus.

preſione, ſuam firmari ſecuritatem aſſerebat, qua propter huic hominum generi difficillimum reor eſſe remedium.

Sapienter tamen monent nonnulli Politici, vbi malum aliquod timendum Reipublicæ tantopere auctum fuerit, vt difficilia ſint remedia, ſatius eſſe ferre aliquandiu, quàm intempeſtiua violentia ſe opponere. Nulla certè laude videntur illi digni, qui ad futuros præcauendos morbos firmo corpori medicamēta infundant, ſollicitantq; ſopitas ægritudinis cauſas. Quot ex his mala, quot funera miſerrimè congeſta ſunt? Illos planè referūt, qui placidis rebus formidoloſa quærunt remedia, quæq; ambiguo euentu firmam Reipublicæ valetudinem tàm perdere, quā ſeruare valent. Quod ſi tantum aliena flagitia non excreuerint vt Principi adhibendi remedij locus ſit, duo adnotantur, quorū primum in vſu eſt, cum vnus, vel pauci in Republica ope, & potentia ſupra cæterorum conditionem regio faſtigio nimis excellunt. Alterum vero, cum integri alicuius Regni Proceres immunitatibus, Præfecturis, viribus ſuperbi in Principes propellunt.

Cū morbus nimium ingruat, quid agendum.

Quid agēdū cū Principi aliena flagitia puniendi locus ſit.

Crudelia nimis quibuſdam placuere conſilia, qualia Periander aliquis, aut Tarquinius ſuggerebat, vt ſumma Papauerū diſcerentur. Ità Alexander Magnus Perſicum bellum adornans, non ſolum omnes Nouercæ cognatos, quos Philippus ad excelſiorem dignitatis locum traduxerat, interfecit; ſed nec etiā ſuis, qui ad regnandum apti videbantur, pepercit, ne quam ſeditionis materiam, dùm ipſe longè abeſſet, in Macedonia permāſiſſe ſuſpicaretur; Eandemq; ob cauſam Regis ſtipendiarios prōptioris ingenij ad commilitium ſecum traxit; ſegnioribus verò Regni tutelam commendauit. Athenienſes contra opulentiores virtute etiam, ac merito cæteris ſuperiores Oſtraciſmo vtebantur; cautione profectò minùs honeſta; & quę parum ab illa Epheſiorum lege, qua quis frugi eſſe videbatur, differre videtur. Sanè Ariſtoteles, & ſi fateatur Oſtraciſmo ineſſe qualem iuſtitiam ciuilem, initio tamen cauere, ne tali medicina opus ſit, rectiùs arbitratur.

Nōnulli crudelia cōſilia ſuaſere Perindari, Tarquinij, ac Alexandri Magni.

Securius eſt nimiæ potentiæ inſtrumentis impedimenta obijcere, ſubuertere fundamenta, quibus illa nititur, & velut ſubtractis alimentis ignem extinguere. Illi igitur, cuius priuatum terminum exceſſere diuitiæ, dignitates, curationes, legationes cōferantur damnoſæ, ſumptuoſæ, & quæ ſine rei familiaris diſpēdio obiri nequeant. Si fauore plebis quis nitatur, deriuandus eſt ijſdem, aut maioribus beneficijs, aut illecebris in ipſum Principem, aut Rempublicam: Qui fama, & gloria in altum effertur, arduis, & periculoſis obijciendus eſt expeditionibus; & vbi ſpei euentus non reſponderit, imminuatur auctoritas, quàm olim à rerum geſtarum excellentia meruit. Is, quem locus pōtentem

Plura aliientiora excogitantur conſilia. Enumerātur variæ rationes, quibus nimia potētia contundenda, videtur.

nimis

Refert Conſilui Magni Capitanei exemplum.

nimis reddit, honoris alicuius ſpecie in longinquas regiones amandari poteſt; Si armis fulciatur ab exercitibus,& militia ad honeſtiſſima quæq; officia,ſed quæ poteſtate omni careant, in Aulam transferatur.Ferdinandus Conſaluus, qui Magnus Capitaneus vulgo dicebatur, pro Neapolitano Regno in ſui Regis poteſtatem traducto eā retulit gratiam, vt Rex ſublata illi quacumq; militaris rei cura,cum in Hiſpaniam relegauerit, vbi ſupremum ſuæ vitæ diem inglorius peregit.

Aliud Conſtātini Imperatoris.

Si tuendo ambitionis ſpiritu inflerur,effrenatæ huius cupiditates addito ſocio coerceantur. Quo conſilio cum Conſtantinus Imperator Gallum Cæſarem ad ſe vellet euocare à propoſito deterritus eſt; quippe diſcedente Cæſare Vrſicino Orientis Imperium perniciosè committebatur; cum nullus ibi futurus eſſet,qui prohiberet altiora meditantem: præterquam quod ſaluberrimum illud conſilium crediderim, omnes Magiſtratus, omniaq; Imperia facere tempore præſcripta, ne in vnius manibus diù reſideant. Satis plurima teſtantur exempla in Germania,& Gallia; cum enim Optimates creditas quondam Prouincias diù rexerint,in principatus (vt ità dicam) commutauere, & beneficia,quæ hodie feuda dicuntur prima inſtitutione non ſatis diuturna,expirantia in ſobolem tranſmiſere; Et ità Germania (Galliam omitto) penè tota Imperatoris dominio excidit. Quæ omnia cum in vſum haud ſatis à Principe redigi poſſint, poſtrema conſilij pars erit,cum deliquerint (quod ob arrogantiam illorum ſæpè fieri ſolet) ſeueriùs punire, tollere illis immunitates, & priuilegia, publicare bona, remouere ad tempus ab officijs, quæ ars in aliqua Reſpublica vt plurimum in vſu eſt.

Imperiorū diuturnitas ſemper damnoſa.

Quid Principi agendū cū aliud remediū adhibere nequeat.

Recenſentur cauſæ, quibus Proceres Principi ſuo bellum inferant.

Imperij. ſ. diuturnitas, ac munitionū haud exiguus numerus.

Henricus Angliæ Rex omnes ferè Arces ſolo æquauit.

Hoc idē in Neapolitano Regno factitatū vidimus.

Non ſatis apertè liquet, quomodo vnius Prouinciæ primarij potentiores, qui libertatis quodam ſimulacro elati Regis quoque Imperia contemnunt, reprimantur. Duo, vt arbitror ſunt, quibus Proceres in Principem ſuum armantur, atq; ambitionis ſtimulo agitantur. Longum ſcilicet Imperium, mosq; conſtituendi Rectores Prouinciarum in eam legem, vt non antè Magiſtratum, quam ipſam vitam deſerant. Quòd quā valdè noxium ſit, apertè teſtatum reliquimus; Alterum Munitionum, Arcium, Præſidiorumq; maior, quàm par ſit numerus. Arces, & Munimenta Magnatum ambitionis aggeres meritò vocantur. Plerumq; enim arcium Rectores, Dominiuè ſceptra arripiunt; pleriq; tumultus ex his clauſtris erumpunt, aut in illis tutos habent receptus ad infandum ſcelus allicientе ſuperba rebellandi ſecuritate. Vndè Henricus Secundus Angliæ Rex omnium Procerum benè munitas arces ſolo æquauit. Neapolitanum Regnum Caſtellorum, Turriumq; frequenti ſupercilio tume-

lio tumebat; tantiſque viribus optimates erant, vt (quod plerumque infœlix potentiæ genus eſt) Reges terrerent. Nunquam penè ſine illo metu illa alioquin fœliciſſima regio fuit. Deiecti nunc Reges, nunc Proceres, donec arcibus pleriſq; euerſis, Magnatum quoque robur varia Regum arte debilitatum eſt; Vt in Gallia Procerum potentia frangeretur, impium fuiſſe conſilium traditur, quò videlicet hoſce omnes è medio tollebant, atque tumultus ſuſpicione Rempublicam liberabant; Vt id autem mentita aliqua honeſtatis ſpecie fieret, conſilium hoc quodam Religionis colore pingebant; atque ità paulatim internicione quoſcumque generoſiores delebant; nec vllæ vnquã deerant artes, quæ belli fortuna ſeruatos in pace opprimerent. Intereà, dùm bello, & pace in id conatus omnes intenduntur, cautè ſeruandum eſt, ne Rex dignitates, honores, munera publica ijs, aut in eorum gratiam cuique conferat, inuidioſas, periculique plenas præfecturas, aut delegationes ipſis reſeruet, penſionibus, & honorarijs, (quantum licebit) detractis, vt vaſea illa corpora, tanquam non conceſſo alimento, ad maciem paulatim deducantur, ac poſtremo concidant. In primis publica Regni comitia, quæ tamen ad firmandam ordinum potentiam ſpectant, omninò prohibenda ſunt, ſeuerèque caſtigandi veluti publicæ quieti aduerſarij, qui ad illa proclamabunt. Sublatis Proceribus, & labefactata nobilitate, in Ciuitatibus, & Vrbibus; facilè erit, vt totius Regni munitæ Ciuitates, mœnibus, & propugnaculis denudentur, & arces Procerum, nobiliumque diruantur. Deniquè ſatis apta ratio eſt titulis ſuperbientes deprimendi; ſi tituli illi diſpergantur, nouiſque conferantur hominibus; ità paruiſient, quæ olim ſummi honoris loco deſiderabantur. Hoc modo, ſi qui ſunt, qui Baronum, Ducumque appellationibus ſe attollunt, ità decorentur, vt ob merita tantum, & fidem iiſdem affecti honoribus videantur. Vileſcent illa nomina multitudine, & ignobilitate candidatorum; hæc tamen omnia ſeruanda eſſe arbitror, cum Rex ob nimiam Procerum potentiam ſui Regni quiete non fruitur. Iniquum enim eſſet alijs hæc ſuadere Principibus, cum vtique non conſeruationem, ſed Imperij excidium afferant.

Recenſetur impia Gallorum cõſilia.

Quæ ſanè in his caſibus, impia conſilia.

Intelligſitur hæc tradita cõſilia, cum Princeps nimia Procer ſi potẽtia frangitur.

Quàm neceſſaria ſit Optimi Ducis Praſtantia, & de huius officio, & arte.

CAPVT XXI.

SVMMAM Ducis præſtantiam inter præcipuos Magiſtratus enumero. Alij ſanè ſunt Magiſtratus, qui pacis tempore plenam obtinent poteſtatem; verum hic, cuius tutelæ patent omnes, cæteris antecellit, dùm armorum motus comprimit. Si Princeps plurimos habeat milites, ſine Duce neceſſarias belli leges hi non ſeruabunt. Verùm, quæ tribuenda ſit poteſtas, adhuc apertè non conſtat. Si indigena hic erit, armorum violentia ſibi populi animum addicet, cuius ni ſtatim contūdatur audacia, facilè etiam Princeps ipſius ſubditi Imperium ſubibit. Quod ſi è longinqua accitus fuerit regione; vel à naturali ſuo Principe pendeat, accuratè erit proſpiciendum. Sit Principis Prudentia, quæ cuncta libret; nec tàm ſuo fidat iudicio, ut antè actam vitam, mores, affectusq; omnes penitus agnoſcere non enitatur. Illud ſanè neceſſarium eſt, ſi diſciplinam vigere velit, vt alicuius Ducis iàm probaræ fidei militares copiæ committantur.

Cōſideratur Optimi Ducis neceſſitas.
Quæ poteſtas.
Quæ ī Optimi Ducis electione anim aduertenda.

Huic tamen magna in re gerenda libertas permittatur; tot .n. tantæq; occurrunt belli tempore difficultates, tàm ſubitę mutationes, vt humanū vllum conſilium non admittant; In nouo periculo noui conſilij libertas concedenda. Prudens tamen ille ſit, à quo tot virorum fortium, atq; adeò Imperij fortuna perdet; ratio ducat agentem, non fortuna; quæ licet occaſione oblata animū ſæpè allicit, prudentia etiā regenda eſt. Prōptus, & alacer periculis excitetur, alijſq; animos addat. Aliquando ipſe exēplo prçeat (qđ maximè Imperatores fecere) innocentē neminē iniuria afficiat, omnes honeſta ęmulatione inflāmet, nomē vndiq; non ad leuem vani honoris auram, ſed ad ſalutē aucupetur. Militibus citato veluti equo admonētur ſtimuli, ſi ſtrenuiſſimo Imperatori fama ſit celebris; pietatē imprimis cordi, res deindè hoſtiū perſpectas habeat. Epaminondas eum optimū dicebat Ducē, qui, quamuis quid hoſtis moliretur, certo cognoſcere nō poſſet, coniectura ſaltem id aſſequi contenderet. Temperātię, laborumquè militarium præeat exemplo. Imperatoris virtus ad virtu-

Aliqua ſaltē Duci libertàs permittenda.
Quę ī Optimo Duce deſideranda.
Prudentia.
Alacritas.
Pietas.
Tēperātia.

virtutem ipſam milites quàm maximè adhortatur. Eodem vino, quo remiges, Cato ſitim depellebat. Annibal vix cadente die famem leuabat. Alexander verò in ipſo itinere equitans, & Maſſiniſſa ſexagenarius ſtans cibo vires reſtaurabant. Seuerus ſit, eamq; gaudeat ſibi comparaſſe famam, vt quoſcumque ſceleſtos nolit impunitos. Seueritas.

Sic enim ei omnes facilè obtemperabunt; & quamuis interdum repentino impetu iraſcatur, debitam tamen reuerentiam ſeruabit; Militum laſciuiæ, improbitas, crudelitas, animus inhians rapinis, non niſi metu, & ſeueritate comprimuntur. Efficit autem ſeueritatis opinio, vt ſcelera quiſque deuitet; Raro tamen (quantum fieri poſſit) puniat; ex acerbati animi abſit affectus; Veritatem multa comitate reddat tolerabilem, immò amabilem; Opportunè beneficentia vtatur, verborumque atrocitatem in decernendis pœnis vitet. Veritas. Beneficētia. Arctiùs ſe communi periculo iungat cum militibus in prælio, eoſque commilitones, & fratres appellet. Minores Duces, Tribunos, Centuriones habeat, qui impetu; & celeritate valeant, ſi fortè Prudentia deſtituantur; huiuſmodi enim aliquos eſſe, non omnes expedit. Quæ alia ab optimo Duce obſeruanda. Cum quædam ſubitò, & periculo aliquorum diſcutienda ſunt, ad quæ audaces iſti præuolant, eos tamen ipſe moderetur, vt non niſi opportunè vires effundant. Laudes, ac præmia, alios ad ſimilia decora ſolent excitare. Ne Duces mutet, aliquaque nota infames præficiat, quamuis egregij milites eſſe videantur. Diligens ſit, & occaſionem quamcumque agendi, vincendique arripiat. Occaſione egregiè vſus eſt Franciſcus Carmagnola Venetorum Dux, cum enim vicina eſſent caſtra, & eques cum quodam hoſtium Equite inimicitias haberet, & monomachia decernere vellet, conſtituto in caſtris pugnæ loco, multis concurrentibus ad ſpectaculum, Venetus, robur ſuorum militum inſtruxit, hoſteſque repentè inuadens vicit, fugauitque.

Quomodo rectè Princeps Aulam conſtituat, ſeq́ erga Aulicos gerat.

CAPVT XXII.

Procerũ in Aulis duplex conditio.

VIROS fortes, fidos, prudentes circum ſe habeat Princeps, calumniatores verò, auaros, ambitioſos, amoueat; id enim plurimorum ſeculorum ſeries, & notiſſima Principum exitia docuere. Procerum in Aulis duplex eſt conditio. Quidam nullis Magiſtratuum, dignitatumuè appellationibus inſignes, ſumma & intima amicitia Principum animis inhærent. Quibuſdam verò Princeps præcipua Reipublicæ munera demandat, ijsque externas res, ac ciuiles credens, in arcanis conſilijs fidem præſtat. Maximus in Aula eſſe videtur Aulæ Præfectus, licet fortaſsè apud aliquos Principes maior alia ſit dignitas. Huic par in Francia Maior domus; paruâ eius officij principio; ius, domi inter Aulicos tantum dicebat, diſciplinæque Palatinæ attendebat. Hinc auctoritas apud Pares acquiſita; & quoniam communi eligebatur voto, communi æſtimatione apud Regem plurimum pollebat, apud quem, cum aſſiduus eſſet, ſenſim ad Rempublicam admouebatur, donec Regum incuria totam Regni potentiam in ſe deriuarit. Hinc Pipinus Regnum tenuit, & non Maiorem domus, ſed comitē dijudicandi domeſticorum controuerſias conſtituit. Alij ſunt in Aula Principis miniſtri, qui varia obeunt munera. Nonnulli, qui ſemper obſequuntur, ac Principis Perſonæ ſemper aſſiſtunt; hi honore, & titulis ſinè labore, & commodo gaudent. Magnus eſt Scutarius, qui Equum aſcendenti Principi, & deſcendenti olim baltheum, enſem, & etiam ſcutum porrigebat. Eſt & corporis cuſtos, qui ſumma etiam nitet dignitate. Camerarius maior, qui Principi aſſidet, tãtoque anteà in honore erat id munus in Gallia, vt Regum etiam cognatis ea dignitas concederetur. Alia ſunt munia, quæ licet alicuius priuati miniſterij referant ſpeciem, non ità tamen in Aula obſeruantur, vt obſequentes Principi magis habeantur, qui ijs muneribus decorari videntur. Cæteri verò, qui in Aula degunt, dicuntur Palatini. Horum totum agmen dicitur apparitorum, quod tutelæ pariter, ac honori ipſi eſt Principi.

Dignitas Aulæ Præfecit.

Quanta in Gallia maioris domus auctoritas, ac poteſtas.

Magni Scutarij dignitas. Corporis cuſtodis, ac Camerarij maioris dignitas. Aliorũ Principi obſequẽtium copia cõſideratur.

Diſſimi-

Digitized by Google

Diſſimiliter cũ ſAulicis ſe gerere debet Pricepſ,

Diſſimiliter cum his Aulicis ſe gerat Princeps, vt cuiuſcumq; meritis, quàm honeſtiſſimè ſatisfaciat. Quod ſi pari præmio voluerit omnes aſſicere, in profundum certè miſeriarum baratrum præcipitabit, nec tàm facilè ſeditiones plurimas Aulam infeſtantes poterit euitare. Non eadem omnibus natura; non eadem vitæ ratio, non eadem Aulicorum vota; conſultatio demum non eadem; maturiori certè iudicio in electionibus opus eſt, quæ ſi ſanę fuerint; abſque vllo etiàm fuco negocia omnia in ſolum Principis commodum vertentur, nec Aulico vlla erit ratio, qua à debitis obſequijs retrahatur.

Quæ cõſideranda ſin honorũ diſtributione.

Sanum videtur illud Politicorum præceptum, quo contemnendam non eſſe nobilitatem volunt, nobilis enim non niſi præclara meditatur, quibus ſuo Principi debita valeat exhibere obſequia, ſuiq; tandem nominis pariat immortalitatem. Acerrimus eſt ſtimulus nobilitas, cuius gratia ad excelſa quæq; accenditur animus, eiq; nulla vnquam datur quies, niſi vbi perfectam fœlicitatem cuiuſcumq; laboris certiſſimum præmium nactus fuerit;

Vſus, educatio, fortuna, ac conſilia Aulicorum perpẽdẽda.

Vſum, educationem, fortunam, conſilia non paruipendenda cenſeo. Horum enim omnium cognitione facilè ſciet Princeps, cui rerum ſuarum curam committet, electoque Aulico decus, exiſtimationemq; ac ſibi ſplendorem maximum, ac famam apud omnes populos comparabit. His igitur diligenter examinatis, haud incertum erit Principi, quale munus quemq; deceat, quod minimè ingenio diſpar, decori, ac ſaluti ipſius eligentis Principis par omninò eſſe queat.

Ex qbus hęc omnia eliciantur.

Ea tamen omnia ex Aulicorum aliorum dictis minimè eliciat, qui fortaſſe infenſi animo, non niſi ſibi vtilia ſuggerent; & ſi manifeſtè obſiſtere non poſſunt, infirma ſaltem excuſatione, vel calumnia, quæ non omnino veri faciem obtegat, refragantur, maximèq; ſi Princeps à callido Aulico obſeſſus præclarè capeſſere Rempublicam nequeat. Ex dictis, factisuè eligendorum totius vitæ rationem habeat Princeps; quæ ſi conſona ſemper fuerint, non vtique diſcrepantia, eandemq; ferè formam ſeruantia facilè erit, vt tota cognoſcatur illius vita, animiq; minimè anceps, quid deliberandum, minimè ignoret. Hæc autem electio ſit, veluti fons, ac ſeminarium, ex quo quiq; ad varia promoueantur munia.

Enumerãtur variæ Aulicorũ rões.

Nonnulli ad obſequia præſte ſunt. A Cyro decretum fuit; vt honorati ad portas præſto eſſent, operamque offerrent, quamcumque ad rem illi viſum eſſet, donec eos dimitteret. Quod quidem ità, vt tunc decretum fuit, etiàm hodieque faciunt ij, qui Regis Imperio in Aſia parent, dùm portas Principum officiosè frequentant. Nonnulli ſunt, qui ſola animorum propenſione deducti vltrò ſe Principi offerunt. Nonnulli militari dediti exercitationi. Nonnulli cuicumque negocio haud impares. Quo

igitur cuiuſcumq; Aulici fertur animus, eo ēt ipſorum erga ſe Princeps dirigat famulatum, vt ex his, quæ tùm Principem, tùm Aulicum reſpiciunt, eiuſdem Principis decus, & Aulici ſplendor eniteat. Quos ad obſequia paratos viderit, eos ſola beneuolentia complectatur, quæ aliqua ſaltem largitione non omninò deſtituta fuerit. Obſequia enim, quæ paratam habent gratiā, feruentiora quotidie fiunt, ſuaſq; vires magis ſemper intendunt. Illud certum, qui ad ſunt, nihil vnquam ſceleris admiſſuros, tùm ob Principis præſentiam, tùm quia præſtantiſſimi Aulæ viri, eorum ſemper actiones ſtudioſè intuentur. Ideò enixè elaborandum eſt, vt raro, & quàm breuiſſimè abſint, obſequijs aſſiduè intenti. Qui verò non ad ſunt, ſiuè intemperantiæ, ſiuè iniuſtitiæ, ſiuè negligentiæ cauſa, cogendos eſſe cenſeo, vt adſint; Quos maximè caros habebat Cyrus, ijs oſtia non frequentantium bona concedebat; ac ſi anteà iniq ue ab ijs occupata fuiſſent. Qui autem rebus ſuis ſpoliati fuerant, querimonias ad Cyrum deportabant, qui vel eorum cauſas non audiebat, vel ſi audiebat, controuerſię cognitionem in allud tempus diferebat, atque ita minùs odioſè, quàm ſi pœnis vſus eſſet, ad ſui obſequium omnes deducebat. Qui verò ad obſequia parati ſe offerunt præclaris, ac dignis actionibus ſunt excitandi. Nullam enim aliam hi habent legem, quàm Principis virtutem antè oculos propoſitam. Quos militari arti deditos nouerit Princeps; ad eam exerceat, ſin minus apta ſe offerat occaſio, Priſcorum Principum vſum ſequatur. Bellicæ enim exercitationis cauſa, huc, illucq; eos expediat & cum primum alicuius inſignis muneris conferendi facultas fuerit, præſtantiorem, illuſtrioremque exornet. Quod ſi pugnandi ſe obtulerit occaſio, ex illo numero eligat, qui maximè pericula ſubierint. Itidemque præfectos cohortium, tàm pedeſtrium, quàm equeſtrium ex ijſdem conſtituendos eſſe intelligat, quin etiam noſcat, quorundam ex his operam adhibendam eſſe, vt Vrbium, tùm cuſtodes, tùm ſatrapæ, legatique nonnulli mittantur. Quod ſi horum victus neceſſitati non reſpondeat Princeps, malè rebus ſuis proſpectū eſſe intelligat. Si verò tales ſint, quales oportet, fęlicē omnia exitum ſortietur. Opportunas aliqnando forte blāditias, quibus horū animi demulceantur, arbitror, quin immò prœmio, & honore afficiantur, ſuadeo, vti enim per arduū eſt eos diligere, qui odiſſe videantur, maleq; erga nos affectos beneuolētia complecti; ſic raro fiet, vt illi, quorum ſemel cognitus ſit amor, & beneuolentia, ijs odio ſint, qui ab ipſis diligi videantur. Cyrus propria Regiæ menſæ edulia, quibus veſcebatur, in amicos deſtribui iubebat, vt ex ipſis facilè tantæ argumentum beneuolentiæ haberent, cognoſcerentque eum ità eſſe amicorum memo-

Quomodo in obſequentes ge rere ſe debeat Princeps.

Qua pœna plectēdi obſequijs minimè intenti.

Quo verò honore afficiendi obſequentes Aulici.

Quomodo exercēdi militari arti deditì, ac decorati.

Blanditię, ac dignitates ſūmæ amoris cauſæ.

Cyri humanitas.

memorem, vt ijs ſummam comitatem non denegaret. Præſtantes inſuper elbos ijs mittebat, quorum, vel in excubijs diligentiam inſpiciens probaret, vel in conferendis obſequijs, vel in alijs etiam actionibus, apertè ſe hac ratione Principi gratificari cupientium voluntatem noſcere declarans; Ni gratijs, beneficijſq; ornetur Aulicus, quæ promereri videtur huiuſmodi erit familiaritas, quæ nimis fortaſſe blanda in contemptum vertetur; Non omnia tamen beneficia cuicumque tribuenda ſunt; maiora, dignoraq; conferenda nulla inficiatur in eos, qui nobilitate, animique præſtantia clari non obſequijs tantum, verùm grata animi ſignificatione erga ſuum Principem ſe ſe oſtendſit; ità vt virtutibus conſpicui, quemcumq; honorem, & dignitatem ſibi poſſint aſciſcere. Iuſtitiam prætereà ſibi ſeruandam, Princeps proponat, quæ pro cuiuſcumq; meritis honores diſtribuit; quo enim magis Princeps ſe ab æquis Aulicorum petitionibus liberare contendet, eò magis ſe conſtrictum ſentiet. Imperij vires forè labefactatas conſpiciet, cum Inter tales anguſtias ſe deprehendi minim equum ſit. Ab inuito Principe plura animaduertenda; varij tituli vſurpandi, variaq; Magiſtratuum nomina, quæ quamuis Imperio ſuo minimè reſpondeant, nihilominus dummodo Aulicum demulceat, reliqua neglectui habeat. Cibi proponantur, quorum ſapores palato gratificentur, quod ſi Princeps non earum ſit virium, vt prandium exquiſitiſſimis inſtructum epulis parare queat, illud ſaltem qualecumque ſit, ità paret, vt diſcumbens Aulicus humaniſſimè ſe fuiſſe exceptum, ſummo tribuat honori. Non magni ponderis ea ratio eſt, vt alternans Princeps honores, modo huic, modo illi conferendo alienam expleat cupiditatem, ſicq; quaſi in æquilibrio omnes ſibimet ipſi addictos contineat; nam ſummam ſemper iniuriam putat illatam, qui benigne, & iuſtè pro meritis reſponderi non videt. Spes ſæpè, & blanditiæ non eius ſunt rationis, vt ſemper quieta, pacataq; omnia ſinant, quæ conuulſa quaſi à ſua ſede ſuum maxime perturbant ordinem. Niſi enim tantæ ſpei, ac blanditiarum emergat fructus, ſæpè derelicta erit Aula; quiq; curas, labores, ſollicitudines effugient, niſi ſit, qui animos anxios, nimioq; vt ità dicam, onere fatigatos ſoletur, ac recreet. Nec minus Princeps, ità temperet beneficia, vt Aulici ſummum ſemper honorem leuem exiſtiment, ne tùm inſoleſcant, inanemq; aſſectarum auram aucupentur, vt ſcilicet parcè collatus honor maioris obſequij locum relinquat, frœnoq; maiora petentem compeſcat. Id enim recta imperandi ratio ſuadet, cum Aulicorum beneuolentiam ſibi nunquam poſſit conſillare Princeps, niſi ſola beneficij vi. Quomodo autem illos ſibi addictos cenſebit, qui firma incitati ſpe, ad Aulam confugiunt,

A Principis familiaritate minimè ſeiungenda beneficia.

Iuſtitia in honorũ diſtributione præcipuè ſeruanda.

Variæ rõnes proponũtur Aulicis ſatis faciendi.

Iniuria ſe ſemper affectum prædicat, q̃ meritorũ ſuorũ fructu non lætatur.

Niſi ſpei fructus emergat, ſemper ab Aulicis deſeretur Aulæ.

Sola beneficẽtia Aulicorum animos conciliat.

fugiunt, vt dignitates cõſeruantur, miſerrimeq́; demum optati honoris expectationem irritam conſpiciunt? Cyrus ille (ſi vera eſt fama) quamplurimos Aulæ Primates ſibi conciliauit, atque eorum animos ſanctiſſima fide in Regium obſequium deduxit, nec alia vnquam vſus eſt ratione, quàm effuſa munerum, honorumq́; diſtributione; quippe eos, qui nunciabant, quæcũcumq́; ipſius intereſſet, ſe opportunè cognoſcere, magnis beneficijs colebat, efficiebatque, vt permulti, attentiſſimis auribus, omnia exciperent, atq́; animis accuratè audita ſeruarent. Conſueuit pariter Rex iſte dictitare ſimilia fermè boni Paſtoris, boniq́; Regis eſſe opera; ſicuti enim Paſtoris aiebat munus eſt, vt, poſtquàm ſuo gregi herboſa paſcua comparaſſet; illis demum ad ſui libitum vteretur, (quæ quidem pecudum eſt fœlicitas); ità Regis propriæ ſunt partes, Vrbes, populoſq́; quos ipſe ditauit, in ſui voluntatem ad arbitrium traducere. Nil mirum igitur, cum hæc in animo Regis ſententia defixa inhæreret, ſi peculiari ſtudio conatus omnes ſuos intenderit, vt homines vniuerſos obſequijs, ac meritis ſibi conſtrixerit; Nec ſatis æquum illud iudicarem, quod ſæpè factitat Princeps, dum Aulicum ad alia omninò rudem munia ab Aula ſemouet. Luxuriat ſæpè arbor in ramis, qui, ſi falce ſeccêtur, vberiores ſanè fructus excerpentur; ità etiam ingenium alicuius Aulici habetur. Acerbi ſemper erunt fructus, niſi ad tempeſtiuam maturitatem ſolo Principis amore deducantur. Princeps eſt veluti Aulicorum pater, ſi vnius irritum fortaſſe laborem viderit, aliqua alia in re nõ incaſſum erit illius ſollicitudo. Vigilantia erit Patris, vt reformentur mores, qui ad virtutem conformati Patri, & familiæ ſatis, ſuperque proderunt. Vigilantia erit Principis, vt ſi viderit nõ frugi quemcumque Aulicum, cum ſoletur, atque animi beneuola ſignificatione fulciat, vt à noxijs ſe retrahat, ac ad honores, dignitateſque aditum ſibi patefaciat. Ergo ne effrę̨natus equus, cum nullum patiatur Equitis Imperium, ſtatim neglectus relinquendus? potiùs certè magiſtra arte coercendus. Quod ſi fę̨liciter euenerit, vt diſciplina proſit, nullus fortaſsè, neq́; firmior, neque pulchrior in publicum omnium conſpectum prodibit. Nõ abijcienda tàm facilè eſt omnis ſpes, quin ad veram virtutis ſemitam ille rediturus ſit, qui olim nimis fortaſsè indocilẽ ſe oſtẽdit. Conſuetudo ſagax rerum eſt præceptrix. Conferantur igitur honores, non ſupremi tamen, quos ſi rectè adminiſtrarit, ſpẽ aliquam meritò concipiet Princeps tuto alia conferendi, ipſeq́; Aulicus ſummum ſolarium, ſummamque pro Principe maiora agendi cupiditatem. Quæ cum ità ſe ſe habeant, notũ erit Principi, ſi Aulicis ſatisfacere pro ſuis viribus contẽdet, ipſos quoq́; pro tanta animi benignitate, proprię etiam vitæ diſcrimine ſuo muneri cumulatiſſimè ſatisfacturos.

Cyri liberalitas.

Eadẽ Regis, ac Paſtoris opera.

Rudis ab Aula minimè ſemouẽdus, immò fouendus.

Effrenati eq. comparatio.

Rudi non ſupremi honores cõferẽdi.

Quot, & quæ ſint prauorum Aulicorum artes, quibus ſæpiſsimè Principes circumueniunt, & quomodo ijs occurrendum.

CAPVT XXIII.

VARIAE ſunt artes, variæ fraudes, quibus ab Aulicis ſępenumero circũuenitur Princeps; quæ niſi apertè cognoſcantur, inanis labor, irritumq́; fere regnandi munus. Duo ſunt veluti fundamenta, quibus horũ quaſi ædificium innititur, ac alterum altero certè firmius, ſtabiliuſque. Alterum inquam eſt, quo iacto magnifica quidem moles extruitur, ac certè plena periculo, citiùs nempè ruitura, ſi videlicet Principis naturã, ita hi perſpiciãt, ut ſuorũ cõſiliorũ rõnem ei valeant accommodare. Hoc ſi euenerit, vt cuiuſcumq́; in votis erit, in eum vſum ſtatuta videbit, quæ magis ſatisfacient, & proderunt. Alterum eſt fundamentum, vt aliorum amicitijs poſitis, qui auribus Principis aſſiduè aſſident, alia conſtituatur machina, quæ veluti vallum, ſiuè arx, infeſta omnia tela propellat.

Duo ennarrantur fundaméta, quæ ab Aulicus iactũtur, dũ Principẽ fallere ſatagũt.

His ſeptus munimentis callidus Aulicus quæcumq́; aggreditur, (& hic de Aulico prauo dicere profiteor.) Si biliosũm Principem proſpiciet, ex hac intemperie ſuam percipit vtilitatem. Bilis ſuperbum nimis efficit hominem; Superbia omnia nutui parentia requirit, non benè ſua moderatur conſilia, aliena omninò reicit, ad iniurias celer, ad parendum difficilis. Si hac bile fuerit affectus Princeps; illico erit Aulicus dicto audiẽs; oculi, & aures nunquam indefeſſæ; humilitas, patientiaq́; haud in abſcondito; nec in grauibus, igneisq́; animi aduſtionibus erit in conſpicuo negotium, quod Princeps reformidet, ſummamq́ue proponenti Aulico afferat iniuriam. His artibus deuictus Princeps iam ferè ſe totum huic animi demiſſioni dedit; huic tantæ manſuetudini omninò ſemetipſum ſubijcit. Quid? Aulicus, qui ad nutum Principis omnibus accuratè obſequitur, qui celeri, atq́; optata expeditione cuncta peragit, qui propria ſuimetipſius deſpectione Principem faſcinat, ſe ad ſummum præclaræ conditionis faſtigium conſpicit perueniſſe. Princeps verò, qui alios non æquè diligentes, atq́; accuratos videt, qui hunc ſuimet-

Quæ Principi billioſo inſidiæ à ſagaci Aulico ſtruuntur.

Quæ Aulici artes.

metipſius contemptorem, nihil æquè, quàm ſua iuſſa curantem, nihil dedignantem, immò ſollicitum, anxium, quàm ſæpiſſimè cognoſcit, ſua ſe quaſi abdicat libertate, huic ſe dono dat, præcarioq; tandem imperat. Verùm Aulicus, qui præda capta gloriatur, eandem ytiq; cauea quadam conſeruat; cibum, qui magis naturæ congruit, apparat, vt licet ſeueriſſimè intercipiatur, ſe tamen nunquam doloſo carceri mancipatum ſentiat. Celeritatem in negotijs obſeruandam dictitat, ne videlicet temporis diuturnitate, nouas patiantur conſultationes, alijq; prædicentur probi viri ingenuitate, virtute, experientiaq; clari. In inſignibus viris ſuperbiam damnat, vt, ſi fortè à Principe poſthabiti, aliquid, de quo iuſtæ effundantur querimoniæ, habeant, nouam illi præbeant materiam, aut hos expellendi, aut odio habendi; Iracundiam etiam reprehendit in ſubditis, qui ſi deliquerint, aut leuis aliquid à Principe offenſionis ſuſceperint, tunc non benè illos in Principem affectos prædicat, vt odio habeantur. Tandem, quod vitij eſt in Principe, totum ſuis ſuaſionibus in ſui vſum, aliorumq; detrimentum traducit. In huius itaquè poteſtate eſt deniq; ipſos Magiſtratus decernere, Ius dicere. Genio Principis ſtimulus adhibitus, qui celer, ſuperbus, impatiēs, iracundus, plura inconſulta gerat, hunc ad obſiſtendum, conſiſtendumq; curſum ità incitat, vt ſemetipſum totum alieno Imperio regi patiatur.

Quæ eſt Principe humore ſanguineo affecto Aulici artes.

Si ſanguineo humore affectum videbit. Materia ſatis in promptu erit ad optatum citiſſimè extruendum ædificium. Hilaris ſemper erit, voluptatum amator, & cupidus, triſtitiæ infeſtiſſimus hoſtis, negotiorum, querelarumque difficilis exagitator, Auditor, & Iudex. Nouæ ſemper erunt in conſpectu aptiſſimæ voluptates; quibusquè eum magis irretitum videbit, maximè ſtudebit; voluptatem ſemper ſectabitur, iocis, Indisquè ſemper intentus; etſi fortè quid ſerij aliquando demonſtrarit, id non efficiet, niſi vocatus, nec vnquàm, cum ludicris eum intentum videbit; facilè huic erit illi ſcopo adhereſcere, ad quem ſua omnia velit dirigere. Aures cuicumquè noua petenti, ſiuè querelas porrigenti non ignorabit interclusas. Ijs Magiſtratus à Principe concedentur, qui callidi Aulici partes acerrimè defendent. Solus Princeps in Inſula Capræarum, vti nouus Tiberius in delitijs verſabitur, nomine tenus Princeps.

Si flemmatico humore eum abundare videbit, niſi adſit temperies, quæ hanc tarditatem magis concitet; præcox Aulici ingenium omnia maturabit, ſenſimque omnia ad ſe rapiet; licet enim flemmaticus ad omnia ſuſcipienda potens ſit, in omni tamen actione cunctatione vtitur. Inflammatus Aulici ardor ad calefaciendum maximè eſt idoneus, ſi hic enim nouis rerum

inuen-

inuentionibus abundarit, rem ſummam geret, ſummam enim Principis beneuolentiam ſibi acciſſet, cũ ea ſuggeri videat Princeps, quæ nequaquam ſui ingenij facultate ſibi ſubminiſtrari potuiſſe agnoſcat; Omnia tamen in huius erunt ſinu; hic erit ſummus Magiſtratus; Ex huius ore reliqui, qui creabuntur, pẽdebunt; Ex huius ſolum electione in ampliſſimæ dignitatis ſplẽdorem prodibunt, Id ſi erit, impediuntur recurſus, nec vllus erit criminationibus locus; Omnes hunc veluti numen colent, nec erit, qui pernicei ſuæ, nimium pauldus in eum inimicitias concipiat. Summa tarditas, nimiaque torpentis animi ſignities, cuius cauſa aliorum integritas, ſubditorum vires, ac Magiſtratuũ geſta occultè nimis latent, ſi diù ità perſeuerat, vt ſui Princeps obliuiſcatur muneris, ad id deueniet, vt quoſcumque potentis Aulici ſtimulos pati cogatur, atque alieno Imperio Reipublicæ Status ſolum adminiſtretur; ex quo ſæpè ipſi Reipublicæ deplorandæ immineat calamitates.

Qui melancholico temperamento magìs abundat, auaritiæ, turpitudini, timori, inſcitiæ, peruicacię, ruſticitati, ac cæteris huiuſmodi prauis affectionibus ſubijcitur. Huic qui inſeruit, accuratè admodum caueat, ne Principis voluntati, ac dictis ſe ſeratione aliqua opponat, ne moleſta, longaque importunitate, ad ea, quæ facilè ex Principis arbitrio promanant, eundem Principem cogat. In colloquijs prudenter admodum ſe gerat, cum enim periculum ſit, ne hæc quaſi vulpecula paratos laqueos effugiat, maiori ideò opus ingenio, & arte videtur. In Principis animo eam primùm firmam inſerit opinionem, qua nimirũ ſibi facilè perſuadeat Aulicum, nihil aliud præ oculis habere, quàm ſolam eiuſdem Principis magnitudinem, atq; vtilitatem, ad quã vires omnes, ac conatus acerrimè intendantur. Principis deindè oculis obſcuram quandam caliginẽ effundere conatur, adeò, vt in ſemetipſo niſi eæ animi propenſiones, quæ Principis ſecretioribus, vel maximè reſpondeant, & ſimillimæ ſint, conſpici queant; vt propèmodum naturales, & propriæ videantur. Principi prætereà aſſentatur, maximè, ſi nimium hunc ſibimetipſi cõcedentem agnoſcat, adeòque quodammodo allicit, vt Aulici ſuaſionibus adductus opinetur mores ſuos, quamuis improbos, & enormes virtutum ſpeciem, aut minimorum ſaltem errorum habere; quæ quidem res Principis inſcitiæ grata admodum accidit. Poſtremò omni diligentia, ac ſtudio cauet, ne eandem Principis gratiam quiſquam occupet, præſertim homines virtute inſtructos longè arcendo; nec abs re fore exiſtimat, ſi occaſiones arripiet, temporiſque opportunitate vtetur ad æmulos ſuos aliena ope e medio amoliendos, dùm magnitudinem ſuam humillis modis palàm obtegere, ſuamque potentiam ſimulatæ

Quæ cũ melanchonico Principe.

huma-

humanitatis velamine abſcondere ſemper contendet. Quibus artibus ſtrictiſſimè vinctus Princeps in quamcumq; formã præſtigiatrix illa, ac inſidioſa Circes nouarum ſemper rerum inuẽtrix iuſſerit conuertetur.

Eximia Aulici ars.

In his exequẽdis plurima exigitur ars, nullamq; tamen exiſtimo maiorem, quàm quæ in impediendo impenditur, quominùs Princeps ad honores promoueat viros dignos, captandoquè occaſiones; quibus æmuli ab Aula, aut vi eijciantur, aut ſponte abeant. Ingenti ſtudio in id incumbunt ferè omnes praui Aulici, qui apud Principem aliquos ſaltẽ beneuolentiæ gradus conſcenderint. Id circo, ſi Principem ſuſpicioſum perſpicit, nequaquam apertè, neque huius, neq; illius mores increpabit; aſſiduo obſequio facilè occaſionẽ quæri poſſe putat, cum Principem ſiuè ad familiaria colloquia attrahat, ſiuè attrahatur. Si tempus non aduenerit, paratur ſtudium, quo laudum celebratione nunc huius, nunc illius ſibi aliqualem comparet fidem. At inſulſæ laudes erunt, dùm vitia aliqua non excludunt, quæ ſi nõ expreſſa, aliqua ſaltem ratione Principis animo benè firmata inſideant.

Alia iniqua ars Aulici praui.

Inuoluuntur eæ ſub candidiſſimo, ſiuè amicitiæ, ſiuè agnationis velo, quæ omnes malignitatis tenebras propellũt, vt hoc quaſi clypeo, cum maior ſe ſe dederit occaſio, falſa ſemper inſerenti pronior ſit fides. Secretis criminationibus infamauerat Manlium Valentem ignarum Fabius penes Vitellium, & vt incautiùs deciperetur, palàm laudabatur. At hæc inania, ni alij proponantur, quorum electio Aulici partes tuetur; qua in re magna arte, magnoq; ingenio plures iniquos Aulicos vſos fuiſſe comperimus; dùm hic ad Principis præſentiam aſſiduus captat opportunitatẽ, ſi malè ab aliquo Magiſtratu adminiſtrata munera queratur Princeps, opportunus aſſidentis peſſimi Aulici conſenſus affirmat; ſi quid pro eo dictum caſu acciderit, ad culpæ diminutionem minimè ſufficit, cum ſemper Principis voluntas concitetur magis, cui nemo aliquo beneuolo officio commodè ſuffragatur. In his interim ab Aulico noua ſemper prætexuntur; hunc modo, modo illum, aut celebrat, aut damnat, qui ſuis partibus magis adhæreat, quemq; alieno numquam à ſe animo futurum exiſtimet. Alia deinceps poſt aliquod temporis interuallũ neceſſaria illi muneri recens proponit, quæ pariter eò ſpectant, vt ad iàm commendatum vſum adhibeantur; hoc ſenſim imbibit Princeps, ſalubrem opinatur potionem, & tanquam ſuauem deguſtat; interim ille, qui non tàm rectè ſe geſſiſſe, munuſq; ſuum minus præclarè obijſſe exiſtimatur, aut à Magiſtratu deijcitur, aut ad aliud munus explendum demandatur. Hic ſubſiſtit Princeps, nec apertè vllum quidem verbum facit; prauus ille Aulicus ſoli Principis arbitrio res relinquitur, qui quaſi fœtum in lucem emittere cogitur. Creditur Principis

partus;

partus ; at verus pater Aulicus eſt ; dumque Princeps ſe omnia ſuo quaſi Marte gerere creditur , alterius Imperio cuncta adminiſtrat, Aulicusq; qui ſinceri animi candore ſolũ quid ſentit, dicere profitetur, ſuarũ artiũ fructibus lętatur; illum repẽte à ſede deicit, hunc attollit; alacer & lętus omnia in ſua conſpicit poteſtate, æmuliq; loco, qui, ſi talẽ Magiſtratum conſecutus fuiſſet, reuerentiã , & honorẽ erga ſemetipſum aſpernatus fuiſſet, alium cõferentę obſequiũ reperit, qui litteras, qui negotia dirigat , qui ſe ſolum arbitrum negotiorum Principis, quibus ille præpoſitus eſt, agnoſcat . Fraudolentis hiſce deceptionibus ſagax Aulicus ad ſe omnia trahit, qui, dum Magiſtratus ex voto eligũtur, errores occultat , veluti illius gerentis officium miniſtri creator , & ſemper ad nouas artes, dũ conſulitur, minus exiſtit ineptus, cum digeſta, præuiſaq;, quæ alijs latent Conſiliarijs, niſi cũ docentur, aut palàm fiunt, ad ſui vſum proponenda habeat . Ne tandẽ hæc omnia Principi innoteſcant , alia arte ſibi conſulendum exiſtimat . Non contentus ſibi aliquã partem Principis aſciuiſſe, integram velle ſatagit, eoque magis, ſi prouidentię nomine ornari Princeps profiteatur . Adſtat illi continuò, aut ne quiſquam in illius gratiam ſe inſinuet, aut ne obtrectet, ſemper verens , ac timidus, nouarum rerum pretextu Principis aures fatigat , vt his diligenter intentus animum, ac aures alio minimè dirigat ; Et ſi fortaſsè aliqua negotia ſcitu digna ad audiendum Principẽ cogit, ſenſim proponenda curat , vt ſemper noua Principẽ adeũdi, eademque pertractandi negotia ſibi non deſit occaſio . Cogit Principem antiquas deijcere amicitias , aſſumere nouas , vt his fretus, mentem, volũtatem, negotia, Imperium, omniaque in ſua poteſtate habeat ; Magnũ eſt dicere peruerſum Aulicũ ſibi partẽ Principis vſurpare; at totum velle, quid maximum eſt , atque vt apertiùs loquar, ab humanitatis ſenſu longo abhorrẽs. Eo audaciæ ſemper feruntur nõnulli Aulici, vt in eas anguſtias ſępiſſimè Principem retrahant, vt nullis alijs propriã committant fidem, cũ pendere ab his, tùm amicitiæ, tùm Magiſtratus dicantur .

Alia impia Aulici ars.

Alterum fundamentũ iniqui Aulici ; quo ſibi liberã imperãdi facultatẽ arrogat, in eo poſitũ eſt , vt ingenioſis artibus ad eorũ amicitias ſe conferat, qui cũ Principe familiariſſimè degunt. Ab his certa paratur fides, cum ſe neminem amare , nullamque fidẽ magis colere, quàm quæ Principi debetur, claris argumentis demonſtrent ; cæteros omnes amicitiarum nexus promptiſſimè diſſoluere velle videntur, vt liberiùs debitum reuerẽtiæ cultum exhibeant . His certè nimium fidit Princeps ; nec ſatis cognoſcit, qui cõgreſſus, quæ alloquia quotidie fiant. Aulicus hic, qui ſe tanta fultum neceſſitudine videt, hacque quaſi armatum lorica, omnia ſemper tela ſubibit , omnia excipiet; nec periculũ erit,

E[illegible] alterũ fundamẽtũ, quo nititur Aulici mali.

 vt ab

vt ab alijs alicuius hoſtis iaculis vulneretur, dũ apud Principem tã validum patrocinium ſortitus eſt. Si quis primum violentiæ impetum valenter infringit, quem aduerſus ſe paratum cernit, fortiter poſteà in arenam deſcendit, ex commiſſo certamine certiſſimũ victoriæ triumphũ reportaturus. Si præliatur Aulicus, ac ſæpiſſimè malignis tormentorum viribus quatiatur, ſi firmum aliquod apud ſe præſidium habeat, quod eum tueatur; acerrima ſemper erit pugna, quã certiſſima planè victoria excipiet; nec è caſtris vnquàm recedet, quin victoriæ triumpho ſemper lætetur. At inquies, quorſum tot Aulici praui Machinationes? Auaritia, Ambitio, potiſsimæ omnium malorum radices facultates ſæpiſsimè exhauriunt, vt alienas conſumant, vt Principes exſiccent, vt emolumenta honoraria ab alijs Principibus expiſcentur, vt ſceleratæ perfidiæ arte commoda ingenia ſibi parent. Atſi Aulicum nimia auctoritatis, ac potentiæ cupiditate in altum extolli concedamus, quæ tunc artes in occulto poterũt celari? Populus ſatis allectus, nobilis iã ad alta prouectus, muneribus corruptus miles, Duces liberalitate donati, Princeps odio infenſus, ad ſupremũ dignitatis faſtigium hunc Aulicũ euehere poſſunt. Quam plurima reperientur exempla, nimis apertè indicantia, quantoperè plures ex ignobilitatis educti tenebris enixè laborarint, vt, quod vix oculis proſpicere potuerint, manu, auctoritateq; ipſa ſurriperent. Ingens tamen periculũ, quod ſubiturus eſt Princeps, ex praui Aulici magnitudine cõmenſurandum arbitror; ſi enim ad hanc potentiæ cupiditatẽ facilè promoueretur opportuna temporum cõmoditas, in ipſius animũ etiã inſinuare poterit omnem artium, ac ſimulationum abiectionẽ. Verùm licet nullum aliud emergeret incõmodum, ſummoperè verendum eſt, ne tã immenſus huic vni cõceſſus fauor Principem negocijs imparem, parumq; prudentem declaret, animos prætereà procerum, beneq; merentium planè alienet, totius denique regiminis ordinem adeò perturbet, vt vnuſquiſque Principatũ Iuſtitia vacuum, æquitateque ſpoliatum meritò arbitretur.

Quæ tot iniquorum machinationũ cauſa.

Verùm vndè accieda remedia? Vt tantis inſidijs forti pectore ſe ſe opponat Princeps, quis erit ſecurus defenſionis locus? Vnũ, vel alterũ remedium, & vtilitatẽ, & ſecuritatem conferre poſſe exiſtimarim. Iàm illud firmiter in mente ſeruetur Principem nimirum ingenij virtutiſq; præſtantia pollere debere, ſi enim deſtitutũ hiſce videbis, inualida quæcumq; erũt remedia, quinimmò in ſeuũ ac peſtiferũ virus conuertẽtur. Si Princeps ità firma erit capitis, & corporis validitate, vt quæ extrinſecus aduenerint, à potioribus illis virtutibus ſemper cohibeãtur, nõ erit, qui intentatis callidis machinationibus hunc diuexet. Sit ſẽper ipſe Princeps ſuperior, qui aliorũ dicta, & facta increpet, cõpeſcatq; aditũ,

Quæ remedia.

 aureſq;

aureſque omnibus patefaciat; Honeſtæ animi recreationis ſpecie nũquam amœnis hortorum delitijs ſecedat, neque ad ſe aditus quaſi vendipatiatur; benigno ore hunc, illumq; excipiat; nec dicentem odioſè interpellet; Quæ erunt in infirmo Aulici capite vacillationes, ſtatim cognoſcet. Sit ipſe Maris inſtar, ad cuius immenſos vndarum fluctus flumina omnia defluant; quæpiam querentem Aulici placito non permittat. Secus ſi fiet, Aula deſeretur, immò replebitur Aulici aſſeclis, & ità faſcinata mens Principis ſemper vaga incertè, & indecorè imperitabit. Vt poſtulauerit neceſſitas, non illius conſilio mens hæreat; alios aduocet, quibus proprios, atque alienos animi ſenſus communicet. In electionibus quid vniuerſus ſæpè ſentiat, velitque populus, præ oculis habeat; firmum, conſtanſque iudicium, quid ab vniuerſo ſuggeritur populo, ſolum mẽte recolat; huius fida mẽs Principis intellectum illuſtrabit, cum ſępè etiam integerrimus Aulicus infeſtis animi perturbationibus obnoxius vexetur.

Difficilè præſcribitur certa ratio Aulico, qua tempeſtuoſos Aulæ male inſtitutæ fluctus fœliciter euadat.

CAPVT XXIV.

QVIS Aulæ prauæ inſita uitia ennumeret? Si propriùs Aulam hanc intuearis, quid incõmodi non cõſpexeris? Caſtitatẽ ab impudicitia, natiua deiectã ſede, loco proſpicies, fidẽ à perfidia excluſam, modeſtiam à petulantia calcatam, temperantiam ab inſolentia proſtratam vt in fide ſtetiſſe humilis videatur ingenij, miſericordiam, & modeſtiam nimiam ſapere religionem, ſeruatam verecundiam fœmineã ſpeciẽ præſeferre. Ibi plura alia videbis, quæ ſanè te in admirationem cõcitabunt; &, ſi propè ad oſtium acceſſeris, vel limen paululum attigeris, en aditum prauiſſimæ obſeruant iniuriæ, leues, immò nullæ apparent gratiæ. Si quis fortè, vel inconſulto verbo lapſus fuerit, etiàmſi illud rectã planè redoleat mentem, illicò aderunt, qui id totum referant, cuius Principi æterna erit memoria, impiumque dictum ad excidium Aulici recidet. Si gratia apud Principem quis polleat, quæ non erunt tunc tẽporis in aperto æmulationis? Quæ oblocutiones? Qui doli? Inuidiæ ſemper quæque magna patuerũt; humilia verò calamorum, linguarumque cenſuris minimè obnoxia. Ibi

Aulæ vitia enumerãtur,

Digitized by Google

fallere, ſocium circumuenire, falſis ſociorum delationibus ad maiora conſcendere, aliorumque euerſionibus, ſua ſtabilire ſummæ laudi tribuitur. Aliud verò mente, aliud ore loqui itá crebrũ eſt, vt non mentiri, vel ipſius humanitatis conſuetudinem refugere videatur, nec quidquam aliud certiùs ſibi animo concreditum quis fingit, quàm tacitam cogitationem, qua ità ſemper efficiat, vt conceptui interno prolatæ voces repugnent.

Quid agẽdũ ab imperito Aulico. Principis mores adiſcendi. Si ad irã pronus Princeps, mollis Aulicus.

Quo igitur ſe verget imperitus adoleſcẽs Aulicis his turpibus fluctibus, ac tẽpeſtatibus obiectus? Antè omnia Principẽ intueatur, mores illius diſcat, vitã, ingeniũ, animique illius in omnem partẽ propenſiones; ſi pronus ad iram fuerit, ne huic rupi illidat pedẽ bonus Aulicus, qui iniuriã acceperit. Mollibus dura molleſcunt, maximè in Principe. Maximèque effingat ille ſe non paſſum, quæ patitur, immò poſt acceptã iniuriã, plus obſequij oſtẽdat. Nolunt videri offendiſſe Principes; quod ſi iniuriam ille ſe paſſum oſtenderit, vertuntur in odia, indè in ſanguinẽ. Obſequia

Ne merita efferat Aulicus.

etiam, & merita, ne verbis efferat. Nolũt Principes ſibi vllũ debitum impoſitum videri, rogari enim volũt, & quicquid eis obſequij datur, deberi putant; quod verò quacumque licet merita cauſa largiuntur, pro gratuito munere cognoſci volunt. Si inani

Præclara ſẽper de Principe locutio.

ambitionis cauſa in altum effertur Princeps, præclarè ſemper de illo loquatur, domeſticiſque ſuis fortiter imperet, ne quid in Principem dicant illaudabile. Domeſticorum etiam dicta dominorum habentur; nec ſi quis in Principem liberius arroganti ſermone exurgat, ſcelera detegi patiatur, immò extenuet, laudeſque reponat, non immemor ſuſurrones hos non tam ſenſus ſuos aperire, quàm Aulici mentem ſcrutari.

Beneuolentiã ſibi omniũ cõciliet Aulicus.

Beneuolum poſteà hic ſe præbebit omnibus, damnabit neminẽ, mordebit neminem ore, calamo, vultu, laudabit omnes, etſi aduerſarios habere contigerit, amicos ſimulabit; omnibuſque beneuolentiæ ſignis præoccupabit, & inſidias muneribus anteuertet, immò ſi petentibus commodauerit, vltròque dederit, accipiet tanquã beneficium. Incredibile dictu, quid pecuniæ negle-

Ad beneuolẽtiã cõparãdã ſũma pecuniæ vis.

ctus, quid munificus inter Aulæ ſectatores Aulicus poſſit, vt auſim dicere, Imperare poteſt, qui dare poteſt. In omnes effusè erogare ſtolidum eſt, in quoſdam prudentis; à prudentia ergo diſcrimine petenda ſunt, & plus ſæpè in delectu, quàm in munere difficultatis, ac laudis eſt.

Modeſtia, ne abſit.

Virtuti ſummopere coniunctã modeſtiã curet Aulicus, nemo niſi experiẽtia doctus credat, quãtũ hæc polleat. Comitas, morũ facilitas, facilis adit⁹, beneuola, & amica cõpellatio, frõtis amœnitas, certa beneficia alacri animo collata, tacita maximè, nec vllius oſtẽtationis voce celebrata, ſi qua potiſſimum neceſſitas premat, ad magna peragenda quàm maximè promouent.

Inter

Inter hæc tamen Aulica documenta ſimulatio ne abſit; hac quemquam circumueniri nolim;hac tamē velim pericula à capite arceri.Nimis ſanè candor,& retectum pectus, & frons animo reſpondens non ſapiunt Aulam; ſæpè enim ſincerus candor conſilijs deſtituitur,nec habet,quod reponat, quo pedem figat, quo retrahat,ſi neceſſitas,aut qui doli occurrerint cogitationes ideò ſuas,conſilia,amicos,facta etiam Aulicus, ſi poteſt, teget; dictorum interim, factorumq; aliorum diligens ſit obſeruator; magnique illud eſt habendum, vt ſi quis aduerſarum partium propiùs conſiliorum noſtrorum indagator acceſſerit,quocumque etiàm verborum amiciſſimorum lenocinio ludat, ignarum, dubiumque rerum ſuarum dimittat,vt nec apertè neget, nec fateatur apertè.

Nō vltimo loco relinquenda eſt ſimulatio, qua à capite pericula appellantur.

Cauendum eſt etiam,ne priuata Principum beneuolentia, ac amicitia abutatur; ità accidit Aluaro de Luna ſub Rege Ioanne, & in Romano Imperio Seiano ſub Tiberio. Multis ſæpè contigit;nec vlla ætas fuit, quàm non per familiaris alicuius domeſtici cedes funeſtarit. Mare Principum Aula eſt,alternis æſtibus reciprocum,multorumque aut iactationibus,aut naufragijs infame.Puncto ſæpè,qui ſtetit,cecidit, & ex ſublimiori altitudinis loco,maiora retulit præcipitia; Nulla tempeſtas grauior eſt,quā quæ ſummæ malacię incubuit,& prudentiſſimus quiſq; Nauarchus tranquillo diffidit mari,paratq; in alta fluctuum pace, quæ infido nimium elemento,ac quaſi perludum claſſes,vrbes, inſulas,prouincias, ac regna abſorbenti opponat.

Principū beneuolentia modeſtè vtēdum.

Verborum dein apud Principem parcus erit. Malè libertas Platoni apud Siracuſanum Dionyſium ceſſit; Quare aut abſtinendum Aula,aut non niſi raro, ac paucis Princeps conueniendus, ne domeſticam quaſi quandam familiaritatem inducere velle videatur; ſed neque facilè in medijs luſibus interpellandus Princeps. Ingrata diademati interpellatio eſt, quæ gaudia ſecat.

Verborū parcitus in Aulis ſūmè neceſſaria.

Studiorum autem maximum Aulici eſt Aulicorum ingenijs ſe accōmodare;ſi iuuenes ſunt,aliquid concedendum ætati,aliquid indulgendum.Si ſenes,cautè cum his agendum,ac præmeditate,Aetati etiam veneratio ſua tribuenda.Si nobiles, honoris eos officio colat,magnificè habeat,laudet,veneretur. Si diuites, quos inſolentia ferè comitatur,ac ſuperbia diuitiarum comites, declinet,quiſquis ſapit,hos ſcopulos;familiaritatem,& cōgreſſus fugiat; ſi ſint,qui plurimum apud Principem poſſunt, amici ſunt parandi.Si per Aulicum minimè,ſaltem per domeſticos, & familiares illorum,ità tamen illis ſe adiungere debet, vt Aemulos non offendat;vtroſque potiùs colat,hos clàm, apertè illos; ſi vtroſque apertè ſine alterius offenſione nō poteſt;& quiſquis

Quomodo cum Aulicis gerendū ſit.

Quâ pruden-ter Aulico eſt agendũ.

ſapit, cauebit etiàm, ne quem domeſticorum Principis offendat, nàm licet prodeſſe non omnes poſſint, obeſſe tamen plurimi, & ſolis criminationibus plus euertere, quàm reliquorum omnium ſtudia promouere. Cum tamen amicos ſibi primates parauerit, etiam infimos beneuolentia vincat, alios comitate, alios officio, ac muneribus paret, omnium, non tamen improborum ingenijs ſe attemperando. Ità Alcibiades Athenis Oratoris, ac Philoſophi perſonam induit, ſeuerioris viri apud Lacedemonas, bellicoſi apud Thraces, otio dediti apud Ionios, fáſtoſi apud Perſas; Imitabitur Aulicus dùm inter Cœtos hilaris, grauis inter maturos, inter doctos eruditus, inter indoctos eruditionem teget.

Quid agẽdũ, cũ Aulicum Princeps cõſulit.

At ſi conſilium exquiret Princeps, ſi in tyrannidem pronus, res eſt plena periculi. Ab euentu enim ferè tales res iudicant, ac licet aut fortunę inconſtantia, aut aliorum improbitate inſidijs, fraudibus, aut imprudenti moderatione aliter res ceciderit, in primi tamen conſultoris caput damna vertũtur; Quod ſi pergat vrgere Princeps, rationes in vtramq; cauſæ partem adferat, quæ conſulitur, ea moderatióne, vt non intelligat Princeps, in quam conſultor partem propendeat; quò integra, liberaq; electio ſit Principi. In omni deniq; re graui euentus dubij ac incerti, à quâ Reipublicæ fœlicitas, aut ruina pendet, cautè ſe conſultor habeat; nàm & in proſpero ſucceſſu laudis, ac gratiæ parum eſt, in infœlici verò, & è quo popularis aliquis tumultus timeri poteſt, certum conſultoris capiti periculum imminet; nàm vt ſe apud

Quã noxiũ Aulico Principi conſuler.

populum Princeps purget, in conſultorem ſæuit. Si autẽ improba proponantur, cum prauis illius obſequi affectibus certiſſima ſit Principem perdendi via, res eſt protrahenda, ſi commodè licebit; Primi enim in Principe æſtus nulla re certiùs, quàm mora temperantur, ac franguntur; ſi hoc fieri non poteſt, iuſtitia, ac imperitia eſt proponenda, de hinc incommoda magna tamen modeſtia, vt non videatur docuiſſe velle. Nolunt diademata doceri, turpe nimirum ipſis diſcere.

Quã tenax cõmiſſorum à Principe Aulicus debet eſſe cuſtos.

Commiſſorum tandem à Principe tenaciſſimus ſit cuſtos, vt antè vitam profundat, quàm concredita prodat; multos improuida cuſtodia perdidit, at nec vxori, nec filio, nec amiciſſimo ſibi, non parentibus commiſſa ſibi à Principe credat. In nullius deniqúe, etiam maximi viri ſinum, fidemq;, quæ accepit, depronat; non conſilij, non auxilij cauſa; nihil enim tàm graue eſſe debet, quàm ſibi creditis plurimorum aures replere. His omnibus documentis inſtructus Aulicus, facilè periculoſos ſcopulos, tẽpeſtateſq; tàm caſti Aulici Maris euitabit.

An

An deceat Principem habere Gratioſos, qui vulgo appellantur Fauoriti, an vnum, an plures, quibuſquè de cauſis hi tandem in præcepsruant.

CAPVT XXV.

RATIONI minimè conſentaneũ quibuſdam videtur eſſe tàm facilè interdicere Principi, vt cum & ipſe homo ſit, communi quoque hominum addictus ſocietati, cum intimo ſuæ Aulæ amico vitam honeſtè poſſit traducere, quo cũ ſecretos animi ſui affectus communicet. Idcirco non immeritò in controuerſiam venit, an hos præpotentes Aulicos, an vnum, an plures Principem habere deceat. Quædam profectò videtur præſentanea ineſſe neceſſitas, cum per hos facilis omnibus ad Principem pateſiat aditus, ſupræmaque horum poteſtate ſæpiſſimè plura, quæ maximam ſecum important vtilitatem, ſummaque euitant incommoda, Principi innoteſcant, omnibuſque alicuius infandi ſceleris ſuſpicionibus ſemetipſum eximat, dùm in hos ſemper cuiuſcumque improbi facti culpa reicitur. Contro verò nimia Aulico conceſſa auctoritas, propriam Principis diminuit; proque obſeruantia ſibi locum vindicat contemptus. Tiberio tanquam ſpreto Imperatori animum aduertebant Romani; faſtu enim Seianus, potentiaque adeò efferebatur, vt in Imperatoriæ dignitatis ſolio conſidere ſibi videretur; difficilis enim nimium eſt illius moderatio, qui nimia ſuperbiens gratia, & auctoritate, hos, atque illos percellit iniurijs. Hinc contra Aulicum ipſum, ac Principem publici odiorum, malorumque fontes ad totius Reipublicæ perniciem erumpunt. Si verò quem modeſtũ præ manibus habuerit Princeps, non incommodè Principem facere exiſtimarem, ſi ſe huius aliquando conſuetudini addiceret; Cum tamen hoc plurimum difficultatis in ſe habere cenſeam, non liberam omnem auctoritatem, ſed certis circumſcriptam terminis conferendam dicerem; atque vt honores, & beneficia hunc magis extollant, quàm damni ingens auctoritas ſuſpicionem inijciat, eodēq; rectè iure, quo cæteri, publiciſque legibus adſtrictus teneatur.

Quæ vtilitates ex pluribus præpotentibus Aulicis.

Quæ incommoda.

Ex

Digitized by Google

Vnus tantum eli præpotés à Principe videtur.

Ex his autem omnibus quis vnum tantum ad Principis gratiam admittẽdum, plures verò reiciendos dixerit. Diuiſio Principis animum diſtrahit, factionum, ſeditionumque origo, ac fomes eſt, quæ, ni benè à Principe comprimantur, facilè eſt, vt Imperij integram incolumitatem deperdant, quiſque adhæret ſuis factionibus; inuidia; & odium fidẽ ſæpè mutant; ſæpè etiã aduerſus ipſum Principem rebelliones intentant. Quo verò firmior Prudentia in pluribus emicat, eo magis ſemper in aperto Principis ſalus pateſcet; Quo maior animi integritas, eo minor corrumpendæ fidei dubitatio; ſi omnium cogitationes in id conſpirent, vt Principis ſalus, præclarumque nomen incolumẽ exiſtat; tutius, firmiuſque plurium, quàm vnius præſidium exiſtimarem; dum enim plures ſunt, alteri, qui Principem circumueniat, alterius ſemper ſincera fides ſe ſe opponet, ac contra peruerſam, infidamque vnius voluntatem, pacata alterius fides, conſtantiaque obarmabitur; nec odij timor, atque contemptus vnquam Principem ſubibit. Quod ſi hos, aut hunc vnum modeſtiæ cancellis minimè contineri poſſe Princeps perſpexerit, ſuam tamen à ſe procul non amandet auctoritatem, vt ab his demum rectè tractata negotia, ac præclaro euentu concluſa videat.

Plures eligendos cum aliqua tamẽ cautione è Pricipe nõnulli voluere.

Cauſæ Aulicorum præpotentũ excidij.

Hi præpotentes Aulici ſæpiſſimè in præceps ruunt, priuſquã ſe à gratia Principis ſentiant deceſſiſſe. Vt rutilãs fulgoris ictus, quamuis cum fragore tonitruum vno, eodemque momento ingentes nubium tractus perfringat, priùs tamen minaci ſplendore ferit oculos, quàm tonitru audiatur; & vt ſanguis priùs, quàm patens vulnus, cernitur, ità hi apud Principes gratioſi, plerumque antè ruunt, quàm ſe ruere ſentiant. Multiplices tàm præcipitis mali cauſæ poſſunt afferri. Alia enim eſt inſtabilis fortunę genius, qui nunquam conſtanti beneficio quemquam dignatur. Alia leuis Principum, vel nullo, vel ſanè debili fundamento firmata, atque temerè plerumq; in hos, aut illos propendens inclinatio, quæ cum feruet maximè, neſcio quo fato nonnunquam tepeſcens, plerumque in frigidiſſima priſtinę gratiæ obliuione deſinit; nàm Principes, apud quos aliquorum sẽper vires validiores ſunt, mutabili ferè amandi affectu feruntur in diuerſa: Repente amicitias auſpicantur, tædio deponunt, & noua familiaritate reficiunt animum in veteris conſuetudinis nauſea faſtidientem. Modeſtiores ſunt, qui non violatis prioribus nouos amores ſuperaddere non dedignantur; indignatione tamen, ambitu, rixis ſuam regiam implent; Diutius quidem, ſed non tutiùs, aut fidelius amant, qui negotijs, curarumque ſublimitati minimè ſe ſufficere ſunt conſcij infauſtiſſimo ſæpè fato ad ea tractanda miniſtros decernunt, quibus etiam ſe ipſos

Præcipuè enarrantur cauſæ.

com-

committunt, ex quorum electione apertiſſimè patet, ſapientiùs eſſe eligere, qui ſe regat, quàm ſe ipſos regere. Cæterum non amare hunc modo ſolent, ſed vereri, ſuſpicere, obiurgantem timere, donec iſte oblitus ſe præcario regnare, tyrannidem nimis intenderit, aut ipſe Princeps ſummâ ſuorum negotiorum mole, aliorum etiam humeris impoſuerit. Principum inclinationes tanquam nullis cohibitæ pœnis, multiplicis ſunt generis, præcipuè tamen & communiores ſunt, Amor, Crudelitas, Auaritia; Amor, vt affectuum omnium vehementiſſimus, ità leuiſſimus eſt, & quàm maximè inconſtans, vt inde, qui ſe ſocios, teſtes, miniſtroſque Principis obſcænitatibus præbent, de diuturna gratiæ perſeruantia nequaquam ſecuri eſſe poſſunt. Crudelitatis miniſtri, vt exprobratores à Principibus æſtimantur, nec non etiam ſæpè cuiuſcumque crudelitatis infamia hi turpiſſimè notantur, quod certè Ramiri Orci, Antonij Perezij, Cn. Piſonis apertiſſimis exemplis poteſt demonſtrari. Auaritia quamuis ſuccreſcentibus annis, & ipſa creſcat, iſti tamen deglubendi populi magiſtri eatenus à Principibus amari ſolent, quoad ab eorum ſtudijs aliquid vtilitatis ad ſe vident promanare. Sæpè verò fit, vt poſt oblatum Principi commodum eiuſdem Principis cumulandi auri cupiditas, ſummo miniſtri detrimento expleatur. Ità Veſpeſianus Procuratorum capaciſſimum quemque ad ampliora officia ex induſtria ſolitus eſt acceſſere, vt locupletiores mox condemnaret, quibus vulgo pro ſpongijs vti dicebatur, quod quaſi primum madefaceret, humentes demum exprimeret. Alia apud infenſum virtuti, & gloriæ ſuorum Principẽ certiſſima perniciei cauſa eſt ipſa virtus; Nihil enim magis ille timet, quàm, qua ſuis machinationibus deſtituitur, virtutem. Innumera ſunt illorum exempla, quibus non crimen vllum, non querela, ſed virtus, gloria, familiæ claritas, & quid aliud honeſti ſummum exitium peperere. Ludouicus de Silua Emanueli Luſitaniæ Regi in primis charus, maximę ſemper prudentiæ argumenta præſetulit; illum igitur, Rex, cum à Pontifice latinæ veniſſent litteræ quàm elegantiſſimè ſcriptæ, reſponſum componere iuſſit, quod & ipſe Rex, vel æmulationis gratia, vel gloriæ ſtudio ſe tentaturum dictitabat. Ludouicus quamquàm inuitus de ſcientię Principatu cum Rege ſuo contenderet, coactus neceſſitati paruit, & ſcriptum à ſe reſponſum poſtero mane Regi, qui, & ipſe idem conatus erat, oſtendit; quod cum vidiſſet, diligenterque lectitaſſet, præclarã conſcius ſuo elegantius eſſe, ad Pontificem mitti iuſſit, ſuppreſſo interim, nec cuiquam oſtẽſo ſui ingenij conatu. Ludouici tamen vehementiſſimis precibus dedit, vt conſpicere liceret; qui ab Aula recedens, ad eam nunquam in poſterum reuerſurus domum feſtinus perrexit; & quam-

Quæ præcipuæ Principum propẽſiones, Amor, Crudelitas, Auaritia.

Virtus ſæpè cauſa excidij Aulici.

Notiſſimum Ludouici de Silua exẽplũ

quamquam meridies eſſet,pro ſe,duobuſque filijs tres equos inſterni iuſſit;nec ſumpto prandio, ieiunos filios repentè in apertam quandam planitiem deductos,his verbis allocutus eſt. Cariſſima pignora,vbi Rex me illo plura ſcire cognouit,non eſt, vt beneuolum illum amplius fore ſperemus, Rodericus Gomezius Silua,qui in Philippi Aula poterat, à prudentiſſimo quodam ſene accepiſſe ſe dixit in ſacris litteris acceptum reſponſum (corā Rege noli videri ſapiens), atque ideo, quamquàm ſummo animi conatu niteretur, vt boni conſiliorum ſuorum euentus fructus excerperētur; ea nihilominus exteriori ſpecie negotia tractabat,vt illa ceptorum fœlicitas,non tàm a Prudentia ſua, quā potiſſimum a Regis virtute, ac fortunæ quadam indulgentia ſedulitatem,fidemque comitante ſuam prouenifſe videretur. Hac arte acutiores Regiæ beneuolentiæ ſtimulos adiunxit,nō aliter; ac in ludo;qui fortunæ victoriam debet, ſine victi indignatione lucrum reportat; qui ſuis artibus vincit, inimicitias plerumque ſortitur. Alia cauſa eſt,ipſorum Aulicorum culpa,qui fuga fortunam ſuam longè a ſe repellunt,ſeriùs ſi ſaperent, receſſuraim; Ex his quidam,vel contempto, vel ſaltem non cognito Domini Ingenio,cauſam,qua amantur, nequaquam colunt. Alij adhuc cruda,& recentia Domini ſtudia,tanquàm nondum rectè diſpoſiti ſtomachi,eius robur importuno vſu obruunt; quoſdam ignoratio, ſatietas quoſdam decipit, qui licet optimis quibuſcumque fortunæ muneribus circumfluant, Dominum tamen in nouæ alicuius amicitiæ illecebras propenſum tanquàm iniectis laqueis adſtringūt,proclamantque ad promiſſi amoris vindicias; Ità,qui de gratiæ ſtatione neſcio quo fato receſſere, ad magnificum otium rapi malunt,quàm abire. Alia eorum culpa,qui tot muneribus,totque beneficijs,quibus ornati ſunt, minimè grati in ipſum Principem ſcelerata intentare conſilia auſi ſunt. Alia eorum,qui,dùm ab externis Principibus, vt pares, ambiuntur, nòn intelligentes ſollicitari ſe ad proditi Domini ſcelus, conſilia,quæ tegi oportebat,alijs aperuerint. Alia eorum, qui ſuperbia,faſtu,auaritia Optimatum aut Populi odium in ſe concitāt; omnis enim error, omne in adminiſtranda Republica delictum, omnis vectigalium,tributorum, aliorumque operum impoſitio gratioſis in Aula viris adſcribitur. Alia culpa eſt eorum, quibus pernicioſum quàm maximè fuit obieciſſe, & exprobraſſe merita; nàm eo vſque hilaritatem quandam præſeferunt merita,dùm videntur poſſe exſolui,neque exprobrantur. Non igitur benè rebus ſuis conſulunt, qui meritorum, diuturnæque ſeruitutis,ſuperbiæ fidentes,verbis etiam, & querelarum acerbitate, ingratum ſuorum Principum animum ſtudent arguere. Horum enim natura eſt,vt cogi nequaquam velint, etiam quæ debent,

Dictū Roderici Gomezij.

Nonnullæ recenſentur cauſæ.

cum

cum ſoluunt, liberalitati iubent adſcribi. Et qui inurbanè nimis repetit, quod expectandum erat, pro gratia odium, & exitium in promptu eſt. Inclinantium ad lapſum ſua, vel aliena culpa impellit omninò æmulatio, & inuidia perpetua excellentis virtutis comes, magnitudinisque infeſtiſſima hoſtis. Populorum accedunt effuſæ quærelæ, quibus honeſtiſsimis veluti teſtibus, ſagaces inuidentium animi vtuntur, vt vehementiſsimum Principis amorem in odium vertant, ac demum furioſis calumniarũ procellis eiuſdem Principis tranquillitatem repentè commoueant. Neque verò ad quid aliud effugium, præter innocentiam reperiri poteſt, ac modeſtiam. Cardinalem Spinoſam, cui ſumma Regni negocia credebat Hiſpaniarum Rex Philippus, æmuli euerterunt, incitãdo Regios Miniſtros, cliẽtes, vniuerſosque deniq; vt ipſum vnum colerent, vnius ædes frequentarent, vnius iuſſa adeò capeſcerent, vt nec Regi, niſi Cardinalis annuiſſet, parerent. Hanc tamen tàm liberam facultatem non diù tenuit; à Regia enim Aula, quàm citiſsimè demiſſus eſt. Plurima illorum exempla, qui ſiuè ſua, ſiuè aliena culpa ex ſummo Aulæ faſtigio in imum præcipitati ſunt, ſi referre omnia, vel ſaltem pleraque vellem, integro volumine opus foret. Apud recentiores, Petrus de Vineis, Aluarus de Luna, Thomas Vuolſeus, Dauid Perius, Antonius Perezius, Schalichius, & alij plurima nobis, quã lubrica Aulæ via ſit, documenta dedere. Meminimus in Gallia, Bironium, & Concinum Ancre Marchionem, in Belgio Olden Barneueltum, omnes de ſumma dignitatis arce, miſerrimè deiectos. Ex his clarè omnibus innoteſcit, an Principi ſit aliquis eligendus, quem ſibi præcæteris carum velit, niſi enim is Aulicus ſola virtutis, ac fidei vi, radices altas poſuerit, facilè erit, vt tùm ob naturæ Principis inſtinctum, tũ ob proprios mores ex alto dignitatum culmine deiciatur, cuius pernicioſo caſu exitiale ſibi malum comparent.

Enarrantur plures prępotẽtes Aulici à ſũmo Aulæ faſtigio in imũ præcipitati.

Quàm maximè Principi fugiendi ſint Aſſentatores, quoquè ſtudio contemnenda maledica Subditorum voces.

CAPVT XXVI.

INNVMERA fermè mala ſunt, quæ in Principis Aulam, quaſi cateruatim important Aſſentatores; Hi verbis, ſcriptis, operibus, ità ei blandiuntur, vt Principem vel ſummis præditum virtutibus, vel potentia cæteris ſuperiorem ſemper enuntient; Et, quoniam hæc

omnia,

omnia, vel emolumenti, vel metus gratia geſta videmus, nõ immeritò mendaces, deceptores, viles, auaros appellarim; Sub Tyrannis, ac Principibus, qui immeritò delectantur obſequio, hi ſuam degunt vitam. Qui enim nimia ſui opinione ab Aſſentatoribus trahũtur, laudes grauiſſimis auribus ſemper excipiũt. Qui ex ſola vitæ turpitudine minimè celebrantur, qui Tyranni ſuperbi, honore, & laudibus volunt affici, eos, qui ipſius fauent ſceleribus, ſummis honoribus condecorant. At quia metus, quàm lucri affectus ſatis vehementior ſemper erit, horum caterua ſub Principe Tyranno, maior certè erit, quam ſub eo, qui operibus honeſtis, à iureque minimè alienis ſe ſe dedat.

Sub Tyrannis ſemper vitam degũt Aſſentatores.

Quàm exitiale malum aſſentatio.

Potentibus nihil aſſentatione infeſtius; nam vt erugo ferri, teredo ligni, acor vini, mucor panis, ità Aularum proprium vitium eſt adulatio; Indè enim nomen ipſum, ſuam duxit originẽ, vt adulatores quaſi adaulatores appellẽtur, qui Regum opes aſſentatione magis, quàm hoſtes gladio euertant. Potens eſt hoc, efficax venenum, quia auidiſſimè intima præcordia permeat, atque viſcera corrodit, animos verò inflat; & ventoſo tumore diſtendit, vt à ſe plerumque longè abeant. Hinc quamplurimi homines fœdiſſimis corrupti vitijs ſe Deos credi voluerant, vt Alexander Magnus, Romanique Imperatores. Alijs ſummam animi feritatem indidit adulatio, vt Conſtantino, qui aſſentatatorum cauſa Imperatoriæ clementiæ oblitus eſt.

Praui adulationis effectus.

Quid denique mali non efficit adulatio? inhumanos videlicet moroſos, ac vindictæ accidos homines reddit, itaut Plato appellet meritò adulatorem beſtiam omni humano generi peſtilentem; & ſimilem affirmat Impio Dæmoni incautos animos ſub noxiæ voluptatis eſca continuè corporis ſordibus inquinanti, præſtigiatoribus, veneficiſque tàm priuatum, quàm publicum perſimilem, fure, & homicida deteriorem, & iniquiorem, qui non pecunias non ipſam corporis vitam dumtaxat auferat, immò tanquàm ſacrilegus rem ſacram iudicium nempè rationis ſub boni ſpecie ſubripiat, & ſubducat peiorem; & crudeliorem ipſa Circe, cùm grauius inferat detrimentum. Illa enim venenatis ſuis potionibus exteriora hominis membra fertur in beſtias transformaſſe, Hic verò lenocinijs ſuis interiora transformat. Spadonum, & Aulicorum adulatorum oſor vehemens. Conſtantinus Magnus tineas, ſoriceſque palatij eos appellabat. Hincque malum Reipublicæ, vt Principibus Adulatores, qui non reijciuntur, tanquàm hyrundines, facultates, & pecunias Principatus diſſipent, quæ ad ardua, neceſſariaque negotia in bonum Reipublicæ peragenda eſſent impendenda, vt ob pecuniæ defectum, vtilia negotia intermitti, noua onera, tributa ſuperindita populo imponi ſæpè

con-

contingat; vt alij conducantur ad munera publica neceſſaria obeunda, quibus omninò huiuſmodi muſcæ, & tineæ nequaquã idoneæ ſunt, & qui poſt exhauſtum Principis ærarium ſubtilius ſe ex Aulæ commercio expediunt, quamdiù ſe nihil accepturos diffidunt; atque vt pediculi examina corpora deſerunt, nempè defecto ſanguine, quo alebantur, ſic Adulatores rebus proſperis, & feracibus ad ſunt, aridas, & ſteriles non attingunt, & diffugiunt. Idcircò cautiores omninò ſint Principes, quàm reliqui alij, qui exemplo alijs eſſe, & ſibi prudenter conſulere decernunt; ſeque immunes ab his adulatorum aculeis reddant; cùm maximè hi virtuti accomodare ſe nequeant, & quæcumque alia præter illam ſedula conſequantur imitatione. Adulatori idem omninò accidit, quod Chamaleonti; ſiquidem, vt ille colorum omnium ſimilitudinem repræſentat, præterquàm albi, ſic Aſſentator, cum ſe ſimilem præſtare non poſſit in his, quæ digna ſunt ſtudio, turpia quæque imitatur, quando poteſt; atque ex hoc turpius pernicioſiusque malum promanat; Quemadmodum enim, qui malè pinxerat gallos gallinaceos, iuſſit veros gallinaceos procul abigi à tabella, ne ſi quis ad eos conferret, imperitus deprenderetur pictor; ſic Adulator veros amicos pro viribus abigit, ne ex illorum comparatione deprehendatur fictus amicus; Quod facilè licet comprobare in Aulis Principum; ſi enim Adulatores primatum obtinent, vix reperies integrum Principis Miniſtrum, aut Aulicum; ſuperante enim malorum numero, & Iàm Principe dementato, boni longè in exilio deliteſcere coguntur, vel odioſi tanquàm aduerſarij Principis apud eundem Principem ſuſpecti habentur. Miſer eſt ille ſanè, quem vera latent, eiusque ſalus perdita omninò, ac deſperata eſt, cuius aures ità formatæ ſunt, vt nihil, niſi iucunda quæque excipiant. Principum opes ſæpiùs oſtentatio, quàm hoſtis euertit. Huius igitur prudentia tunc elucet, cum Adulatores à veridicis, vera à mendacijs poterit ſeparare; Quod facilè efficiet, ſi ſe ipſum, & ſua, propria menſura metiatur; nec præſtigijs aciem oculorum, mentisque ſibi perſtringi patiatur; ſi perpendat, quæ ſibi, & populo potiùs vtilia, quàm iucunda ſint; ſi exiſtimet neminem ſibi amicum, qui turpia geſta comprobet, qui ad tyrannidem impellat, qui omnia perperam ſua dicta, aut facta, vano ſermone efferat, vt ſibi magis grata ſint, qui metu vera conſilia ſilentio inuoluunt. Hos quoſcumque, tanquàm inimicos proditores, præſtigiatores, & corruptiſſimos ablegabit, antequàm illorum ſuaſionibus facilem animum aſſueſcat. Simia enim, dùm hominem imitari conatur, ſæpè capitur, & Adulator idem faciens, Principem capit, & allicit, atque vt ſpeculum, quicquid objicitur, verum in imagine repræſentat, ità Adulator, quo te cumque

Quibus comparētur Adulatores.

Aliæ cōparationes.

Peſſimus adulationis effectus.

Nonnullæ aliæ enumerantur cōparationes.

cumque vertas, variamq́ue aſſumas formam, ſequitur ſui ſemper diſſimilis, ità tamen, vt hæc varietate diſſimulationis ſpeciē nunquàm deponat, licet eam ſemper deponere videatur. Atq́ue ideò maiori certè cura obſeruari debent, vt ſubmoueantur, qui niſi ſapienter conſiderentur, eorum natura difficillimè cognoſcetur; vt enim difficilè depræhenduntur beſtiæ, cum ad loci ſimilitudinem colorem mutant, ſic neq́ue Aſſentatores facilè depræhendas, qui ad omne vitæ inſtitutum, omnesq́ue affectus promptiſſimè ſe ſe accomodant. Veruntamen non difficilis erit diſtinctio, ſi bonorum facta cum adulatorum ſimulationibus conferantur, facilè enim corporis præſentia, quale inter eius vmbram; atq́ue ipſum ſit diſcrimen, cognoſcitur. Vtq́ue metalli adulterina ſpecies tantum ſplendorem, nitorem auri imitatur, ſic Aſſentatores gratiam, obſequium, atq́ue animi fucatam hilaritatem; ſed nulla tamen falſi ſimilitudo eſt huiuſmodi, vt ſi cum veritate conferatur, diuerſam ſui ſpeciem attento obtutu intuentibus poſſit repræſentare. Vbi autem Adulator apparuerit, ſtatim ex alto deiciendus. Quare vtiliſsimum puto, vt Princeps in conſilijs maximè, rebusq́ue gerendis eos euitet, quibus inhoneſta, vt honeſta laudare mos eſt, qui inhoneſti lucri cauſa fictè, & ſimulatè multa auribus inſuſurrant; Et proindè, qui ſapit, quia dignitatem, maieſtatemq́ue ſuam integrā habere vult, ad placidum loquentes Aulicos à conſilijs Reipublicę excludat, Caueat tamen, ne etiam decipiatur; Sunt, qui ingenio, corde, & animo plura ſuggerunt Principi, qui in leuibus negotijs mentita diſſenſione ſibi in maioribus ampliorem fidem comparent, qui ad placitum in cæteris loquentes Principem perdant. Ab his oculos ne diuertat Princeps, maximè ſi ſapiens, prudensq́ue prædicatur. Suaues nimis hæ laudes mortiferum ſeruant venenum, quod primo licet guſtatu videatur dulceſcere, repentina morte amareſcit; talem enim, vt Aſſentator enuntiat, ſe credit Princeps; Atq́ue ex hac credulitate illa ſtatim oritur arrogantiæ peſtis, quæ omnia aliena conſilia, & ſubijcit, & abijcit; Adulator tàm rectè arbitrariæ Principis præſcriptioni ſe accomodat, vt id totum ad ſui ſemper vſum, quando ſe ſe obtulerit occaſio, cōuertat. His adulationibus prudentiā opponat, nec irretiri ſe vnquam patiatur, hilari, gratoq́; animo vera audiat; & licet ſe verè ſapientem eſſe credat, ne intumeſcat, harum adulationum tumor alias ſibi aſſociat ægritudines, & ni vigilans ſit Princeps, cito præceps in miſerrimos ruat caſus, neceſſe eſt.

Quī à Principe vitandi Adulatores.

Quid præcipuè Principi cauendum.

Attamen non tàm ferox, immitisq́; ſit in puniendis ijs, qui aliqua animi perturbatione commoti, aliquid in Principem criminationis effundunt; Regium eſt, cum benefacias, malè audire; & ſi quid audieris, id totum tui cedet commodo, vt melius, quod

Spernendæ Aulicorum voces.

vitandum

vitandum ſit, effugias, quodque vtiliſſimum, cures. Turpe eſt credere quempiam inueniri, qui Principem neminem lędentē, omnibusque benefacientem ignominia affecerit; Id enim ſoli mali Principes credunt, quos ad fidem dictis habendam conſcientia teſtis mouet; Effręnata dicendi licentia vtique a Principe diſſimuletur; quo magis linguis frœnum injicere contendit, magis percrebreſcit fama; quæ iàm abſoleta in publicum amplius prodire nō audebat; Diſſimulatione comprimat rumores; quo quis maior eſt Princeps, eò libertatem dicendi minus compeſcat, ac puniat. Robuſtum corpus, quod nullis laborat morbis, ſi leuiſculum in aliquod ſui membrum excipiat vulnus, ſummæ tamē infirmitati minimè eſt obnoxium. Robuſtum Principis corpus, firmum, potens, paruulorum, animalium inualidum morſum non timet. Theodoſius Arcaſius, & Honorius omninò nullum maledictum in Cæſares eſſe voluere. Titus pro iniuriarum crimine neminem morte iuſſit puniri; nec alios detegi permiſit. Neglexit initio Tiberius Cæſar iniurias ſibi illatas, & Antigonus Rex, cum duos manipulares milites audiuiſſet, clementiſſimo ore, vultuque commonuit (& longius, inquit, diſcedite; ne vos Rex audiat) Verùm enim verò non hi tàm tolerādi ſunt ſuſurrones, & detratores, vt ſi in ſubditorum contemptum pro nimia facultate Princeps incideret, ſua ſaltem pęna non eſſent plectendi. Iā ſcimus ex contemptu plures fieri euerſiones, vt ex nimia loquēdi licentia rebelliones, & ſeditiones; Gallia.n., cōſtat, quātū paſſa eſt detrimentum ex libellis Rabellis, & Marotti, ex quibus ad diuiſiones Catholicorum, & Vgonotorum, hincque ad bella ciuilia, quæ totum illud Regnum deuaſtauerunt. In hos itaque ſeueriſſimè Princeps animaduertat, eum plurimorum malorum fomites agnoſcat; Verùm, cum ſolam vulgi vanitatem proſpexerit, ne turpè inclementis animi vitium ſubeat, tuto diſſimulet; ſi id vſuuenire non poterit, varijs ſaltem occupationibus populum detinere ſtudeat, aut ſe edoctum effingat, quæ vulgus ſpargit, vt his occupatus ab ijs, quæ Principem lædunt, huiusque famam ſummoperè lacerant, abſtineat.

Cum tēperamēto tolerādi tamē ſunt detractores.

Ex quibus Galliæ motꝰ profluxere.

An diſcordia Aulicorum à Principe ſint extirpandæ, an vero vtiles ſint.

CAPVT XXVII.

Extirpandæ ſemper vidétur à Principe Aulicorũ diſcordiæ.

NVLLA videtur opportuna ratio, qua Princeps retardetur, vt omni ſuo conatu Aulicorum diſcordias tollat, ac funditus extirpet, cum priuatum, ac publicum commodum priuatis huiuſmodi ſimultatibus impediri apertiſſimè conſtet. Illud pro comperto habemus, non ſemper ſacras ædes, publicasque ignem euomere. E vili neglectoque alicuius Ciuis tugurio initium ſumit incendium, ſæpè quidem neglectum, ſed mox in ingentem erupturum flammam, vt etiam lõgiùs ſerpat, & obiecta quæque depaſcat. Seditiones quoque in Ciuitatibus non ob magnas ſemper contentiones nec ob publicas cauſas ſolent concitari, verùm plerumque priuatæ, eædem offenſiones, ſtudijs, ac contentionibus auctæ in publicam peſtem, miſerrimumque excidium demittuntur. Quapropter Principem Ciuitatis, & virum ciuilem oportet eiuſmodi paruis futuræ cládis initijs anteuertere, ingentique ſtudio elaborare, vt nuſquàm validis aliquorum viribus poſſint conſiſtere, ſed mira ſtatim arte reprimantur; ne paulatim nouo aſſumpto vigore luculenter ſuccreſcant, ac poſtremò nimia ſui magnitudine Rempublicam diù vexent, & occupent. Si hoc verùm in rebus publicis exiſtimamus, quid vetat, quominus iſtud politicum documentum etiam ad Aulicorum diſſenſiones transferatur, quas prouidus Princeps non minori cura, quàm illas ab Aula ſua longè ablegabit? Alexander Magnus, cum intellexiſſet Ephiſtionem, & Craterum ſibi amiciſſimos miniſtros ob mutuam æmulationem animo, ac voluntate diſſidere, & ad ſui tutelam fortiſſimos quosque Duces pertrahere; vtroſque blandis ſermonibus ſimul, deindè ſigillatim acerrimè increpuit, iuratus ſe ei infeſtiſſimum hoſtem futurum, qui primus alterum verbo violaret, qua obiurgatione, & metu iniecto diſcordes ſtatim animos conciliauit. Diuus Ludouicus Rex inter cætera, quæ laudabili ſui glorioſi nominis gloria perfecit, dicitur etiam Aulicorum omnium ſimultates ſollicita ſemper cura ſuſtuliſſe, adeò, vt nulla vnquàm inter Principes, & primarios Aulicos controuerſia fuerit, quàm ipſe pro æquitate,

Cõprobatur exẽplo Alexandri Magni, & Diui Ludouici Galliæ Regis.

tate, & prudentia non terminarit, ſciebat; vt Regum Sanctiſſimus, ità prudentiſſimus nihil eſſe Regiæ poteſtati, vel Reipublicæ lethale magis, quàm eiuſmodi ſimultates, ac diſſenſiones tacito quodam aſſenſu fouere, vel excitare. At ſimultates haſce Principibus quàm maximè vtiles aſſeres; cum hæc vera ſit ratio, qua conſilia omnia patefiant, qua Principem quidquàm occulti non lateat, qua demum maiori obſeruantia, ac ſtudio in Aula inſeruiant primates, vt Principis fauorem quiſq; impenſius captet; Atq; ideò grauiſſimum certè periculum eſt, ne facilè conſuetudo iſta, ſub ficta alicuius commodi ſpecie admittatur. Quod ſi fieret, citiſſimè in ædibus talis inualeſceret flamma, quæ deinde, niſi maximo Principis detrimento minimè extingui poſſet. Qui enim Principis fauorem à ſe longè ſciunt alienum, ij planè firmiſſima nouarum amicitiarum præſidia tentant, illiſq; libenter ſe adiungunt, quos diſſidere ab eo putant, quem pro ſui aduerſarij partibus ſtare conſpiciunt. Aurilienſes illæ factiones, & Burgundicæ familiæ periculi magnitudinem demonſtrare poſſunt, cum ex ijs ortum ſit bellum, quod per ſeptuaginta annos miſeros populos acerrimè vexauit, vt demum permixti Angli magnam Galliæ partem occupauerint; Multa calamitoſa, & exitioſa bella orta ſunt in Hiſpania, & Gallia ob diuerſas nobilium factiones, quæ adhuc apud Gallos, & Hiſpanos lacrymabili prorſus recordatione repetuntur; idque nulla alia ratione factum eſt, niſi quod Reges non tàm inquietos publicæ pacis perturbatores è medio ſuſtulerint, quàm patrocinio, ac fauore imbuerint, cum ipſi pro aliquorum partibus ſtantes; non tam arbitri, quàm aduocati munus obierint. Galliæ Rex Henricus Primus grauiſſimum diſsidium inter Comitem Soiſſonum, & Marchionem Rhosnij non ità diù exortum ipſe ſolus arbiter ſuſtulit, atq; accerbiſsimas animorum indignationes in mutuas commutauit voluntates, arctiori etiã, quã anteà, amicitiæ nexu copulatas. Et ſanè ſemper, vel ſaltem vt plurimũ, Aulicorum, ſiuè Ciuium diſcordias publicæ rei, Principiq; prodeſſe dicerem. Si enim Princeps viros non ſatis virtute, & honore celebres ad honores euexerit, tunc aliqualem diuiſionem non negarim. Si Tyrannus ſit, atq; odio vniuersè habitus a populo, tũc vt contendentibus inter ſe ſe ciuibus ipſe ſecurus omninò ſit, quos timet, in varias partes diſtrahendi ſunt. Porrò ſæpè quorumdam nimia eſt opibus, factionibusq; potentia, quæ aptiori ratione non poteſt euerti, quam ſi inter illos diſsidia, cõtentioneſque diſpergantur; quibus ſe inuicem conſumunt, aut ſaltem, quibus animi in Principis excidium conſpirati retardentur. Plurimæ feruntur diſcordiæ, quæ quotidie lento vigent fauore, donec tandem manus Principis omnes componat querelas, mi-

Nõnulli vtiles diſcordias Aulicorũ voluere.

Sæpè tamen damnantur.

Demonſtratur exẽplis Gallicarũ factionum.

Hẽricus [illegible] mus Galliæ Rex, dũ plures cõtẽtiones ſuſtulit, hoc malum anteuertit.

tiget, contrahatq́ue diffidia, verum, vt cumq́ue ſit, hæ cautio- nes, fatalem Imperij morbum ſatis apertè arguunt; Illud enim, cum virtute, viribuſq́ue deſtituatur, ad has, probri plenas artes confugere conatur, quæ tamen, etſi ad aliquod tempus prodeſſe videbuntur, poſtremo fallunt. In vna Ciuitate, in vna Aula in- choata partium ſtudia, quarum quilibet ſibi ſocios, amicoſq́ue quærit, non vnis viribus continentur, ſed quaſi pernicioſa cō- tagione alias quoque partes ſemper inficiunt. Aequum itaque eſt, vt ab his ſerendis diſcordijs, ſiuè per Aulam, ſiuè per Impe- rium, ſiuè etiam ijſdem nutriendis ſummoperè caueat Princeps, cum ſæpiſſimè ex his ingenia, ac propemodum infinita mala ſo- leant exoriri.

Vt quunque ſit ſemper dānādæ hæ diſcordiæ.

De Aulicis, qui à ſecretis ſunt Principis, & quæ horum ſtudia.

CAPVT XXVIII.

NON minori certè virtute ornatos eos vellem Aulicos, qui cum à ſecretis ſint, tùm Princi- pis litteras ſcriptitant, tùm etiam alienas ad eundem Principem miſſas lectitant, quàm Conſiliarios, qui quid agendum, quiduè fu- giendum, ſuis conſultationibus Principi pro- ſcribunt; Quæ ſanè animi præcipuè doces in hiſce requiratur, non eſt niſi optimi, prudē tiſſimiq́ue Principis conſiderare; Rethoricæ facultatem in eis præcipuè exigat Princeps; non enim animi huius abſconditos ſenſus, neque apertos vnquam exprimere accuratè poterunt, niſi tanta facultate ſe priùs inſigniter videant; qui hac diſcipli- na carent, incompoſitè ſcribunt, atq; exploratum Principis ani- mum ſcriptis repræſentare vix poſſunt; quod ſi detur ſaltē pri- mioribus illa labris deguſtanda, nullæ certè partes deſiderabun tur, quæ vſui huic tanto negotio ſunt futuræ. Taciturnitatem, virtutem, atq; probitatem, nec minùs etiam in ijs, qui à ſecretis ſunt, laudarim, quibus ſi erunt exculti, ad impoſiti muneris onus ſe ſubmittent; neq; vereri vnquàm Princeps poterit, quin ſi hæ eorum animis radicitus inhæreant, ſemper tamen, prout illius dignitas, & vtilitas poſſet, ſuas operas ſint præſtituri. Præmium, & pœna ne longè abſint; ſi alterum tantum erit, pernicioſum munus, quod etiam è medio Principem tollit; ſi rectè ſuo fun- guntur munere, præmio afficiantur, quod illos ſummam laude

Quæ doces ĩ ſjs, qui à ſecretis Principis ſunt.

Quomodo Princeps cū his gerere ſe debeat.

extollat,

extollat, ſemperq́; tanquàm frœnum moderetur; ſi perperam, pœna rigida pleċtantur, vt alij exemplo ducti ſceleris quidquã non perpetrent.

Horum munus ſummo ſemper honore condecoratur; tradunt ſiquidem Priucipi litteras ſignandas; ijs ſigilli Regij cura committitur; ediċta, ipſaq́; diplomata Regio nomine conſcribunt, ne quid contra publicum commodum, Principisq́ue dignitatem in apertum referatur, attendunt; horum ore facundi ſunt Principes; horum oculis omnia circumſpiciunt, horum auribus plenam, iuſtamq́; operam petentibus tribuere dicuntur; In aliquorum Principum Aulis gradus hic conſiliariorum dignitati minimè inferior habetur. Hi excelſum quidem apud Principē locum obtinent; at qui a ſecretis ſunt, abditorum ſenſuum Principis magis conſcij videntur; deliberatum ſæpenumero aliquid ſcitu dignum communicat Conſiliarijs, quod vtique pleniori illius expreſſa cognitione, ijs, qui a ſecretis ſunt, communicare neceſſe eſt; litteris ſiquidem res quæcumq́ue, niſi benè Principis ſincera reteċta mente, mandari minimè poſſunt.

Quãto honore hi afficiantur.

Quodnã horum munus.

Nõnullis locis ſæpè par honos, ac Cõſiliariorum.

Quàm neceſſarium legatorum munus, quamq́; inuigilandum ſit, vt Optimos Princeps eligat.

CAPVT XXIX.

SPECIOSVM legatorum munus, vtpotè Principis Vicariorum tanti facio, vt ſi in eorum eleċtione imprudenter ſe geſſerint Princeps, periculum ſit, ne immedicabile propemodum vulnus Reipublicæ inferat; Cum enim Princeps grauibus ſæpè opprimatur anguſtijs, vnico tãtum legationis munere, ſemetipſum eximere ab ijs poterit; Quacumq́; Princeps deſtitutus ope, aut auxilio ſuis rebus conſulere minimè poterit, niſi petitionibus, quæ ex legatorum ore prodeuntes, efficacius alteri Principi ſententiam inſtillent, & perſuadeant. Cyrum Regem accepimus, haud impigrè ſummum animi conatum adhibuiſſe, vt vndiq́ue viros conquireret, quorum virtus ad commiſſum ſibi munus cõgrueret; rebus enim ſuis ſatis conſultum putabat, ſi penes ſe haberet; quos

Legatorũ neceſſitas.

Hoc optimè nõ ignoraſſe Cyrum accepimus.

quos ad varios Principes huc, illuc deſignaret, ſanè idoneos, virtuteq́; , ac experientia comprobatos. Eum minimè latebat facilius trāquillum Prouinciarum, Regnorumq́; ſtatum ſola vnius linguæ facultate, ſolaque vnius Prudētia, quam exercituum terrore, ac feritate ſeruari. Ingens ſanè munus, quo certè non perfungetur, qui ſola effrenatę mentis ductus cupiditate, omnia ſibi patefacta eſſe arbitretur, verùm qui pluribus inſtructus diſciplinis, qui Principes ſæpè inuiſerit, & allocutus fuerit, qui Aulas frequentarit; non enim, qui litteras non callent, qui in aliqua hiſtoriarum cognitione minimè verſantur, qui nunquam fuerunt peregrinati, qui in alicuius ardui negocij pertractatione nunquàm elaborauere, ità tamen ſibi ipſis arrogare, ac tribuere debent, vt omnes legationes ſuſcipere, & obire non vereantur.

Quibus maximè dotibus exornari debet legati munere fungens.

Qui a ſuo Principe ad Reipublicæ adminiſtrationem electi ſunt, ijs etiam facultatibus tanto negotio congruentibus prǽditos eſſe neceſſe eſt. At plura ſanè in exercendo legationis munere exiguntur, cum in huius explicatione exquiſitè omnia, ac ſelecta requirantur. Neque verò alia id ratione fieri poſſe exiſtimarim, quàm ſi miniſtri publici, dùm inter amicos Iuſtitiam adminiſtrant, non ijs ſint deſtituti conſilijs, quæ legato apud exterum Principem commoranti ab alijs habere nequaquam licet. In alienis regionibus, aut imbecillis, parumquè firma eſt fides, aut nulla, nec vllius rei votum commodè poterit impleri, niſi precum ope, quæ tamen etiam, vt plurimum nullum penitus afferunt adiumentum.

Maior præſtantia in Legato, quā in miniſtro requiritur. Recenſentur rationes.

Quæ cum ità ſint, in eligendis legatis ſummam adhibeat vigilantiam Princeps, nec nimium vnquam ijs præſtet fidem, qui modò hunc, modò, illum immodicis laudibus extollunt; ſerijs in leuioribus negotijs illius fidem ac peritiam experiatur, in cuius commodum, ac honorem facili quadam voluntatis inclinatione animus propendet. Quod ſi vtriquè opinioni eum reſpondere cognouerit, gradatim ad honeſtiora legationum munera promouendum arbitrarer; Nec ad id ſe pertrahi vnquam patiatur, vt quadam ſępè hominum inopia in ijs eligendis nulla fermè vtatur Prudentia, minimeq́; aptos ad graue hoc officium excipiat; In Principem enim vitium, culpaquè auertetur, ſi quid aduerſi euenerit, qui ſępè ſe, ac ſua indigno commiſerit. E vita migrantibus ijs quorum curæ honorificum legationis munus fere ſemper demandatum eſt, diffidet Princeps negotijs grauibus adhibere, qui anteà in miſerijs vixere. Occuret certè hiſce anguſtijs Princeps, ſi quem facultate aliqua præditum viderit, ad eos promoueat honores, quibus certiſſimus ad maiores aditus pateſiat. Præclarè etiam conſultum erit, ſe in tanto opere ob turpiſſimum auaritiæ vitium minimè laborabit. Sępè accidit, vt diuites, opibusque benè muniti in ſuprema

Quā in eligēdis legatis prudens eſſe debet Princeps.

Nō ſæpe in inopia hominū vni tātū demandādū legati munus.

Quæ incommoda accidunt.

Non ſemper diuites legatorum munere perfungi debent.

ſuprema alicuius dignitatis ſede collocentur,ex quorum honore,quantum Principi detrimenti promanet, neminem, vt arbitror,poterit vnquam latere; dùm enim vilem quamcumq; monetam ſibi ſtudēt parare, lethale quoddam vulnus in ſuam exiſtimationem,in ſuas res ità infligunt, vt ad bonam, firmamque valetudinem imbecillum Reipublicæ corpus nequaquam reſtitui poſſit.

Firmiſſimè igitur animo Principis adhæreat,ſi tamē ſua quæq; ſagaci,prudentiq; moderatione tractare voluerit hos ad tale munus euectos non vna tantum virtute poſſe fulgere. Pluribus inquam opus eſt,vnam tamen inter cæteras quam plurimas maximè optarem.Prudentiam videlicet; Hanc ni benè legatus præſeferat, quocumque ornamento ſpoliatæ reliquæ videbuntur. Hæc ſola cæteras ſemper fouebit,complectetúrque. Omitto hic Iuſtitiam, Temperantiam, quibus omnibus maximè pollere legatum neceſſe eſt;cæteris præſit fides; hæc vtique in cunctis vigeat,huius poteſtate,& fœdera,& paces, & induciæ ad proprium perfectionis ſtatum perducantur;huius ope diluantur offenſiones,defenſionesque ſatis apertè indicentur,cum nihil ſit, quod ſumma huius tantæ virtutis facultas ad ſui ordinem non reducat. Alia quoque obſeruanda à Principe opinarer; Primarios nimirum omninò eligat, nec quocumque cohoneſtatos titulo tantam poſſe prouinciam rectè adminiſtrare credat. Non enim merito commendandus erit ille Prineps,qui maturo planè iudicio non omnia perpenderit,cumque idoneis viris expertē quisque ſemper damnabit,maximeque ſi nota aliqua ipſe affectus legatus cognoſcetur regia authoritate tanto honore inſignis; Vndè etiam fit,vt à ſapientibus,tùm Princeps, tùm legatus aliquo contemptu dedecorentur; vtq; maiùs futurum ſit dedecus grauiſſima ſæpè negotia ſoli innixa authoritati ſtatim ruent, & ex horum inexpectato caſu Principis imprudentia maiori claritate patefiet. Alia nec minus à Principe perpendenda iudicarem, ne videlicet legato ſuo ſocios adiungat, inter quos ob ingeniorum diuerſitatem, æmulationem,vel aliam quamcumque cauſam cauere non poteſt, quin diſſenſiones commoueantur. Vulgatum eſt verbum, quanto quis plures habet miniſterio ſuo deſignatos, tanto peius ipſum,reſque ipſius curare,dùm ſcilicet alius aliorum expectat deliberationem, aut obſtupeſcente animo reſpicit. Nihil interim eorum fit, quæ pater familias mandauit, at vbi ſoli quidquam mandatur, nemo omninò eſt, cuius actiones poſſit obſeruare,vtrum fiant imperata,nec ne; Vti autē in rebus priuatis id verùm eſt,ſic in rebus publicis longè certiſſimum; Semper enim diſſenſiones regnant, partium fautores, aliique quamplurimi, qui ſe culpa liberantes, cæteris,quidquid vitij

Prudētia in legato præcipuæ.

Nec nō fides

Primarij viri ſemper eligendi.

Aliqua affecti nota nūquā eligēdi. Quę in legatorū electione à Principe perpendenda.

Socij,qui cū legato non conueniunt, nō adiungēdi.

vitij acciderit, attribuunt. Nec minus perpendenda cauſa, ob quam plures legationes præconcepto fructu deſtitutæ ſunt, q̃ ſcilicet ab ijs, qui imperarunt, mandata, vel minus idonea, vel nimis reſtricta legati excepere, ex quo fit, vt hi ſemper incerti, dubioque hæreant animo, nec quid optimum factu ſit, cognoſcant, nec interim ab ipſo imperante, quid faciendum ſit, poſſint inueſtigare. Quamobrem igitur plures præclaræ occaſiones citiſſimè effugiunt, vt verum ſit, qui negotia iàm deliberata retardat, vel eorum ſaltem executionem ſtrictis nimis circumſcribit limitibus, & miniſtrum intricare, & ipſius negotij ſeriem; quæque enim optima conſulta feſtinanter perfici neceſſe eſt, cui feſtinationi nihil magis aduerſatur, quàm imperantis anguſtus animus, ac terminata facultas. Verùm hæc ſæpenumero contingere videmus ex eorum opera, qui Principi aſſident, nil aliud curantes, niſi, vt negotia à ſuis conſilijs maturitatem accipiãt, nec vllus, legato, qui in arena ſæpè capiat conſilia honos, atq; exiſtimatio quæratur. Legato Principis ſenſum, animumq; minimè latentem vellem; ac ſi eſſet Aritmeticus, circa calculos ſe gerat; hic enim modo obolum aureum, modo talentum calculatoris voluntatem eſtimat. Ne breuibus terminis circumſcribantur imperata, quæ ſi explicita, ſæpè implicita ob eorum mutationem efficiuntur. Rectè ſemper cautum erit Principi, ſi in eis, quæ ad ſuum ſpectant miniſterium, liberè poſſit legatus diſponere, dummodo à præſcripto ferè ne vnguem quidem declinet. Prudentia ſit ea, quæ præſit negotio, & dummodo à portu longè non deflectat, licet aliquantulum aberret, parum quidem periculi res quælibet ſubibit. Qui mandat Nauarcho, vt ad deſtinatum portum ſuam nauigationem dirigat, atque eò expenſo velo vertat, ſi ſæua aboriatur tempeſtas, nullum erit tempus, quo noua poſsint excipi mandata; Clauum teneat ille, aſsideatque puppi, ſi enim nauali erit præditus diſciplina, ſuum iter fœliciſſimè conficiet, potumque intrabit cuicumq; infœlicitati minimè obnoxius. Præcipuum denique in politicis rudimentum, tã neceſſarium eſt, vt facilè ſola experientia poſsit comprobari; ſi enim legatis quocumque mittendis adiungantur Comites, qui aliquando idem poſteà munus ſint obituri, nunquàm facilius negotiorum, hominumque natura perſpicietur, nuſquàm maiori curà, cautioneque verba, nutusq; alieni obſeruantur, & proprij, etiam tolerata quadam animi moderatione reguntur. Itaq; ſi res communiter vlla eſt, qua prudentia diſcitur, ea certè in legationibus certiſsima cognoſcitur. Legato idcirco tres, quatuorue quaſi comites adiungantur, non vt eum dirigant, leuia explorent, referantque Principi, ſed vt longè à ſcopulis diſcant recedere, qui licet plurimi ſint, occultiſsime tamen latent. Prodeſt

Mandata reſtricta minimè danda.

Sæpenumero ex miniſtrorũ opera id contingere videmus.

Legato liberæ concedendæ habenæ dummodo à præſcripto nõ declinet.

Comites legato adiungendi, vt facti prudẽtes, idem poſteà munus ſubire poſſint.

deſt hoc iunioribus, quia erudiuntur. Prodeſt Principi, quia ex Ciuium primarijs prudentiores recipit, nec legatus tali inſtructus comitatu ab officij ſui præſcripto poteſt deflectere; Nec alia eſt cauſa aſſignanda, cur Romani tanta politicorum copia abundauerint, quam perpetuæ cum legatis, Magiſtratibusque profectiones; omnibus enim Magiſtratibus præter legatos, Tribunos, aliosque miniſtros adiuncti amici, & contubernales, hoc eſt nobiles adoleſcentes; qui comitabantur, vt ea, quæ ad rem militarem, atque Reipublicæ gubernationẽ ſpectabant, cognoſcerent: Hæc amicorum cohors ſeminarium erat Magiſtratuum, quoque illuſtrior Proconſul, aut Proprætor in Prouinciam ibat, eo maior virorum nobilium frequentia ipſum comitabatur, cuius rei vſus nunc etiam ſatis Venetijs alibique viget. Gubernatores enim & Proreges multitudinem ſecum trahunt nobilium, qui tamen ad publica conſilia, & res cognoſcendas minimè adhibentur.

Amicorum cohors Magiſtratũ ſeminarium.

An eligendi legati, qui magis in litterarum ſtudijs verſati ſint qui longa potius experientia edocti.

CAPVT XXX.

EORVM ſententiam nunquam ſanè cõdemnarem, qui ad legationum munus eos tantum promouendos eſſe volunt, qui pluribus in Aulis diù verſati fuerint, plures peragrarint regiones, quiq; grauiſſimis aſſueti negocijs eadẽ egregiè perfecerint, atque in ijs, quali fuerint prudentia prædici, demonſtrarint. Præclarè ſcio; ſi eundem in litterarum ſtudijs optimè verſatum, & experientia ſatis clarum Princeps nanciſcatur, vtique maius ſibi commodũ comparaturum, quàm, ſi aliquem in litteris ſolum bonarumque artium ſtudijs aſſuetum ad tantam euehere dignitatem contingeret; Verum, ſi, vtilitatẽ, quæ ex doctrina hauritur, cum ea, quæ ex experientia promanat, velimus conferre, maioris ſemper habendos eſſe eos comperiemus, qui primioribus labris prima facultatum rudimenta attigerint, quàm eos, qui celeberrimis in Aulis plurimos viderint Principes, pluraq; peragenda negocia etiàm præ manibus habuerint. Ea enim ſcientia, quæ ſolam magiſtram habet experientiã, diuturnũ temporis nimis ſpatium requirit.

Qui magis eligendi experientia edocti, quam in litterarũ ſtudijs verſati.

Rationes idẽ ſuadentes.

Prima ratio. requirit. Neceſſe eſt enim, vt multas regiones perluſtrarit, multos populos, atque vrbes viderit, cum multis, diuerſiſque negotiatus ſit, multos, ac diuerſos obierit cetus, in multaſque, ac varias occaſiones inciderit, qui ex ſua experientia ſapere velit; ad quæ omnia vix vnius vitæ hominis ſpatium ſufficit. At longè diuerſa eorum lectionis ratio fuiſſe videtur, quæ minimo etiam momento, non tamen quæ vni, aut paucis, ſed multis hominum millibus, nec vno tantum anno, ſed pluribus ſeculis euenerunt, nobis repręſentat. Atque minoris eſt laboris, vel mille libros perlegere, quàm vel minimam eorum, quæ in ijs continentur, partem proprijs oculis perluſtrare.

Secunda ratio. Scientia deinde, quæ frequenti librorum lectione comparatur, magis vniuerſalis eſt, & certior, quàm ea, quæ à propria ſumitur experientia. Huius enim rei fundamentum ità innititur, vt quod vni tantum perſonæ contigerit, certiſſimum habeatur, illa verò plurimos, diuerſoſque habet euentus, non in vno tantum, ſed in infinita propè modum hominum multitudine comprobatos. Nec verò commendati Hiſtoriographi eſt, vt rerum ſolum præteritarum materiam, eorumque caſus, & euentus tradat, ſed cauſas etiam, rationeſque exponat, eàque omnia illuſtribus ſententijs, ac iudicijs compræhendat; Quæ facillimè memoriæ poſſunt infigi; cum ea, quæ experientia condiſcuntur, inter ſe conferenda, eorum rationes expendendæ, circumſtãtiæ conſiderandæ, omnis deniq; ſuccus ſit exprimendus. Ad hoc autem non mediocris prudentia, & accuratum iudicium neceſſarium videtur; plures enim ſunt, qui in hæc grauiter impingũt, miſerrimèque labuntur, nàm vel ſapientiſſimi iudicio nonnunquam aberrant, nec humani ingenij imbecillitas ſe ſe, quò voluerit, adducet.

Tertia ratio. Commune inſuper eſt omnibus, qui nulla inſtructi doctrina, ac ſcientia, res ipſas aggrediuntur, vt ſuperficie tenus tantum pleraq; aſpiciant, interim docti præcipuas rei circũſtãtias, & vt ità dicam, viſcera ſedula inueſtigatione perſcrutentur; Vt verò, qui muſicæ artis imperiti ſunt, ſonum tantum percipiut; de armonia verò, aut diſſonantia iudicare nequeunt, ſic litterarum expertes homines, quæ fiunt, audiunt quidẽ, ac vident; At, quod ab his peccatum, ab illis verò dexterè, atque prudenter factum ſit, non animaduertunt; vt verum ſit Paucos ex ſe ipſis ſapere, ſed pleroſque ab alijs exemplum deſumere, quo ſapientiores ipſi reddantur.

Quarto rõ. Additur, & illud ad omnem ſcilicet artem experientiam requiri, nàm ars nihil aliud eſt, quàm præceptionum exercitatarũ compræhenſio, ſic etiam ars gubernandi, cuius præcepta in libris deſcripta extant, quæ nihil tradit, niſi, quod ſtabili multo-

rum

rum ſcriptorũ auctoritate probatũ,confirmatũq́; ſit,quæ cõſilia cũ euentibus cõparata, ſaluberrima indè præcepta exhaurit; & his quidẽ lõgè ſecurior ineſt auctoritas,ac fides,ſi quod ſcripſerint,ſimul etiã actionibus demonſtrarint.Huiuſmodi fuerũt Herodotus,Thucidides,Ioſephus, Iulius Cæſar, & alij. At ſi rectè intuebimur,experientiã ipsã quodãmodo præſenti librorum lectione acquiri poſſe cognoſcemus, cum à memoria, quaſi à ſuo fonte promanet;Quid enim libri aliud ſunt,quã memoria,ac veluti tẽporis regiſtrũ,quod omniũ rerũ ſapientiſſimũ veteres dixere?Quã verò tu certiorẽ,aut firmiorẽ,quã locupletiorẽ,quã antiquiorẽ memoriã expetere auſis,quã quæ æternis librorũ monumentis demandata eſt?Quin etiã in raris,atq́; inuſitatis caſibus vnicũ tantum exemplũ certiſſimæ experientiæ locũ tenet;ſi autẽ multorũ experientia errori ſubiecta eſt,quanto magis vnius;certum quoq́; eſt multos etiã erroribus poſſe eſſe obnoxios;quãuis enim res eadẽ ſæpè vno pla: è,eodemq́; modo eueniat, indè tamen certa regula quadã ſtatui,aut inferri nõ poteſt, ob duos errores,quibus hæc facilè cõmitti poſſunt; quorum primus eſt in agente,vel is enim matura cõſilia,aut ignauia,aut ſocordia corrumpit,aut negociũ non,vbi debet,pertractat. Alter verò eſt in re ipſa,quæ non eundẽ ſemper ſortitur effectum, occulto aliquo obice impedita,immò nonnunquã inopinato atq́, alieno à propria natura exitu ob quodcumq́; aliud fortuito intercipiẽs concluditur.Rurſus vnius experientia alteri nimis eſt periculoſa; ea enim,vel ad aliquid agendum hominem cõpellit,vel impedit,ne agat,quãuis maximi videatur eſſe momenti, vnius, vel alterius actio, duo enim,cum idem agunt, diſsimiles nihilominus vides effectus ;Periculoſa etiam eſt experientia quæ ſolo nititur euentu,ex quo tamen (licet interdum rerum Iudex nõ ſit imperitus) conſilia non eſtimanda ſunt;ſæpè enim praua magis, quàm honeſta conſilia pro voto ſuccedunt; idq́ue ex eo eſt, quia plerasq́; res fortuna ex ſola ſuã ducta libidine huc, illuc verſat.

Poſtremò,ſi id,quod ad perfectionem facilius ducit, eſt perfectius,negari nequaquã poteſt, quin ſcientia experientiæ ſemper antecellat. Qui enim ſcientia egregiè inſtructus eſt, facilè eius adminiculo res ipſas tractare,ſicq́; propriam ſibi comparare experientiam poteſt;& licet quis experientia clarus, longè tamen à ſcientiæ perfectione adhuc aberit;vt enim experientia diuturnum temporis ſpatium perquirit,ità nec certa,aut ſolida eſt, ſed multos ſcrupuloſo hærentes animo relinquit, ità, vt qui ea inſtructi quoq́; ſunt,ſolliciti nihilominus vadum, antequã aggrediantur,explorare neceſſe habeant,ſemperq́; in periculo verſentur,ne ſibi dedecus Reipublicæq́; damnum afferãt. Quod ſi quis alio vtatur progreſſu,multis ſe ſe obijciet periculis,ac ſi quando Quinta rõ.

ea euitabit,tardè tamen,& multo tempore, ac ſumptu id ſemper efficiet. At qui in litterarum ſtudijs benè verſati ad res gerẽdas accedant,meliori certè ſecuritate,fœliciusq́; , quam, cum Prouinciæ adminiſtrationem aggrediuntur; tractant, accuratiusq́; omnia proſpiciunt,ac procurant;cum quidquam vix eſſe ſciam, cui ſimile aliquid apud hiſtoricos non reperiatur, vt non minus verum ſit,nihil fieri,quod non ſit factum,priùs, quàm quod dici

Ad obiectũ reſponſio.

ſolet, nihil dictum,quod non ſit dictũ priùs. Verũ,dices,vna ea, vel minima circũſtantia totã rẽ,ſiuè caſum in longè diuerſũ cõmutari,illas verò infinitas eſſe,atq́; ideò nequaquã impreſſis voluminibus cõprendi. Verũ hoc argumento affirmarim magis ſingularẽ illã,ac propriã experientiã, quã ſcientiã ex librorum lectione cõparatã impugnari. Illis enim multę,adeoq́; infinitæ circunſtantiæ poſſunt facilè obijci, quas ipſi non modo vſu nõ experti ſunt,ſed ne prima quidem cogitatione, aut animo percipere,at his rarò inſolitũ quidquã minimè vſitatũ poteſt accidere, cũ in tanta variorũ ſcriptorũ, ac librorũ multitudine, quod vni deeſt,facilè ex alio ſuppleatur;certè ne minimam quidẽ partem eorũ,quæ quis legere poſſit,ea,quę quis vidit,attingunt. Verùm,

Rurſus ad aliud obiectum, alia reſponſio.

ſi denuò obijcies ad temporũ mutationẽ,& mores quoq́; mutari,atq́;ideò nunc bellũ aliter geri,quã olim,aliã eſſe adminiſtrãdi Imperij rationem,alias artes,quibus res eò ſpectantes tractari debeant,quàm olim,ità, vt priſcorum librorum nullum, aut exiguum retineant vſum,ſed nouis opus ſitexperimẽtis,nouisq́; artibus. Reſponderi poterit, mutatlonẽ hanc nõ tantoperè perpendendam,cũ eædem velut aues ſint,quę verſicoloribus obductæ plumis redeunt,aut eadẽ veluti ciborum diuerſimode cõditorum fercula;hoc verò non obſtat, quominus vera ratio, quæ neq́; decipitur,neq́; decipit,locum habeat,integra,ac certa ſemper exiſtat;ſemper verum fuit inuidiã proſperitatis eſſe Comitẽ,ſecuritatemq́; non ſinè aliquo ingenti diſcrimine progredi.

Cõcluditur eligẽdos eſſe magis peritos, quã expertos viros

Cũ igitur hæc ità ſe ſe habeant,cõpertũ habemus,quã decipiatur ij,qui ſolo cuiuſdã experientiæ colore eã ſanè referunt perſonã,vt ſẽper cõtentiosè cũ magiſtris ſe velle decertare videantur,immò in ſua veluti hereſi contumacesco Principẽ adducere conantur, vt pro ſapidis bonorũ conſiliorũ obſonijs ſæpiſſimè lętiferos,& exitiales cibos attingat. Eius itàq́; ſit ſentẽtię,ne experti viri conſilijs ità ſe dedat, vt edoctos, & peritos abijciat; immò horũ amplectatur vtpotè ſalubriora ſuadeo, quibus firm animus inhærere tutius poterit. Sępiſſimè Principẽ alicui experiẽtiæ rore aſperſo innixũ ſuas res magis perturbaſſe, quã rectè diſpoſuiſſe atq́; in rectã quendã ſeriẽ redegiſſe videmus; experientia clarũ omninò cũ credat,qui magno alicui Principi,ſuam ſæpiùs præſtiterit operam, cuius ſollicitæ curæ in ſumma ne-

gotia incubuerint, qui in triſtibus, fœliciſſimisq́; euentibus, Regię, propriæq́; exiſtimationis clauum tractare, regereq́; nō ignorauerit, qui præſentibus rebus ſe ſciuerit accomodare, qui maturo iudicio aliorum iam ſuſcepta cōſilia cum præſentibus aptè comparauerit, cui nihil ignotū fuerit, quod poſſit accidere, qui tandem tuto pede poſſit quocumq́;, quæ præmanibus habet, ſine vllo timore, periculoq́, deducere. His impunè Reipublicæ nauim committere poteſt, quod ſi in optimarū artium ſtudijs maximè verſatos etiam viderit, nihil erit periculi, quin incolumis portum teneat.

Quam vtilis ſit Principi Subditorum Imperij ordinum, ac etiam finitimorum cognitio.

CAPVT XXXI.

TANTAM in rebus ciuilibus non exigo Prudentiam, quantam in noſcendis Imperij, ac finitimorum naturis perſpectam velim. Plura ſunt, quæ cuicumque Principi certiſſima eſſe arbitror; Quo videlicet iure ad ſupremā Principatus dignitatem euectus fuerit, an ſucceſſione, an electione, an iure belli, quæ leges Principatus ſint, quæ conſuetudines, quæ vires, qui Vrbium numerus, qui ex ijs reditus, quot hominum millia ſuis e caſtris ſub ſigna bellica poſſit cogere, aliaq́; id genus. Hæc certè tanti ſunt, vt ſi ſæpiſſimè tanquam maiora diuulgentur, quam re vera ſint, periculū ſit, ne Principi, Reipublicæq́; excidiū omninò extruāt; ſi enim Princeps ſua tumidus ambitione, ſibi maiores auri, & argenti copias, amicorum, militumque, quā ſua poſcat conditio, inani mente concipiat, magna ſemper ſubibit pericula, nec illud aduenisse tempus vnquam cognoſcet, quo ſiuè, agēdo, ſiuè quacumq́; alia adhibita induſtria à ſuis ſubditis præconceptos timores, & pericula depellere valeat. Hinc igitur, vt omnia Principi innoteſcant, populi natura priùs eſt longa inueſtigatione tentanda, ac cognoſcenda, quæ e ſitu regionum potiùs, quàm ab educatione, ætate, fortunaq́; patefieri debet, vtrum videlicet ſeptentrionales partes, an meridiem, Orientem, an Occidentē reſpiciant, vtrum planę, ac montuoſæ, ventis obnoxiæ, an trāquillo ſemper aere ſerenæ; Quemadmodum enim cæteris in rebus quidquid boni eſt, medium obtinet locum; ità hæ quoq́; gentes, quæ inter Septentriones, & meridiem, hoc eſt calorem inter, & frigus interiectas incolunt regiones, ſuauioris, facilioriſq́; ſunt naturę,

Imperij, ac viriū Principi neceſſaria cognitio.

Ex regionū ſitu, populorū natura dignoſcitur. Incolentes plagas inter medias faciliſ ſunt naturæ.

naturæ,ac conditionis,quã aliæ, vtpotè ingenio ad quaſcumq; res,ſed in primis ad gubernandi ſtudiũ aptiores ab ipſa magiſtra natura inſtructæ.Hinc eſt,vt omnibus pateat,qualia quãtaue Imperia fuerint in eorũ poteſtate,qui tẽperata hęc climata habitauere.Huiuſmodi eſſe videntur Aſſyrij,Perſæ,Medi,Tartari,Turcæ,Romani,Galli,Hiſpani. Qui verò ad Septentriones nõ tamẽ in vltimis illis nimio concretis frigore regionibus habitant,ingentes,generoſosq; ſeruant animos,quos eoſdẽ tamẽ Auſtrales præſtantia ingenij,& caliditate antecellunt; illi quidẽ ſimplici, & aperto pectore animi viribus præſtantes,hi fraudolẽti,& malitioſi,ità vt illis Leonis quodammodo naturã, his verò vulpiũ meritò tribuerẽ;tardi illi ſunt,at in actionibus ſuis firmi, atque conſtantes,hi impetuoſi,& leues,lęti illi,hi triſtes,illi demum in Bacchicã voracitatem,hi in veneream voluptatẽ nimis propẽſi. Verũ inter hos omnes vtriusq; naturæ quodãmodo participes, & temperatioribus moribus præditi interijciunt, non aſtuti hi ſunt,ſed prudentes,non feroces,ſed mites ,& quoniã Septẽtrionales ſuis confidunt viribus,Reſpublicas,& Regna,quorum electio à regionibus dependet,apud eos cõſtituta videmus,vt apud Tranſiluanos,Polonos,Danos,Suecos;licet autẽ Septẽtrionales potiori ex parte Principatibus hęreditarijs ſubiecti ſint,id tamẽ non moribus ipſorum,& naturæ, quæ ab libero vnius Imperio quã maximè abhorret, ſed Monarchę prętantię adſcribendum eſt, quę tanta eſt, vt omnes ferè aliarũ Rẽpublicarũ ſtatutę formę ad hanc vnam redigantur.Auſtrales,qui ſcientijs, ac contẽplationi dediti ſunt,Religione, & ſuperſtitionibus vt plurimum ducuntur,& reguntur;Apud hos nata eſt Aſtrologia, ab his primam traxit originẽ Magia;at populi, qui inter Septentrionales frigus,& Auſtralẽ calorẽ intermedij temperatas regiones incolunt,tẽperatũ quoq; iuſtitia ſcilicet, ac recta ratione amant Imperij genus.Ab his firmatę leges,ac ſtatuta,Imperatorię artes,ciuilis prudẽtia;& quicquid ad Rẽpublicã tũ pacis,.tũ belli tẽpore rectè adminiſtrandam ſpectat,ortũ primũ eſt, nitidiori poſteà lumine illuſtratum. Principis igitur prudentia inſigniti munus eſt eam Imperij adminiſtrationem,eaq; conſilia ſuſcipere, quę magis propè ad horum naturam,ſtatum, conditionemque vidẽtur accedere,atq; ità ſua elaborare diligentia, vt à ſcopo propoſito minimè deflectat. Vt id autem rectiùs faciat,pręnoſcendę ſunt cauſę,quarum cognitione Reipublicę morbis Princeps medeatur.Si enim peritũ Principẽ hę latebunt,fruſtra erũt curationes, quę licet plurimũ efficacitatis in ſe habuerint, bono tamen fruſtrãtur effectu;ferox equus duro cohibẽdus eſt frœno; Illę verò nationes etiã rigida ceruice,vel negotiationibus,cõmercijsq;ſũt mulcendæ,vel voluptatibus frãgẽdę.Ambitioſi honoribus, dignitatibusq;

Septẽtrionales populi feroces, non aſtuti.

Auſtrales aſtu ,ſciẽtijs, ac cõtẽplationibus dediti.

Intermedij populi rectius iuſtitiã amant.

Principis prudẽtia in noſcẽdis ſubditorũ naturis.

Prĩcipi tãtæ artis ſi, erito fruſtra ſemper erunt curationes.

Quomodo mulcẽdi populi, ac detinendi.

gnitatibusq́;cumulādi,auidi pecuniæ mercatura,& auro molliē di,léues nouarũq́;rerũ cupidi occupationibus detinēdi;Hiſpani, Belgas in eum rigere ordinem contenderunt,in quem,& Inſu bres,& Neapolitani deducti fuere, ſed aſperiores illos inuenerè, quod in cauſa omnium miſeriarum, vexationumq́; Hiſpanorũ fuiſſe comperimus. Romani Grecis nationibus inanes honoris titulos conceſſère,cum eos ambitioſos nimis agnoſcerēt.Neapolitanis ſat fidis eoſdem quoq́; titulos profusè nimis permiſerè Hiſpani.Turcæ,Grecos,vti infidos deſtruxerè.Aegyptios vti conſtantes,firmosq́, conſeruant.

Verùm hæc non tàm curanda arbitror,quàm ea,quæ Principatus,leges,conſuetudines, ordines, & ipſius vires clarius omnibus manifeſtant. Hos igitur ſubditos, eorumq́; numerum, ætatem,qualitatesq́; noſcat Princeps;quot hominum millia, ſi belli ſe ſe offerat occaſio, ſub militaribus ſignis poſſit habere; quantum armorum,aut annonæ parandum ſit,ſi vrbem armatis copijs circumobſideri contigerit; Rurſum cuius quiſque artis exercitationem profiteatur,qua ratione ſibi, ſuisq́; victũ paret, an vagi in vrbe homines ſint,& facinoroſi,qui propter rei familiaris difficultatem,aut ſcelera alibi perpetrata,paſſim ſedes mutant, ſummumq́; Reipublicæ detrimentum important, cum ad maleficia, ad latrocinia, ad cædes promptiores ſint, vt de illis decerni tutiſſimè poſſit, ſint ne ab ipſa vrbe eiusq́; finibus eiciēdi; Quæ ſint,cuiusq́ familiæ facultates, vt facilius matrimonia inter æquales,& eiuſdem cenſus poſſint coniugi, aliaq́; quāplurima commoda ex hac cognitione percipi ad bonam Reipublicæ adminiſtrationē,non minus apta, quàm maximè vtilia.Præterea maior adhuc neceſſaria eſt Principi cognitio. Sciat videlicet quomodo in Ciuitate creentur ordinum dignitates, an luculentæ attendantur diuitiæ, an verò inſignes animi dotes, ac merita. Vt id autem melius fiat,noua addenda lux eſt, quæ maiorem ordinum cognitionem penitus præbeat.

Alia maior conſideratio ineſſe Principi videt, hic deſcribēda.

Tres olim apud Romanos dignitatum gradus aliquo cũ cenſu conſtituti fuere, Senatorius nimium, Equeſtris, & Plebeius, quamuis regnante Romulo, duo tantum fuerint; nempè Senatorum,& Plebis. In tota Gallia Iulij Cęſaris ætate,eorum hominum, qui aliquo honore affecti videbantur, genera duo tantum erant, Drucidum, & Equitum;illi rebus diuinis intererant, ſacrificia publica,& priuata procurabant,religiones colebant, ad diſciplinæ eruditionem adoleſcentulos admittebāt, atq́; aliquo ingruente bello, ad arma pari omnes voluntate confugiebant; Plebs autem ſeruorum penè loco habebatur, quæ ſola quidquā nunquam audebat,neq́; ad vllum admittebatur conſilium,& ex illa plerią; cum antè ære alieno, aut magnitudine tributorum,

Tres ordines apud Romanos.
Tres anteà apud Gallos.

Quàm variæ vbique mutationes.

inſtrumentis clanculum vti poſſint,liberèq; ità imperare, vt accuratè exequi mandata cogantur, nec vnquam repugnante voluntate præceptis occurrere audeant. Hinc fit, vt ſæpè per illos plura in Rempublicam detrimenta enaſcantur, curentq; ipſi tanto animi impetu à rudi populo diligi,vt nunquam denegetur fauor,nec propriæ oppoſitam ſententiam demonſtrent; Qua in re in illud potiſſimum incumbat Princeps,ne officia, & præpoſituræ dignitatum à ſe,non ab alijs immediatè pendeant,Magiſtratusq; liberi omnimodo,ſibiq; ſoli ſint addicti. Metu aliquo ingruente periculo ad ſeditiones deueniunt nobiles,qui ob perpetrata ſcelera debitas formidant pœnas; ſi verò contra hos omnes paratur violentia,nec tũ alia ratione ſe poſſe fugere videant, priusquàm malum experiantur,ſibi multos deuinciunt, quibus omnia conturbent, vt apud Rhodienſes nobilitas iudiciorum metu,quæ ſibi parabantur, contra plebem ſe ſe armauit; Sæpè plebs contra nobilitatem inſurgit,quod vel ſeditionis, vel rebellionis cauſa non raro euenit, quàmquàm publico commodo id maximè ſit obnoxium. Inſanus enim populi furor iuſto aliquo dolore,vel inani ſuſpicione commoti efficit, ne exitus malè cæpti expendantur. Principum,& gubernatorum licentia plerumq; abutitur populus, & quia multorum quaſi capitum informe eſt monſtrum, vix vni ſaltem ſanæ adhæret ſententiæ,& in quãpiam ſapientem inconſtanti videtur animo diuertere, non diù in ea perſeuerat,mutationibus, & ſuſpicionibus obnoxius lõgè à ratione incipiens,perficiensq;. Non enim poteſt ſibi imperare,& quod ſemel probauerit, vel temporis momento à ſe procul remouebit,& cõtra,vt ſatius ſit in medio Mari, vel inter hoſtes, immanesq; feras,quàm arbitrio populi viuere. Quamdiù indigentia, vel neceſſitate aliqua premitur ſupplex, & humilis valdè,& ad eum cuius patrocinium, ac adiumentum ſperat, totus inclinat,at vbi ſentit ſe bene habere, maximè, dùm diuitijs affluit,de ſe mirificè præſumit;vndè,& ad libertatem, vel leuiſsimo impulſus vento iugum ſuperioris, quantũuis æquiſſimi Principis ſtudet excutere, & niſi tantæ audaciæ initio reprimatur, periculoſum, ne quod temere exorſus eſt, perniciosè perficiat; vbi verò imminentem Principis vigilantis dexteram conſiderat,eadem leuitate, qua cęperat, præſumens ad ipſius Principis gratiam iterum ſe ſe recipit.

Magiſtratus ab alijs quã à Principe pendere nõ debent.

Sæpè plebs contra nobilitatẽ inſurgit.

Populus eſt pluriũ capitum beſtia.

Horum omnium remedium eſt,ſi Princeps curet, vt à quoq; ue propria ſeruetur ordinis conditio,propria quisq; tractet, ac curet,ad omnia ſibi opem mutuo præbeat, tanquàm membra ad cordis ſalutem conſpirantia. Iàm illud apertiſſimum Ciuitatis ordines æſtimari, & ſpectari partim qualitate, vt diuitijs, partim quantitate,vt numero. Ideò ſi in corporibus partes mutentur,

Quę à Principe ſeruanda, vt quiq; ue in ſuo cõtineatur ordine.

tur,vel quantitate,vel qualitate,vel linea, aliud, aliuduè animal profectò exiſteret,ſiuè monſtrum potiùs,vt ſi pes ſit quatuor cubitorum, reliquum omne corpus bipalmem menſuram non excedat,cum cubitus ſex comprehendat palmos; ità ſi proportiò ſeruetur inter ordines Ciuitatis,florebit ipſe Princeps,certèque peribit,ſi vnus reliquos ordines ſuperet,& opprimat; Nec harmonicam illam proportionem ſuadeo, qua etiam plebeis nulla virtute,nullis meritis decoratis vna cum nobilibus honores, & Magiſtratus pateant,pro quibus iura ſatis præſumunt, vt ſuauis quidam reddatur concentus,ex grauibus,medijs,acutisq; vocibus prodiens,minimè certè conſentaneum eſſet, ſi in redigẽdis in ordinem Ciuitatis partibus, hisq; in fide cõtinendis is ſonus ſeruaretur,vt delicatis vocibus raucæ permiſcerentur;nec Geometricam quãdam abnuo, quæ merita cuiuslibet animaduertit,quæq; ſemper aditum benemerẽti patefacit ad honores. Sit equitas,& prudentia Principis,qui legum ſuarum metu,ordines in officio contineat;Sit præmium, ac pœna, quæ vti duo cardines, totam Principatus vim fulicant, quæ recta lance librent hanc molem;His prudenter vſus,nullam vexationem in ſua Republica aſpiciet,immò perpetuam conſeruabit incolumitatem.

In honorũ diſtributione nõ ſeruaſ armoniaca propoſito, ſed Geometrica.

Quàm vitandi ſint delatores vt rectè ſeruentur ordines, ac Principis ſalus.

CAPVT XXXIII.

OCCVLTOS delatores,humani generis occultam peſtem appello, optimo enim,ditiſſimoq; cuiq; Ciui exitiale malum eſt,eoq; formidabilius, quod non tiranicas tantum,ſed & bonorum Principum Aulas inhabitat, Ciuitatisq; ordines confundit,ac perdit. Virorũ iſtorum vilis cætus ſe ſe ſecretum in locum congregat, qui vnanime conſilium ſuſcipiunt,quo in Principis perniciẽ conſpirant,atq; ideò ea ſolum dicunt,quæ volunt probari;cum autẽ Princeps incluſus domi vera non nouit, cogitur hoc tantũ ſcire,quod iſti loquuntur.Hinc eſt,vt Iudices eligat,quos nõ oportebat,amoueat à Republica, qui ad Reipublicæ commodũ erant retinendi, nec iſta tamen omnia prohibent, quominus credatur Princeps optimus, atq; altiſſima ferè exornatus prudentia.

Delatores nimis odioſi.

Quid agũt, cũ aliquem perdere volunt.

Quod

Prima ratio. requirit. Neceſſe eſt enim, vt multas regiones perluſtrarit, multos populos, atque vrbes viderit, cum multis, diuerſiſque negotiatus ſit, multos, ac diuerſos obierit cetus, in multaſque, ac varias occaſiones inciderit, qui ex ſua experientia ſapere velit; ad quæ omnia vix vnius vitæ hominis ſpatium ſufficit. At longè diuerſa eorum lectionis ratio fuiſſe videtur, quæ minimo etiam momento, non tamen quæ vni, aut paucis, ſed multis hominum millibus, nec vno tantum anno, ſed pluribus ſeculis euenerunt, nobis repræſentat. Atque minoris eſt laboris, vel mille libros perlegere, quàm vel minimam eorum, quæ in ijs continentur, partem proprijs oculis perluſtrare.

Secunda ratio. Scientia deinde, quæ frequenti librorum lectione comparatur, magis vniuerſalis eſt, & certior, quàm ea, quæ à propria ſumitur experientia. Huius enim rei fundamentum ità innititur, vt quod vni tantum perſonæ contigerit, certiſſimum habeatur; illa verò plurimos, diuerſoſque habet euentus, non in vno tantum, ſed in infinita propè modum hominum multitudine comprobatos. Nec verò commendati Hiſtoriographi eſt, vt rerum ſolum præteritarum materiam, eorumque caſus, & euentus tradat, ſed cauſas etiam, rationeſque exponat, eàque omnia illuſtribus ſententijs, ac iudicijs compræhendat; Quæ facillimè memoriæ poſſunt infigi; cum ea, quæ experientia condiſcuntur, inter ſe conferenda, eorum rationes expendendæ, circumſtātiæ conſiderandæ, omnis denique ſuccus ſit exprimendus. Ad hoc autem non mediocris prudentia, & accuratum iudicium neceſſarium videtur; plures enim ſunt, qui in hæc grauiter impingūt, miſerrimèque labuntur, nàm vel ſapientiſſimi iudicio nonnunquam aberrant, nec humani ingenij imbecillitas ſe ſe, quò voluerit, adducet.

Tertia ratio. Commune inſuper eſt omnibus, qui nulla inſtructi doctrina, ac ſcientia, res ipſas aggrediuntur, vt ſuperficie tenus tantum pleraq; aſpiciant, interim docti præcipuas rei circūſtātias, & vt ità dicam, viſcera ſedula inueſtigatione perſcrutentur; Vt verò, qui muſicæ artis imperiti ſunt, ſonum tantum percipiut; de armonia verò, aut diſſonantia iudicare nequeunt, ſic litterarum expertes homines, quæ fiunt, audiunt quidē, ac vident; At, quod ab his peccatum, ab illis verò dexterè, atque prudenter factum ſit, non animaduertunt; vt verum ſit Paucos ex ſe ipſis ſapere, ſed pleroſque ab alijs exemplum deſumere, quo ſapientiores ipſi reddantur.

Quarto rō. Additur, & illud ad omnem ſcilicet artem experientiam requiri, nàm ars nihil aliud eſt, quàm præceptionum exercitatarū compræhenſio, ſic etiam ars gubernandi, cuius præcepta in libris deſcripta extant, quæ nihil tradit, niſi, quod ſtabili multorum

rum ſcriptorũ auctoritate probatũ,confirmatũq; ſit,quæ cõſilio cũ euentibus cõparata, ſaluberrima indè præcepta exhaurit; & his quidẽ lõgè ſecurior ineſt auctoritas,ac fides,ſi quod ſcripſerint,ſimul etiã actionibus demonſtrarint.Huiuſmodi fuerũt Herodotus,Thucidides,Ioſephus, Iulius Cæſar, & alij. At ſi rectè intuebimur,experientiã ipſã quodãmodo præſenti librorum lectione acquiri poſſe cognoſcemus, cum à memoria, quaſi à ſuo fonte promanet;Quid enim libri aliud ſunt,quã memoria,ac veluti tẽporis regiſtrũ,quod omniũ rerũ ſapientiſſimũ veteres dixere?Quã verò tu certiorẽ,aut firmiorẽ,quã locupletiorẽ,quã antiquiorẽ memoriã expetere auſis,quã quæ æternis librorũ monumentis demandata eſt?Quin etiã in raris,atq; inuſitatis caſibus vnicũ tantum exemplũ certiſſimæ experientiæ locũ tenet;ſi autẽ multorũ experientia errori ſubiecta eſt,quanto magis vnius;certum quoq; eſt multos etiã erroribus poſſe eſſe obnoxios;quãuis enim res eadẽ ſæpè vno pla è,eodemq; modo eueniat, indè tamen certa regula quadã ſtatui,aut inferri nõ poteſt, ob duos errores,quibus hæc facilè cõmitti poſſunt; quorum primus eſt in agente,vel is enim matura cõſilia,aut ignauia,aut ſocordia corrumpit,aut negociũ non,vbi debet,pertractat. Alter verò eſt in re ipſa,quæ non eundẽ ſemper ſortitur effectum, occulto aliquo obice impedita,immò nonnunquã inopinato atq; alieno à propria natura exitu ob quodcumq; aliud fortuito intercipiẽs concluditur.Rurſus vnius experientia alteri nimis eſt periculoſa; ea enim,vel ad aliquid agendum hominem cõpellit,vel impedit,ne agat,quãuis maximi videatur eſſe momenti, vnius, vel alterius actio, duo enim,cum idem agunt, diſsimiles nihilominus vides effectus;Periculoſa etiam eſt experientia quæ ſolo nititur euentu,ex quo tamen (licet interdum rerum Iudex nõ ſit imperitus) conſilia non eſtimanda ſunt;ſæpè enim praua magis, quàm honeſta conſilia pro voto ſuccedunt; idque ex eo eſt, quia pleraſq; res fortuna ex ſola ſua ducta libidine huc, illuc verſat.

Poſtremò,ſi id,quod ad perfectionem faciliùs ducit, eſt perfectius,negari nequaquã poteſt, quin ſcientia experientiæ ſemper antecellat. Qui enim ſcientia egregiè inſtructus eſt, facilè eius adminiculo res ipſas tractare,ſicq; propriam ſibi comparare experientiam poteſt;& licet quis experientia clarus, longè tamen à ſcientiæ perfectione adhuc aberit;vt enim experientia diuturnum temporis ſpatium perquirit,ità nec certa,aut ſolida eſt, ſed multos ſcrupuloſo hærentes animo relinquit, ità, vt qui ea inſtructi quoq; ſunt,ſolliciti nihilominus vadum, antequã aggrediantur,explorare neceſſe habeant,ſemperq; in periculo verſentur,ne ſibi dedecus Reipublicæq; damnum afferãt. Quod ſi quis alio vtatur progreſſu,multis ſe ſe obijciet periculis,ac ſi quando Quinta rõ.

ea euitabit,tardè tamen,& multo tempore, ac ſumptu id ſemper
efficiet. At qui in litterarum ſtudijs benè verſati ad res gerẽdas
accedant,meliori certe ſecuritate,fœliciusq́;, quam, cum Pro-
uinciæ adminiſtrationem aggrediuntur; tractant, accuratiusq́;
omnia proſpiciunt,ac procurant;cum quidquam vix eſſe ſciam,
cui ſimile aliquid apud hiſtoricos non reperiatur, vt non minus
verum ſit,nihil fieri,quod non ſit factum,priùs, quàm quod dici
Ad obiectũ reſponſio.
ſolet, nihil dictum,quod non ſit dictũ priùs. Verũ,dices,vna ea,
vel minima circũſtantia totã rẽ,ſiuè caſum in longè diuerſũ cõ-
mutari,illas verò infinitas eſſe,atq́; ideò nequaquã impreſſis vo
luminibus cõprendi.Verũ hoc argumento affirmarim magis ſin
gularẽ illã,ac propriã experientiã, quã ſcientiã ex librorum le-
ctione cõparatã impugnari.Illis enim multę,adeoq́; infinitæ cir
cunſtantiæ poſſunt facilè obijci, quas ipſi non modo vſu nõ ex-
perti ſunt,ſed ne prima quidem cogitatione, aut animo percipe
re,at his raró inſolitũ quidquã minimè vſitatũ poteſt accidere,
cũ in tanta variorũ ſcriptorũ, ac librorũ multitudine, quod vni
deeſt,facilè ex alio ſuppleatur;certè ne minimam quidẽ partem
eorũ,quæ quis legere poſſit,ea,quę quis vidit,attingunt. Verùm,
Rurſus ad aliud obiectum, alia reſponſio.
ſi denuò obijcies ad temporũ mutationẽ,& mores quoq́; muta-
ri,atq́;ideò nunc bellũ aliter geri,quã olim,aliã eſſe adminiſtrã-
di Imperij rationem,alias artes,quibus res eò ſpectantes tracta-
ri debeant,quàm olim,ità, vt priſcorum librorum nullum, aut
exiguum retineant vſum,ſed nouis opus ſitexperimẽtis,nouisq́;
artibus.Reſponderi poterit, mutationẽ hanc nõ tantoperè per-
pendendam,cũ eædem velut aues ſint,quę verſicoloribus obdu-
ctæ plumis redeunt,aut eadẽ veluti ciborum diuerſimode cõdi-
torum fercula;hoc verò non obſtat, quominus vera ratio, quæ
neq́; decipitur,neq́; decipit,locum habeat,integra,ac certa ſem
per exiſtat;ſemper verum fuit inuidiã proſperitatis eſſe Comi-
tẽ,ſecuritatemq́; non ſinè aliquo ingenti diſcrimine progredi.

Cõcluditur eligẽdos eſſe magis peritos, quã expertos viros
Cũ igitur hæc ità ſe ſe habeant,cõpertũ habemus,quã decipiã
tur ij,qui ſolo cuiuſdã experientiæ colore eã ſanè referunt per-
ſonã,vt sẽper cõtentiosè cũ magiſtris ſe velle decertare videan
tur,immò in ſua veluti hereſi contumaceseo Principẽ adducere
conantur, vt pro ſapidis bonorũ conſiliorũ obſonijs ſæpiſſimè
lętiferos,& exitiales cibos attingat.Eius itàq́; ſit ſentẽtię,ne ex-
perti viri conſilijs ità ſe dedat, vt edoctos, & peritos abijciat;
immò horũ amplectatur vtpotè ſalubriora ſuadeo, quibus firm*
animus inhærere tutius poterit. Sępiſſimè Principẽ alicui expe-
riẽtiæ rore aſperſo innixũ ſuas res magis perturbaſſe, quã rectè
diſpoſuiſſe atq́; in rectã quendã ſeriẽ redegiſſe videmus; expe-
rientia clarũ omninò eũ credat,qui magno alicui Principi,ſuam
ſæpiùs præſtiterit operam, cuius ſollicitæ curæ in ſumma ne-

gotia

gotia incubuerint, qui in triſtibus, fœliciſſimisq; euentibus, Regię, propriæq; exiſtimationis clauum tractare, regereq; nō ignorauerit, qui præſentibus rebus ſe ſciuerit accomodare, qui maturo iudicio aliorum iam ſuſcepta cōſilia cum præſentibus aptè comparauerit, cui nihil ignotū fuerit, quod poſſit accidere, qui tandem tuto pede poſſit quocumq;, quæ præmanibus habet, ſine vllo timore, periculoq; deducere. His impunè Reipublicæ nauim committere poteſt, quod ſi in optimarū artium ſtudijs maximè verſatos etiam viderit, nihil erit periculi, quin incolumis portum teneat.

Quam vtilis ſit Principi Subditorum Imperij ordinum, ac etiam finitimorum cognitio.

CAPVT XXXI.

TANTAM in rebus ciuilibus non exigo Prudentiam, quantam in noſcendis Imperij, ac finitimorum naturis perſpectam velim. Plura ſunt, quæ cuicumque Principi certiſſima eſſe arbitror; Quo videlicet iure ad ſupremā Principatus dignitatem euectus fuerit, an ſucceſſione, an electione, an iure belli, quæ leges Principatus ſint, quæ conſuetudines, quæ vires, qui Vrbium numerus, qui ex ijs reditus, quot hominum millia ſuis e caſtris ſub ſigna bellica poſſit cogere, aliaq; id genus. Hæc certè tanti ſunt, vt ſi ſæpiſſimè tanquam maiora diuulgentur, quam re vera ſint, periculū ſit, ne Principi, Reipublicæq; excidiū omninò extruāt; ſi enim Princeps ſua tumidus ambitione, ſibi maiores auri, & argenti copias, amicorum, militumque, quā ſua poſcat conditio, inani mente concipiat, magna ſemper ſubibit pericula, nec illud aduenisse tempus vnquam cognoſcet, quo ſiuè, agēdo, ſiuè quacumq; alia adhibita induſtria à ſuis ſubditis præconceptos timores, & pericula depellere valeat. Hinc igitur, vt omnia Principi innoteſcant, populi natura priùs eſt longa inueſtigatione tentanda, ac cognoſcenda, quæ e ſitu regionum potiùs, quàm ab educatione, ætate, fortunaq; patefieri debet, vtrum videlicet ſeptentrionales partes, an meridiem, Orientem, an Occidentē reſpiciant, vtrum planę, ac montuoſæ, ventis obnoxiæ, an trāquillo ſemper aere ſerenæ; Quemadmodum enim cæteris in rebus quidquid boni eſt, medium obtinet locum; ità hæ quoq; gentes, quæ inter Septentriones, & meridiem, hoc eſt calorem inter, & frigus interiectas incolunt regiones, ſuauioris, facilioriſq; ſunt naturę,

Imperij, ac vtriū Principi neceſſaria cognitio.

Ex regionū ſitu, populorū natura dignoſcitur.

Incolentes plagas inter medias faciliſ ſunt naturæ.

naturæ,ac conditionis,quã aliæ, vtpotè ingenio ad quaſcumq; res,ſed in primis ad gubernandi ſtudiũ aptiores ab ipſa magiſtra natura inſtructæ.Hinc eſt,vt omnibus pateat,qualia quãtauè Imperia fuerint in eorũ poteſtate,qui tẽperata hęc climata habitauere.

Septẽtrionales populi feroces, non aſtuti.

Huiuſmodi eſſe videntur Aſſyrij,Perſæ,Medi,Tartari,Turcæ,Romani,Galli,Hiſpani. Qui verò ad Septentriones nõ tamẽ in vltimis illis nimio concretis frigore regionibus habitant,ingentes,generoſosq; ſeruant animos,quos eoſdẽ tamẽ Auſtrales præſtantia ingenij,& caliditate antecellunt; illi quidẽ ſimplici, & aperto pectore animi viribus præſtantes,hi fraudolẽti,& malitioſi,ità vt illis Leonis quodammodo naturã, his verò vulpiũ meritò tribuerẽ;tardi illi ſunt,at in actionibus ſuis firmi, atque conſtantes,hi impetuoſi,& leues,lęti illi,hi triſtes,illi demum in Bacchicã voracitatem,hi in veneream voluptatẽ nimis propẽſi. Verũ inter hos omnes vtriusq; naturæ quodãmodo participes, & temperati oribus moribus præditi interijciunt, non aſtuti hi ſunt,ſed prudentes,non feroces,ſed mites,& quoniã Septẽtrionales ſuis confidunt viribus,Reſpublicas,& Regna,quorum electio à regionibus dependet,apud eos cõſtituta videmus,vt apud Tranſiluanos,Polonos,Danos,Suecos;licet autẽ Septẽtrionales potiori ex parte Principatibus hęreditarijs ſubiecti ſint,id tamẽ non moribus ipſorum,& naturæ, quæ ab libero vnius Imperio quã maximè abhorret, ſed Monarchę pręſtantię adſcribendum eſt, quę tanta eſt, vt omnes ferè aliarũ Rẽpublicarũ ſtatutę formę ad hanc vnam redigantur.

Auſtrales aſtuti,ſcientijs, ac cõtẽplationibus dediti.

Auſtrales,qui ſcientijs, ac contẽplationi dediti ſunt,Religione, & ſuperſtitionibus vt plurimum ducuntur,& reguntur;Apud hos nata eſt Aſtrologia, ab his primam traxit originẽ Magia;at populi, qui inter Septentrionales frigus,& Auſtralẽ calorẽ intermedij temperatas regiones incolunt,tẽperatũ quoq; iuſtitia ſcilicet, ac recta ratione amant Imperij genus.

Intermedij populi rectius iuſtitiã amant.

Ab his firmatę leges,ac ſtatuta,Imperatorię artes,ciuilis prudẽtia;& quicquid ad Rẽpublicã tũ pacis,tũ belli tẽpore rectè adminiſtrandam ſpectat,ortũ primũ eſt, nitidiori poſteà lumine illuſtratum.

Principis prudẽtia in noſcẽdis ſubditorũ naturis.

Principis igitur prudentia inſigniti munus eſt eam Imperij adminiſtrationem,eaq; conſilia ſuſcipere, quę magis propè ad horum naturam,ſtatum, conditionemque vidẽtur accedere,atq; ità ſua elaborare diligentia, vt à ſcopo propoſito minimè deflectat.

Prĩcipi tãtæ artis ĩ,erito fruſtra ſemper erunt curationes.

Quomodo mulcẽdi populi, ac detinendi.

Vt id autem rectiùs faciat,pręnoſcendę ſunt cauſę,quarum cognitione Reipublicę morbis Princeps medeatur.Si enim peritũ Principẽ hę latebunt,fruſtra erũt curationes, quę licet plurimũ efficacitatis in ſe habuerint, bono tamen fruſtrãtur effectu;ferox equus duro cohibẽdus eſt frœno; Illę verò nationes etiã rigida ceruice,vel negotiationib⁹,cõmercijsq;ſũt mulcendæ,vel voluptatibus frãgẽdę.Ambitioſi honoribus, dignitatibusq;

Digitized by Google

gnitatibuſq;cumulãdi,auidi pecuniæ mercatura,& auro molliẽ di,leues nouarũq;rerũ cupidi occupationibus detinẽdi;Hiſpani, Belgas in eum ridigere ordinem contenderunt,in quem,& Inſu bres,& Neapolitani deducti fuere, ſed aſperiores illos inuenerè, quod in cauſa omnium miſeriarum, vexationumq; Hiſpanorũ fuiſſe comperimus. Romani Grecis nationibus inanes honoris titulos conceſſère,cum eos ambitioſos nimis agnoſcerẽt.Neapolitanis ſat fidis eoſdem quoq; titulos profusè nimis permiſerè Hiſpani.Turcæ,Grecos,vti infidos deſtruxerè.Aegyptios vti conſtantes,firmoſq; conſeruant.

Verùm hæc nõn tàm curanda arbitror,quàm ea,quæ Principatus,leges,conſuetudines, ordines, & ipſius vires clarius omnibus manifeſtant. Hos igitur ſubditos, eorumq; numerum, ætatem,qualitateſq; noſcat Princeps;quot hominum millia, ſi belli ſe ſe offerat occaſio, ſub militaribus ſignis poſſit habere; quantum armorum,aut annonæ parandum ſit,ſi vrbem armatis copijs circumobſideri contigerit; Rurſum cuius quiſque artis exercitationem profiteatur,qua ratione ſibi, ſuiſq; victũ paret, an vagi in vrbe homines ſint,& facinoroſi,qui propter rei familiaris difficultatem,aut ſcelera alibi perpetrata,paſſim ſedes mutant, ſummumq; Reipublicæ detrimentum important, cum ad maleficia, ad latrocinia, ad cædes promptiores ſint, vt de illis decerni tutiſſimè poſſit, ſint ne ab ipſa vrbe eiuſq; finibus eiciẽdi; Quæ ſint,cuiuſq; familiæ facultates, vt facilius matrimonia inter æquales,& eiuſdem cenſus poſſint coniugi, aliaq; quàmplurima commoda ex hac cognitione percipi ad bonam Reipublicæ adminiſtrationẽ,non minus apta, quàm maximè vtilia.Prætereà maior adhuc neceſſaria eſt Principi cognitio. Sciat videlicet quomodo in Ciuitate creentur ordinum dignitates, an luculentæ attendantur diuitiæ, an verò inſignes animi dotes, ac merita. Vt id autem melius fiat,noua addenda lux eſt, quæ maiorem ordinum cognitionem penitus præbeat.

Alia maior conſideratio ineſſe Principi videt, hic deſcribẽda.

Tres olim apud Romanos dignitatum gradus aliquo cũ cenſu conſtituti fuere, Senatorius nimium, Equeſtris, & Plebeius, quamuis regnante Romulo, duo tantum fuerint; nempè Senatorum,& Plebis.In tota Gallia Iulij Cęſaris ætate,eorum hominum, qui aliquo honore affecti videbantur, genera duo tantum erant, Drucidum, & Equitum;illi rebus diuinis intererant, ſacrificia publica,& priuata procurabant,religiones colebant, ad diſciplinæ eruditionem adoleſcentulos admittebãt, atq; aliquo ingruente bello, ad arma pari omnes voluntate confugiebant; Plebs autem ſeruorum penè loco habebatur, quæ ſola quidquã nunquam audebat,neq; ad vllum admittebatur conſilium,& ex illa pleriq; cum antè ære alieno, aut magnitudine tributorum,

Tres ordines apud Romanos.
Tres anteà apud Gallos.

Quàm variæ vbique mutationes.

aut iniuria potentiorum premerentur, ſe ſe nobilium ſeruituti addicebant, atq; ità in eos iura omnia, quę dominorum propria erant, transferebantur; Et hæc maximè talem obtinuerunt vſum, quo tempore nobilitas tyranica quaſi poteſtate, ac Ariſtocratiæ ſpecie imperabat; qua tamen opibus mirum in modum affluens abutebatur. Verum nouis ſuperuenientibus temporibus Monarchia firmata; noua forma, & melior imperandi inuecta, & tres ſtatus, ſiuè ordines populi cōſtituti ſunt. Primus, Eccleſiaſticarum perſonarum, alius nobilium, alius plebeiorum, qui etiam artifices, ruſticos, aliosque inferiores ex populi quisquilijs continet; maximè enim ęquitati conſentaneum viſum eſt, vt Monarcha pręſtantiore quadam gubernandi ratione omnium, non tantum ſacrificantium, & nobilium, ſed etiam inferiorum ſollicitudinem, & curam habeat. Sunt, & ijdem quoq; ordines in Germania, eiusque Prouincijs, in Belgia, Anglia, ac etiam in omnibus ferè Ciuitatibus, tùm earum Prouinciarum, tùm etiam Italiæ; Ex his enim veluti fontibus emergunt leges, & conſuetudines, quę partim fundamentales ſtatus dicuntur; quæ videlicet fundationis tempore ſtatutæ, promulgatęque fuerunt, quibus ſemper Princeps adſtrictus eſt. Aliæ verò, quæ ordinatę ab ordinibus robur minimè accipiunt, ni annuente Principe firmiſſimè confirmentur.

Neceſſitas finitimorum Principi noſcendi naturas.

Poſtremò viciniorum, finitimorumque populorum naturæ diligenter ſunt cognoſcendę, illiusque vires matura conſideratione perpendendę, animorum ſtudia, propenſionesque inueſtigandę; nàm fieri poteſt, vt hoſtilis, & infenſus animus quamcumque nocendi occaſionem expectans fucatis amicitię ſignis exhibitis alte prematur, tunc demum in excidium erupturus, cum difficilia tempora inciderint, atque Principem aliorum iniurijs, ac violētijs obnoxium reddiderint, ſunt hęc etiam pernoſcenda Principi, ne fortè vicini, aut commodi alicuius ſpecie, aut rerum ſecundarum inuidia, quibus ęmula finitimorum pectora, plerumq; flagrant, malum aliquod occultè ſeruent, & ſi amicitias ſinceré coluerint, quantum in illos cum fuerit opus, ſpem inijcere poſſit, claré perſpectum habeat.

Quæ

Quæ poſsint eſſe errata ordinum, & quomodo prudenter à Principe corrigantur.

CAPVT XXXII.

POPVLORVM ordines in Republica ità ſunt dipoſiti, vt multiplicium diſſimiliumq́; fidium ſpeciem repræſentent; ſicut enim hæ concinna ſua varietate in muſico inſtrumẽto, harmonicum cantum referunt, ità ciuiũ ordines in Vrbe diſtincti, ſi eos Principes rectè moderetur, ſuauiſsimo quodam concentu omnium animos recreant, neq́ue in tanta Reipublicæ varietate quidquam vnquam perturbãt. Morbi origine ſatis cognita certiſsima erunt opportuna remedia, & facillimè Princeps, niſi ea, quæ par eſt, prudentia deſtituatur, cũctis occurret, ad vnamq́ue quaſi harmonicum concentũ ſemper deducet. In primis totius Reipublicæ ſtatus nutabit, ſi quod corpus requirit, In capite nequaquã reperiatur, niſiq́; Princeps ea Prudentia, & arte vtatur, quæ ad vtilitatem, ac rectitudinem Reipublicæ conſeruandam ſibi neceſſaria videtur; ſi citharedus non nouerit concordes fidium motus, ſeù cõcinnitatem ex acutorum, grauiumq́ue ſonorum multiplicitate, diſſonum omninò ſtrepitum tantum exaudiet; neq́ue id ſonoræ cytharæ tribuitur vitio, neq́; fidium, quæ fortaſsè ad ſonum aptiſsimæ erunt, ſed in cytharedum certè error omnis vertitur, vt potè qui imperitus muſicus, cuiusq́; toni mixtionem, vel cõcentum non norit, Vt ſæpè nauis optima ſuis armata neceſſarijs inſtrumentis, anchoris, velis, & ſimilibus, imperitia prorete, quæ clauum tenet in ſcopulos, ſyrtes, & vortices delapſa confringitur, & vectores vna ſubmergit, ſic Princeps ſua incuria, cui ſunt optimi ciues, nobiles, optima plebs, totam Rempublicam confundit, & vectores quosq́ue primarios omnes in profundum ſæpè miſeriarum demergit.

Optima cõparatio.

Princeps Prudẽtia diſtitutus in nõ noſcẽdi Imperij ordinibus eſt tãquã Citharedus imperitus, qui cõcordes fidiũ motus non noſcat.

Primarij nobiles, Aularum optimates plebecula abutuntur in ſummam ipſius Magiſtratus perniciem, propriamq́; ambitionẽ; qui enim propius ad Principis gratiam accedunt Aulici, quiq́ue primos ordines ſanctioris conſilij ducunt, dùm ſuæ factionis homines, ſuisq́; voluntatibus inſeruientes eligunt, aut aſſumunt ad Magiſtratus, præpoſituras, dignitates, officia, & beneficia non quidem dignos, ſed quibus, vt ſæpè idoneis peruerſæ voluntatis

Alia prorete & Principis comparatio. Sępè Optimates plebecula ad ſuã ambitionem abutitur.

inſtru-

inſtrumentis clanculum vti poſſint, liberèq; ità imperare, vt accuratè exequi mandata cogantur, nec vnquam repugnante voluntate præceptis occurrere audeant. Hinc fit, vt ſæpè per illos plura in Rempublicam detrimenta enaſcantur; curentq; ipſi tanto animi impetu à rudi populo diligi, vt nunquam denegetur fauor, nec propriæ oppoſitam ſententiam demonſtrent; Qua in re In illud potiſſimum incumbat Princeps, ne officia, & præpoſituræ dignitatum à ſe, non ab alijs immediatè pendeant, Magiſtratusq; liberi omnimodo, ſibiq; ſoli ſint addicti. Metu aliquo ingruente periculo ad ſeditiones deueniunt nobiles, qui ob perpetrata ſcelera debitas formidant pœnas; ſi verò contra hos omnes paratur violentia, nec tū alia ratione ſe poſſe fugere videant, priusquàm malum experiantur, ſibi multos deuinciunt, quibus omnia conturbent, vt apud Rhodienſes nobilitas iudiciorum metu, quæ ſibi parabantur, contra plebem ſe ſe armauit; Sæpè plebs contra nobilitatem inſurgit, quod vel ſeditionis, vel rebellionis cauſa non raro euenit, quàmquàm publico commodo id maximè ſit obnoxium. Inſanus enim populi furor iuſto aliquo dolore, vel inani ſuſpicione commoti efficit, ne exitus malè cæpti expendantur. Principum, & gubernatorum licentia plerumq; abutitur populus, & quia multorum quaſi capitum informe eſt monſtrum, vix vni ſaltem ſanæ adhæret ſententiæ, & in quāpiam ſapientem inconſtanti videtur animo diuertere, non diù in ea perſeuerat, mutationibus, & ſuſpicionibus obnoxius lōgè à ratione incipiens, perficiensq;. Non enim poteſt ſibi imperare, & quod ſemel probauerit, vel temporis momento à ſe procul remouebit, & cōtra, vt ſatius ſit in medio Mari, vel inter hoſtes, immanesq; feras, quàm arbitrio populi viuere. Quamdiù indigentia, vel neceſſitate aliqua premitur ſupplex, & humilis valdè, & ad eum cuius patrocinium, ac adiumentum ſperat, totus inclinat, at vbi ſentit ſe bene habere, maximè, dùm diuitijs affluit, de ſe mirificè præſumit; vndè, & ad libertatem, vel leuiſsimo impulſus vento iugum ſuperioris, quantūuis æquiſſimi Principis ſtudet excutere, & niſi tantæ audaciæ initio reprimatur, periculoſum, ne quod temere exorſus eſt, perniciosè perficiat; vbi verò imminentem Principis vigilantis dexteram conſiderat, eadem leuitate, qua cęperat, præſumens ad ipſius Principis gratiam iterum ſe ſe recipit.

Magiſtratus ab alijs quā à Principe pendere nō debent.

Sæpè plebs contra nobilitatē inſurgit.

Populus eſt plurifū capitum beſtia.

Horum omnium remedium eſt, ſi Princeps curet, vt à quoque propria ſeruetur ordinis conditio, propria quiſq; tractet, ac curet, ad omnia ſibi opem mutuo præbeat, tanquàm membra ad cordis ſalutem conſpirantia. Iàm illud apertiſſimum Ciuitatis ordines æſtimari, & ſpectari partim qualitate, vt diuitijs, partim quantitate, vt numero. Ideò ſi in corporibus partes mutentur,

Quę à Principe ſeruanda, vt quique in ſuo cōtineātur ordine.

tur,vel quantitate,vel qualitate,vel linea, aliud, aliuduè animal profectò exiſteret,ſiuè monſtrum potiùs,vt ſi pes ſit quatuor cubitorum, reliquum omne corpus bipalmem menſuram non excedat,cum cubitus ſex comprehendat palmos; itâ ſi proportiô ſeruetur inter ordines Ciuitatis,florebit ipſe Princeps,certè que peribit,ſi vnus reliquos ordines ſuperet,& opprimat; Nec harmonicam illam proportionem ſuadeo, qua etiam plebeis nulla virtute,nullis meritis decoratis vna cum nobilibus honores, & Magiſtratus pateant,pro quibus iura ſatis præſumunt, vt ſuauis quidam reddatur concentus,ex grauibus,medijs,acutisq; vocibus prodiens,minimè certè conſentaneum eſſet, ſi in redigẽdis in ordinem Ciuitatis partibus, hisq; in fide cõtinendis is ſonus ſeruaretur,vt delicatis vocibus raucæ permiſcerentur;nec Geometricam quãdam abnuo, quæ merita cuiuslibet animaduertit,quæq; ſemper aditum benemerẽti patefacit ad honores. Sit equitas,& prudentia Principis,qui legum ſuarum metu,ordines in officio contineat;Sit præmium, ac pœna, quæ vti duo cardines, totam Principatus vim fulcant, quæ recta lance librent hanc molem;His prudenter vſus,nullam vexationem in ſua Republica aſpiciet,immò perpetuam conſeruabit incolumitatem.

In honorũ diſtributione nõ ſeruat armoniaca propoſito, ſed Geometrica.

Quàm vitandi ſint delatores vt rectè ſeruentur ordines, ac Principis ſalus.

CAPVT XXXIII.

OCCVLTOS delatores,humani generis occultam peſtem appello, optimo enim,ditiſſimoq; cuiq; Ciui exitiale malum eſt,eoq; formidabilius, quod non tiranicas tantum,ſed & bonorum Principum Aulas inhabitat, Ciuitatisq; ordines confundit,ac perdit. Virorũ iſtorum vilis cœtus ſe ſe ſecretum in locum congregat, qui vnanime conſilium ſuſcipiunt,quo in Principis perniciẽ conſpirant,atq; ideò ea ſolum dicunt,quæ volunt probari;cum autẽ Princeps incluſus domi vera non nouit, cogitur hoc tantũ ſcire,quod iſti loquuntur.Hinc eſt,vt Iudices eligat,quos nõ oportebat,amoueat à Republica, qui ad Reipublicæ commodũ erant retinendi, nec iſta tamen omnia prohibent, quominus credatur Princeps optimus, atq; altiſſima ferè exornatus prudentia.

Delatores nimis odioſi.

Quid agũt, cũ aliquem perdere volunt.

Quod

Quod ſi aliqua in Principem coniuratio detegatur, vt inſolens ciuilis belli victoria, iſta latronum improbitas ſolet graſſari; & ſi quisquam in vrbe erit ciuis, qui prædia, villas, hortos, & amena loca habeat, in lucrum reuocandum cenſent, ſi ad venditionem ab ipſis cogantur. Optimis conditionibus facta venditio eius prædij eſt, quæ, niſi facilè dimittatur, vi poteſt auferri; Potētiores enim, quod debito iure cōſequi nequeunt, vi ipſa extorquēt. Intentatur crimen aliquod grande, ſolaq; piandium morte; Immiſſi deindè in rei ædes, repertoria, & Indices conficiunt; vbi inter cartas, & ſecretiorum litterarum euolutiones facilè eſt ſubdere aliquod, quod innocentis famam oneret; Illud poſteà profertur in iudicio, recitaturq;, vt eo veluti firmiſſimo ſanctiſſimoq; teſtimonio abrogata fide miſer damnetur. Si verò aliquæ defenſiones, vt ad Principem deferatur cauſa, conſcribuntur, ſupprimūtur; Quamobrem cauti Principes, ne calumnijs, & improbitati liberum ad Aulas aditum patefacerent, punitis, quos manifeſta ſcelera ad ſupplicia vocabant, de ijs, qui in criminibus quoquomodo participes fuerunt, quidquam vnquam inquirere noluerunt; Theodoſius occiſo Valentiniano à quodam ſeditioſorum Duce de coniuratis quæſtionem agitate noluit, ne maiori in dies increbeſcente formidine, maiores quoq; in prouincijs turbines excitarentur; ſapiens quisque eos iudices omninò damnat, qui innocentes in ius pertrahi cogunt, ac inquiri; non ex hoc tamen parui volumus æſtimari legitimi Principis ſalutem propugnatoris bonorū, virtutisq; defenſoris, qui alios etiam ad eam tutandam ſibi aſſumit; ſed illud planè lugubre eſt, & deplorandum, illos, qui conquirendis reis in Maieſtatis maximè crimine conſtituuntur, data calumniarum indulgentia, mādatorum terminos ſupergreſſos, fluminis modo fortunis complurium ſe ſe repentinos infundere, & cum malis bonos, cū nocentibus innoxios trahere, atq; iugulare. Multi præterea publicæ vindictæ ſpecie priuatas offenſas ſuasq; vlciſcūtur iniurias. Horum alij ignoti occultis quibuſdam rationibus per vrbem diſtribuuntur, ad Tribunalia, & Principem delaturi, quæ audiunt, atq; ità nobilium conuentibus ſemper aſſiſtunt, diuitum, ac primatum palatia liberè intrant, ac demum latenter intromiſſi per poſtica in Regiam animorum concordi conſpiratione id obſeruant, vt nimium fingant plurima, atq; ea, quæ cognita ſunt, maiora ſemper reddant. Accedunt ſæpè cuſtodes, qui inconſultas voces excipiunt, nuncios, introitus, aperta, ſecreta velut in annales referunt, conuiuialium denīq; fabularum ſimplicitatem odioſè exageratam in aulam deportant; Aliud Scycophantarū genus eſt, qui cum illo, quem malè prorſus actum volunt, iaciūt fortuitos ſermones, vt fraudis amoueant ſuſpicionem, tū blandiuntur

Puniuntur ſceleſti tātū, nō ſceleris conſcij.

Quid agūt hi delatores, vt ſi Princeps magis inſinuunt.

diuntur illi,vt maiorem captent beneuolentiam,poſteà verò aliquod rerum ſuarum arcanum illi committunt,vt ſinceritatis fidem mereantur. His artibus irretitus minùs prudenter ille animi ſui ſecretum in apertum prodit, quod innumeris propè auctũ calumnijs ad Principem deferunt. Solent etiam tales interdum ſimulatæ amicitiæ ſpecie,licet quodcumq; abſit periculum,præmonere,vt odium,& diffidentiam ferant,quomodo Agrippinam Germanici viduam dolosè monuit Seianus,paratum ei venenũ, vitandas Tiberij epulas; tunc inter miniſteria vitæ ſecretioris Principum aures occupantur,& negocia torquentur, mẽtitisq; verbis premuntur,aut eleuantur,& paruo negocio deflectuntur, aut intendũtur;His artibus,cum ipſis quaſi canibus obiecta præda ſit,accuſatores commouentur,dieq; funeſtis interrogationibus decreto,effecti quidam viri,quibus ficti quoq; iudicij tribuitur munus,reſident,adhibitis ſcribis omnibus,quæ ſint agenda, dicenda,pronuntiandaq; edoctis;Qui carnificis ictui ſubſternitur,gratia Principis à cruce,furcis,alioue maiori ſupplicio liberatus dicitur,vanaq; clementiæ ſpecie ad proſcriptiones,exilia, & bonorum publicationes,& quæ leuiora videntur, quãuis ſine aſperrima,deuenitur.Exempla illarum, quas diximus, delationum,& quæ innocentibus inſidiantur,artium, quàmquàm pluri ma ex omni hiſtoria adduci poſſent,ne tamen in tàm triſti argu mento fortaſsè nimis longus ſim,ſolum id aſſeram, hanc peſtẽ, hancq; perniciem,niſi ſummo animi conatu ei Princeps occurrat,in omnem ordinum,ſubditorum, ipſiusq; Principis exitium conuerti; Quicquid enim ſceleris,quicquid rapinæ, & quidquid fraudis iſti nebulones nectunt,quicquid deniq;peccant,ſub ipſo Principis nomine,ipſoq; patrocinio peccare videntur;hinc poſteà contemptus,ex contemptu odium certiſſimæ Principatus peſtes oriuntur, ſubditiq; populi,vbi ſe ipſos à gratioſis in Aula inter ſe diuidi ſatis diù toleranter ſuſtinuerint, tandem horum auaritiam,acerbis remedijs ſolent excutere. Prudenter facturus eſt ille Princeps,cum aliquid ad ipſos occultè defertur,ſi delatorem ſiſtat, certam fidem ſibi fieri iubeat eius, quod ſit delatum.Hac enim ratione tranquilliorem certè vitam deget, quod nullus ad talem, tantamq; ſit progreſſurus amentiam, vt quod nullis probationibus valeat corroborare, de eo ſit alicui facturus calumniam. Non omninò reiicio auſcultatores,quorũ opera Princeps ſui Imperij vires agnoſcat,ne quid cuſtodia,aut emendatione indigens hunc fallere poſſit, ſed non omnia ſtatim ea vellem credita,quæ ab his fortaſſe ſæpè nimia facilitate deferũtur,atq; ideò matura conſideratio adhibenda eſt,ne ob aliquum imprudentem deliberationem meritò poſſit Princeps reprehẽdi.Per multi enim ſunt, qui vel odio aliorum, vel aliquorum affectantes

Variæ delatorum artes.

Summè hi delatores Reipublicæ exitioſi.

Quid Principi agẽdũ, cũ aliquid à delatoribus defertur.

Auſcultatores pro Imperij regimine non damnantur.

fectantes bona, vel in quorumdam gratiam, vel repentino commoti impetu aliquod crimen impingũt, ex quibus omnibus planè conſtat non temerè fidem eſſe eis adhibendam, ſed omnia accuratè examinanda. Quod ſi tardius, quàm par erat, ſuã ſponderit fidem, nullo ſanè ingenti fiet detrimento; celeri enim feſtinatione peccatum aliquod irreparabile poterit admittere. Hoc tàm ſano, prudentiq; conſilio vſus eſt Mauritius Saxoniæ Dux, quem nunquam ſolitum fuiſſe commemorant calumniatorum delationes accipere, niſi ipſi ſponderent affuturos ſe coràm, cum quocumq; crimine accuſatus reus eſſet, alloquuturus. Nec melius poſſunt etiam Scijcophantæ longè repelli, quã ſi iubeantur ea coram dicere, quæ de abſentibus detulerunt. Plurima optimorum virorum pars talibus delationibus prægrauatur, quia ipſorum excuſationes minimè audiuntur, atq; ita nimium delatorum criminationibus aſſentiuntur Principes rẽ nõ benè exploratà. Accuratè igitur caueat Princeps, ne ſub ſpecie vigilantis, & prouidi, Tyranni nomen nauiſcatur. Hos delatores omninò effugiat; ſat ſufficiunt, quorum ope miniſtri vtuntur ad patefacienda improborum hominum ſcelera, Auſcultatoresq; qui plura ſaluti Principis valdè cõſentanea ſine dedecore, vlloq; ciuium incommodo enuncient. Cęteros omninò ità perditos vellem, vt quæcumq; calumniarum occaſio, quantũ fieri poteſt, præcideretur, vel omnia ſtudeat tamen ipſe cognoſcere, vel pleraq; ſaltem tractare, atq; etiam certam miniſtrorum ſuorum fidem pijſſima quadam diffidentia diligenter inquirere; ſi autem eo aliquando deuentum eſt, vt delatores non vtile ſolum, ſed & neceſſarium Principatus inſtrumentum cenſeantur, egregiè cautum, erit dummodo horum quiſque latenter inſcijs cæteris ſuo perfungatur munere; ſi enim cõſentientia omnes retulerint, ijs fortaſsè aliquam poterit habere fidem, diuerſa verò dicentibus non ità certè facilè credendum eſt, quia immò vlterius inquirendum, vt probata veritas clarius eluceſcat.

Exẽplũ Mauritij Saxoniæ Ducis.

Sufficiunt hi qui ſcelera deferant.

Inſcijs cæteris hi auſcultatores ſuo perfungantur munere.

Quæ ſit Principi Vaßallorum nobiliumq; vtilitas.

CAPVT XXXIV.

MVLTIPLICI argumentorum vi agitata olim quæſtio eſt, nunc quoq; repetita ſæpè nimirum an Principi magis expediat Vaſſallos maximè proprijs viribus potentes, an verò promiſcue nobiles omnes, an plebeios indeſtinctos habere, in quos æqua prorſus menſura Reipublicæ munera

munera diſtribuantur. Pleraque in Europa à primarijs nobilibus geruntur, atque in Germania ſeria matrimoniorum diſtinctio ſeruatur; contra verò Turcarum Imperator omnes etiam ſuprema licet dignitate, ac nobilitate inſignitos, viliſſima quaſi mancipia tractat, nec apud eos præter Imperatoris gratiam vlla alia cenſetur nobilitas, quàm poſteà veram, ſummamque fœlicitatem credunt. Cum enim Domini, & vſu, & poteſtate totum ſit, nulla alia re, quàm eius beneuolentia niti poteſt. A multis ſanè hæc adminiſtrandi ratio probata mirum in modum eſt, & poſt Principem omnes eſſe ſeruos, vel pares, nullumque cenſeri nobilem (quod etiam apud Sinas maximè commendatur) tutum viſum eſſe pro comperto habemus. Si enim non ſunt nobiles, nec poſſunt fieri; ſi autem ſunt, in certum ordinem rediguntur. Ego verò horum tàm probatæ ſententiæ, vtpotè Principis auctoritati plurimum infenſæ nequaquam adhęſerim, quandoquidem perutile omninò cenſeo, ſi ad feudorum honores, ac dignitates benemeriti nobiles prouehantur; quod enim Reipublicæ damnum, ſi plebeis neglectis inſignes virtute nobiles ad dignos gradus aſſumantur? Hi, inquam, plebeis præferantur, niſi à virtutibus ità commendentur, vt apertè cognoſcat Princeps inique cum ipſis fieri, dùm debiti honores nequaquam conferantur. Curet igitur quàm maximè poterit Princeps, vt minores Regulos, Comites, nobiles habeat, quorum perpetua opera tùm domi, tùm militiæ vtatur; Hi enim Reipublicæ, ac Imperij ſunt veluti oſſa, ac nerui, quibus eorum omne robur continetur, atque ordinatus motus comparatur. Hinc vel horribili aliqua accepta clade, vel repentina morte ſublato Principe cætera omnia Reipublicæ membra vnico quaſi momento collabuntur. Macedonum Regnum multis, magniſque Principibus, ac nobilibus refertum fuit, Germaniæ verò nobilitas vno Cæſaris fulcimento corroboratur; in Gallia autem bellum gerit nobilitas, ipſique Reipublicæ cura committitur. In vaſto quoque Hiſpaniarum Regno præcipuæ nobilitatis partes ſunt; eaque tot Ducum, Comitum, Præfectorum copijs ità aucta creuit, vt non, niſi noui nobilitate donati in ſubſidium veniſſent, antiqua nobilitas tantis negotijs impar, omninò fuiſſet. Britanniæ Regnum etiam nobilitatis labore, ſtudioque ſtetit, ſed præcipuè Poloniæ, vbi maxima nobilitatis copia eſt, atque eminentes in Republica gradus. Bellicæ itaque rei neceſſaria eſt nobilitas, ſine qua nec fides, nec fortitudo, nec prudentia bellica ſuis pollet viribus. Fidem ſupra omnes præſtitere Romani, quoniam Tribunorum primi pilarium-

In Europa nobiles omnia gerunt.

Secus apud Turcas.

Sẽper proficiẽdi Nobiles Reipublicæ.

Hoc idẽ ſeruatũ in Macedonia.

Idẽ in Germania, Gallia, & Hiſpania.

Idem apud Polonos.

que equitum gradus nobilium præſidio commiſerunt. Seruiles enim gentes non ità facilè aperto mortis periculo pro Domino generosè vitam obiectant, cum ex pugna nullam aliam concipiunt ſpem, præter tolerabiliorem fortè ſeruitutem; licet etiam crebro duriorem Dominum experiantur, cùm victoria inſoleſcens acerbius, & contumelioſius eos tractet, qui ſeruiliter educati, nec nominis, nec generis bonum æſtimantes, facilè metu, vel pretio vincuntur. Itaque hac in re vel maximè errant Turcæ, omnes enim metu, nemo ſpe, atque ſincero in Principem amore ſubit diſcrimina; vbi verò nobilitatis decus eſt, ſummaque accipiendæ, conſeruandæ, augendæ ſtirpis cupiditas per vulnera, per ipſam mortem ad immortalitatis gloriam aditus paratur. At vndè hoc tantum famæ, & honoris deſiderium? ex inſtructione videlicet, vitæque militaris longo vſu exhauſta, in qua ſummum eſſe flagitium cenſetur timiditas, & perfidia. Hinc enim illi in acie ſegnes ſtare, ordines fuga deſerere, laborantibus ſubſidio non venire ſummum eſſe dedecus arbitrantur, ità vt longè maior ſit decoris, & fidei cura, quam vitæ. Quid? Quemadmodum cęterarum in Ciuitate artium, ità patrię defendendę ab hoſte, gubernandę, componendęque rectè rei domeſticę quędam debet eſſe profeſſio, certumque hominum genus, quod in tàm pręclara exercitatione verſetur, hoc eſt nobilium, qui ad bella, & regnandi diſciplinam crudiantur. Hanc enim perpetuam fuiſſe nobilitatis exercitationem omnia tùm antiquorum, tùm recentium placita monent. Inſuper non ne in bello ſumma eſt opus auctoritate, vt armatę militum copię pręſidem habeant. Apud Tribunos certè, Centurionesque nobiles plurima eſt auctoritatis uis, tùm quia claro genere illuſtres ſunt, tùm quia tota eorum familia in dignitatibus, & cum Imperio domi verſatur, atque etiam ab illis vtporè fœlicioribus plura ſperantur. Qui verò ſimul in ſeruitute vitam traducunt, qui omnes ex eadem vili generis quaſi maſſa prodierunt, contumacius ęqualibus, vel etiam in pace ſubiectis parent. Cum denique in Republica, poſt Principem nemo ſit in dignitate, aut exiſtimatione conſtitutus, tota ferè Reſpublica in vnius homunculi capite periclitatur. Perſarum Imperium iàm conſeneſcens nobilitatem corruptam habuit, omnes ſeruos, omnes adulatores, quo circa occiſo Dario, & quidem à ſuis, nemo acriter repugnauit; Macedonicum verò, quod multos haberet Alexandros, diù ſtetit, & multos Regio iſtructos ſceptro habuit, quorũ ſinguli potẽtes fuerũt, & niſi inteſtino ingraueſcẽte odio vires ſuicẽ debilitaſsẽt, ſinguli certè ipſius Alexãdri potẽtię ſe ęquare valuiſſent; Occiſo Turcarũ Imperatore, nullus ſupereſt, qui timeatur; ipſaq; docuit experientia,

Ratione demonſtratur ſeruiles gentes Principẽ potentẽ non facere.

Quam maximè aberrant Principes.

Redditur ratio, qua punires ſunt nobiles ad fauorẽ Reipublicæ, quà plebei.

Ab auctoritate arguit Nobilium.

Probatur Regnũ Macedonicũ diù nobilitatem ſtetuit, non aut Perſicũ.

docuit experientia, Baiazeto a Tamerlano capto Turcarũ nemi nẽ de Imperio reſtituendo ſpem aliquam concepiſſe; nã Calepinum Baiazetis filium, cum profugiſſet Andrinopolim, non Turcæ, ſed Græcorum Proceres infenſi Paleologo Imperatori ſuo armis, pecunia, milite inſtruxerunt, atque Imperium in ipſius patriæ exitium, opprobriumque miſerrimè tradiderunt.

Proponitur obiectio quędã cõprobata Turcarũ exemplo.

Verùm obijciet fortaſsè aliquis haud certè eſſe difficile ab aliquo Principe, vaſallum allici, qui ſuorum ſubditorum fretus, Potentia, alterius Principis partes tueatur, totiusque Imperij ſtatum perturbet. Quod incommodum ſanè in Monarchia Turcica nequaquam contingit, in qua tot reperiuntur ſerui, vbi humilia omnia, & abiecta ſunt, vbi nullus planè vigor nobilitatis. Secus mihi penitus videtur, niſi Princeps tyrãnico in populos dominio vtatur. Princeps primorum vaſallorum, aut nobilium, & præſentia, & opera maximè vtatur eſt neceſſe deterius enim eſt, vt in eorum, qui facilè mouentur, & ſpectant res nouas, quibus ibi fas, vbi merces maxima, poteſtate exiſtat. Si autem deuotos, atque ex animo obſequentes vaſallos habet, ferè nihil audent infimi, qui tamen, ſi quid aliquando moliuntur, experientia docemur, difficilius ipſorum inſidias, quàm Procerum euitari; Ità nouimus, licet in Gallia multiplices fuerint perturbationes, Regum tamen parricidas fuiſſe infimæ ſortis homines. Non porro deſunt remedia, quibus Proceres ſuis inualeſcentes viribus Principi noxij eſſe nequeant.

Quæ curãda à Princeps, vt nobilitas ſuo fungat munere pro Republica.

Summo igitur ſtudio curet Princeps, ne vnius fidei omnia committantur, vtque tempore Magiſtratus ſint præſtituti, poteſtas ne nimium excedat, vigilet, tranquilloque ſtatu Plebem frui patiatur, neque omnem nobilitatem, ſed gnauam, integram incorruptam ad honores, & ad Imperij ſocietatem adſciſcendam curet; atque hoc ſummum eſſe Imperij munimentum exiſtimo, quodque contra inueteratum nobilitatis malum, ſuperbiam ſcilicet, & iniurias plurimum valet. Quemadmodum enim arbores longo æuo ſeneſcentes iuuenili quaſi vigore poſito deficiunt, ità quædam familiæ longa ætate, nec vigorem, nec puritatem retinent, nec præter inſignia quicquam antiquæ nobilitatis habent; ex inſigni enim nobilium genere leues, marcidi, ac ſtupidi crebro trahunt originem. Eam nobilitatem augendam, decorandamq́; exiſtimo, quæ ad natiuos ſplendores, mores etiam omninò non abſimiles induſtriam, virtutemque adiungit. Hanc præmijs afficiat, feuda, honores, dignitatesque dono det, nec inutile, indecorumque cenſeat, ſi pro præmijs aliqua loca in feudum inſtituat, præclarisque ho-

norum titulis inſignia. Qui iàm generis claritate id meruere, non benè ſecum agi, nec ſuæ putant conſuli exiſtimationi, niſi huiuſmodi operam impendant, quæ ad beneficium conferendum quodam modo Principem ipſum quaſi violenter impellat. Hoc ipſi Principi nullum importat incommodum; cum enim illorum tutam fidem agnouerit, tenaciori beneficij alicuius vinculo adſtrictam ſatis arctiorem, tutioremq́; habebit. Si fides in nobilium pectore incolumis aliquantiſper permanſerit, firmior ſemper conſiſtet, dummodo beneficiorum Principis firmiſſimis fundamentis nitatur.

In feudalib. dignitatibus concedẽdis prudenter ſe gerat Princeps.

Non ſuadeo tamen, vt his feudalibus dignitatibus concedẽdis nimium ſolers, & anxius ſit Princeps, cum feudales conceſſiones ſæpè plures ob cauſas in vſum Principis non cedant, atq́; oĩa propè edoceãt nõ oẽs hiſce honoribus eſſe afficiẽdos.

In honorem diſtributione quæ cõſideranda à Principe. Quæ dignitatũ ſpecies in vſum traduci poſsũt.

Pro cuiuſcumq́; natura, & moribus, ac pro ſtatu, rerũq́; Principis neceſſitate temperandi honores ſunt, at nunquam prodigi laudarim, vt contempti habeantur, cum ſanè non ſint ad quos aſpirent, qui de Principe optimẽ merẽtes res præclariſſimas pro eo geſſerint, cuius præclara facinora in eum ſæpè redigunt ſtatum, vt pro gratia, quæ exſolui non poſſit, odium habeatur. Varia ſunt beneficiorum genera, quibus vti poteſt Princeps, ſeque apertè in primis connubia offerunt, atq́; Eccleſiaſtica beneficia, quæ ſi Princeps interceſſoris ſubit vices, facillimè conceduntur; adſunt dignitates, adſunt largitiones, adſunt ſpecioſi tituli, adſunt grandia beneficientiæ ſigna, quæ vtiq́; non produntur, niſi ſumma grati animi cogat neceſſitas. Adſunt tandem, & hilaris, ſerenusq́; quidam aſpectus, & ioca, quæ plurimi glorioſæ cuidã felicitati adſcribunt; has mercaturas tractare ediſcat Princeps, prout ſibi apto magis vſui fore iudicarit. Summa pro hominum natura quæq́; habeat, nec tàm prodigus ſit, nec etiam tã parcus, tenaxq́;, quin & vlla beneficientiæ argumenta depromat, & ſæpè etiam alijs minus conſpicuis ſignis ſibi deuinciat quem magis animo deuinctum voluerit.

Excitãdi sũt ad virtutem nobiles. Noui etiã ad dignitates promouẽdi, & quæ vtilitates.

Nõ illuſtres tamẽ familias deſidioſa torpẽtes ignauia, ſi præmio non afficiat, abijciet Princeps, ſed opportuna ſe ſe præbente occaſione ad virtutẽ excitabit, & quẽadmodum veterum vrbiũ, ità quoque familiarum conſeruationem, earumque maiora incrementa cordi habebit; nobiles apud ſe nullos habeat, nullos bona Principis exiſtimatione dignos iudicet, niſi quos prudentia, temperantia, labor delectet; quod autem caput eſt, magno delectu virtutis, atque prudentiæ ſingulis annis benemeritos nobilitate decorabit, atque ad ſummos honores promouebit Reipublicæ. Inſignem ſplendorem, ac Maieſtatem nouorum promotio Reipublicæ confert; cum enim antiqua nobilitas

bilitas illos partim contemnat, partim eorum incrementis inuideat, duo neceſſario à recentioribus ſpectanda ſunt, vt videlicet contemptu primo, deindè maleuolorũ inuidia ſint expertes; contemptum inquam euitabunt, ſi excelſis in rebus, honeſtis, laborioſiſq;, ſumptuoſiſq; etiam fidelem, grauemq; operã Principi exhibeant, vt ex his ab omnibus cognoſcatur, quanti in Aula merita fiant. Inuidiam verò effugiunt, aut minuent, ſi modeſtam, ciuilemq; vitam traducent, ità vt nec nimio faſtu, nec ſumptibus prodeant; nec vilior erit nobilitatis æxſtimatio; quin potius diligenter remunerandi, vaſallorumque titulo decorandi, qui ornamento, & emolumento Principi ſunt, non qui ſuam nobilitatem auctam gloriantur, ſed qui præclari aliquid facinoris geſſerint.

Qua ratio à Principe ſeruanda, vt magnates ſibi coniunctos in officio contineat.

CAPVT XXXV.

VEHEMENTER quidẽ multis in rebus ſolicitus Principi animus eſt; quod verò magis cum omninò animum angit, ac perturbat, Imperium eſſe cenſeo; quod, vt fortiter tueatur, furore ſæpè ac rabie corripitur, vt in fratres, agnatos, proprioſq; (vt ità dicam) crudeliſſime ſæuiat; hinc inter fratres orta bella; vt inter Baiazetem Primum, & Zezimum, inter Selimum, & Baiazetem; nec alia de cauſa id factum credimus, quàm quod nemini ſe fidunt Principes; immò quo magis per ſpeciem, & conſanguinitatem à propinquis coluntur, eo magis ſe deluſos opinantur; quare bella facillimè inter ſe committunt, clades, excidia, atq; alias quaſcumq; calamitates ità intendunt, vt vndiq; turbida omnia, inquieta, impacataq; confluant. Alexãder Magnus ad bellum Aſiæ inferendum profecturus ſuos, quotquot habebat cognatos, è medio tollendos curauit. Turcarum Sultani, quamprimum Regnũ capeſcunt, omnibus ſtatim fratribus necem inferri iubẽt. Amurathes concubinam ipſam è patre grauidam voluit occidi. Ormuzij Reges, antequàm ad Luſitanorum manus Regnum deueniſſet, omnibus cognatis oculos eruère conſueuerant, quod etiã nonnullos Biſantinos Imperatores factitaſſe legitur. Sinenſium Regnum conſuetudo propius aliquando ad aliquem humanita-

Imperandi effectus.

Quid ſuſpiciones mali afferant.

Exẽplũ Turcarũ, alterũq; Barbarorum.

ris ſenſum acceſſiſſe demonſtrat, vt qui conſanguineos ſpatioſis locis, atq; ad habitandum per commodis (vbi & neceſſaria, & iucunda quæq; ipſis ſuppetunt) includunt, nunquam tamen eos indè poſſe exire permittunt. Idem faciunt Reges Aethiopum, cognatos enim omnes in altiſſimum, & amenissimum ablegant montem Amaram nomine, vndè diſcedere nemini liceat, niſi, qui poſt mortem Regis ad ſucceſſionem fuerit euocatus; Aditus ad hunc montem adeò ſunt anguſti, ac prærupti; vt ineſpugnabilis inſtar arcis eſſe videantur; ſuperiora verò loca, plana ſunt, frumentis, ac quibuscumq; alterius generis fructibus condita, quæ vel ad magnam habitantium multitudinem ſufficerent. Nec his tamen rationibus Principis ſecuritati ſatis conſultum videtur. Apud Sinas complures Reges occiſos impotentiſſimosque Tyrannos, atq; ipſas etiam fœminas aliquando Imperium tenuiſſe conſtat. Nec minus ſecuritatis Imperio Turcarum crudelitatem adferre dixerim. Apud alias nationes ambitio ſæpè ad turbulenta conſilia impellit; hic præter ambitionem, etiam vitæ conſulendi adeſt neceſſitas, ità vt mirum non videatur, ſi plures ortæ legantur diſſenſiones inter Turcarum Imperatores. At certè è contrario videmus in Hiſpania, Gallia, Germania, & alibi inter Chriſtianos, etiamſi Reges, ac Princeps multos haberent fratres, conſanguineos, ac cognatos, qui ius aliquod in Regnũ, vel Principatum ſibi vindicarint, raras tamen admodum eſſe rebelliones, ac ciuilia bella, ac tranquillè omnes, ac comiter, vti propinquos decet, inter ſe quietam omninò vitam traducere. At quid agendum? nulla fortaſsè maior ratio, ſemetipſum à cognatorum ſuſpicione, vel inuidia tuendi erit, quàm ſi omnibus viribus contendat, vt ſubditorum beneuolentiam ſibi comparet, iiſq; metum incutiat quorum ſtudia ipſam Principatus euerſionem machinantur. His rationibus recti, fortiſque Principis ſubditorum animis opinionem ingeret, quæ ità firma ſemper inhærebit, vt per hanc ab omnibus domeſticis periculis facilè potuerit ſeruari, neq; ideò digno cultu, atque honore cognatos permittat deſtitui. Incumbendum enim maximè eſt, vt illi, qui quoquomodo ſanguine ſunt coniuncti, ſi non eadem præſtent dignitate, alia certè decorentur, qua maximum ad honorẽ, gloriamque præſidium comparetur. Propalam in conſpectu artes apud pleroſq; Principes ſatis cognitæ quibus; vt ſit conſultũ, non ſibi ſanguine coniunctis ea munificentiæ inſignia, quæ eos decent, ſed aliunde dignitates quæritant, quibus cognatos afficit abſq; vllo ſui periculo ſatagunt. Belli gratia in longinquas ablegant prouincias, in cuius laborioſa exercitatione, vt aliqui honoris tituli habeantur, plurima toleranter feruntur incõmoda; ipſaq; vita, mortis etiam diſcrimini objicitur. Magiſtratus qui nimios,

Quid faciãt Aethiopum reges.

Quid agẽdũ à Principe, vt ſe à conſanguineis tueatur.

Satisfaciendũ conſanguineis.

nimios, aut perpetuos nunquam dicerem conferendos. Si conſanguinei res nouas moliri non audeant, non ſanè Magiſtratum Iјs denegandum putarim, qui ab aliqua ſaltem, ſi non æqua poteſtate (at ſaltem quæ cohibere illam etiam valeat) incrementũ accipiat; Ea quippè eſt natura hominum, vt non iuniores modo, ſed etiam ætate prouectiores, poſtquàm multum temporis in poteſtate tranſegerint, patrijs moribus nequaquam ſibi viuendũ eſſe arbitrentur. Breues itaq; erunt Magiſtratus, nec vni tantum committendi; harum artium faber optimus fuit Tiberius, & ſępè cum Germanico expertum fuiſſe legimus; huius etiã cauſa orationem habuit, qua proconſulare Imperium petiuit. Ex his ſumma Principis quęritur laus, & beneuolentia, quæ mirum in modum, conſanguineis animo infixa, miros quoq; honoris, ac reuerentiæ effectus excitat. Nec erit, qui ad nõua impellere ſatagat, quem maximè ornatum cognouerit; Sit liberalis Princeps, nec tàm in concedendis gratijs, largiendisq; muneribus cõtractas habeat manus, vt liberalitate donati ſpecioſos potiùs admirentur honores, quàm eoſdem vtpotè proprijs meritis acquiſitos, ingenti animi lætitia contemplentur. Illud tandem enixè contendat, vt affinitates ſuſpectas omninò arceat, & ſi quæ administrandæ Prouinciæ conſanguineo Principi deſtinentur, administratore ſaltem è vita decedente, caueat, vt ad ſe reuertantur; etſi alios ex connubijs ortos propinquitate contingat, priuatam iј potiùs vitam degere compellantur, quàm quæ tumida metum excelſarum cogitationum inijciat; & ſi deniq; ſplendori quid effulgebit, id totum ex ipſius Principis luce veluti radijs prodire credatur, quod huic tutiſſimum erit.

Verum enim verò maiorem difficultatem habebunt conſanguinei, dùm Principi ſuſpecti ipſum omni ſuſpicione liberare contendunt, maioremq; etiam habebunt ij, qui ex diuturno cõmercio cum Principis conſanguineis aliquam concitãt opinionem. Clypeo illi veræ fidei ſemetipſos protegent, vt eximium Princeps fulgorem tàm puræ, ſplendidæq; fidei omninò agnoſcat, & videat. Germanicus, quo ſummæ ſpei propior, tanto impenſius pro Tiberio nitebatur, & quanto in eum acriora militũ ſtudia patruiq; aduerſa voluntas, eo etiam magis ad celerãdam victoriam erat intentus; Summo etiam ſtudio contendent, ne augeatur ſuſpicio; hæc enim, ſi ſtabilem habeat ſedem, nequaquam tàm facilè dimouetur. Angebatur Tiberius Germanicum largiendis pecunijs, & miſſione feſtinata fauorem militum queſiuiſſe. Tandem in hoc, ſi quauſq; in re, prudentiſſimè agatur, Princeps enim citò amplectitur opinionem, non coarguit, qui ipſum in metum abducit, ſed trepidat. Qui verò conſanguineos honore afficiunt, non minus circumſpectos vellem; etiam propinquiores,

Conferũtur honores ac dignitates periculoſe, ac breues.

E vita migranti conſanguineo alicui Prouinciæ ſucto re ad hunc deuoluatur. Quid conſanguineis agẽdum nimiũ ſuſpectis Principi.

Non minus circũſpiciendũ eſt ijs, q cõſãguineos venerantur.

pinquiores, qui in ſummo ſunt habiti honore; mentem Principis obnubilant; ſatis hi ſibi perſuaſum habent, quæ alijs impertiuntur, ſibi quodammodo demi, ac auferri. Auerſis omninò auribus audiuit Tiberius quaſdam ſupplicationes à Senatu decretas, quæ neſcio quid habebant commune cum nepotibus, quãdamq; paritatem præſeferebant; æquari enim adoleſcentes ſuæ ſenectæ impatienter indoluit, nec latentem animi moleſtiã habere voluit, cum oratione monuerit in poſterum, ne quis mobiles adoloſcentum animos præmaturis honoribus ad ſuperbiam extolleret, & quamuis mirificè oblectetur Princeps ſuos honore affici, attamen, qui nimis ſe conſanguineis dedit, qui hos extollit, qui ſummis veneratur honoribus, imminẽti periculo nequaquam expers eſt; ſæpè ſi hi è gratia Principis decidunt, horum ruina veluti annoſa arbos amicos ſecum detrahit, maiorìq; caſu in miſerabiliorem fortunam omnes repente præcipitant.

Qua cura ſeruanda ſit in Republica Mercaturæ exercitatio.

CAPVT XXXVI.

Quã neceſſaria Reipublicæ cõmercia

CVM humana conſuetudo commercio, atque imperio conſtare videatur, neceſſaria ideo Reipublicæ commercia, vtiles, ac neceſſarios mercatores, negotiatores, ac inſtitores quiſq; facilè concedet; hi enim, quæ nobis, ac noſtræ Reipublicæ ſuperflua ſunt, exportant, & aliunde, quæ nobis neceſſaria ſunt, quæuè apud nos non inueniuntur, important. Eſtq; quæſtuaria ars cum vtilitate Reipublicæ induſtria, laboreq; coniuncta non tamen ſine periculo, ac diſcrimine vitæ, ac plerumq; etiam facultatum negotiantium; Quæſturam conſentientem ex ipſa parẽte natura ſuam traxiſſe originem affirmatim, hæc enim

Quæ artis quæſtuariæ facultas.

eſt facultas, qua id ſibi quiſq; comparatur, quod vitæ conſeruationi neceſſarium ſit, nobis natura inſita, eo prorſus modo, quo animantibus omnibus appetitio, & conquiſitio pabuli diuerſis planè rationibus innata eſt; quam ob cauſam eis certa data ſũt inſtrumenta, quibus ſingula apta ſibi pabula requirant, proprięque ſatisfaciant neceſſitati, vt bos fœnum appetit, oſſa canis, ceruum leo; hominibus verò diuerſa longè data eſt ratio, vt cum vni ſupereſt, quod alteri deeſt, viciſſim permutetur; quod quidẽ fit, ſiuè cum res rei ſuccedit, vt ſi Hiſpania vinum permutat cũ

tritico Sarmatico,ſimplex eſt illa commutatio, ſiuè cum res nõ commutatur,ſed nummo,qui neceſſitate,& iure(vt vocant) gẽtium inuentus eſt; cum enim res ſemper nequeant transferri in vſu poſitus eſt nummus,qui morali certa lege omnium rerũ vim obtinet.Raro enim fit, vt eodem numero pretioq; alter habeat, quod alteri neceſſarium eſt;itaq; nummus liquida illa omnia facit,ab alijsq; rebus differt,quod aliarum rerum vſus ſit duplex; vino enim ad compeſcendam ſitim vtimur,& commutatus alijs mercibus,nummi verò omnis vſus in commutatione cernitur. Hinc conſtat artificialem quoq; mercaturam non longè ab ipſa natura abhorrere, nam quemadmodum Polonus triticum ſerit, non modo vt panem coquat, ſed etiam vt commutet cum nummo,illo verò alia etiam vitæ neceſſaria præſidia compareт, ità quoq; negotiator in Hiſpania emptum vinum in Poloniam deuchit,vt nummo alia neceſſaria comparet,vterq; operam impendit,vterq; crebro ſubit diſcrimen.

Prò commutatione ſupplet nũmus.

Tantiq; mercatores apud me ſunt, vt ad omnia conſilia, atq; etiam ad ipſam Reipublicæ adminiſtrationem omninò accerſẽdos exiſtimem;cum enim conquirendarum, agendarumq; opũ maxima ratio ſit,commutatio,& pręcipua pars commutationis negotiatio; conſequitur hoc præcipuum eſſe inſtrumentum rei domeſticæ conſtituendæ;adeoque Reipublicæ, quæ ex familijs veluti ex rot partibus benè conſtitutis efficitur; quod ſi quis iſta conſideret, videbit Venetias, Florentiam,Ianuam,Meſſanam, aliasq; præcipuas vrbes, atque emporia mercatoribus maximè abundare;quorum præſidio Reipublicæ ſalus optimè conſeruatur;vtq; enim, quo plures ſunt, & potentiores in vrbe negotiatores,eo plura ſunt Reipublicæ commoda, variæque Ciuitatis conſeruandæ rationes;multarum enim rerum copiam ad omnes euentus habere vtiliſſimum eſt, multum certè lucri eſt, cum per id opportuno indigentiæ auxilio occurratur. Quod ſi ſoli etiam authoritati niteremur, in idem quoq; conſilium deueniſſe tum Tirios Carthaginenſes, tùm cæteras opulentiſſimas Reſpublicas,præclarè apud omnes conſtat. Cognouere enim hi,quanta Reipublicæ emolumenta mercatorum adferat induſtria,quę variarum nationum ingenia,opes,conditiones noſcit,faciliq; negocio,ac moderato pretio, quæ ad Reipublicæ tutelam pertinent,etiam arma,puluerem ſulphureum, tormenta bellica comparat;Vndè nunc Principum dignitas ſeruatur, ac magis augetur,niſi ex mercatorum induſtria ? ſola Hiſpalis opes vnius Regni, ſola Vliſſipo Magni Regni opes confert; vbi negotiatio, ibi magnæ vrbes, vt Hiſpalis, Vliſſipo, Londinum, Antuerpia, Hamburgum,Gubeca,Ameſterdamum,Mediolanum, Neapolis, Venetiæ,Florentia,& Ianua,quinimmo,ſi aperto ore vera loqui velimus,

Ad conſilia vocãdi etiã ſunt mercatores.

Inſigniores Europæ Ciuitates mercaturam diligunt.

Priſci mercatorũ induſtria pluriml facere.

Ex mercatorũ induſtria augeſcit Prĩcipum dignitas.

Digitized by Google

Non minus circũſpicien dũ eſt ijs, q cõſãguineos venerantur.

pinquiores, qui in ſu … o bella committere, ſed nec
pis obnubilant; ſati … modè poſſunt; gentes pre-
tiuntur, ſibi quoda … nis vinculo ſibi adiun-
ribus audiuit Tibe … e. Tria ſunt, quibus
tas, quæ neſcio q … io, Bellum, negotia-
damq́; paritaten … as verò Deus vtpotè
ſenectæ impatie … terim nunc Indiarum
re voluit, cum … andum natos puto; nã
adoloſcentur … i decore; atq́; exiſtima-
tolleret, & … quaſcumq́; alias nationes
affici, attam … mmò cum omnia cum Flo-
lit, qui ſum … ro, illud Regnum magis ne-
quam exp … quàm vi armorum integrum
ruina ve … ſine negotiatione ſtare non po-
ſu in mi … erat Primarios Ciues in Vrbe ne-
… cũ laude etiam nunc Hiſpani profe-

Quã neceſſaria Reipublicæ cõmercia

… e priuilegia mercatorũ, quæ Iure non
… da ſunt, accurateque conſulendum, ne
… onibus vlla vis inferatur. Ita Romæ
… e Maximo confirmata fuit conſuetudo
… uriſdictionisq́; facultas concredita Cõſuli
… næ Vrbis, eorumque ſtatuta iudicandarum
… ad eam rem ſpectantium aduerſus quaſcũq́;
… modo tamen in vſum traducta; nouisq́; iterum
… eſt, vt eorum libris vſq́; ad viginti ducatorum
… ntitate occaſioné mercaturæ adhibito iuramento
… um probationis fides adhiberetur, dummodo ipſi
… negotiationis, ac mercatorum ordine ſcripti, ac cõ-
… abiliq́; ſuſpicione omninò expertes fuerint, ipſorũ
… catorum vitæ moribus exploratis. Hæc omnia ferè
… ia omnibus mercatoribus à quibuſcumq́; Principibus
… eſſa video, ex quibus tanta promanat vtilitas, vt maiorem
… e excogitari non poſſe exiſtimem; Verùm non minori ſtu-
… o, ac diligentia conſeruanda ſunt tempore nundinarum con-
… eſſa, vt mercatoribus, & mercibus tuti eſſe poſſint acceſſus, cõ-
moratio, ac receſſus, non enim decipiendi ſunt ſub publica fi-
de potiſſimum, cum commercia ſint de iure gentium, ijsq́; tem-
poribus ſub tutela ac fide Principum, vel rerum publicarũ nun-
dinas conſtituentium vitam traducant.

… priuile- … abutan- … mercato … es Principi … eſt cauendũ.

Caueat tamen Princeps, ne hac occaſione per licentiã malè
vtantur mercatores, ſciatq́; his incommodis iàm ſatis non ſolũ
Romanis legibus prouiſum, ſed etiam ciuilibus cuiusuis natio-
nis, & Ciuitatis, vt ſedula tantum Magiſtratuum diligentia in

his

onſeruandis,& exequendis opus ſit;omnia autem Princeps li ſibi commiſſi vtilitate,neceſſitate, & honeſtate ex tri- rerum perſonarum, & actionum metitur.
ectè animaduertet, quæ ſinè animi, aut corporis permiſſa ſit. Quapropter nundinationes re- mercio hominum Deo,eiusq; Religioni dicatę piritualium,ſeù Sacramentorum, illarumq́ue in ia verſetur,longe ablegabit,rerumq́; ſacrarum, & m negotiationes penitus remouebit; cauebit præte- noſtris rebus aliquæ ad Barbaros,ſeù hoſtes tranſpor- mercatoribus,quibus illi iuuari poſſunt, neq́; inferãtur s,quibus patriæ,& natiuæ viliores fiant, itaq́; nec in Ger- a Creticum,aut Hiſpanicum vinum, niſi cum ingenti por- io permittitur,nec Anglicanum pannum,cum tantum veſtiũ arietatem ipſi Germani contexant; cum autem apud Gallos multum ſit ſerici domeſticum facilè diuendi patiuntur, exter- numq́;portorijs grauant.Impedienda deinde à Principe erit tri- tici euectio,vini,aliarumq́; rerum ad victum,vel ad communem etiam vſum neceſſariarum,ne videlicet vel re frumentaria, vel alia quacumq́; penuria populus laboret;idq́; maximè tunc tem- poris curandum eſt, cum caritatis periculum inſtabit, ſic enim anticipata emptione eorum,quę ad victum ſunt neceſſaria ope- ram dabit,ne cariora efficiantur. Quod verò ad damna vitanda attinet, quæ ſecum negotiatores ſæpè important. Illud cautè Princeps obſeruabit, vt nemo licita negotiatione prohibeatur, & ab illicita iubeat abſtinere, verùm videat qualis mercator in nundinas veniat, ne potiùs Principis arcanorum occultus ex- plorator,quàm verus mercator appareat. Solent enim ſub hac ſpecie mercaturæ multa tentari, quæ præpoſitus loci nundina- rum diligentia ſua detegere poteſt inquiſitione, & obſeruatione diligenti eorum,quæ occurrerint. Circa mores non minori vta- tur vigilantia,ne ſcilicet atrocia illa fœnora, quæ ſub ficta per- mutationum,vel cambiorum ſpecie extorquentur, committan- tur,ſic enim priuatorum commodis, & Reipublicæ conſultum erit,quinimmò cauendum,ne etiam prætextu collegij, aut arte- ficij negotiatores monopolia inſtituant, quo nihil deterius in commercijs accidere poteſt.

Prohibenda eſt etiã mer ciũ trãſportatio ad hoſtes.

Nõ inferẽdę ſũt merces, quibus natiuæ vileſcãt.

Impedienda eſt etiã ad cõ munẽ vſum neceſſariorũ euectio.

Cõſiderãda eſt etiã à Prĩ cipe mercatorũ qualitas, ne exploratorum induant veſte. Fœnera omninò grauia prohibẽda, ac monopolia à Principe.

que equitum gradus nobilium præſidio commiſerunt. Serui-les enim gentes non ità facilè aperto mortis periculo pro Domino generosè vitam obiectant, cum ex pugna nullam aliam concipiunt ſpem, præter tolerabiliorem fortè ſeruitutem; licet etiam crebro duriorem Dominum experiantur, cum victoria inſoleſcens acerbius, & contumelioſius eos tractet, qui ſeruiliter educati, nec nominis, nec generis bonum æſtimantes, facilè metu, vel pretio vincuntur. Itaque hac in re vel maximè errant Turcæ, omnes enim metu, nemo ſpe, atque ſincero in Principem amore ſubit diſcrimina; vbi verò nobilitatis decus eſt, ſummaque accipiendæ, conſeruandæ, augendæ ſtirpis cupiditas per vulnera, per ipſam mortem ad immortalitatis gloriam aditus paratur. At vndè hoc tantum famæ, & honoris deſiderium? ex inſtructione videlicet, vitæque militaris longo vſu exhauſta, in qua ſummum eſſe flagitium cenſetur timiditas, & perfidia. Hinc enim illi in acie ſegnes ſtare, ordines fuga deſerere, laborantibus ſubſidio non venire ſummum eſſe dedecus arbitrantur, ità vt longè maior ſit decoris, & fidei cura, quam vitæ. Quid? Quemadmodum cęterarum in Ciuitate artium, ità patrię defendendę ab hoſte, gubernandę, componendęque rectè rei domeſticę quędam debet eſſe profeſſio, certumque hominum genus, quod in tàm pręclara exercitatione verſetur, hoc eſt nobilium, qui ad bella, & regnandi diſciplinam erudiantur. Hanc enim perpetuam fuiſſe nobilitatis exercitationem omnia tùm antiquorum, tùm recentium placita monent. Inſuper non ne in bello ſumma eſt opus auctoritate, vt armatę militum copię pręſidem habeant. Apud Tribunos certè, Centurioneſque nobiles plurima eſt auctoritatis uis, tùm quia claro genere illuſtres ſunt, tùm quia tota eorum familia in dignitatibus, & cum Imperio domi verſatur, atque etiam ab illis vtpotè fœlicioribus plura ſperantur. Qui verò ſimul in ſeruitute vitam traducunt, qui omnes ex eadem vili generis quaſi maſſa prodierunt, contumacius ęqualibus, vel etiam in pace ſubiectis parent. Cum denique in Republica poſt Principem nemo ſit in dignitate, aut exiſtimatione conſtitutus, tota ferè Reſpublica in vnius homunculi capite periclitatur. Perſarum Imperium iàm conſeneſcens nobilitatem corruptam habuit, omnes ſeruos, omnes adulatores, quo circa occiſo Dario, & quidem à ſuis, nemo acriter repugnauit; Macedonicum verò, quod multos haberet Alexandros, diù ſtetit, & multos Regio iſtructos ſceptro habuit, quorũ ſinguli potẽtes fuerũt, & niſi inteſtino ingraueſcẽte odio vires inuicẽ debilitaſſẽt, ſinguli certè ipſius Alexãdri potẽtię ſe ęquare valuiſſent; Occiſo Turcarũ Imperatore, nullus ſupereſt, qui timeatur; ipſaq; docuit experientia,

Ratione demonſtratur ſeruiles gentes Principẽ potentẽ non facere.

Quam maximè aberrant Principes.

Redditur ratio, qua punires ſunt nobiles ad fauorẽ Reipublicæ, quã plebei.

Ab auctoritate arguit Nobilium.

Probatur Regnũ Macedonicũ diũ nobilitatem ſtetuit, non aut Perſicũ.

docuit experientia, Baiazeto a Tamerlano capto Turcarũ nemi nẽ de Imperio reſtituendo ſpem aliquam concepiſſe;nã Calepinum Baiazetis filium, cum profugiſſet Andrinopolim, non Turcæ, ſed Græcorum Proceres infenſi Paleologo Imperatori ſuo armis, pecunia, milite inſtruxerunt, atque Imperium in ipſius patriæ exitium, opprobriumque miſerrimè tradiderunt.

Verùm obijciet fortaſsè aliquis haud certè eſſe difficile ab aliquo Principe, vaſallum allici, qui ſuorum ſubditorum fretus, Potentia, alterius Principis partes tueatur, totiusque Imperij ſtatum perturbet. Quod incommodum ſanè in Monarchia Turcica nequaquam contingit, in qua tot reperiuntur ſerui, vbi humilia omnia, & abiecta ſunt, vbi nullus planè vigor nobilitatis. Secus mihi penitus videtur, niſi Princeps tyrãnico in populos dominio vtatur. Princeps primorum vaſallorum, aut nobilium, & præſentia, & opera maximè vtatur eſt neceſſe deterius enim eſt, vt in eorum, qui facilè mouentur, & ſpectant res nouas, quibus ibi fas, vbi merces maxima, poteſtate exiſtat. Si autem deuotos, atque ex animo obſequentes vaſallos habet, ferè nihil audent infimi, qui tamen, ſi quid aliquando moliuntur, experientia docemur, difficilius ipſorum inſidias, quàm Procerum euitari; Ità nouimus, licet in Gallia multiplices fuerint perturbationes, Regum tamen parricidas fuiſſe infimæ ſortis homines. Non porro deſunt remedia, quibus Proceres ſuis inualeſcentes viribus Principi noxij eſſe nequeant.

Proponitur obiectio quę dã cõprobata Turcarũ exemplo.

Summo igitur ſtudio curet Princeps, ne vnius fidei omnia committantur, vtque tempore Magiſtratus ſint præſtituti, poteſtas ne nimium excedat, vigilet, tranquilloque ſtatu Plebem frui patiatur, neque omnem nobilitatem, ſed gnauam, integram incorruptam ad honores, & ad Imperij ſocietatem adſciſcendam curet; atque hoc ſummum eſſe Imperij munimentum exiſtimo, quodque contra inueteratum nobilitatis malum, ſuperbiam ſcilicet, & iniurias plurimum valet. Quemadmodum enim arbores longo æuo ſeneſcentes iuuenili quaſi vigore poſito deficiunt, ità quædam familiæ longa ætate, nec vigorem, nec puritatem retinent, nec præter inſignia quicquam antiquæ nobilitatis habent; ex inſigni enim nobilium genere leues, marcidi, ac ſtupidi crebro trahunt originem. Eam nobilitatem augendam, decorandamq; exiſtimo, quæ ad natiuos ſplendores, mores etiam omninò non abſimiles induſtriam, virtutemque adiungit. Hanc præmijs afficiat, feuda, honores, dignitatesque dono det, nec inutile, indecorumque cenſeat, ſi pro præmijs aliqua loca in feudum inſtituat, præclariſque honorum

Quæ curãda à Princeps, vt nobilitas ſuo fungat munere pro Republica.

norum titulis inſignia. Qui iàm generis claritate id meruere, non benè ſecum agi, nec ſuæ putant conſuli exiſtimationi, niſi huiuſmodi operam impendant, quæ ad beneficium conferendum quodam modo Principem ipſum quaſi violenter impellat. Hoc ipſi Principi nullum importat incommodum; cum enim illorum tutam fidem agnouerit, tenaciori beneficij alicuius vinculo adſtrictam ſatis arctiorem, tutioremq; habebit. Si fides in nobilium pectore incolumis aliquantisper permanſerit, firmior ſemper conſiſtet, dummodo beneficiorum Principis firmiſſimis fundamentis nitatur.

In feudalib. dignitatibus concedẽdis prudenter ſe gerat Princeps.

Non ſuadeo tamen, vt his feudolibus dignitatibus concedẽdis nimium ſolers, & anxius ſit Princeps, cum feudales conceſſiones ſæpè plures ob cauſas in vſum Principis non cedant, atq; oĩa propè edoceãt nõ oẽs hiſce honoribus eſſe afficiẽdos.

In honorem diſtributione quæ cõſideranda à Principe. Quæ dignitatũ ſpecies in vſum traduci poſsũt.

Pro cuiuſcumq; natura, & moribus, ac pro ſtatu, rerũq; Principis neceſſitate temperandi honores ſunt, at nunquam prodigi laudarim, vt contempti habeantur, cum ſanè non ſint ad quos aſpirent, qui de Principe optimè merẽtes res præclariſſimas pro eo geſſerint, cuius præclara facinora in eum ſæpè redigunt ſtatum, vt pro gratia, quæ exſolui non poſſit, odium habeatur. Varia ſunt beneficiorum genera, quibus vti poteſt Princeps, ſeque apertè in primis connubia offerunt, atq; Eccleſiaſtica beneficia, quæ ſi Princeps interceſſoris ſubit vices, facillimè conceduntur, adſunt dignitates, adſunt largitiones, adſunt ſpecioſi tituli, adſunt grandia beneficientiæ ſigna, quæ vtiq; non produntur, niſi ſumma grati animi cogat neceſſitas. Adſunt tandem, & hilaris, ſerenusq; quidam aſpectus, & ioca, quæ plurimi glorioſæ cuidã felicitati adſcribunt; has mercaturas tractare ediſcat Princeps, prout ſibi apto magis vſui fore iudicarit. Summa pro hominum natura quæq; habeat, nec tàm prodigus ſit, nec etiam tã parcus, tenaxq;, quin & vlla beneficientiæ argumenta depromat, & ſæpè etiam alijs minus conſpicuis ſignis ſibi deuinciat quem magis animo deuinctum voluerit.

Excitãdi sũt ad virtutem nobiles. Noui etiã ad dignitates promouẽdi, & quæ vtilitates.

Nõ illuſtres tamẽ familias deſidioſa torpẽtes ignauia, ſi præmio non afficiat, abijciet Princeps, ſed opportuna ſe ſe præbente occaſione ad virtutẽ excitabit, & quẽadmodum veterum vrbiũ, ità quoque familiarum conſeruationem, earumque maiora incrementa cordi habebit; nobiles apud ſe nullos habeat, nullos bona Principis exiſtimatione dignos iudicet, niſi quos prudentia, temperantia, labor delectet; quod autem caput eſt, magno delectu virtutis, atque prudentiæ ſingulis annis benemeritos nobilitate decorabit, atque ad ſummos honores promouebit Reipublicæ. Inſignem ſplendorem, ac Maieſtatem nouorum promotio Reipublicæ confert; cum enim antiqua no-

bilitas

bilitas illos partim contemnat, partim eorum incrementis inuideat, duo neceſſario à recentioribus ſpectanda ſunt, vt videlicet contemptu primo, deindè maleuolorũ inuidia ſint expertes; contemptum inquam euitabunt, ſi excelſis in rebus, honeſtis, laborioſisq́;, ſumptuoſisq́; etiam fidelem, grauemq́; operã Principi exhibeant, vt ex his ab omnibus cognoſcatur, quanti in Aula merita fiant. Inuidiam verò effugiunt, aut minuent, ſi modeſtam, ciuilemq́; vitam traducent, ità vt nec nimio faſtu, nec ſumptibus prodeant; nec vilior erit nobilitatis æxſtimatio; quin potius diligenter remunerandi, vaſallorumque titulo decorandi, qui ornamento, & emolumento Principi ſunt, non qui ſuam nobilitatem auctam gloriantur, ſed qui præclari aliquid facinoris gesſerint.

Qua ratio à Principe ſeruanda, vt magnates ſibi coniunctos in officio contineat.

CAPVT XXXV.

VEHEMENTER quidẽ multis in rebus ſolicitus Principi animus eſt; quod verò magis eum omninò animum angit, ac perturbat, Imperium eſſe cenſeo; quod, vt fortiter tueatur, furore ſæpè ac rabie corripitur, vt in fratres, agnatos, proprioſq; (vt ità dicam) crudeliſſime ſæuiat; hinc inter fratres orta bella; vt inter Baiazetem Primum, & Zezimum, inter Selimum, & Baiazetem; nec alia de cauſa id factum credimus, quàm quod nemini ſe fidunt Principes; immò quo magis per ſpeciem, & conſanguinitatem à propinquis coluntur, eo magis ſe deluſos opinantur; quare bella facillimè inter ſe committunt, clades, excidia, atq; alias quaſcumq́; calamitates ità intendunt, vt vndiq́; turbida omnia, inquieta, Impacataq́; confluant. Alexãder Magnus ad bellum Aſiæ inferendum profecturus ſuos, quotquot habebat cognatos, è medio tollendos curauit. Turcarum Sultani, quamprimum Regnũ capeſcunt, omnibus ſtatim fratribus necem inferri iubẽt. Amurathes concubinam ipſam è patre grauidam voluit occidi. Ormuzij Reges, antequàm ad Luſitanorum manus Regnum deueniſſet, omnibus cognatis oculos eruère conſueuerant, quod etiã nonnullos Biſantinos Imperatores factitaſſe legitur. Sinenſium Regnum conſuetudo propius aliquando ad aliquem humanita-

Imperandi effectus.

Quid ſuſpiciones mali afferant.

Exẽplũ Turcarũ, alterũq; Barbarorum.

ris ſenſum acceſſiſſe demonſtrat, vt qui conſanguineos ſpatioſis locis, atq; ad habitandum per commodis (vbi & neceſſaria, & iucunda quæq; ipſis ſuppetunt) includunt, nunquam tamen eos indè poſſe exire permittunt. Idem faciunt Reges Aethiopum, cognatos enim omnes in altiſſimum, & amenißimum ablegant montem Amaram nomine, vndè diſcedere nemini liceat, niſi, qui poſt mortem Regis ad ſucceſſionem fuerit euocatus; Aditus ad hunc montem adeò ſunt anguſti, ac prærupti; vt ineſpugnabilis inſtar arcis eſſe videantur; ſuperiora verò loca, plana ſunt, frumentis, ac quibuscumq; alterius generis fructibus condita, quæ vel ad magnam habitantium multitudinem ſufficerēt. Nec his tamen rationibus Principis ſecuritati ſatis conſultum videtur. Apud Sinas complures Reges occiſos impotentiſſimosque Tyrannos, atq; ipſas etiam fœminas aliquando Imperium tenuiſſe conſtat. Nec minus ſecuritatis Imperio Turcarum crudelitatem adferre dixerim. Apud alias nationes ambitio ſæpè ad turbulenta conſilia impellit; hic præter ambitionem, etiam vitæ conſulendi adeſt neceſſitas, ità vt mirum non videatur, ſi plures ortæ legantur diſſenſiones intèr Turcarum Imperatores. At certè è contrario videmus in Hiſpania, Gallia, Germania, & alibi intèr Chriſtianos, etiamſi Reges, ac Princeps multos haberent fratres, conſanguineos, ac cognatos, qui ius aliquod in Regnū, vel Principatum ſibi vindicarint, raras tamen admodum eſſe rebelliones, ac ciuilia bella, ac tranquillè omnes, ac comiter, vti propinquos decet, inter ſe quietam omninò vitam traducere. At quid agendum? nulla fortaſsè maior ratio, ſemetipſum à cognatorum ſuſpicione, vel inuidia tuendi erit, quàm ſi omnibus viribus contendat, vt ſubditorum beneuolentiam ſibi comparet, ijsq; metum incutiat quorum ſtudia ipſam Principatus euerſionem machinantur. His rationibus recti, fortisque Principis ſubditorum animis opinionem ingeret, quæ ità firma ſemper inhærebit, vt per hanc ab omnibus domeſticis periculis facilè potuerit ſeruari, neq; ideò digno cultu, atque honore cognatos permittat deſtitui. Incumbendum enim maximè eſt, vt illi, qui quoquomodo ſanguine ſunt coniuncti, ſi non eadem præſtent dignitate, alia certè decorentur, qua maximum ad honorē, gloriamque præſidium comparetur. Propalam in conſpectu artes apud pleroſq; Principes ſatis cognitæ quibus, vt ſit conſultū, non ſibi ſanguine coniunctis ea munificentiæ inſignia, quæ eos decent, ſed aliunde dignitates quæritant, quibus cognatos afficit absq; vllu ſui periculo ſatagunt. Belli gratia in longinquas ablegant prouincias, in cuius laborioſa exercitatione, vt aliqui honoris tituli habeantur, plurima toleranter feruntur incōmoda, ipſaq; vita, mortis etiam diſcrimini obijcitur. Magiſtratus qui

nimios,

Quid faciāt Aethiopum reges.

Quid agēdū à Principe, vt ſe à conſanguineis tueatur.

Satisfaciendū conſangnineis.

nimios, aut perpetuos nunquam dicerem conſerendos. Si conſanguinei res nouas moliri non audeant, non ſanè Magiſtratum ijs denegandum putarim, qui ab aliqua ſaltem, ſi non æqua poteſtate (at ſaltem quæ cohibere illam etiam valeat) incrementũ accipiat; Ea quippè eſt natura hominum, vt non iuniores modo, ſed etiam ætate prouectiores, poſtquàm multum temporis in poteſtate tranſegerint, patrijs moribus nequaquam ſibi viuendũ eſſe arbitrentur. Breues itaq; erunt Magiſtratus, nec vni tantum committendi; harum artium faber optimus fuit Tiberius, & ſępè cum Germanico expertum fuiſſe legimus; huius etiã cauſa orationem habuit, qua proconſulare Imperium petiuit. Ex his ſumma Principis quęritur laus, & beneuolentia, quæ mirum in modum, conſanguineis animo infixa, miros quoq; honoris, ac reuerentiæ effectus excitat. Nec erit, qui ad noua impellere ſatagat, quem maximè ornatum cognouerit; Sit liberalis Princeps, nec tam in concedendis gratijs, largiendisq; muneribus cõtractas habeat manus, vt liberalitate donati ſpecioſos potiùs admirentur honores, quàm eoſdem vtpòtè proprijs meritis acquiſitos, ingenti animi lætitia contemplentur. Illud tandem enixè contendat, vt affinitates ſuſpectas omninò arceat, & ſi quæ adminiſtrandæ Prouinciæ conſanguineo Principi deſtinentur, adminiſtratore ſaltem è vita decedente, caueat, vt ad ſe reuertantur; etſi alios ex connubijs ortos propinquitate contingat, priuatam ij potiùs vitam degere compellantur, quàm quæ tumida metum excelſarum cogitationum inijciat; & ſi deniq; ſplendori quid effulgebit, id totum ex ipſius Principis luce veluti radijs prodire credatur, quod huic tutiſſimum erit.

Conferantur honores ac dignitates periculoſę, ac breues.

Verum enim verò maiorem difficultatem habebunt conſanguinei, dùm Principi ſuſpecti ipſum omni ſuſpicione liberare contendunt, maioremq; etiam habebunt ij, qui ex diuturno cõmercio cum Principis conſanguineis aliquam concitãt opinionem. Clypeo illi veræ fidei ſemetipſos protegent, vt eximium Princeps fulgorem tàm puræ, ſplendidæq; fidei omninò agnoſcat, & videat. Germanicus, quo ſummæ ſpei propior, tanto impenſius pro Tiberio nitebatur, & quanto in eum acriora militũ ſtudia patruiq; aduerſa voluntas, eo etiam magis ad celerãdam victoriam erat intentus; Summo etiam ſtudio contendent, ne augeatur ſuſpicio; hæc enim, ſi ſtabilem habeat ſedem, nequaquam tàm facilè dimouetur. Angebatur Tiberius Germanicum largiendis pecunijs, & miſſione feſtinata fauorem militum quęſiuiſſe. Tandem in hoc, ſi quauſq; in re, prudentiſſimè agatur, Princeps enim citò amplectitur opinionem, non coarguit, qui ipſum in metum abducit, ſed trepidat. Qui verò conſanguineos honore afficiunt, non minus circumſpectos vellem; etiam propinquiores,

E vita migranti conſanguineo alicui Prouinciæ ſuſto re ad hunc deuoluatur. Quid conſãguineis agẽdum nimiũ ſuſpectis Principi.

Non minus circumſpiciendũ eſt ijs, q cõſãguineos venerantur.

pinquiores, qui in ſummo ſunt habiti honore, mentem Principis obnubilant; ſatis hi ſibi perſuaſum habent, quæ alijs impertiuntur, ſibi quodammodo demi, ac auferri. Auerſis omninò auribus audiuit Tiberius quaſdam ſupplicationes à Senatu decretas, quæ neſcio quid habebant commune cum nepotibus, quãdamq; paritatem præſeferebant; æquari enim adoleſcentes ſuæ ſenectæ impatienter indoluit, nec latentem animi moleſtiã habere voluit, cum oratione monuerit in poſterum, ne quis mobiles adoloſcentum animos præmaturis honoribus ad ſuperbiam extolleret, & quamuis mirificè oblectetur Princeps ſuos honore affici, attamen, qui nimis ſe conſanguineis dedit, qui hos extollit, qui ſummis veneratur honoribus, imminẽti periculo nequaquam expers eſt; ſæpè ſi hi è gratia Principis decidunt, horum ruina veluti annoſa arbos amicos ſecum detrahit, maioriq; caſu in miſerabiliorem fortunam omnes repente præcipitant.

Qua cura ſeruanda ſit in Republica Mercaturæ exercitatio.

CAPVT XXXVI.

Quã neceſſaria Reipublicæ cõmercia

CVM humana conſuetudo commercio, atque imperio conſtare videatur, neceſſaria ideo Reipublicæ commercia, vtiles, ac neceſſarios mercatores, negotiatores, ac inſtitores quiſq; facilè concedet; hi enim, quæ nobis, ac noſtræ Reipublicæ ſuperflua ſunt, exportant, & aliunde, quæ nobis neceſſaria ſunt, quæuè apud nos non inueniuntur, important. Eſtq; quæſtuaria ars cum vtilitate Reipublicæ induſtria, laboreq; coniuncta non tamen ſine periculo, ac diſcrimine vitæ, ac plerumq; etiam facultatum negotiantium; Quæſturam conſentientem ex ipſa parẽte natura ſuam traxiſſe originem affirmatim, hæc enim

Quæ artis quæſtuariæ facultas.

eſt facultas, qua id ſibi quiſq; comparatur, quod vitæ conſeruationi neceſſarium ſit, nobis natura inſita, eo prorſus modo, quo animantibus omnibus appetitio, & conquiſitio pabuli diuerſis planè rationibus innata eſt; quam ob cauſam eis certa data ſũt inſtrumenta, quibus ſingula apta ſibi pabula requirant, proprięque ſatisfaciant neceſſitati, vt bos fœnum appetit, oſſa canis, ceruum leo; hominibus verò diuerſa longè data eſt ratio, vt cum vni ſupereſt, quod alteri deeſt, viciſſim permutetur; quod quidẽ fit, ſiuè cum res rei ſuccedit, vt ſi Hiſpania vinum permutat cũ

tritico

tritico Sarmatico, ſimplex eſt illa commutatio, ſiuè cum res nō commutatur, ſed nummo, qui neceſſitate, & iure (vt vocant) gētium inuentus eſt; cum enim res ſemper nequeant transferri in vſu poſitus eſt nummus, qui morali certa lege omnium rerū vim obtinet. Raro enim fit, vt eodem numero pretioq; alter habeat, quod alteri neceſſarium eſt; itaq; nummus liquida illa omnia facit, ab alijsq; rebus differt, quod aliarum rerum vſus ſit duplex; vino enim ad compeſcendam ſitim vtimur, & commutatus alijs mercibus, nummi verò omnis vſus in commutatione cernitur. Hinc conſtat artificialem quoq; mercaturam non longè ab ipſa natura abhorrere, nam quemadmodum Polonus triticum ſerit, non modo vt panem coquat, ſed etiam vt commutet cum nummo, illo verò alia etiam vitæ neceſſaria præſidia comparet, ità quoq; negotiator In Hiſpania emptum vinum in Poloniam deuehit, vt nummo alia neceſſaria comparet, vterq; operam impendit, vterq; crebro ſubit diſcrimen.

Pro commutatione ſupplet nūmus.

Tantiq; mercatores apud me ſunt, vt ad omnia conſilia, atq; etiam ad ipſam Reipublicæ adminiſtrationem omninò accerſēdos exiſtimem; cum enim conquirendarum, agendarumq; opū maxima ratio ſit, commutatio, & pręcipua pars commutationis negotiatio; conſequitur hoc præcipuum eſſe inſtrumentum rei domeſticæ conſtituendæ; adeoque Reipublicæ, quæ ex familijs veluti ex tot partibus benè conſtitutis efficitur; quod ſi quis iſta conſideret, videbit Venetias, Florentiam, Ianuam, Meſſanam, aliasq; præcipuas vrbes, atque emporia mercatoribus maximè abundare; quorum præſidio Reipublicæ ſalus optimè conſeruatur; vtq; enim, quo plures ſunt, & potentiores in vrbe negotiatores, eo plura ſunt Reipublicæ commoda, variæque Ciuitatis conſeruandæ rationes; multarum enim rerum copiam ad omnes euentus habere vtiliſſimum eſt, multum certè lucri eſt, cum per id opportuno indigentiæ auxilio occurratur.; Quod ſi ſoli etiam authoritati niteremur, in idem quoq; conſilium deueniſſe tum Tirios Carthaginenſes, tùm cæteras opulentiſſimas Reſpublicas, præclarè apud omnes conſtat. Cognouere enim hi, quanta Reipublicæ emolumenta mercatorum adferat induſtria, quę variarum nationum ingenia, opes, conditiones noſcit, faciliq; negocio, ac moderato pretio, quæ ad Reipublicæ tutelam pertinent, etiam arma, puluerem ſulphureum, tormenta bellica comparat: Vndè nunc Principum dignitas ſeruatur, ac magis augetur, niſi ex mercatorum induſtria? ſola Hiſpalis opes vnius Regni, ſola Vliſſipo Magni Regni opes confert; vbi negotiatio, ibi magnæ vrbes, vt Hiſpalis, Vliſſipo, Londinum, Antuerpia, Hamburgum, Gubeca, Ameſterdamum, Mediolanum, Neapolis, Venetiæ, Florentia, & Ianua, quinimmo, ſi aperto ore vera loqui velimus,

Ad conſilia vocādi etiā ſunt mercatores.

Inſigniores Europæ Ciuitates mercaturam diligunt.

Priſci mercatorū induſtriā pluriml facere.

Ex mercatorū induſtria augeſcit Prīcipum dignitas.

velimus,ſinè mercatoribus nō modo bella committere, ſed nec Regium aulæ ſtatum tueri Reges commodè poſſunt;gentes prę tereà exteras arctiſſimo ſæpè neceſſitudinis vinculo ſibi adiungunt,dùm grata, atque opportuna inferunt. Tria ſunt, quibus Regi Hiſpaniarum Indiæ quæſitę ſunt,Religio,Bellum,negotiatio; Religio Princeps omnium fuit, reliquas verò Deus vtpotè ad id aptiſſima Inſtrumenta adhibuit, interim nunc Indiarum cenſu ipſæ tenentur. Hiſpanos ad negotiandum n atos puto; nā Principes,Marchiones nobiles tanto ſui decore, atq; exiſtimatione per alios negotiantur, vt apud quaſcumq; alias nationes dignitatem ſeruent,remq; augeant;immò cum omnia cum Florenti Romanorum Imperio confero, illud Regnum magis negotiationum opportunitatibus, quàm vi armorum integrum ſeruari affirmo, Roma quoque ſine negotiatione ſtare non poterat, nec indecorum certè erat Primarios Ciues in Vrbe negotiari;quē morem ſumma cū laude etiam nunc Hiſpani proſequuntur.

Hiſpani cū ſui decore p inſtitores negotiantur. Primarij Ciues Romani hoc idem fecere.

Iuriſdictiones idcirco,ac priuilegia mercatorū, quæ Iure non improbantur conſeruanda ſunt, accurateque conſulendum, ne vnquam eorum inſtitutionibus vlla vis inferatur. Ita Romæ Paulo Tertio Pontefice Maximo confirmata fuit conſuetudo antiquitus ſeruata, iuriſdictioniſq; facultas concredita Cōſuli mercatorum Romanæ Vrbis, eorumque ſtatuta iudicandarum litium cauſarumq; ad eam rem ſpectantium aduerſus quaſcūq; perſonas tantummodo tamen in vſum traducta; nouiſq; iterum legibus ſtatutum eſt,vt eorum libris vſq; ad viginti ducatorum aureorum quantitate occaſione mercaturæ adhibito iuramento in ſupplementum probationis fides adhiberetur, dummodo ipſi libri nempè negotiationis,ac mercatorum ordine ſcripti,ac cōfecti,rationabiliq; ſuſpicione omninò expertes fuerint, ipſorū etiam mercatorum vitæ moribus exploratis. Hæc omnia ferè priuilegia omnibus mercatoribus à quibuſcumq; Principibus conceſſa video,ex quibus tantā promanat vtilitas, vt maiorem certè excogitari non poſſe exiſtimem; Verùm non minori ſtudio,ac diligentia conſeruanda ſunt tempore nundinarum conceſſa,vt mercatoribus,& mercibus tuti eſſe poſſint acceſſus,cōmoratio,ac receſſus, non enim decipiendi ſunt ſub publica fide potiſſimum, cum commercia ſint de iure gentium, ijſq; temporibus ſub tutela ac fide Principum, vel rerum publicarū nundinas conſtituentium vitam traducant.

Priuilegia, ac immunitates conferendæ, collatæque à Pricipe confirmandæ.

Tēporenūdinarū maximè priuilegia conſeruanda ſunt.

Caueat tamen Princeps,ne hac occaſione per licentiā malè vtantur mercatores,ſciatq; his incommodis iàm ſatis non ſolū Romanis legibus prouiſum, ſed etiam ciuilibus cuiuſuis nationis, & Ciuitatis; vt ſedula tantum Magiſtratuum diligentia in his

Ne priuilegijs abutantur mercatores Principi eſt cauendū.

his conſeruandis,& exequendis opus ſit;omnia autem Princeps ex populi ſibi commiſſi vtilitate,neceſſitate, & honeſtate ex triplici3; capite rerum perſonarum, & actionum metitur.

In his igitur rectè animaduertet, quæ ſinè animi, aut corporis læſione negotiatio permiſſa ſit. Quapropter nundinationes rerum,quæ in commercio hominum Deo,eiusq; Religioni dicatę ſunt,vt rerum ſpiritualium,ſeù Sacramentorum, illarumque in quibus ſimonia verſetur,longe ablegabit,rerumq; ſacrarum, & Religioſarum negotiationes penitus remouebit; cauebit prætereà,ne ex noſtris rebus aliquæ ad Barbaros,ſeù hoſtes traſportentur à mercatoribus,quibus illi iuuari poſſunt, neq; inferatur merces,quibus patriæ,& natiuæ viliores fiant, itaq; nec in Germania Creticum,aut Hiſpanicum vinum, niſi cum ingenti portorio permittitur,nec Anglicanum pannum,cum tantum veſtiũ varietatem ipſi Germani contexant; cum autem apud Gallos multum ſit ſerici domeſticum facilè diuendi patiuntur, externumq;portorijs grauant.Impedienda deinde à Principe erit tritici euectio,vini,aliarumq; rerum ad victum,vel ad communem etiam vſum neceſſariarum,ne videlicet vel re frumentaria, vel alia quacumq; penuria populus laboret;idq; maximè tunc temporis curandum eſt, cum caritatis periculum inſtabit, ſic enim anticipata emptione eorum,quæ ad victum ſunt neceſſaria operam dabit,ne cariora efficiantur. Quod verò ad damna vitanda attinet, quæ ſecum negotiatores ſæpè important. Illud cautè Princeps obſeruabit, vt nemo licita negotiatione prohibeatur, & ab illicita iubeat abſtinere, verùm videat qualis mercator in nundinas veniat, ne potiùs Principis arcanorum occultus explorator,quàm verus mercator appareat. Solent enim ſub hac ſpecie mercaturæ multa tentari, quæ præpoſitus loci nundinarum diligentia ſua detegere poteſt inquiſitione, & obſeruatione diligenti eorum,quæ occurrerint. Circa mores non minori vtatur vigilantia,ne ſcilicet atrocia illa fœnora, quæ ſub ficta permutationum,vel cambiorum ſpecie extorquentur, committantur,ſic enim priuatorum commodis, & Reipublicæ conſultum erit,quinimmò cauendum,ne etiam prætextu collegij, aut artificij negotiatores monopolia inſtituant, quo nihil deterius in commercijs accidere poteſt.

Prohibenda eſt etiã mercíũ trãſportatio ad hoſtes.

Nõ inferẽdę ſũt merces, quibus natiuæ vileſcãt.

Impedienda eſt etiã ad cõmunẽ vſum neceſſariorũ euectio.

Cõſiderãda eſt etiã à Prĩcipe mercatorũ qualitas, ne exploratorum induant veſte.

Fœnera omninò grauia prohibẽda, ac monopolia à Principe.

An Princeps poſſit exercere mercaturam?

CAPVT XXXVII.

Summoperè cõmendatur mercaturæ.

SVNT, qui mercaturam omninò damnant; tùm quia vitiorum ſæpè origo eſt, tùm quia, cum ad ſolum lucrum tẽdat, puſillum nimis, ac humilem reddere animum videtur. Huius tamẽ vtilitas ea eſt, vt Vrbes frequẽtia Ciuiũ repleat, plebem in officio contineat otiumq́; ab omnium animis longè depellat; quod ſi quid in ea improbitatis eſt, non rei ipſi, ſed corruptis hominum moribus, effrænatæq́; habendi cupiditatĩ tribuerem. Si enim, quod aſſerui, à veritate planè abeſſet, nec agrorum etiam fertilitas honeſtè eſſet quærenda, quo enim fertilior illa, eo vitijs fœcundior eſſe videtur, & tamen certum eſt Deum dilecto ſuo populo terram præſtantiſſimam dono dediſſe, præclarè conſcium hac liberalitate ad nequiſſima ſcelera plurimos eſſe abuſuros, nec minùs ſanè doli in abiectis pauperum caſis, quàm in mercatorum cœtu reperitur. Mercatoribus etiam prodeſſe pacem, cuius beneficio negotia commodè tractentur, quis non apertè cognoſcit? At ſi verè tales hi ſunt, quibus æq́; Reipublicæ ſalus, ac diteſcendi deſiderium ſit, nõ tàm lucri dulcedine capientur, quàm proprijs ſemper opibus naturalẽ Principem cupiditate iuuandi incitabuntur; ſi in tantum emolumentum voluntas hæc prona ſemper eſſet, honeſtam quoq́; eſſe affirmarem Regum, Principum, Rerum publicarum, nobilium, Senatorum publicam, priuatamq́; negotiationem, quæ illorum nomina illuſtria magis, ac ſplendida redderet. Hoc apud antiquiores maximo in vſu fuiſſe docet Sidon, Tirus, antè Niniuè, Babylon, poſteà Carthago. Romani equites ſumma negotia per omnes terrarum plagas pertractabant, & quibuſcumq́; exteris gentibus nefas erat, ſine Romanorũ placito, qualiſcũq́; negotia peragẽda ſuſcipere. Quis Senecæ negotiationes nõ audiuit? Verres etiam pecunia publica fęnerabatur; Pompeius magis fęnore, quàm bello prouincias vexauit, nec alia prorſus ratione ingentes Romanorum diuitiæ ſeruatæ, auctæq́; ſunt. Quomodo igitur abſq́; negotiandi arte tot equitum, patriciorumq́; luxus, ac ſplendor diù enituiſſet. Noſtris etiam temporibus quamplurimę magnorum Principum negotiationes videntur: Ex Indijs Orientalibus quotãnis ingentes piperis acerui ad noſtras haſce

Honeſta eſt Principũ, ac Rerũ publicarum negotiatio.

Romani mercatura exercuere.

Cõſideratur Luſitani Regis negotiatio.

partes

partes aſportantur, cumq́ue his ſimul Luſitani Regis aromata deuchebantur. Ea enim conſueuerat certo pretio in Malacca, alijsq́ue Inſulis coemere, quorum pretium in domo Indiarum Vlyſſipponæ augebatur, adeò vt, quod aureis tribus emptũ erat, quadraginta diſtribueretur. Zenziberum, cinamomum, maſtix, garuphila, nuces muſcatæ ad plurima aureorum millia quolibet nauium appulſu deuchebantur. Ex China, Malacca, Perſia, alia comportantur, quæ mox Liſbonæ mercatoribus venditantur; Quantum lucri parari potuiſſet, ſi ad hanc negotiationem Rex ille fidiſſimos adhibuiſſet miniſtros, totumq; publici lucrum ad ſe traxiſſet? Quid de Veneta Republica dicam? non ne, & ipſi ciues, & nobiles negotiantur? Sanè plurimum negotiationi debet illa Reſpublica, quod vires ſemper validas potentiſſimis Regibus acriter oppoſuerit, ac pecuniæ ope obſiſtentium robur debilitauerit. Hollandiæ ordines mercatorum quaſi propriam vitam, ſanguinemq́ue prouinciarum ſuarum tutantur, nec minori ſtudio Indicas nauigationes, quàm patrios muros defendunt, quamuis ingenti priuatorum damno Germanicæ Ciuitates, aut negotiantur, aut negotiantium curis aſſociantur. Nihil horum eſt, quod ſummæ honeſtatis ſpecie non fiat; ſi enim exhauſtum erit ærarium, ſi inſuper contractum eſt æs alienum, nonne honeſtius ex negotiatione, quàm ex alijs minus licitis inuentis colligetur? Dummodo monopolia abſint, quæ priuatis mercaturam interdicunt, id enim repugnaret Principis officio, cui ſaluti magis, commodoq́ue publico, quàm priuato conſulendum eſt.

Itẽ Reſpublicæ Venetæ.

Itẽ Hollandiæ ordinũ.

Verum ſemper ſuaſerim, niſi tribus exceptis caſibus à Principe mercaturam non poſſe exerceri. Primo igitur honeſtè exerceatur, cum priuatorum facultates ad ſuſtentanda commercia nullo modo ſufficiunt, cum ad ingentes ſumptus faciendos neceſſitas compellit, vel itinera intercluduntur, vel alia quæcumq́ue impedimenta ab hoſtibus obijciuntur. Sic Salomon tertio quoq́ue anno naues ſuas in Indiam miſit, quæ aurum, argentum, ebur, ſimias, pauones indè adueherent, ſi noſtra etiam ætate Hiſpaniarum Rex Indica commercia, & inſtituit, & conſeruauit. Secundus caſus eſt, quando commercia tanti ſunt momenti, vt ſi à priuatis tractentur, ingens nimis ipſi diuitiarum incrementum ſibi ſint facturi; ſic Veneti Reipublicæ nauibus aromatum exercuerunt mercaturam, quæ Alexandriæ coempta, ijſdem poſteà in Angliam, Belgium, aliasq́ue regiones cum incredibili ſui, publicæq́ue vtilitate tranſmittunt. Poſtremus demũ caſus erit, quando merces publicum tantum bonum ſpectant, ſic maximè Principes in extrema annonæ caritate frumenti, quantum poterant coemere, ac rurſus iuſto, ac tolerabili pretio ſubditis diſtribuere ſolebant; verùm ſatagat Princeps, ne fictæ ca-

Cõſiderãtur caſus, quib⁹ Princeps poteſt mercatura exercere. Primus ſi priuatorũ facultates ad ſuſtentanda commercia nõ ſufficiunt.

Secũdus, cũ priuati ob commercia nimis pingueſcunt.

Poſtremus, quando merces publicũ bonum ſpectat.

Ee ritatis

ritatis titulo mercaturam exerceat,quę tandem ſubditis exitioſa ſibi ſoli proficiat. Quæ cum ità ſe ſe habeant, eam tantum mercaturam Principi licere, quæ publicum reſpiciat commodum,eſt aſſerendum,minimeq; licere, quæ priuatis obſit; Ideò ſumma eum laude dignum eſſe affirmarim, qui quæcumque frumenta collecta in ſuos diſtribuat ſubditos,non maiori, quã par ſit,pretio emenda,& ſi quæ ſuperſint,in exteros eroget, vt eadẽ accepta pecunia ditionem ſuam opulentiſſime poſſit conſeruare; hanc conſecutum eſſe laudem tradunt hiſtorici Alphonſum Tertium Ferrariæ Ducem, qui ſuarum facultatum induſtria populum Ferrarienſem impoſitis tributis nunquam onerauit. Veruntamen pecuniæ vis collecta ſæpiſſimè priuatorum commercium impedit,quippe quæ cęteras negotiationes torpentes,atq; omninò otioſas reddit, & licet hac de cauſa magis Principis commodum videatur auctum,verè tamẽ id in Principis,ac Reipublicæ vertitur detrimentum,cui facilè poterit mederi, ſi artificibus pecunias erogarit,qui & pannorum texturam, atq; alia mechanica proprio inuenta ingenio ſatagunt,vt his nouis operibus ad nouam etiam vtilitatem aditus aperiatur, ad cuius incrementum maximè proderit,ſi ædificia conſtrui iubebit, vt talibus impenſis miſera plebs ſuſtentetur. Verùm hæc etiam parũ vtilia cenſeo, niſi ſuperfluæ reſecentur expenſæ. ſubditis nihil miſerius,funeſtiusque accidit,quàm ſi viderint Principem ſuas facultates largè, effuſèque profundere; ex quarum profuſione alienæ poſtea mendicitatis ſit in cauſa;ſi hic theſauros ſuos diſſipatos viderit,non alienas extorqueat facultates, niſi prius ſibi retribuendas ſuo exemplo Ciues iàm muneribus donatos edocuerit ità vt ſummum liberalitatis argumẽtum pro publicis neceſſitatibus præſtiterit; quo erogato in publicum bonum noua ſanè,ac grauia tributa, leniter tamen, manſuetèque à Principe exigentur; Si ſubditi pro publicis commodis ſuarum diuitiarũ, & opum prodigum Principem conſpexerint, ardentiſſima quadam contentione ad noua munera perſoluenda hilari animo excitabuntur, præclarè ſcientes quaſcumq; in publicum ęrarium congeſtas opes in publici quoq; commodi vſum transferri;hæc eſt mercatura,quæ vtilis Principi ſummam beneuolentiam ac ſecuritatem conciliat.

Laus Alphõſi Tertij Ferrariæ Ducis.

Nõ colligenda eſt à Prĩcipe pecunia,vt otioſas reddat negotiationes.

A Principe non ſunt facultates effuſè profundẽdę,ne aliena extorqueat. Si grauia exigat Princeps tributa, prius edoceat, ſe pro Republica plurima liberalitate argumẽta præſtitiſſe.

Quàm

Quàm neceſſarij in Republica artifices, quoq; ſtudio ſint conſeruandi.

CAPVT XXXVIII.

PRAECIPVA neceſſitas, quæ humanam exigit ſocietatem, in ijs eſt rebus, quæ tùm animi induſtriam, tùm corporis laborem, & opus deſiderant; Vt enim ſcientijs, ac diſciplinis animus inſtruitur, ſanoſq; formatur ad mores, vitæq; puritas deducitur, & conſeruatur, ac veluti virtutibus alitur; ſic corpus in vita politica extrinſecus opere iuuatur, & ſuſtinetur. Priſcorum philoſophorum ſententia fuit, vt artifices Reipublicæ partes eſſent, ità vt nec ſine illis ſtare vnquã poſſent; verùm non eadem omnibus artificia, quemadmodum non idem omnibus eſt ingenium; ſuntq; quędam omnibus, quędam nonnullis Ciuitatibus ſingularia artificia, vt diuerſæ propenſiones, ac vtilitates, quarum commodis, delectationeq; conſeruantur. Apud Vtopienſes vna omnium communis eſt ars agricultura, præter quàm quisq; propriam ſibi eligit, vt ad illam aptum ſe conſpicit. Indis probati ſunt artifices, ideòque ſi quis artifici, vel manum amputauerit, vel oculum eruerit, capitis reus eſt. Vt verò vnaquæq; Ciuitas indiget arte, illam magis excolit, & amplectitur; omnes autem vtporè vtiles, ac neceſſariæ curandæ ſunt; & ſi ex ijs aliquæ reperiantur, quarum vſus ex ſe licet non ſit neceſſarius, ſinè earumdem tamen ope, cæteræ non poſſunt exerceri, ſinè quibus nec ſocietas humana rectè firmabitur, nec ars vlla finem ſuum aſſequetur. Agriculturę, niſi faber ferrarius vomerem, falcem, ligonem, ſecurim, ac plurima alia cõmodet, niſi faber lignarius aratrum fabricet, & vehiculum ad fructus deportandos extruat, niſi corariorum artifices præſtent ligulam, niſi ædificator aliquis arantibus bobus ſtabulũ, ruſticis verò tuguriũ aliquod ædificet, niſi deniq; Piſtoris artificiũ accedat, nihil omninò proderit, ſuiq; commoda deperdẽtur. Huiuſmodi quoq; textoria ars eſt, multum enim præſidij, vt abſolutũ ſuũ opus perficiat, depoſcit. Hinc eſt, vt vna quæq; ars ſe ipſa tantum non contenta, aliarum artium ope indigeat, ità vt ſi ſola eſſet, optatum finem nequaquam aſſequeretur.

Porrò artifices maxima Principi ſubſidia referunt, nàm negotiatores alliciunt, ocium fugant, opes important; an

Sũma artifi cũ neceſſitas

Vtopienſem mos.

Oẽs artes ità inter ſe ſunt connexæ, & vnaquæque aliena ope indigeat.

Maxima Prĩcipi parãtur ab artificib⁹ ſubſidia.

verò id commodè honeſtéq; fieri poſſit, docent ea, quæ à Belgis in vſum deducta ſunt; lanificia enim tractant, pannos lineos, laneoſq; contexunt, quibus Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, Africam, Aſiam, Indiam vtramq; veſtiunt, ſummaq; ex hac honeſta negotiatione promanat vtilitas; licet enim natura materiam, ac ſubiectum ſuppeditet, eiuſdem tamen humani ingenij

Si natura materiã exhibet, ars plura alia ſuppeditat Reipublicæ vtilia.

Cõſideratur vtilitas, quã ex induſtria Belgica Regio percepit

acumen, atq; induſtria nouam, inuſitatamq; formarum varietatem inducit; lana eſt rudis, ſimplexq; naturæ fructus; ex hoc tamen ijs plura ſunt commoda, qui eam carminant, ac pectũt, qui lauant, ac purgant, qui texunt, qui tingunt, qui hinc indè transportant, qui vendunt, qui veſtes indè conſarcinant, idem quoq; in omni ferè materia videre eſt; Belgica Regio nullas habet metallorum venas, nec tamen, quamdiù pace frui licuit, ob multa varia, & incredibilia opera, quæ ibi, vt dictum eſt, inenarrabili induſtria fieri ſolent, nec Hungariæ, nec Tranſiluaniæ auri feraciſſimarum Regionum opibus ceſſit, nec in vniuerſa Europa vlla pars erat, quæ tàm exiguo ſpatio, tot, tantas, tàm opulentas, tã frequentes populo, tàm omnibus artibus mercatura in primis florentes Ciuitates comprehendant. Dixi, artifices fugare ociũ; id enim ſemper fit, nàm cum pueri ad leuiora adhibentur artium miniſteria, ità vt nemo vacet, tota vrbe vagi coercentur, quibus

Præter alia commoda, etiã vagi ad miniſteria adhibetur, quod ſummũ eis eſt commodum.

non facultas, ſed laborandi deeſt voluntas, quæ ſæpè amiſſa ſemel nunquàm poteſt reperiri; ſi id perfectè ſeruatur, decuplo minor erit pauperum numerus, qui importunis precibus, vel in tẽplo, vel in foro negotioſos ciues perturbant. Quis igitur vtilitatem hanc tàm facilè contemnet? Principem itaq;, qui ditionem ſuam refertam populo reddere voluerit; cuiuſcumq; generis honeſta artificia in eam intromittat; quod commodiſſimè

Quæ agenda ſunt à Principe, vt ditionẽ ſuã populo refertã videre poſſit.

Quidq; etiã agẽdum, ne regio diſſeratur.

præſtabit, ſi ex alijs regionibus excellentiſſimos quoſq; artifices ſibi deuinciat, emeritis conducat ſtipendijs, atque opportunum fauorem ad honeſtè viuendum ſuppeditet; tùm ſi præclara ingenia, eorumq; opera amare ſe, & magnifacere demonſtrauerit, ijſq;, qui perfectiſſimũ aliquod ſuæ artis opus elaborarint, præmia ſtatuerit, nec vllo prorſus modo permiſerit cruda, vel infecta aliqua è ditione ipſius efferri, vt ſunt lana, fila, ſerica, ligna, metalla, ac ſimilia; ſimul enim cum materia artifices quoq; diſcedunt, & ex elaborata perfectè materia plures, quàm ex materia rudi lucrum faciunt; quinimmò & Principum reditus ex operum diſtractionibus multis opulẽtiores fiunt, quàm ex ſola materiarum diſtractione, quod cum ſuperioribus annis iàm agnouiſſent Galliæ, & Angliæ Reges, lanam e Regnis ſuis exportari prohibuerunt. Superius quoq; allatæ vtilitati accedit, vt artificum induſtria debito afficiatur honore, & quædam artes ità honeſtę habeantur, vt eas quoq; diuites ipſi exercere non dedignentur.

Sũmo honore afficienda eſt artificum induſtria, vt diuites ipſi

tur. Duplicem ob cauſam, aiebat Plato, deferendas eſſe tùm diuitias, tùm nimiam paupertatem; diuites enim ocio, & luxu diffluunt, pauperes nec ipſa inſtrumenta, nec materiã habent, circa quam ſe poſſint exercere. Hæc tamen nunquàm deerunt, ſi quidem Princeps voluerit. In Oriente armentorum cura honeſtiſſima, & Regia quoq; habebatur agricultura, nemorum, vitiumq; plantatio magnæ dignitati dabatur. Quæ liberales ſunt, non minimi habeantur, vt picturæ, ſculpturę, architectonicæ, ſclopetorum, arcuum, bipennium, enſium fabricandorum ſtudia, ac cætera omnia, quæ ad aquarum medicarum diſtillationes ſpectãt, herbarumq; curas. Hi enim irrito conatu diuitiarum ingẽs cumulus, atque laborioſum ſtudium in Alchimia impenditur, cur non potiùs certo euentu in re vtili plura etiam impendentur? Cur dubio auſu indè emendicant commoda, vndè ſæpè deuenere incommoda. Prudentis Principis prudens hæc erit ſolicitudo, vt opera, & artificia ſinè dolo, ſinè fuco, ſinè fraude iuxtà præclaras cuiuſq; artis leges perficiantur, ideoq; ſingulis perfectis operibus, eos diligenter curabit, quorũ ſcilicet partes erunt, vt rectè cognoſcant, an ſecundum bonam fidem fiant opera. Cauendum etiam, ne ſint monopolia, non ſint ergolabi, vt monent iura ciuilia, ne alicuius ſocietatis ſpecie fiant eadem monopolia, ſeditionesque nimium poſteà ipſi Principi moleſtæ.

mercaturam exerceant,

Prohibẽdus eſt dolus, ne cum fraude opera contexantur.

Prohibendo etiã monopolia.

Princeps tueatur maximè agriculturam, eamq; quantum poterit ab oneribus immunem reddat.

CAPVT XXXVIIII.

HVMANAE ſpeciei conſeruationis, perpetuęq; procreationis Agricultura eſt fundamentum, Agricluturam autem hoc loco omnem illam induſtriam appello, quæ circa terram exercetur, aut cum terra aliquod commercium habet. Principis munus eſt, hanc modis omnibus promouere, eiusque gratia ſingularem fauorem, ac beneuolentiæ ſigna demonſtrare: ſi enim aliquis in Republica erit, qui ſuo ingenio fertiliores reddiderit campos, nouamq; rationem eos diligentius excolendi inuenerit; his faueat Princeps, atq; etiam opem ſuam ſpondeat. Quòd certè faciet, ſi omnia, quę ad publicum agrorum bonum ſpectant, ſup-

Quã maximè curanda à Principe Agricoltura

Etiã ad publicũ agrorum bonum ſpectantia.

peditauerit, ac iuſſerit; vt eſt ſiccare paludes, ſiluas inutiles excidere, ad culturam accommodare; flumina, ac riuos per regiones paſſim deducere; quibus irrigata tellus vberiores ferat fructus. Quia in re nunquàm ſatis laudari poteſt veterum Mediolanenſium Ducum prudentia, atq; induſtria, qui ex Ticino, atque Abdua fluminibus duobus deriuatis canalibus fœliciſſimum illum agrum ſupra quàm credi poteſt, fœcundũ reddidere. Principis eſt etiam circumſpicere, quid negligatur, quid coli poſſit à agricolarum enim ignauia ac deſuetudine plurima terrarum iugera fertilia inculta, ac horrida ſylueſcunt, quæ vnquàm Regio Aegypto cultior? hanc tamẽ Auguſtus purgatis Nili foſſis, quę oblimatæ erant, longè feraciorem fecit, vt annonam Romæ certiorem, opulentioremq; haberet. Verum quale, quantumque ſit emolumentum, quod ex agriculturæ ſtudio habetur, clarè, apertèq; docet Principem Germania, quæ olim cultu aſpera, & vrbibus, & ipſo pane carens viliſſimo ciborum genere, pultibus videlicet vtebatur; conſulatur Cæſar, cuius ætate ſexcenta milliaria ſine cultore ſquallebant, nunc verò tot vrbium frequẽtia refecta eſt, vt nulli regioni cedat. Victus olim in Belgio, Germaniaq; miſerrimus, nec alius eſſe putabatur; domus vix vllæ, quęq; paucæ reperiebantur, ſpecum ſimilitudinem referebant, gẽs tandem nuda, ſolaq; ferarum pelle obſita, vilis, deſpectaque ab omnibus habebatur. Sola igitur Agricultura magiſtra inſignes conditæ ſunt vrbes, ipſiq; agri licet ſteriles fœcunditatem quaſi didicerunt; nihil itaq; eorum intermittet Princeps, quibus ditionem ſuam quàm fœcundiſſimam reddere poſſit; quod ſi earũ rerum plantæ, aut ſemina, in ipſius ditione non reperiantur, ea aliunde, ſummis licet impenſis, vt adferantur, curabit; ſic Romani ex vltimis Aſiæ partibus ceraſas, mala, perſica, itemque ex Africa non paucos fructus petiuerunt. Bambagium Aegypto olim proprium, hodie etiam Cyprus, Malta, & Calabria producunt. Quod ſi Princeps peculiarem quandam non addiderit diligentiam, culturæ non ſatis, ſuperq; cautum erit. Agri enim nõ modo grandine, belliq; ingruentis tempeſtate, ſed maximè etiã Principis incuria, ac ſimilibus oneribus ſterileſcunt. Quædam loca eodem ſimul tempore depaſcuntur milites tùm amici, tùm infeſti Principis, tùm etiam grauiſſima tributorum onera; ità vt quacumq; diligenti cultura deſtituantur, quinimmò ſæpè ipſorum domini ob nimia, atq; immoderata tributa ſterilitatẽ mẽtiuntur, vt exactores euitent. Quæ igitur agrorum cura eſſe poteſt, ſi melior cenſetur eſſe ſterilitas, quàm crudelitas depeculatorum malo, ſed ſpecioſo quodam iuri graſſantium? Magna erit Prudentia Principis, ſi à tributis agricolas conſeruet immunes, & ab Aulicorum nobilium, potentumq; iniurijs. Hinc illa præ-

Nihil negligi, quod culturæ nõ deſtinetur, curandũ eſt Principi.

Germania id docet.

Si in ditione ſemina nõ reperiet Prĩceps, aliũdè adferri curabit.

Agricolæ ſunt à tributis conſeruãdi immunes

clara

clara lex, ne bouem aratorem pignori accipere liceat, ſi pro re- præſalijs agricolæ malè vexentur, villæ, pagiq; ſuos Iudices habeant. Hinc plurima vtilitas, non coguntur in vrbes, non arcentur à labore, facilius litem componunt, breuiori compendio ius dicitur, nec imperitia obijci poteſt. Habent illi lites, non mille propemodum tricis inuolutas, paucasq; leges, ex quibus ſententiam dicunt, quod ſi res difficilior agitetur, ad conſilia cauſa reijcitur. Iuſtum verò eſt, vt mercatorum cauſæ mercatoribus, ita ruſticorum ruſticis, & fabrorum fabris committantur; modo à perito Iudice dirigantur, ne à communi iure recedant. Hæ priuilegia Agricolis vbiq; à Principe ſunt conſtituta, quibus, ſi ſanè potirentur, Principi nihil opus eſſet, noua quotidie vectigalia, nouaq; tributa imponere; Terram iàm ſatis conſtat eſſe fęcundam ad conſeruandum dignitatem, hoſtemq; arcendum; quod ſi Turcę, qui tantum terrę deſertę, ac fertilis poſſident, vel milleſimum aliquam partem in Gręcia, in Aſia, Palęſtina, & ſerio colendam ſuſciperent facilè tantos greges, quãtos Ioſaphat, Ezechias, Ioſias in ſumptum exercitus poſſent ſuſtentare; quod certè non poſſe colentium inopia, videmus, quæ aliundè non fit, niſi quia Turcarum ſubditis perſuaſum eſt omnia ſua propria eſſe Imperatoris, quorum dominium ſibi indecorè vſurpat, hinc ideoque terra Agriculturę arte, atque hominibus deſtituitur. Prouidus itaque ſit Princeps, vt Agricolis iura conſeruet, ne cęteris magis intenti negotijs, quàm ruſticis operibus Agriculturæ iniuria Reipublicæ quoque ſtatum ad miſerrimum trudãt detrimentum.

Quæ vtilitas exindè percipitur.

Quæ deindè à Turcis vtilitas, ſi terrã deſerta quãtam habent ſerio colẽdã ſuſciperent.

Quomodo pauperes, ac infimæ ſortis homines in fide ſint continendi.

CAPVT XXXX.

QVAM facilè quietem publicam euertant pauperes, vilisq; conditionis homines, cõtinua docet experientia. Nihil enim habẽt hi miſeri, quo vitam fęliciter traducere valeant; quod eſt in cauſa, vt ad noua compellantur, quibus familiarem rem ſuã ſperent ſe poſſe ſubleuare, etiamſi Reipublicæ damnum impendat. Hi verò adeo inſoleſcunt, vt niſi à Reipublicæ moderatore acerrimè coerceantur,

Decoctorũ nimia inſolentia.

pericula

pericula maximá is Princeps experiatur; qui rerum ſuarum cõtemptor tam liberas habenas laxare permiſerit. Catilina Reipublicæ exitium molitus eos præcipuè ad ſe pellexit, quibus diſperata prorſus fortuna aduerſabatur. Cæſar Patriæ affectans Imperium eos omnes ad ſe aggregauit, qui ære alieno contracto obſtricti erant, eorum operam ſibi commodam ratus, vt qui præſenti ſtatu minimè contenti facilè ad res nouas, ac Reipublicæ, non dico mutationem, ſed & euerſionê impellerentur; quin omnes, quotquot patriæ ſuæ libertatem inuaſerunt, hominum eiuſmodi egentium, ac obęratorum opera vſi ſunt; ex omni autem egentiũ numero facillimè ad quoduis flagitium, vel vltro aſportantur, qui ex ingenti diuitiarum copia in egeſtatem ſunt prolapſi; ex quibus patet in viro magnæ apud vulgus auctoritatis non minus egeſtatem, quàm nimiam opulentiam metuendã eſſe, ac periculoſam Reipublicæ. In Galliæ Regno funeſtæ illæ perturbationes, ac ciuilia bella ab iſto hominum genere præcipuè ſuborta ſunt; cum enim bello, quod tanta contentione inter Chriſtianiſſimum Galliæ, & Catholicum Hiſpaniæ Reges tot annis geſtum fuit, tàm Principes, quàm plurima optimatũ pars ſuas opes profudiſſent, pace verò compoſita, milites largius ſuis rebus vſi non haberent, vnde priſtinum luxum tuerentur, Eccleſiaſtica bona occupare conſtituerunt. Arrepta igitur ex hęreſi, quam nouam vocant Religionem, occaſione, ciuile bellum mouerunt, quo integerrimum anteà Regnum ad extremas miſerias redactum fuit. Horum conatibus varijs rationibus poteſt Princeps occurrere; perutilis tamen ea erit, ſi tales homines operibus, aut artibus factitandis adhibuerit, quibus ſe ſuosq; ſuſtentare queant; cum enim otium iàm deſides fecerit, & inopes non alio modo eorũ cautum erit egeſtati, niſi etiàm ſignitiei, & otio occurratur. Si hi aliquid præ manibus habeant, quo ſibi victum quęritent, nocua alijs non parant, ſibi ſalutem conquirunt, vt propterea & ipſi non modo viuãt, ſed etiam ſine Reipublicę incommodo vitam traducant. Horum innumerabiles propè recẽſentur ordines, qui, vt è Republica extermínentur, non deerit vnquam Principis Iuſtitia, ſi ſuas eò dirigat cogitationes, vt ſuũ Imperium ſaluum, quietumq; eſſe velit. Alij enim ſunt vagi, profugi victum oſtiatim quęritantes homines, qui varijs artibus ſe à ſe ipſis longe diuerſos diſſimulant, habent alez, taxillorumque vſum; habent, & alia ſecreta receptacula, quibus apertè, & per dolos huic, illiuè machinantur, quorum opera eſt tã Reipublicę perniciosa, vt ex his familiarum euerſiones, homicidia, ſtupra, lenocinia, & quęcumq; ſcelera, quę mente concipi poſſint, emanare, certè ſit Princeps facile perſpecturus. Morbis, qui ex his profluunt, ſanè medebitur, ſi ſuſcepta occaſione triremi addicãtur.

Hêũ opera ad Imperiorũ occupatioñe plurimos vſus fuiſſe.

Qui præcipue ad flagitia perpetrãda feruntur.

Sæpè nimia opulẽtia magis, quã egeſtas metuenda.

Quæ præcipue origo bellorũ inter Galliæ, Hiſpaniæ Reges.

Præcipuum remedium coercendæ nimię ęgenorũ licentiæ.

Cõſiderãtur ęgenorum ordines.

Id genus hominibus ponitur ſalubris medela.

tur. Si quę rixa, ſi quod homicidium, ſi quę armorum concuſſio perſtrepat, illorum ſemper fieri culpa deprehendet, qui ex rapinis, rixis, contentionibusq; victum ſibi parant. Indè etiã graſſatores publicarum viarum, qui, vt ventri indulgeant, ſcortis ſatis faciant, induti magnificè incedant, taxillisque tandem ludere valeant, nulla omittunt ſcelera, quibus animum non adijciant. Suſpendẽdos furca dixerim, niſi remis addicti Principi aliquod pro tot incommodis afferant emolumentum, & ni plures, quas patiuntur, mortes, maioris, quàm vna tantum, quam obeunt, cum laqueo ſuſpenduntur, doloris ſint. Altera eſt ſecta eorum, qui Eremiticam, ſiuè ſolitariam vitam profitentur, non diuino quidem acti ſpiritu, ſed ſimulatæ religionis ſpecie ſe pigritiæ, ac ocio tot malorum fomitibus mancipantes. Horum ſtirpem, ſi nõ exterminandam, ſaltem laboribus fatigandam vellem, vt otium illud Religionis contectum velamine pateficeret, laborisque huius fallacis loco ſuccederet verus, qui vehementer eos cum aliqua Principis vtilitate vexaret. Sancitis legibus voluit Solon, ne filius ſeneſcentem patrem, à quo nullam artem eſſet edoctus, alere teneretur. Firmiſſima apud Sinas lex eſt, vt eandem artem filij, quàm pater, exerceant. Ex hoc enim duplex commodũ conſequitur; nimirum artes omnes ſingularem quandam excellentiam, ac perfectionem acquirunt. Deinde verò cuilibet occaſio eſt domi ſuæ diſcendi ea, quæ ad victum ſibi, ſuisque comparandum ſunt neceſſaria. Ad laborem quoq; cæci, & claudi pro viribus ſunt cogendi, nec vllus vnquam publicis ſuſtentandus eſt impenſis, niſi qui, vel deplorata ſunt valetudine, vel viribus omninò deſtituti. Auguſtus Cæſar filiam, & neptes ita inſtituit, vt Regio licet diademate ornatas, lanificio tamen volue rit aſſuetas. Verùm, quia exercitationem aliquam męcanicam non omnes poſſunt factitare, Principis eſt dare operam, vt egẽtibus lucri opportuna porrigatur materia. Hinc eſt, vt Auguſtus Cæſar ſumptuoſa plurima extruxerit palatia, & ad idem ſtudiũ opulentiores Ciuitates incitauerit; quapropter nunquam Princeps ijs, qui minorem ſumptum ſuggerunt, ſeù quid minoribus expenſis fieri poſſe, benignas præbeat aures. Plebem his ſumptibus ſuſtentare non modo vtile, ſed & glorioſum; Veſpaſianum ſic imitetur, qui inuentum cuiuſdam Architecti laudauit maximè, immò etiam præmio ingenioſum laborem compenſauit, ſed monito non fuit vſus, vti plebis pabulo aduerſante.

Conſiderat alia horum ſecta.

Quod remediũ ſit adhibendũ, proponitur.

Quã preclara apud Sinas lex eſt, vt eãdẽ filij, quã pater artẽ exerceãt, & quæ commoda.

Cæci, & claudi ſunt ad labores cogẽdi.

Nõ ſunt à Principe pbendæ aures in damnum egentiũ minores ſumptus ſuggerẽtibus.

Quanto

Quanto ſtudio Princeps ea, quæ à finitimis, ac longinquis geruntur, debet inueſtigare, quamq; ei finitimorum amicitia ſit neceſſaria.

CAPVT XXXXI.

Quàm maximè cõducat alibi geſtorũ ſcientia.

PERSPECTIS rectè à Principe, quę ad res ſpectant internas, ſubditorum ſcilicet naturis, quæ externi meditentur, & peragant, diligenti inueſtiget mente, ſuadeo. Qua in re tantum impendunt laboris Principes, vt ſe nunquam incolumes putent, ni eorum ſcientiam, quæ alibi geruntur, ſint edocti. Et certè mirum eſt, quantum, & belli tempore, & pacis vtilitatis afferat eorum ſcientia, & inſcitia, quæ in vicinorũ maximè Principum aulis conſuluntur, ac deliberantur. Incidunt enim ſæpè res, quibus, niſi maturè obuiam eatur, pacem turbare, bellumq; conflare, aut damnum conciliare, aut vtilitatibus detrimentum aliquod afferre poſſunt. Quæ potiſſimum ſunt rationes, quibus harum cognitio rerum acquiritur, Amicorum ſcilicet, aut exploratorum opera. Hi vt plurimum infideles, illi parum ſinceri, atq; ideo maturi Iudicij trutina probè ſunt experiendi. Horum amicorum quemadmodũ duplex eſt genus, quorum nonnulli in aulis Principum degunt, nonnulli in Ciuitatibus, qui nimium potentes, ſæpè pro gratijs beneficia rependunt Principi ita diuerſa ſemper ars in his parandis exigitur, quàm ſi benè is non tractet, nõ rarò propriæ iacturæ periculum minimè effugiet. Qui Principi inſeruiunt, non tàm facilè comparantur amici; labor inuſitatus, induſtria efficax ſatis apertè requiritur; quam tamen benè impenſam crediderim, ſi pecuniæ vis exquiſitiſſima Prudentia adminiſtratę aditum ad quæcumq; occulta patefaciet. Summa ſemper erit Prudentia, qua hominem tentare, huncq; in ſui fidem transferre, quis elaboret, vt omnium quę aguntur, quæuè agi creduntur, incerta non ſuppetat fides. Varię ſe ſe offerunt occaſiones Principi, quibus Aulicum præpotentē alterius Principis allicere poteſt; non enim vno impetu blanditiarum cura ad ſui votum pertrahendum exiſtimarem; plura sũt blandimenta; ſi hunc vno, aut altero irritum ſenſerit Princeps, facilis erit præda, nec retis neceſſaria, cum auaritiæ correptum morbo hunc ſenſerit. At fortaſsè erunt hęc inconſulta; ſi enim ſe

Per quos maximè aliena geſta pandũtur.

Duplex Prĩcipis amicorum genus.

Quomodo alteri Principi inſeruientes ſint amici comparandi.

Cõſiderãtur plures artes in vſum deducẽdæ, vt aliena ſecreta exploren tur.

ſe laqueis munerum corripi non patietur, eo res perducetur, vt ſpecioſiori alia fictione Princeps ſui voti ſummam contingat. Noua inter Aulicos alterius Aulici viciſſim introducitur amicitia, cuius ope quiſq; pro ſuo expiſcari Principe ab altero conatur, quod in alterius Principis deliberationem venit. Et hi ſanè, ſe aut viciſſim decipiunt, aut ſi ſors alteri obtegit, rerum futilium conſcriptione ab altero, quid certi, vti callidior Aulicus emercatur. Sed hi ſæpè omnes ſuos fallere Principes varijs artibus non deſiſtunt. Sæpè infidus ille erit, qui Principi ſe fidum inſinuat, alterum verò corruptum; Vt vero ſimulatam fidem repræſentet firmiorem, plures, quàm accipiat, litteras conſcribit, & ſæpè ex huius calamo exarantur geſta, vt gerenda ab alienis litteris extorqueat. Idcirco in horum Mercatura, quorũ quiſq; ſe gratia pollere apud ſuum Principem gloriatur, & qui ſæpè inter ſe quandam animi propenſionem indicant, vt ſaltem ea, quæ euulgata ſunt vtriq; Aulæ, explicentur, inuigilabit Princeps, ne dùm vulpem ad mortem perducere laqueis conatur, à ſuo Aulico altera veluti vulpes ad interitum protrahatur. Altera conquirendi amicos in Ciuitatibus, & Prouincijs ratio erit, vt beneficijs alliciat; Hi vti, qui iàm eminentes ſpicæ præ alijs ſupereſſe exoptant, nouas ſemper clientelas Principum vicinorum conquirunt, vt his quaſi tumidiores facti ſuam ſuperbiæ vim in ſuis oſtentent Ciuitatibus, ſe ſemper paratos pro benefici Principis incolumitate, ditioniſq; ſalute profitentur ad ſanguinem effundendum, facultates, opes & cognatos, deniq; & amicos diſperdẽdos. Quod vti Principi maximum commodum affert, qui non ſubditos pro ſui ſalute vitæ prodigos, immò quacumque turbulenti temporis occaſione ſibi aduerſaturos videt; ità ſumma ope elaborandum eſt, vt hos comparet, hos alliciat, hos foueat; beneficium collatum in virum, qui ſuam velit vbique conſeruare, ac augere dignitatem, ipſum rationis vſum perturbat. Adſunt Aulici, qui affines, ſiuè agnati prępotentem Aulicorum alterius Principis feram hãc ad venatum deducunt. Si Princeps in eo ſuſcipiendo, eiq; blandiendo ſolus, & efficax; captiuum ſe ſemper ille qui tot beneficia accepit, profitebitur, nec erit vnquam tempus, quo è cauea egredi audeat. Verum ſit Princeps, qui has conquirat amicitias, ſit, qui ſeruet, ac foueat, ne Aulico ſuo nouas comparandi libertatem permittat. Hinc duplex incõmodum accidere, comperio; Qui iàm veteres ſunt amici, dedignantur, nec eodem quo anteà, boni animi effectu Principẽ colunt; immò, ſi alios nouos præferri vident, inuident ſatis infenſi; & qui anteà huius magnitudinem augeri ſummopere exoptabant, nunc non in imum tantum deijci peroptant, immò cuiuſcumq; iacturæ participes fieri ſtudent. Alterum eſt incommodũ, quod

Quid ſæpè inter aulicos diuerſorũ Principũ ad horũ excidiũ cõtingit.

Quid agẽdũ Principi, vt horum fraudes euitet.

Altera conquirẽdi amicos ars.

Quã magna vis beneficij prudens ſit Princeps in blandiendis amicis.

Amicitiæ ſũ potius à Principe cõparãdæ, quàm ab Aulicis, qui bus nulla libertas nouas conquirendi permittẽdę. Et quę hinc incommoda

gitatis titulo mercaturam exerceat, quę tandem ſubditis exitioſa ſibi ſoli proficiat. Quæ cum ità ſe ſe habeant, eam tantum mercaturam Principi licere, quæ publicum reſpiciat commodum, eſt aſſerendum, minimeq; licere, quæ priuatis obſit; Ideò ſumma eum laude dignum eſſe affirmarim, qui quæcumque frumenta collecta in ſuos diſtribuat ſubditos, non maiori, quā par ſit, pretio emenda, & ſi quæ ſuperſint, in exteros eroget, vt eadē accepta pecunia ditionem ſuam opulentiſſime poſſit conſeruare; hanc conſecutum eſſe laudem tradunt hiſtorici Alphonſum Tertium Ferrariæ Ducem, qui ſuarum facultatum induſtria populum Ferrarienſem impoſitis tributis nunquam onerauit. Veruntamen pecuniæ vis collecta ſæpiſſimè priuatorum commercium impedit, quippe quæ cęteras negotiationes torpentes, atq; omninò otioſas reddit, & licet hac de cauſa magis Principis commodum videatur auctum, verè tamē id in Principis, ac Reipublicæ vertitur detrimentum, cui facilè poterit mederi, ſi artificibus pecunias erogarit, qui & pannorum texturam, atq; alia mechanica proprio inuenta ingenio ſatagunt, vt his nouis operibus ad nouam etiam vtilitatem aditus aperiatur, ad cuius incrementum maximè proderit, ſi ædificia conſtrui iubebit, vt talibus impenſis miſera plebs ſuſtentetur. Verùm hæc etiam parū vtilia cenſeo, niſi ſuperfluæ reſecentur expenſæ. ſubditis nihil miſerius, funeſtiuſque accidit, quàm ſi viderint Principem ſuas facultates largè, effuſèque profundere; ex quarum profuſione alienæ poſtea mendicitatis fit in cauſa; ſi hic theſauros ſuos diſſipatos viderit, non alienas extorqueat facultates, niſi prius ſibi retribuendas ſuo exemplo Ciues iàm muneribus donatos edocuerit, ità vt ſummum liberalitatis argumētum pro publicis neceſſitatibus præſtiterit; quo erogato in publicum bonum noua ſanè, ac grauia tributa, leniter tamen, manſuetèque à Principe exigentur; Si ſubditi pro publicis commodis ſuarum diuitiarū, & opum prodigum Principem conſpexerint, ardentiſſima quadam contentione ad noua munera perſoluenda hilari animo excitabuntur, præclarè ſcientes quaſcumq; in publicum ęrarium congeſtas opes in publici quoq; commodi vſum transferri; hæc eſt mercatura, quæ vtilis Principi ſummam beneuolentiam ac ſecuritatem conciliat.

Laus Alphōſi Tertij Ferrariæ Ducis.

Nō colligenda eſt à Prīcipe pecunia, vt otioſas reddat negotiationes.

A Principe non ſunt facultates effuſè profundēdę, ne aliena extorqueat. Si grauia exigat Principes tributa, prius edoceat, ſe pro Republica plurima liberalitate argumēta præſtitiſſe.

Quàm

Quàm neceſſarij in Republica artifices, quoq; ſtudio ſint conſeruandi.

CAPVT XXXVIII.

PRAECIPVA neceſſitas, quæ humanam exigit ſocietatem, in ijs eſt rebus, quæ tùm animi induſtriam, tùm corporis laborem, & opus deſiderant; Vt enim ſcientijs, ac diſciplinis animus inſtruitur, ſanoſq; formatur ad mores, vitæq; puritas deducitur, & conſeruatur, ac veluti virtutibus alitur; ſic corpus in vita politica extrinſecus opere iuuatur, & ſuſtinetur. Priſcorum philoſophorum ſententia fuit, vt artifices Reipublicæ partes eſſent, ità vt nec ſine illis ſtare vnquã poſſent; verùm non eadem omnibus artificia, quemadmodum non idem omnibus eſt ingenium; ſuntq; quędam omnibus, quędam nonnullis Ciuitatibus ſingularia artificia, vt diuerſæ propenſiones, ac vtilitates, quarum commodis, delectationeq; conſeruantur. Apud Vtopienſes vna omnium communis eſt ars agricultura, præter quàm quiſq; propriam ſibi eligit, vt ad illam aptum ſe conſpicit. Indis probati ſunt artifices, ideòque ſi quis artifici, vel manum amputauerit, vel oculum eruerit, capitis reus eſt. Vt verò vnaquæq; Ciuitas indiget arte, illam magis excolit, & amplectitur; omnes autem vtpotè vtiles, ac neceſſariæ curandæ ſunt; & ſi ex ijs aliquæ ſeperiantur, quarum vſus ex ſe licet non ſit neceſſarius, ſinè earumdem tamen ope, cæteræ non poſſunt exerceri, ſinè quibus nec ſocietas humana rectè firmabitur, nec ars vlla finem ſuum aſſequetur. Agriculturę, niſi faber ferrarius vomerem, falcem, ligonem, ſecurim, ac plurima alia cõmodet, niſi faber lignarius aratrum fabricet, & vehiculum ad fructus deportandos extruat, niſi corariorum artifices præſtent ligulam, niſi ædificator aliquis arantibus bobus ſtabulũ, ruſticis verò tuguriũ aliquod ædificet, niſi deniq; Piſtoris artificiũ accedat, nihil omninò proderit, ſuiq; commoda deperdẽtur. Huiuſmodi quoq; textoria ars eſt, multum enim præſidij, vt abſolutũ ſuũ opus perficiat, depoſcit. Hinc eſt, vt vna quæq; ars ſe ipſa tantum non contenta, aliarum artium ope indigeat, ità vt ſi ſola eſſet, optatum finem nequaquam aſſequeretur.

Porrò artifices maxima Principi ſubſidia referunt, nàm negotiatores alliciunt, ocium fugant, opes important; an verò

Sũma artificũ neceſſitas. (margin)

Vtopienſium mos. (margin)

Oẽs artes ità inter ſe ſunt connexæ, & vnaquæque aliena ope indigeat. (margin)

Maxima Pricipi parãtur ab artificib' ſubſidia. (margin)

verò id commodè honeſteq́; fieri poſſit, docent ea, quæ à Belgis in vſum deducta ſunt; lanificia enim tractant, pannos lineos, laneosq́; contexunt, quibus Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, Africam, Aſiam, Indiam vtramq́; veſtiunt, ſummaq́; ex hac honeſta negotiatione promanat vtilitas; licet enim natura materiam, ac ſubiectum ſuppeditet, eiuſdem tamen humani ingenij acumen, atq́; induſtria nouam, inuſitatamq́; formarum varietatem inducit; lana eſt rudis, ſimplexq́; naturæ fructus; ex hoc tamen ijs plura ſunt commoda, qui eam carminant, ac pectũt, qui lauant, ac purgant, qui texunt, qui tingunt, qui hinc indè transportant, qui vendunt, qui veſtes indè conſarcinant, idem quoq́; in omni ferè materia videre eſt; Belgica Regio nullas habet metallorum venas, nec tamen, quamdiù pace frui licuit, ob multa varia, & incredibilia opera, quæ ibi, vt dictum eſt, inenarrabili induſtria fieri ſolent, nec Hungariæ, nec Tranſiluaniæ auri feraciſſimarum Regionum opibus ceſſit, nec in vniuerſa Europa vlla pars erat, quæ tàm exiguo ſpatio, tot, tantas, tàm opulentas, tã frequentes populo, tàm omnibus artibus mercatura in primis florentes Ciuitates comprehendant. Dixi, artifices fugare ocium; id enim ſemper fit, nàm cum pueri ad leuiora adhibentur artium miniſteria, ità vt nemo vacet, tota vrbe vagi coercentur, quibus non facultas, ſed laborandi deeſt voluntas, quæ ſæpè amiſſa ſemel nunquàm poteſt reperiri; ſi id perfectè ſeruatur, decuplo minor erit pauperum numerus, qui importunis precibus, vel in tẽplo, vel in foro negotioſos ciues perturbant. Quis igitur vtilitatem hanc tàm facilè contemnet? Principem itaq́;, qui ditionem ſuam refertam populo reddere voluerit; cuiuſcumq́; generis honeſta artificia in eam intromittat; quod commodiſſimè præſtabit, ſi ex alijs regionibus excellentiſſimos quosq́; artifices ſibi deuinciat, emeritis conducat ſtipendijs, atque opportunum fauorem ad honeſtè viuendum ſuppeditet; tùm ſi præclara ingenia, eorumq́; opera amare ſe, & magnifacere demonſtrauerit, ijsq́;, qui perfectiſſimũ aliquod ſuæ artis opus elaborarint, præmia ſtatuerit, nec vllo prorſus modo permiſerit cruda, vel infecta aliqua è ditione ipſius efferri, vt ſunt lana, fila, ſerica, ligna, metalla, ac ſimilia; ſimul enim cum materia artifices quoq́; diſcedunt, & ex elaborata perfectè materia plures, quàm ex materia rudi lucrum faciunt; quinimmò & Principum reditus ex operum diſtractionibus multis opulẽtiores fiunt, quàm ex ſola materiarum diſtractione, quod cum ſuperioribus annis iàm agnouiſſent Galliæ, & Angliæ Reges, lanam è Regnis ſuis exportari prohibuerunt. Superius quoq́; allatæ vtilitati accedit, vt artificum induſtria debito afficiatur honore, & quædam artes ità honeſtę habeantur, vt eas quoq́; diuites ipſi exercere non dedignentur,

Si natura materiã exhibet, ars plura alia ſuppeditat Reipublicæ vtilia.

Cõſideratur vtilitas, quã ex induſtria Belgica Regio percepit

Præter alia commoda, etiã vagi ad miniſteria adhibetur, quod ſummũ eis eſt commodum.

Quæ agenda ſunt à Principe, vt ditionẽ ſuã populo refertã videre poſſit.

Quidq́; etiã agẽdum, ne regio diſeratur.

Summo honore afficienda eſt artificum induſtria, vt diuites ipſi

tur. Duplicem ob cauſam, aiebat Plato, deſerendas eſſe tùm diuitias, tùm nimiam paupertatem; diuites enim ocio, & luxu diffluunt, pauperes nec ipſa inſtrumenta, nec materiã habent, circa quam ſe poſſint exercere. Hæc tamen nunquàm deerunt, ſi quidem Princeps voluerit. In Oriente armentorum cura honeſtiſſima, & Regia quoq; habebatur agricultura, nemorum, vitiumq; plantatio magnæ dignitati dabatur. Quæ liberales ſunt, non minimi habeantur, vt picturæ, ſculpturę, architectonicæ, ſclopetorum, arcuum, bipennium, enſium fabricandorum ſtudia, ac cætera omnia, quæ ad aquarum medicarum diſtillationes ſpectãt, herbarumq; curas. Hi enim irrito conatu diuitiarum ingẽs cumulus, atque laborioſum ſtudium in Alchimia impenditur, cur non potiùs certo euentu in re vtili plura etiam impendentur? Cur dubio auſu indè emendicant commoda, vndè ſæpè deuenere incommoda. Prudentis Principis prudens hæc erit ſolicitudo, vt opera, & artificia ſinè dolo, ſinè fuco, ſinè fraude iuxtà præclaras cuiuſq; artis leges perficiantur, ideoq; ſingulis perfectis operibus, eos diligenter curabit, quorũ ſcilicet partes erunt, vt rectè cognoſcant, an ſecundum bonam fidem fiant opera. Cauendum etiam, ne ſint monopolia, non ſint ergolabi, vt monent iura ciuilia, ne alicuius ſocietatis ſpecie fiant eadem monopolia, ſeditionesque nimium poſteà ipſi Principi moleſtæ.

mercaturam exerceant,

Prohibẽdus eſt dolus, ne cum fraude opera contexantur.

Prohibendo etiã monopolia.

Princeps tueatur maximè agriculturam, eamq; quantum poterit ab oneribus immunem reddat.

CAPVT XXXVIIII.

HVMANAE ſpeciei conſeruationis, perpetuęq; procreationis Agricultura eſt fundamentum, Agricluturam autem hoc loco omnem illam induſtriam appello, quæ circa terram exercetur, aut cum terra aliquod commercium habet. Principis munus eſt, hanc modis omnibus promouere, eiusque gratia ſingularem fauorem, ac beneuolentiæ ſigna demonſtrare; ſi enim aliquis in Republica erit, qui ſuo ingenio fertiliores reddiderit campos, nouamq; rationem eos diligentius excolendi inuenerit; his faueat Princeps, atq; etiam opem ſuam ſpondeat. Quòd certè faciet, ſi omnia, quę ad publicum agrorum bonum ſpectant, ſup-

Quã maximè curanda à Principe Agricoltura

Eius ad publicū agrorum bonum ſpectantia.

peditauerit, ac iuſſerit, vt eſt ſiccare paludes, ſiluas inutiles exciidere, ad culturam accommodare; flumina, ac riuos per regiones paſſim deducere; quibus irrigata tellus vberiores ferat fructus. Qua in re nunquàm ſatis laudari poteſt veterum Mediolanenſium Ducum prudentia, atq; induſtria, qui ex Ticino, atque Abdua fluminibus duobus deriuatis canalibus fœliciſſimum il-

Nihil negligi, quod culturæ nō deſtinetur, curandū eſt Principi.

lum agrum ſupra quàm credi poteſt, fœcundū reddidere. Principis eſt etiam circumſpicere, quid negligatur, quid coli poſſit: agricolarum enim ignauia ac deſuetudine plurima terrarum iugera fertilia inculta, ac horrida ſyluefcunt, quæ vnquàm Regio Aegypto cultior? hanc tamē Auguſtus purgatis Nili foſſis, quę oblimatæ erant, longè feraciorem fecit, vt annonam Romæ certiorem, opulentioremq; haberet. Verum quale, quantumque ſit emolumentum, quod ex agriculturæ ſtudio habetur, clarè, aper-

Germania id docet.

tèq; docet Principem Germania, quæ olim cultu aſpera, & vrbibus, & ipſo pane carens viliſſimo ciborum genere, pultibus videlicet vtebatur; conſulatur Cæſar, cuius ætate ſexcenta milliaria ſine cultore ſquallebant, nunc verò tot vrbium frequētia refecta eſt, vt nulli regioni cedat. Victus olim in Belgio, Germaniaq; miſerrimus, nec alius eſſe putabatur; domus vix vllæ, quęq; paucæ reperiebantur, ſpecum ſimilitudinem referebant, gēs tandem nuda, ſolaq; ferarum pelle obſita, vilis, deſpectaque ab omnibus habebatur. Sola Igitur Agricultura magiſtra inſignes conditæ ſunt vrbes, ipſiq; agri licet ſteriles fœcunditatem quaſi

Si in ditioce ſemina nō reperiet Prī ceps, aliūdè adferri curabit.

didicerunt; nihil itaq; eorum intermittet Princeps, quibus ditionem ſuam quàm fœcundiſſimam reddere poſſit, quod ſi earū rerum plantæ, aut ſemina, in ipſius ditione non reperiantur, ea aliunde, ſummis licet impenſis, vt adferantur, curabit; ſic Romani ex vltimis Aſiæ partibus ceraſas, mala, perſica, itemque ex Africa non paucos fructus petiuerunt. Bambagium Aegypto olim proprium, hodie etiam Cyprus, Malta, & Calabria producunt. Quod ſi Princeps peculiarem quandam non addiderit diligentiam, culturæ non ſatis, ſuperq; cautum erit. Agri enim nō modo grandine, belliq; ingruentis tempeſtate, ſed maximè etiā Principis incuria, ac ſimilibus oneribus ſterileſcunt. Quædam loca eodem ſimul tempore depaſcuntur milites tùm amici, tùm Infeſti Principis, tùm etiam grauiſſima tributorum onera; itā vt

Agricolæ ſunt à tributis conſeruādi immunes

quacumq; diligenti cultura deſtituantur, quinimmò ſæpè ipſorum domini ob nimia, atq; immoderata tributa ſterilitatē mentiuntur, vt exactores euitent. Quæ igitur agrorum cura eſſe poteſt, ſi melior cenſetur eſſe ſterilitas, quàm crudelitas depeculatorum malo, ſed ſpecioſo quodam iuri graſſantium? Magna erit Prudentia Principis, ſi à tributis agricolas conſeruet immunes, & ab Aulicorum nobilium, potentumq; inurijs. Hinc illa præ-

clara

clara lex,ne bouem aratorem pignori accipere liceat, ſi pro repræſalijs agricolæ malè vexentur,villæ,pagiq; ſuos Iudices habeant.Hinc plurima vtilitas,non coguntur in vrbes,non arcentur à labore,facilius litem componunt, breuiori compendio ius dicitur,nec imperitia obijci poteſt. Habent illi lites, non mille propemodum tricis inuolutas,paucasq; leges, ex quibus ſentētiam dicunt,quod ſi res difficilior agitetur,ad conſilia cauſa reijcitur. Iuſtum verò eſt,vt mercatorum cauſæ mercatoribus,ità ruſticorum ruſticis,& fabrorum fabris committantur, modo à perito Iudice dirigantur,ne à communi iure recedant.Hæ priuilegia Agricolis vbiq; à Principe ſunt conſtituta, quibus,ſi ſanè potientur, Principi nihil opus eſſet, noua quotidie vectigalia, nouaq; tributa imponere; Terram iàm ſatis conſtat eſſe fęcundam ad conſeruandum dignitatem, hoſtemq; arcendum; quod ſi Turcę,qui tantum terrę deſertę,ac fertilis poſſident, vel milleſimum aliquam partem in Gręcia,in Aſia,Palęſtina,& ſerio colendam ſuſciperent facilè tantos greges,quātos Ioſaphat, Ezechias,Ioſias in ſumptum exercitus poſſent ſuſtentare; quod certè non poſſe colentium inopia videmus, quæ aliundè non fit, niſi quia Turcarum ſubditis perſuaſum eſt omnia ſua propria eſſe Imperatoris,quorum dominium ſibi indecorè vſurpat, hinc ideoque certa Agriculturę arte, atque hominibus deſtituitur. Prouidus itaque ſit Princeps, vt Agricolis iura conſeruet, ne cęteris magis intenti negotijs,quàm ruſticis operibus Agriculturæ iniuria Reipublicæ quoque ſtatum ad miſerrimum trudāt detrimentum.

Quæ vtilitas exindè percipitur.

Quæ deindè à Turcis vtilitas,ſi terrā deſerta quātam habent ſerio colēdā ſuſciperent.

Quomodo pauperes, ac infimæ ſortis homines in fide ſint continendi.

CAPVT XXXX.

QVAM facilè quietem publicam euertant pauperes,viliſq; conditionis homines,cōtinua docet experientia. Nihil enim habēt hi miſeri, quo vitam fęliciter traducere valeant; quod eſt in cauſa,vt ad noua compellantur, quibus familiarem rem ſuā ſperent ſe poſſe ſubleuare,etiamſi Reipublicæ damnum impendat. Hi verò adeo inſoleſcunt,vt niſi à Reipublicæ moderatore acerrimè coerceantur, pericula

Decoctorū nimia inſolentia.

Hoſti opera ad Imperiorũ occupationẽ plurimos vſus fuiſſe.

Qui præcipue ad flagitia perpetrã da feruntur.

Sæpè nimia opulẽtia magis, quã ægeſtas metuenda.

Quæ præcipue origo bellorũ, inter Galliæ, Hiſpaniæ Reges.

pericula maximá is Princeps experiatur; qui rerum ſuarum cõtemptor tam liberas habenas laxare permiſerit. Catilina Reipublicæ exitium molitus eos præcipuè ad ſe pellexit, quibus diſperata prorſus fortuna aduerſabatur. Cæſar Patriæ affectans Imperium eos omnes ad ſe aggregauit, qui ære alieno contracto obſtricti erant, eorum operam ſibi commodam ratus, vt qui præſenti ſtatu minimè contenti facilè ad res nouas, ac Reipublicæ, non dico mutationem, ſed & euerſionẽ impellerentur; quin omnes, quotquot patriæ ſuæ libertatem inuaſerunt, hominum eiuſmodi egentium, ac obæratorum opera vſi ſunt; ex omni autem egentiũ numero facillimè ad quoduis flagitium, vel vltro aſportantur, qui ex ingenti diuitiarum copia in egeſtatem ſunt prolapſi; ex quibus patet in viro magnæ apud vulgus auctoritatis non minus egeſtatem, quàm nimiam opulentiam metuendã eſſe, ac periculoſam Reipublicæ. In Galliæ Regno funeſtæ illæ perturbationes, ac ciuilia bella ab iſto hominum genere præcipuè ſuborta ſunt; cum enim bello, quod tanta contentione inter Chriſtianiſſimum Galliæ, & Catholicum Hiſpaniæ Reges tot annis geſtum fuit, tàm Principes, quàm plurima optimatũ pars ſuas opes profudiſſent, pace verò compoſita, milites largius ſuis rebus vſi non haberent, vnde priſtinum luxum tuerentur, Eccleſiaſtica bona occupare conſtituerunt; Arrepta igitur ex hęreſi, quam nouam vocant Religionem, occaſione, ciuile bellum mouerunt, quo integerrimum anteà Regnum ad extremas miſerias redactum fuit. Horum conatibus varijs rationibus poteſt Princeps occurrere; perutilis tamen ea erit, ſi tales homines operibus, aut artibus factitandis adhibuerit, quibus ſe ſuoſq; ſuſtentare queant; cum enim otium iàm deſides fecerit, & inopes non alio modo eorũ cautum erit egeſtati, niſi etiàm ſignitiei, & otio occurratur. Si hi aliquid præ manibus habeant, quo ſibi victum quęritent, nocua alijs non parant, ſibi ſalutem conquirunt, vt propterea & ipſi non modo viuãt, ſed etiam ſine Reipublicę incommodo vitam traducant. Horum innumerabiles propè recẽſentur ordines, qui, vt è Republica exterminentur, non deerit vnquam Principis Iuſtitia, ſi ſuas eò dirigat cogitationes, vt ſuũ Imperium ſaluum, quietumq; eſſe velit. Alij enim ſunt vagi, profugi victum oſtiatim quęritantes homines, qui varijs artibus ſe à ſe ipſis longe diuerſos diſſimulant, habent alee, taxillorumque vſum; habent, & alia ſecreta receptacula, quibus apertè, & per dolos huic, illiuè machinantur, quorum opera eſt tã Reipublicę pernicioſa, vt ex his familiarum euerſiones, homicidia, ſtupra, lenocinia, & quęcumq; ſcelera, quę mente concipi poſſint, emanare, certè ſit Princeps facile perſpecturus. Morbis, qui ex his profluunt, ſanè medebitur, ſi ſuſcepta occaſione triremi addicãtur.

Præcipuum remedium coercendæ nimię ęgenorũ licentiæ.

Cõſiderãtur ęgenorum ordines.

Id genus hominibus ponitur ſalubris medela.

tur. Si quę rixa, ſi quod homicidium, ſi quę armorum concuſſio perſtrepat, illorum ſemper fieri culpa deprehendet, qui ex rapinis, rixis, contentionibusq; victum ſibi parant. Indè etiã graſſatores publicarum viarum, qui, vt ventri indulgeant, ſcortis ſatis faciant, induti magnificè incedant, taxillisque tandem ludere valeant, nulla omittunt ſcelera, quibus animum non adijciant. Suſpendẽdos furca dixerim, niſi remis addicti Principi aliquod pro tot incommodis afferant emolumentum, & ni plures, quas patiuntur, mortes, maioris, quàm vna tantum, quam obeunt, cum laqueo ſuſpenduntur, doloris ſint. Altera eſt ſecta eorum, qui Eremiticam, ſiuè ſolitariam vitam profitentur, non diuino quidem acti ſpiritu, ſed ſimulatæ religionis ſpecie ſe pigritiæ, ac ocio tot malorum fomitibus mancipantes. Horum ſtirpem, ſi nõ exterminandam, ſaltem laboribus fatigandam vellem, vt otium illud Religionis contectum velamine pateſieret, laborisque huius fallacis loco ſuccederet verus, qui vehementer eos cum aliqua Principis vtilitate vexaret. Sancitis legibus voluit Solon, ne filius ſeneſcentem patrem, à quo nullam artem eſſet edoctus, alere teneretur. Firmiſſima apud Sinas lex eſt, vt eandem artem filij, quàm pater, exerceant. Ex hoc enim duplex commodũ conſequitur; nimirum artes omnes ſingularem quandam excellentiam, ac perfectionem acquirunt. Deinde verò cuilibet occaſio eſt domi ſuæ diſcendi ea, quæ ad victum ſibi, ſuisque comparandum ſunt neceſſaria. Ad laborem quoq; cæci, & claudi pro viribus ſunt cogendi, nec vllus vnquam publicis ſuſtentandus eſt impenſis, niſi qui, vel deplorata ſunt valetudine, vel viribus omninò deſtituti. Auguſtus Cæſar filiam, & neptes ita inſtituit, vt Regio licet diademate ornatas, lanificio tamen voluerit aſſuetas. Verùm, quia exercitationem aliquam mecanicam non omnes poſſunt factitare, Principis eſt dare operam, vt egẽtibus lucri opportuna porrigatur materia. Hinc eſt, vt Auguſtus Cæſar ſumptuoſa plurima extruxerit palatia, & ad idem ſtudiũ opulentiores Ciuitates incitauerit; quapropter nunquam Princeps ijs, qui minorem ſumptum ſuggerunt, ſeù quid minoribus expenſis fieri poſſe, benignas præbeat aures. Plebem his ſumptibus ſuſtentare non modo vtile, ſed & glorioſum; Veſpaſianum ſic imitetur, qui inuentum cuiuſdam Architecti laudauit maximè, immò etiam præmio ingenioſum laborem compenſauit, ſed monito non fuit vſus, vti plebis pabulo aduerſante.

Conſiderat alia horum ſecta.

Quod remediũ ſit adhibendũ, proponitur.

Quã prçclara apud Sinas lex eſt, vt eãdẽ filij, quã pater artẽ exerceãt, & quæ commoda.

Cæci, & claudi ſunt ad labores cogẽdi.

Nòn ſunt à Principe pãbendæ aures in damnum egentiũ minores ſumptus ſuggerẽtibus.

Quanto

ſe laqueis munerum corripi non patietur, eo res perducetur, vt ſpecioſiori alia fictione Princeps ſui voti ſummam contingat. Noua inter Aulicos alterius Aulici viciſſim introducitur amicitia, cuius ope quiſq; pro ſuo expiſcari Principe ab altero conatur, quod in alterius Principis deliberationem venit. Et hi ſanè, ſe aut viciſſim decipiunt, aut ſi ſors alteri obtegit, rerum futilium conſcriptione ab altero, quid certi, vti callidior Aulicus emercatur. Sed hi ſæpè omnes ſuos fallere Principes varijs artibus non deſiſtunt. Sæpè infidus ille erit, qui Principi ſe fidum inſinuat, alterum verò corruptum; Vt vero ſimulatam fidem repræſentet firmiorem, plures, quàm accipiat, litteras conſcribit, & ſæpè ex huius calamo exarantur geſta, vt gerenda ab alienis litteris extorquear. Idcirco in horum Mercatura, quorũ quiſq; ſe gratia pollere apud ſuum Principem gloriatur, & qui ſæpè inter ſe quandam animi propenſionem indicant, vt ſaltem ea, quæ euulgata ſunt vtriq; Aulæ, explicentur, inuigilabit Princeps, ne dùm vulpem ad mortem perducere laqueis conetur, à ſuo Aulico altera veluti vulpes ad interitum protrahatur. Altera conquirendi amicos in Ciuitatibus, & Prouincijs ratio erit, vt beneficijs alliciat; Hi vti, qui iàm eminentes ſpicæ præ alijs ſupereſſe exoptant, nouas ſemper clientelas Principum vicinorum conquirunt, vt his quaſi tumidiores facti ſuam ſuperbiæ vim in ſuis oſtentent Ciuitatibus, ſe ſemper paratos pro benefici Principis incolumitate, ditionisq; ſalute profitentur ad ſanguinem effundendum, facultates, opes & cognatos, deniq; & amicos diſperdẽdos. Quod vti Principi maximum commodum affert, qui non ſubditos pro ſui ſalute vitæ prodigos, immò quacumque turbulenti temporis occaſione ſibi aduerſaturos videt; ità ſumma ope elaborandum eſt, vt hos comparet, hos alliciat, hos foueat; beneficium collatum in virum, qui ſuam velit vbique conſeruare, ac augere dignitatem, ipſum rationis vſum perturbat. Adſunt Aulici, qui affines, ſiuè agnati prępotentem Aulicorum alterius Principis feram hãc ad venatum deducunt. Si Princeps in eo ſuſcipiendo, eiq; blandiendo ſolus, & efficax; captiuum ſe ſemper ille qui tot beneficia accepit, profitebitur, nec erit vnquam tempus, quo è cauea egredi audeat. Verum ſit Princeps, qui has conquirat amicitias, ſit, qui ſeruet, ac foueat, ne Aulico ſuo nouas comparandi libertatem permittat. Hinc duplex incõmodum accidere, comperio; Qui iàm veteres ſunt amici, dedignantur, nec eodem quo anteà, boni animi effectu Principẽ colunt; immò, ſi alios nouos præferri vident, inuident ſatis infenſi; & qui anteà huius magnitudinem augeri ſummopere exoptabant, nunc non in imum tantum deijci peroptant, immò cuiuſcumq; iacturæ participes fieri ſtudent. Alterum eſt incommodũ, quod

Quid ſæpè inter aulicos diuerſorũ Principũ ad horũ excidiũ cõtingit.

Quid agẽdũ Principi, vt horum fraudes eultet.

Altera conquirẽdi amicos ars.

Quã magna vis beneficij Prudens ſit Princeps in blandiendis amicis.

Amicitiæ ſũ potius à Principe cõparãdæ, quàm ab Aulicis, qui bus nulla libertas nouas conquirendi permittẽdę. Et quę hinc incommoda

quod Princeps ſe in Aulici clientelam tradit, cum paratis ab hoc ſubſidijs ſuam propemodum fulciat auctoritatem. Se in ſeruitutem proiicit Princeps, dum ſe amicitijs mancipat, quibus ſe ſemper ſpoliatum cōſpiciet, dùm Aulici votis aſſentiri minimè voluerit.

Prudēs ſit in Principe amicitiarū vſus.

His amicitiarum poſitis fundamentis in vſu moderatè prudenterq; ſe habeat Princeps, cum vix vllus magis affectus hominum regnet, quàm in alienis inueſtigandis curioſa ſolicitudo, quæ prudenter admodum, & ſolerter eſt celanda; tùm, vt cautè agantur omnia; tùm ne ſuſpectum, ac odioſum pacis præſertim tempore ſe ipſum Princeps reddat. Amicorum opera in vicinorū rebus exquirendis plures prudentiſſimi vſi fuerūt, quæ ni diligenter, ac maturè examinentur, periculum eſt, ne potius negotio afferant detrimentum, quàm ſubſidium. Periculoſum eſt quippe omnia credere, & ad credita conſilia ſua dirigere.

Periculoſū eſt omnibus velle credere. Exemplum Ferdinandi Gonzaghæ.

Cū Ferdinando Gonzaghæ Genuæ renuntiatum eſſet Horatium Reztium, & Georgium Tricerchium nobiles Senēſes, cum Gallis de Mediolanenſi arce occupanda conſilium habere, res ea Gonzaghæ tàm abſurda viſa eſt, vt falſiſſimum hoc totum eſſe exiſtimaret, neque enim credibile cenſebat exteros hoſce duos opibus, ac amicis deſtitutos temerarium hoc auſum, vel animo quidem poſſe machinari. Paucis tamen poſt diebus veriſſimum id deprehenſum eſt, nec quicquam arci illi ſaluti fuit, quā quod ſcalæ duobus palmis iuſto breuiores inuentę fuerant; qua amiſſa, quæ conſecuta fuiſſent, facilè quiſquis animo comprehēdet.

Quæ regula obſeruanda in aliorum monitis, & nuntijs.

Quod quidem periculum, & alia multa nunquam ſubijſſet Gonzagha, ſi Regulas de eiuſmodi aliorum monitis, & nuntijs ſedulo obſeruaſſet, ex quibus præcipuè ſunt. Audire omnia, ſecreta habere omnia, examinare diligenter omnia omnibus expenſis circumſtantijs, & conditionibus perſonarum, rerum, loci, temporis, & alijs, ex quibus aliquo modo vel poterint falſa cognoſci; Poſtremò ita ſe vicinorum Principum animis inſinuare, tantamq; beneuolentiam ſibi conciliare, vt deliberationum, & conſiliorum, quæ in conuentibus ipſorum tractantur, quodammodo ſit particeps.

Quomodo conſeruetur amor, ne in ſui locū ſubeat diffidētia.

Quanti vero interſit ita à vicinis amari, vt certam quoq; in ipſo ponant fiduciā, omnibus perſpicuum eſt; nec vllis ad hoc comprobandum opus eſt exemplis; Qui verò amor ille, vel fiducia acquiratur, nemini politicarum rerū paulò peritiori eſt obſcurum. Verùm ita ſe gerere, vt amor hic integer conſeruetur, neq; fiducia illa diffidentiæ quaſi nube obtegatur, ſingularis eſt Prudentiæ, & dexteritatis; Cum enim dolor interdum, & moleſtia eorum, quæ fiunt, ità premi, & celari nō poſſit, quin eius aliqua ſe ſe in medium prodant inditia, fit plerumq; vt diù emendicata beneuolentia vno pereat momento,

Quæ in hoc præcipuè notanda.

quod, vt euitetur, duo notanda duxerim; Ne vlla offenſionis, vel ſimulta-

tis

tis ſigna in eos præſeferat Princeps quos fidere ſibi velit. Alterū eſt, vt in doloris ſenſu operam det, vt culpa in miniſtrum aliquē conferri, & emendari queat, mente tamen, & tacito mentis ſenſu, quod ad rei ipſius ſummam, diſſimulato.

Quæ cauſa Ciuitatem populo, ac magnificentia ornatam referant.

CAPVT XXXXII.

Quæ requirantur ad vrbiū amplitudinem, ac dignitatem.

VT ampliſſimæ conditionis ſit Ciuitas, atq; inter præcipuas habeatur, tria potiſſimum requiri ſtatuo, ſitus ſatis videlicet aptam commoditatem, agri fertilitatem, ſummāq; huc, illucq; aſportandi merces facilitatem. His ſanè tribus ſi decoretur Ciuitas, illis, quæ à Politicis tradūtur, prorogatiuis fruetur, quibus ſui ſplendorem, & alia ſummi ornatus inſignia conſequetur. Situs commoditatem eam appellarim, quæ Ciuitati, ſiuè Vrbi peculiare illud muuus tribuit, vt quæ ſuperſunt, alio aduehendi, quęq; neceſſaria, aliunde exportandi, haud difficilis ſit facilitas; Nec, ſi hæc non erit facultas, illa, quæ creditur, erit vtilitas; ſi enim non habeat, quæ aliis ſuppeditet regionibus, nec quæ ex alijs in ſui trahat emolumētum, erit Vrbs, quæ ſolum vectionibus alienis erit opportuna, omneſq;, quæ inde conſequentur vtilitates, ad eas, ad quas erūt deſtinatæ, regiones, referentur. Ciuitates quæ præruptis in montibus ſitæ ſunt, alio merces tranſmittunt; quamuis ex ſuis quaſi viſceribus proferri videantur, non tamen vnquam populo refertæ dicentur, cum ea ſolum, quæ in alienas deuehuntur Prouincias, poſſint transferre. Quæ autem in littoribus reſident, ſatis præcipuæ ſuum ſibi vindicant locum, Ianua, Venetiæ, Vliſippona, Antuerpium ſummæ Ciuitates non illis quaſi limitibus conſiſtunt, vt quæ vltro citroq; deſiderantur, ſint tanquam manus, quæ, & vltro, citroq; præbeant, ſed ſunt Portoria quædam, quæ ſummam ex commercijs, quæ hinc inde aduehuntur, percipiunt vtilitatem, quæ merces ad ſui, ac ad alienum vſum ita ſuppeditant, vt miro etiam alijs ſint emolumento.

Quatenus neceſſaria deficiāt ad tantā amplitudinē non erit vrbs, nec prouincia inter præcipuas habetur.

Differentia inter Ciuitates in præruptis mōtibꝰ ſitas, & maritimas, cū illæ non ſatis opulētæ, hæ verò ſatis dites ſint.

Vbertatē ſoli etiā deſiderarim in Ciuitate; ſatis in victu, veſtituq; adeſt illa cōmoditas, quę hominē alit, nec niſi ex agro percipi hanc videmus, & fruſtra ſemper erit illa quies, qua ſe Ciuitas præditā profitetur, dū rebꝰ neceſſarijs minimè exuberet, quę quo plures fructus gignit ac emittit, eo magis ſuos alit, alioſq; inui-

Vbertas ſoli præcipua requiritur in Ciuitate.

inuitat,qui cũ maximo emolumento coemant,ac mercẽtur.Verũ,nec hãc vnã ſoli vbertatẽ ſufficere dixerim;plurimas opulentas Prouincias vidimus,quæ tantũ omniũ rerũ florent copia, vt alijs nulla quidẽ in re poſſint inuidere,tã eſſe magnarũ frequentia vrbiũ deſtitutas,vt oppidula potius eſſe dicantur; queadmodũ in Pedemontana regione,quæ tã ferax eſt. In Anglia, in qua non adſunt inſignes vrbes,& in Gallia,in qua,Lutetijs exceptis, quæ tantũ feraci vtuntur ſolo,nullas vidimus vrbes, quæ peculiari illo fruantur honore,vt inter præclaras,magnificasq; connumerentur;& tamen certiſsimum eſt In Gallia plures regiones eſſe,quę locorũ amoenitate,& agrorũ fertilitate sũt inſtructę,& Lutetijs,& quibuſcumq; alijs ſunt ſuperiores, cuius rei veram hanc eſſe arbitror rationẽ,quia quæ opibus circũfluũt, nec alijs præſtãt facultatibus,in ſuis quaſi diuitijs torpeſcunt,laboremq; quẽ maximè refugiunt.Nõ ideo vbertatẽ ſoli causã præſtantiorẽ vrbis magnificentiæ dixerim,ni agri fructus nõ tantũ ad cõmodũ indigenarũ matureſcant, verũ alijs quoq; exteris eorũ vtilitas conferatur.Neq; hæc vnquã efficietur,niſi ex ea facultate, quæ tũ ex terræ,tũ ex aquæ cõmodo nobis prouenit.Quãobrem ex terra facilis erit merciũ aduectio,cum viæ haud ſint difficiles equis,mulis,curribus,nec ſint pręuia,vel ſaltus,qui inaueſſibiles viatores,Mercatores alio abducũt. Ex aqua erit sũma facultas, ſi facilis erit nauigatio, & hanc vtiq; sũmi commodi eſſe sẽper cenſuerim,cũ,& breui tẽpore,& minori diſpendio magna mericum vis huc,illucq; importetur.Maria,Flumina,Lacus,Riuiq; fęlices nobis præſtant nauigationes, quibus nobis ipſis quęſtũ, cęteris paramus.Diſiuncti certè ſumus ab alijs regionibus, quas interiacet Mare,nõ tamẽ tã diſiuncti videmur, quin hoc pręſtãtiſsimũ elementũ aquę ſit velut quoddã intermediũ,quod nos in fęlici omni rerũ cõmunicatione coniungat, nec tã penuria alicuius rei elaboramus, vt ſtatim in noſtris quaſi nata regionibus ab aqua fęliciſsimè nobis impertiatur.Huic tã pręclarę facultatis affinẽ vellẽ portus cõmoditatẽ,quæ,ni præſto ſit,infęlix nauigatio propemodũ erit,& intuta;'aut natura erit, aut manu paratus,quouis modo proficuus . Adſunt lacus,vti plura maria nauigationi, commercijsq; idonea; flumina etiã nõ paruipẽdenda arbitror eaq; magis,quę decurrunt per loca opulẽta,quæq; maiora habent decurrẽdi ſpatia vti Padũ in Italia,in Belgio Scheldã,in Gallia Sennã,in Germania Rhenũ, ac Danubiũ. At certe ex his plurimi corriuati riui alijs regionibus tam opulento deſtitutis præſidio ſummę erunt ſaluti ; Quod naturę demum non eſt,id ars elaboret,ac perficiat.Multas Ciuitates in Gallia, Germania tàm celebre dicatas commoditate vidimus, Verùm Mediolanũ alios riuos exceſsiſſe pro cõperto habemus, cũ vnũ excauarit,

Sæpè opulẽtæ prouĩciæ populo deſtitutæ.

Præcipuè creditur rõ, quia opibus affluẽtes labores maximè refugiũt

Ni adſit cõmoditas ſiue ex terra,ſiuè ex aqua deuehẽdi merces,ſoli vbertas parũ prodeſt.

Portus ſummũ cõmodũ ſumma affert cõmoditatẽ.

Flum ina etiã ſunt ſummi cõmodi, ex quibus plures alij riui profluũt

cauarit,qui & aquas à Ticino,& à lacu maiori, & ab Abdua flumine hauriat,vt facilis ſit omnium, quæ in Mediolanenſi regione,& alibi naſcuntur,tranſuectio;Si Prouinciam vno, vel altero flumine ditatam, ex quibus noui profluant riuuli, vndiq; percurrentes,& circumquaq; vagantes quis conſpexerit, non immeritò opulentiſſimam etiàm fatebitur. Sunt venæ,per quas ſanguis per totum corpus, cui alimentum præbeant, diffunditur; Varij hinc riuuli,qui ex ſolo emanant flumine, ſi in varios quaſi alueos ſuperfluat, Quæ non erunt alimenta toti illi Prouinciæ? Eæ itaq; dicuntur vrbes ſatis opulentæ, quæ plurium aquarum commoditate fruuntur.

Quæcumq; prouinciæ vno vel altero flumine ditatæ ſunt opulentiſſimæ.

At vero,vt inſit aliqua vis,quæ gentes magis huc, quàm illuc impellat,præter illam commerciorum facultatem, neceſſarium duco.Non hæc enumerantur,quæ præcipuè à Romanis in vſum præſtita fuere,vt mirum in modum Romana vrbs creſceret. De Aſilo,Colonijs,Religione hic pertractare non eſt mens,neq; ratio.Alia deducam haud inuſitata,ſummiq; decoris; Academias vellem,inſtitueret Princeps;cum enim duobus modis ad honores,dignitatesq; pateat aditus,armorum ſcilicet vſu, & litterarũ ſtudijs;ſanè illa pertractantur in hoſtilibus campis;hæc exercentur in Academijs, quæ ſtudioſis ſemper honores ob inſigne doctrinæ ornamentũ tribuere. Ad hæc autẽ eo magis hi incitabuntur,quo magis ſe priuilegijs donatos à Principe ſentiãt,non vt his quaſi illecebris in vitia prolabantur, ſed vt hilariori animo maiori ſcientiarum acquirendarum deſiderio exardeſcãt,in ſtudiaq; magis incumbant; Si harum loci aeris amoenitate, ac ſalubritate,præcipuisque alijs ornamentis fruentur, facilis erit inſtitutio,& diſciplina Tales Athenæ,& Rhodus, quibus maximè locis floruere ſcientiæ,Galeatius Vicecomes ſola ductus cupiditate Ticinum,propagãdi ſubditis ſæuiſſimas impoſuit pœnas,ne alio ſtudiorum cauſa ſe conferrent; Quod idem à nõnullis Italiæ Principibus factitatum vidimus.

Academiæ ſunt inſtituendæ.

Non illaudatũ etiam morem crediderim,ſi ſuprema Tribunalia in ea,quã velit præ alijs excellere, Ciuitate erigi, & exerceri demandet Princeps. Hæc profectò multam ſemper hominũ copiam ſecum aliunde attrahunt, tùm ob iuſtitiæ ipſius neceſſitatem,quæ indigentibus ſæpè præſentibus nunquam non impertitur,tùm ob frequẽtiam Iuriſperitorum,Cauſidicorum, Notariorum,aliorumq; id genus,tùm ob ſummam, quæ in cauſis ſæpiſſimè cõſumitur,pecuniæ copiam,quæ huc aduecta, miros ſuæ opulẽtiæ edit fructus;Intellexerim tamẽ hoc ſũmi eſſe põderis,ſi adminiſtretur Iuſtitia Romanorum more, cum agitata ſummariè nõ tàm latas ſuæ vtilitatis ſpecies prodat. In Anglia,& apud Turcas parum refert tanta erigi Tribunalia, cum velo leuato

Tribunalia erigenda.

 ſem-

ſemper in cauſis procedatur,& iudicetur, nec lites ſuū peragunt curſum, quem, vtique ſi peragerent, ſua ſemper vis pecuniæ præſto eſſet.

Induſtria exercenda. Induſtriam ſummopere commendo; nec tam hęreant menti Principis ſupra à me enarrata, quin & hæc magis præ oculis ſit, cum amplificationis exiſtat verum fundamentum. Immunitates ſuadeo, Populi enim ſæpè adeò ſunt oneribus grauati à Principibus, aut auaritia, aut neceſſitate adductis, vt cum aliquam immunitatis lucem vident, nouum quaſi ſydus agnoſcāt, hocq; tanto Duce illuc ſe conferunt, vt emolumentum aliquod percipiant. Hoc teſtantur nundinæ frequentes, quæ vndiq; a mercatoribus, & populis fiunt; Belgij vrbes Mercatoribus magis celebres, quàm quęcunq; alię Europeę. Nec tantam hanc opulentiā profluxiſſe credimus, niſi ex immunitatibus plurimis, quibus ſanè neq; inuecta, neq; euecta vllam expenſam patiebantur. Quicumq; Ciuitates pro initio inſtituerunt, decorarunt etiam plurimis priuilegijs; & ſi grauante peſtilentię lue perirent accolæ, vt noui alienis ex regionibus commigrarent, noua quoq; priuilegia addiderunt. Verùmtamen, ſi in alicuius Ciuitatis poteſtate ſit habere pręcipuam aliquam mercaturam, hęc ſanè conferret ad conſtabiliendam, & propagandam Rempublicam. Quid aut beneficio terrę, aut alicuius artificij pręſtantia euenit. Beneficio terrę lanas in Hiſpania, & Anglia excellentes ſemper videmus; Artificij pręſtantia, aut ex aquarum qualitatibus, aut incolarū ingenio, aut occultis eorumdem ſecretis, aut alia haud diſſimili ratione prouenit. Vti arma Damaſci, periſtromata Arras, Ianuæ Holoſerica, Mediolani veſtes Attalicę, Venetijs coccineum textile Nonnullę ſunt vrbes, quę aliquod commercium habent, non quia earum regio vario rerum genere ſit fertilis, nec incolę nouam aliquam exerceant artem, ſed vel ob regionis dominium, vel ob maris propinquitatem. Hiſpalis ob dominatum regionis, eſt etiam omnium mercium, quę ex noua Hiſpania & Perù aduehuntur, domina; Domina eſt etiam Vliſſipona eorum omnium, quę ex Indijs conferuntur, ob ſolius dominatū maris, cum hoc percurſi, niſi Luſitanorum permiſſu, queat; Alię ſunt Ciuitates ſitus opportunitate omnium ferè mercium dominę, quarum ſunt veluti portus quidam. In Oriente Malacca, & Ormuz; in mediterraneo Mari Alexandria, Biſantium, Meſſana, Ianua; & in Oceano ſeptentrionali Antuerpia, Ameſterdatum, Tantiſcum, in Germania Francfortis, & Norinberga, in quas ſuas merces important mercatores, vt his finitimis aduectionis opportunitate prouideatur; idcirco plurimùm conducit Principi, ſi naturales ſitus opportunitates norit, arteque opportuniores reddit, ſi ad eos nauigationem

cuiuſdam

cuiuſdam terreni aggeris vallo muniet, ſi ad eos nauigationem facilem reddiderit, ſi nauium exonerationem non nimio ſumptu onerabit, ſi à piratis maria crebris inuaſionibus infeſtari non patietur, ſi flumina, quæ ex parua aquarum copia parua tantum nauigia ſuſtinent, maiora reddiderit, ſi aſperas, ac montuoſas vias faciles, ac planas fieri imperitabit.

Summa etiam erit vtilitas, ſi quæ Ciuitas in altum extolli velit, aliarum, quæ circumiacent, habeat imperium. Huc enim adueniunt Principum legati, ibi omnes, & ciuiles, & criminales pertractantur cauſæ, eo prouocationes omnes prouehuntur ibi omnes Imperij facultates, & colliguntur, & expenduntur, ibi omnes ferè illius regionis Proceres ſuum domiciliũ habere ſtudent. Ex his cauſis veluti ex copioſiſſimo fonte ſumma auri copia emanat, quę dulci quadam allectatione è longinquis regionibus omnes mercatores aduocat, atq; artifices. Ita enim decoratur Ciuitas ędeficiorum magnificentia, gentium multitudine, omniq; diuitiarum affluentia; quod teſtantur Illæ, quæ aliquam ſaltem liberam habuere, aut habent iuriſdictionem, Piſæ, Senæ, Ianua, Lucæ, Florentia; tales ſunt in Germania multæ Ciuitates, quæ franchæ, & Imperiales appellantur, Norimberga, Lubecca, Auguſta.

Si Princeps populoſam habere velit ciuitatẽ, circumiacẽtiũ eam habere Imperiũ curet.

Verum ex nobilium domicilio inſignem prouenire vtilitatem certum eſt. Hancq; eſſe cauſam puto; qua Italiæ vrbes maiores planè, quàm Galliæ, aut alterius Prouinciæ reddantur; cum in Italia mos ſit, vt nobiles ſemper vrbes, Gallorũ verò contra ſuos vicos, oppidaq;, incolant, hiq; ſuas expenſas in his extruendis faciant, illi vero eas tùm in ędificiorum vrbanorum cõſtructione, tùm ruſticorum quaſi diuidant. Domicilium Nobilium non illuſtriores tantum efficit ciuitates, quia augetur incolentiũ numerus, verum quia nobiles, maiores, dùm in vrbe vitam degũt, quàm in ſuo oppido, expenſas faciunt, in quo conſuetudo cum ruſticis ad profuſas minimè arctat. Augentur præterea neceſſario ædificia, arteſque. Inga Peruana, dum Cuſcam regiam Ciuitatem illuſtrem reddere conabatur, non tantum, vt nobiles ibi reſiderent, edixit, immò vt quiq; ſuum ædificium conſtruerent, quod mirum in modum eius auxit amplitudinem. Et hæc fere ratio eſt. qua Venetiarum confluxere ex diuerſis regionibus plurimi nobiles, dum adhuc eſſent in incunabulis, ſecũ omnes ſuas facultates aduehentes, quibus illius maris opportunitate nauigationi dediti, breui Ciuitatum propinquarum obtinuere Principatum, ſuiſq; diuitijs facillimè patriam ſuperbis ædifitijs decorauere, & ad eum ſplendorem, ac dignitatem deduxere vrbẽ, vt qui eam videat, inſolita cuiuſdam admirationis vi ſe captum eſſe ſentiat.

Quã profit nobilium ſedes.

Digitized by Google

Principis pręſentia celeberrimā ſemper reddit Ciuitatem.

Principis deniq; pręſentia ſummopere ciuitatem illuſtrat. vbi reſidet hic, reſident & qui ſequuntur, Senatus, Conſilia, Tribunalia magna, Legati Principum Rerũ publicarum ſubditarum; ciuitatum negotiatores, miniſtri demum omnes, quibus iuſtitiæ cura eſt, & qui conſulunt, & qui inſeruiunt Principi; Qui ad dignitates promoueri cupiunt, ad ſedem, veluti ad ſtatuam Principis confugiunt; ibi ea quies, quam præſtolantur, creditur ſubeſſe; poſtulationes fiunt, à quibus non longe abſunt totius quaſi ditionis facultates, quę ibi facillimè abſumuntur; Celeberrimæ vrbes, quæ in Gallia, Germania, Hiſpania, Anglia, Italia, Principis conſpectu fruuntur. Quæ res in cauſa eſt, vt quo ille pluribus inſignitus facultatibus fuerit, eo etiam maiorem, vbi moratur, alliciat optimatum copiam, qua & ipſe, & Ciuitas facillimè diteſcat. Non hic Lutetias, Biſantiũ, Vliſipponam, Londrum, & Romam enumero, quarum quæque quantum earum cuiuſq; non tueatur ſolum, verum & augeat amplitudinem Regum præſentia facilè noſcit; Quæ certè tanta eſt, vt non Ciuitatem ſolum reddat inſignem, verùm ciues in fide facillimè contineat, ita vt deſerta, periculum ſit, ne varijs obnoxia tumultibus in Principem conſpiręt. Quocirca conſiliũ erit Principis, vt non niſi extrema præmente neceſſitate, regiam vrbem, quæ veluti cor eſt, vnde reliqua minus principalia membra vires accipiunt, deſerat. Certè ſedis Imperatoriæ in Orientem à Conſtantino facta translatio verſus Occidẽtem prouincias hoſtibus nominis Romani proſtituit; Illæ enim tanquam derelictæ habitæ Barbaris animos fecerunt, vt velut vacuum poſſidendi Ius apprehendentes, obuia quoq; inuaderent. Cumq; ſeculis elapſis Germani, ad quos Imperij ſplendor peruenerat, vel ob expeditiones in Paleſtinam, vel aliàs ob cauſas procul ab Italia degerent, & domeſticis abſtracti curis ad Italiarum rerum procurationem animum aduertere non poſſent, extiterunt, qui domi præpollentes vrbium ſuarum dominium occuparunt. Hoc modo Scaligeri Verona, Treuiſio Paſſerini, Gonzaghę Mantua, Cararij Patauio, Turriani, & poſt Vicecomites Mediolano, Ateſtini Ferraria, Mutina, & Regio Lepidi, alij, alijs rebus poſiti ſũt. Clemens Quintus Pontifex nomen Pontificium, & dignitatem Roma in Galliam tranſtulit; Inde in Regno Pontificio repente noui exorti domini ſunt, Malateſta Arimini, Ordelaphi Foro Iulij, Manfredus Fauentiæ, Polentanus Rauennæ, Vicanus Viterbij, Cæſenæ Sinibaldus, Vrbini Feltrius, Camerini Varanus, alij alibi dominationem ſuſceperunt. Ex his apertæ rationes, quæ ciuitates reddant magnificas, quantumq; non omittere facilè vrbem, vnde in omnia regimen, Principis interſit.

An

An mixtæ prudentiæ locus ſit ad Principem.

CAPVT XXXXIII.

PROPOSITA quęſtio ſatis apud Politicos exagitata vtrinq; ſuæ confirmationis plurima congerit argumẽta,quæ iniquum eſſe decipere,ac aliquid admiſcere leuiter fraudis,demonſtrant. Verùm homines,moresq; ſæpè aliud exigunt;verſutos inter, malosq; viuimus,qui fraudibus,fallacijs,mentitoq; ſermone omnia replent. Per fraudem,& dolos regna euertuntur; minimè itaque nefas per eaſdem artes ea ſeruare,dùm publicus vſus,ſalusq; id ſuadeat. Miſcere ſemper vtilia honeſtis Principis eſſe munus aſſero, nàm vt prorſus ab honeſto recedat, nulla vis ſuadere me vnquam poterit. Ius ità, fasq; exiſtimo in turbido hoc rerum humanarum pelago ſinus, gurgitesq; vitare,&,ſi recta portum tenere nequeat Princeps idipſum mutata velificatione aſſequi. Vinum nõ eſſe deſinit aqua leuiter temperatum,nec Prudentia,ſi calliditate aſpergatur, quę omnia ſunt ſemper intelligenda, vt bono propoſito fine bene Princeps valeat operari. Vbi Leonina pellis non pertingit,Vulpina eſt aſſumenda. Ludouicus XI. Galliæ Rex ſemper aſtu,& ſimulatione res ſuas adminiſtrauit, maxime cum Carolo Burgundiæ Duci contra Germanos opem tulit, illaqueatum enim hunc,& fractum tanto bello minus potentem ad excitãdas proprio in Regno ſeditiones ſperabat; quod idẽ feciſſe accepimus, quando inter ſe bella gerebant Lotaringiæ, & Burgũdię Duces, quibus & gentium, & pecuniæ ſumma ope opitulatus fuit; his auxilijs ſummam ſpem concipiebat facile eos perditum iri. Eadem ferè fraude,& fortaſſe maiori vſum fuiſſe memoriæ proditum eſt,cum omnes miniſtros Angliæ Regis,aliorumq; Principum præcipuis ſtipendijs erga ſe beneficos,& gratos reddere satagebat,vt ex tanta agri cultura tantum fructum perciperet. Hæ ſunt tamen artes,quibus non omninò Principem vtendum crediderim, quæ magis hunc deceant,leuis,mediæ & magnæ fraudis diuiſione innoteſcent.

Dũ ſiter malos viuimus prudẽtia rore calliditatis aſpergẽ poteſt, propoſito tamẽ optimo fine.

Exemplum Ludouici Vndecimi Galliæ Regis.

Priorem illam eſſe diffidentiam,& diſſimulationem vtrinq; laudandam,Mediam eſſe conciliationem,ac deceptionem aliquantisper tolerandam. Magnam verò omninò damnandam, perfidiam ſcilicet,& iniuſtitiam cuncti voluere. Quędam diffidentiæ

Quid leuis fraus.

ſpecies

Diſſidentia Principi omninò inſinuanda.

ſpecies primo ponitur Principi omninò inſinuanda, vt enim in actionibus tardum, lentumq; eſſe expedit, ſic in fide, & in aſſenſu; credulitas enim errori magis, quàm culpæ tribuitur, & quidē in optimis cuiuſq; mentem facillimè irrepit; à Principe tamen remouenda eſt longiſſimè, Hunc, cum pro omnibus excubet, turpe eſt, & omnibus noxium, labi, errare, ac decipi; pauci ſunt amici, ac fidi; Aſtutis nimis ſimulationū inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſque natura; frons, oculi, vultus per ſæpè mentiuntur, Oratio verò ſæpiſſimè. Reducat verò ſe Princeps, & tutum hoc ſcuto ſe reddat, vt non omnia credat, pericula præcaueat. Nulli credere omninò nō ſuadeo; Vtrūq; enim in vitio eſt, & omnibus credere, & nulli paucis. itaque credendum, ijs nimirum, quorum longo vſu cognita Principi ſit fides. At omnibus, ideſt fronte, & vultu, quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur. Nàm nihil magis cauendum, quàm ne diffidere videaris, vult ſibi quiſq; credi, & ſemel habita fides, æternā plerumq; obligat fidem.

Nulli credere vitiū eſt, vti omnibus Quibus, & quomodo adhibēda ſit fides.

Diſſimulatio ſummopere à Principe neceſſaria.

Diſſimulatio etiam eſt adſumenda Principi adeo neceſſaria, vt veteranus Imperator dixerit. Neſcit regnare, qui neſcit diſſimulare. Verū non ſatis patet, quibus in rebus diſſimulatio Principi expediat, In pluribus per quam neceſſariam exiſtimo.

Sui ipſius vitia ſunt à Principe diſſimulanda.

Sua ipſius vitia diſſimulet Princeps, nō vt illos imitetur, quibus mellita quidem dulceſcunt labra, cor autem veneno corruptum, qui caritatem in auribus, luſtitiam in ore, deuotionemq; in cingulo geſtāt (hę enim ſimulationes hypocritarū ſunt propriç) ſed vt ſi quid fortè imperfecti in ſe ipſo deprehēderit, quātum fieri poteſt, celet. Affectibus ſuis ità moderetur, vt etiam ſi aliquem odio proſequatur, non tamen eum Iure ſuo deſtituat, alijs verò ità benefaciat, vt meritum prætexere poſſit, neq; aliū lædat. Vitia, ſi planè relinquere nolit, ſcandalum tamen, malūq; exemplum caueat. At, inquies, qui hoc fiet? Equidē hoc à Principibus pręſtari poſſe difficillimum reor. Imperat enim ſine contradictione, ad omnia ſimpliciter reſpondere non tenentur, nūquam plus loquuntur, aut faciunt, quàm volunt. Quide os prohibeat, captatis locorum, ac temporum opportunitatibus, quid boni habent, oſtentare, quid mali, diſſimulare? Hoc eſt prudentia vti, omnia fugienda cenſeo, quibus cum laude, & honore defungi non poſſis. Non quęrat periculum, qui periculum pauet; quo tamen vitium non minuitur, ſed tegitur; Sedens fęmina breuior eſt, quàm ſtās. Verum ex diſſimulatione quales fructus Princeps excerpit? exiſtimationem tuetur, qua Principis magnitudo in primis ſuſtentatur, ſicut è contra vix diù conſiſtere poteſt, quem tàm ſubditi, quàm inimici contemnunt. Quamdiù Sardanapali vitia latuerunt, omnia in Regno benè habuiſſe ſe ſcimus, at ijſdem

Affectus etiā moderandi.

Animi perturbationibus Principi difficillimū eſt imperare

Omnia fugiēda Principi, quibus cum laude defungi non poſſit.

iiſdem in publicum prolatis iuſta omnium indignatione è medio ſublatum vidimus.

Nec verò ſatis eſt, vt, quod plus, vel minus iuſto habet Princeps, diſſimulet (tanto enim poſteà contemptior erit emergentibus in lucem vitijs) verùmetiam, vt virtutes, quas habet, in publica omnium luce collocet, atq; exornet; ſic mercatores etiam bonis mercibus aliundè decus querunt, vt oculis tanto magis placeant. quid interna animi dona proſunt, niſi & proferantur, & ornentur? Profert, qui virtutum tùm exercendarum occaſionem queret, & oblata vtitur, ornat, qui minima tanquam maxima demonſtrat; in quo quidem multo plus ineſſe difficultatis exiſtimo, dùm nō tàm exterius artificium, quàm naturalis quędam gratia omninò deſiderentur. Sunt, qui vel vno verbo, vno obtutu, vna actione admirandam hominum animis de ſe opinionem imprimunt, Scipionis illius non abſimiles, quem veris non virtutibus mirabilem, ſed arte quadam inuenta in oſtentationem, earum compoſitum fuiſſe comperimus.

Quærendæ occaſiones à Principe exercēdarum virtutum.

Diſſimulationem hanc erga vicinos omnes vtendam Principi ſuaſerim; non qui aperti ſint hoſtes, licèt & interdum, & ipſe parum eos amet, ab illiſq; parum amari ſe non ignoret. Officia illa ſunt, ſubditos eorum prohibere ab iniuria, neq; vllam eorū, quæ Principes erga ſe mutuò exercere ſolent, occaſionem pretermittere, vt ſunt gratulationes officiorum, oblationes, dona, gratiarum actiones, in excipiendis, tractandis, ac dimittendis exterorum Principum, ac Rerumpublicarum legatis nulli ſumptui parcendum eſt; tùm vt ipſorum Principum beneuolentiam, tùm vt priuatorum ſtudia nobis conciliemus.

Diſſimulatio erga vicinos omnes etiā parum amicos neceſſaria.

Iniuriæ etiam, quas vlciſci non potuit, Principi diſſimulandę ſunt, Conſultum eſt Principi, ſi fortè ab eo ſit laceſſitus, cui ſuarum infirmitas virium nota eſt, etiam apertas iniurias diſſimulet potiùs, quàm fruſtra vlciſci preſumat, commodius interim tempus expectans, atq; ex hac ipſa iniuria vtilitatem aliquā capiens, cum ſæpè maiori fortunę locum fecerit iniuria. Qui potentiori iraſcitur, velut canis lunam allatrat; nec vlli ampliùs, quàm ſibimet ipſi nocet, nec cuiquàm peius, quàm ſibi facit. Hinc Tuſculani, comperto Camillum cum magnis copijs ad ſe venire, pace inſtanti cùm Romanam longiùs prohibuerunt, cui armis obſtare non poterant. Camillus ergo nullibi vel cognito minimo hoſtilitatis indicio (nam nec quiſquam aduenietis exercitus metu via deceſſerat, terram colebant agricolæ, domi mercatores apertas habebant inſtitas, docebant in gymnaſijs magiſtri, opifices ſuo quiſq; operi inſudabant) ſoli adhuc (inquit) Tuſculani vera arma, veraſq; vires, quibus ab Ira Romanorum veſtra tutaremini, inueniſtis. Eſt ergo hæc diſſimulatio neceſſaria.

Iniurię, quas Princeps vlciſci nō poteſt ſunt diſſimulandæ.

ria, maximè ijs, quibus cum potentioribus res eſt, Satius eſt vl-trò aliquid facere videri, quàm inuitum cogi. Hinc Philippus Macedonum Rex plura oppida quæ defendere nequibat, Roma-nis conſultò tradidit, ne deniq; per vim viderentur extorta.

Etiā Princi pi pluribus oppreſſo dif ficultatibus diſſimulatio neceſſaria.

Nec minus ijs diſſimulandum opinor, qui pluribus oppreſſi difficultatibus videntur, vni plus aliquando concedendo, vel al-terius iniuriam aliquo modo ferendo.

Haud ſtetit Aeneas alioquin ſtrenuus armis
Conſpexit, ſimulatq; duos conſiſtere iunctos

Neq; enim Hercules aduerſus duos; Quocirca bellum ſuſceptu-rus, an aliundè, an ab inimicis vel maleuolis impedimētū obijci queat, perpendere debet. Quòd ſi id inuenerit, antè omnia remo uere ſtudeat, durante verò bello omnes nouarum ſimultatū occa ſiones diſſimulet. Artem hanc optimè intellexit Annibal, qui Gallorum iniurias, quamuis vindicare potuiſſet, muneribus pla-care maluit, quàm Italiæ oppugnationem, ad quam properabat, omittere, curam magis, quàm bellum metuens: ſæpè is rerū ſta-tus eſt, vt concedere aliquid minimè conducat, quod tamē aper tè quis denegare non auſit. Cur non tùm moræ interponendæ occaſiones quęrere liceat, & interim quæ neceſſaria ſunt proui-dere, vt tanto confidentius, ac ſecurius, quod petitur, vel annue-re, vel abnuere poſſis? Sic Iulius Cæſar Heluetios tranſitum pe-tentes audire diſtulit, ad certum diem redire iuſſos, interim adi-tus omnes validis præſidis firmauit; reuerſis deindè liberū aditū apertè negauit, quem tamen cum tentare vellent, Imperij vires contra ſe oppoſiturum demonſtrauit.

Sæpè cōiura tiones dete-ctæ diſſimu-landæ ſunt & quæ indè rationes.

In coniurationibus etiam detectis, ſi aliquando diſſimulatio-ne vtatur Princeps, non damno. Vt enim bonum eſt, malorum inueſtigare, ac deprendere conſilia; ità ſolum ſæpè inſidiarum remedium eſt, ſi tantummodo reſciantur; tùm quia intentata odia nullum vindictæ locum admittunt, tùm quia periculoſum ſanè eſt, ne ex improborum exemplo quamplurimi ciuium con-iuratorum numero adſcribantur. Annon ſæpiùs ſumus experti, paucis circa aluearia apibus initio ſtrepentibus, ſi vel leuiſſimo ictu compellatur domuncula, ingentia ſtatim examina erumpe-re; ſic in coniuratione quid mirum, ſi pro paucis plures quotidie rei comperiātur, & ſæpè ij, quos ignoratos velimus, quosq; ſine maiori tumultus metu, debitā pœna afficere nequeamus. Diſſi-mulandum eſt ergo, ſi remedia ipſo morbo periculoſiora futura videantur; Quod ſi Princeps deprauatos potentiorum ciuiū co-natus exploratos habeat, aut explorandos ſibi putet, hoc ſciat, aut nulla, aut aſpera pœna reos coercendos eſſe.

Publica, & magna cri-mina inter-dū diſſimu-lare ſumma prudētia eſt.

At in publicis, & magnis criminibus diſſimulare nequaquam expedit, & ob periculum, & metum, ne illi non condonatam ſibi

culpam,

Digitized by Google

culpam,ſed delatam pœnam, multo deindè acerbiorem futurã exiſtimantes peius aliquod amoliantur. Et vt viros acres, ac potẽtes inquiſitionibus,accuſationibus,carceribus, ignominijs vrgere ſine vlteriori pęna res eſt periculi pęna, ita ſumma ſeueritate in eos animaduerti ſine magna Reipublicæ perturbatione non poteſt. Vulnera huiuſmodi vix vnquam cicatricem obducunt.Principijs ergo obſtandum magis eſt, vt inſidiantiũ conatus diſſipentur quam ſocios coniurationis inueſtigare, eosq́; vel effugiendi,vel contra vim muniẽdi ſe, & alijs ſimile aliquid, aut forte peius, & quidem maiori arte tentandi occaſionẽ præbere. Imprudenter Nemo omnes contra ſe initæ coniurationis conſcios nimis ſollicitè inueſtigauit, ſiquidem nihil aliud lucri inde fecit, quàm quod fidiſſimos amicorum à coniuratis falſo delatos amiſit,& maioribus turbis ſe inuoluit.

Quæ ſpargit populus,prudenter diſſimulet, Dicat, quod, & quamdiù velit,modo tamen,rationi, & Imperio ſe ſe ſubmitrat. Sine ſtridore aliquo laxata membra reponi nõ poſſunt, nec ſine maledicentium vocibus Populus ad officium,ac rationem adduci;Qui temporibus fauet,quod vult,tandem conſequitur,& qui, quod vult extorquere, nihilq́; credere nititur, cum ratione inſanit.Quod ſi erga priuatos non modo liberale eſt paululũ nonnunquam de Iure ſuo decedere,ſed interdum etiam fructuoſum, quanto magis erga Populum,cui ſi magna negare volueris, par ua concedere ne recuſes,& vt benefitij tibi gratia conſtet, quod vi extorturi erant, ſponte largiare, velim; concitatos animos flecti,quàm frangi,cum tutius, tum eſt facilius. Nec verò ſatis eſt,vt Princeps Populo gratus atq́; acceptus ſit, niſi etiam ſimilibus vtatur miniſtris; quid enim abſurdius fieri poteſt,quàm ad pacandum Populum nulla popularis hominis opera vti. **A populo ſparſa frequẽter diſſimulanda.**

In rebus difficilibus hanc eandem diſſimulationem in Principe requiro. Quemadmodum in ſæua aliqua tempeſtate nihil magis terret nautas,quàm ſi gubernatorem quacumq́; ſpe deſtitutum videant,ſic qui circa Principem ſunt,nulla re magis commouentur;quàm ſi ipſum quoq́; metu conſternatum eſſe cognoſcant.Hinc fit,vt pleriq́; quaſi diſperatis rebus nullam adhibeãt opem,& ita,quod timetur,malo locum dent.Quamdiù Princeps aduerſis rebus conſtantiam præfefert, ac vel vultu ſaltem ſpem ſimulat,à ſe quiſq́; malum diligenter auertit,& quia eũ,cui omnia optimè explorata eſſe debẽt,minimè adhuc deſperare videt, nec ſibi quoq́; deſperandum putat.Qua ratione pleriq́; imminẽtia calamitatum incommoda effugerunt; ſed ita diſſimulandum eſt malum,vt interim remedia diſquirantur. Eos deſipere iudico,qui,quam male res ſuæ ſe habeant,ſcire nolunt, ac contra apertè,ſincereq́; monentes lethali odio commouentur, non aliter, **In rebus difficilibus diſſimulatio vtilis.**

ter, quàm ægroti Medicis mortis periculum nunciantibus, ac tã tum abeſt; vt gratiam eis habeant, vt etiam acerbius eos tractaturi ſint, ſi animo liceat obſequi, quàm Sertorius militem tractauit Herculei mortem nunciantem, ne inde importunus aliquis metus milites inuaderet.

Anguſtiæ Principis ſunt cũ ſumma tolerantia diſsimulandæ.

Anguſtias igitur ſuas prudenter diſſimulabit Princeps, non vt periculum negligat, ſed ne res planè euertat, non vt ſe ipſum, ſed vt alios fallat, prudenter illa occultando, quæ vel ſuis timorem allatura, vel hoſti occaſionem nocendi nobis præbitura ſint.

Ex ijs, quæ ſæpè accidut non inutilis diſſimulatio

Conſequentiæ cauſa, nonnunquam tamen diſsimulatio neceſſaria, cuius eſt aliquid non facere, quod alias erat facturus Princeps metu, ne in conſequentiam trahatur, aut facere, quod alioqui nõ erat facturus, vt ſuo alios excitet exemplo. Hæc quidem conſequentia vbiq; diligenter eſt conſideranda; neq; enim vt aliquid fiat, vel non fiat, vix vllum validius argumentum, vel perſuaſio afferri poteſt, quàm anteà quoq; factum, aut non factũ eſſe; Quæ Principes agunt, in conſequentiam trahi ſolent, vt qui nihil niſi maturo conſilio faciant, nec facilè ab inſtituto recedant, aut quod profuit. Quocirca vti ſemel ergà ſubditos, vicinosq; hoſtes ſe geſſerint, exindè de futuris alij coniecturam facient, atq; iniqua ſua conſilia facillimè moderabuntur. At primo ſi liberales admodum ac benigni fuerint, quomodo omnis idem expectantium auiditatem explebunt? Si pedem latum terræ, vel minimum quidpiam aliud ſibi eripi patiantur, nunquid vnam ferendo iniuriam, alias multo maiores contra ſe prouocabunt? Quare nec facilè petitionibus annuent, nec de ſuo cedẽt, ne idem ijs accidat, quod primis Cartaginenſiũ ſapientibus, qui cum tantum terræ Tyrijs largiri eſſent, quãtum tergore bouis tegi poſſet, mox eo in fruſta diſſecto, magno terrarũ ſpacio occupato turpiſſimè decepti ſunt; ex quo ſequitur Principẽ, qui partem aliquam Imperij, ſiuè compoſitione, ſiuè alijs modis cõpetitoribus concedit, ne totum amittat, periclitari, nec non, quicquid oppignoratur, vt habeatur alienum, cum redemptio ratò fiat, adeò vt vna cum vſufructu proprietas plerumq; amittatur. Si Princeps vnius fert iniuriam, nemo tàm ignauus erit, quin ſibi quoque tentandam eius patientiam ſit exiſtimaturus; falluntur enim, qui arrogantium ac temerariorum Dominum ſuperbiam per obſequium, & modeſtiã effugere ſe poſſe ſperant. Quæ verò quis vendicare non poſſit, ſunt diſsimulanda. Deinde ſi Populus aliquid ſemel detrectarit, etiam facilè in poſterũ alia detrectaturum certiſsimum eſt; quare, antequàm quid magni momenti proponatur, eius ſententia, ac voluntas prudenter explorandæ ſunt, in ijs præſertim rebus, quæ cum nunquam factæ ſint, impunè, ac iure quodamodo negari poſſe videtur. Si Populus

lus aliquis ſui Magiſtratus proiciat Imperium,metus eſt , ne idē exemplum ad alios quoq; vicinos præſertim proſerpat;Quocirca ſubditorum rebellia minimè fouenda, ſed communi ope retundenda ſunt,ſi non ob amorem,quem ſibi mutuo debēt Principes,ſaltem ob periculoſam,quàm ſibi,ſuisq; imminet, conſequentiam, vt Tarquinij Porſenam monebant ne morem pellēdorum Regum enaſcentem inultum fineret; ſi Princeps aliquid iniuſtè factum toleret, cauere non poterit, quin idem alij, vel etiam ille ipſe,cuius tolerata eſt nequitia,rurſus poſteà faciat;ex quo ſequitur nullam hinc diſſimulationem vtendam eſſe, niſi illam fortè,qua etiam eos puniat,quos minimè velit, vti bonum ſtatuat exemplum; & incommoda ex altera diſſimulatione emerſura à ſe longè repellat. Ex quibus patet, quàm diligens huius conſequentiæ in omnibus conſilijs ac rebus habenda ſit ratio, ne quid inde in Principis vergat detrimētum. Id ne his fiat modis,aliqua cauere ratione poteſt Princeps. Si minoris alicuius cauſa faciat,quòd pro maiori vix erat facturus, ità vt ſe omnibus ſuperiorem oſtendat. Si quandoq; rigidè Iuſtitiam adminiſtret,ne quis ipſius bonitate abutatur, mox inuſitata vtatur clementia,vt ametur magis, quàm metuatur, ſi quid alio tempore facit,alio,licet eodem rerum ſtatu non faciat,ne & ipſe legis iugum ſibi imponi patiatur.Si aliquādo ſeuerè etiā minima quęq; exigat,vt miniſtros incitet ad vigilantiam.Si aliquando ijs,quæ ad manum ſunt,vtatur,aliquando,quod remotum eſt, requirat, vt oſtendat penes ſe eſſe rerum optionem; Si aliquando ex vna parte aditum ſibi patere velit, vt non cogitatum facilius obrepat; Si vnā,& eandē quandoq; viā ingreditur,vt aliā inuſitatā prorſus liberam adueniat;Si deniq; per iocū ea tentet,quæ ſerio deindè ſint euentura. His, ac ſimilibus cautionibus multæ æmulationes,importunitates,fraudes, proditiones euitantur, ità vt Principis sēper arbitrio detur id,quod velit,nulla lege præſtare.

Mors Principū diſſimulanda per aliquot dies,aut horas eſt,ne interregni tēpore res publicæ turbentur vſq; eò, dū neceſſarijs omnibus prouiſis fatalis Principis dies prudenter per ora Ciuiū diuulgetur; Agrippina in morte Claudij Cæſaris cūctos aditus cuſtodijs clauſit, crebroq; retulit in melius ire valetudinē Principis ne miles quacumq; bona concepta ſpe deſtitueretur Solimano Turcarum Imperatore in Caſtris ad Zegetum, mortuo Mahumetes purpuratus,nè res vulgaretur, Medico occultè necato,tamdiù rem ſecretā habuit,donec filius Selimus Conſtantinopolim aduolans in paterni Imperij ſolio conſideret. *Mors Principū diſſimulanda.*

Erga proprios Cōſiliarios,& legatos perutilis Principi aliquādo eſt diſſimulatio. Scitè quidam; Res magnę ſuſtineri ab eo non poſſūt,cui tacere eſt graue;quod tā de Principe,quā de miniſtris *Non omnis Cōſiliarijs, & legatis proferenda.*

eſt intelligendũ. Hinc Tiberius Imperator dictitare ſępè conſueuerat Principis voluntatẽ debere eſſe incognitam; & Cęcilius Metellus interulã quoq; , ſi cõſiliorũ ſibi eſſet conſcia, ſtatim ſe deſtracturũ, ac crematurũ teſtatus eſt. Porro vt Principi huius ſecreti conſtet ratio, primo quæ facturus eſt, pauciſſimis; quando vero facturus ſit, nemini omninò cõmunicabit, deindè non plus aperiet, quã opus ſit, immò nonnunquã ſimulabit, vt Ventidius, qui vt exploratorẽ quendã falleret, quæ maximè fieri cupiebat, ea vereri ſe, ne acciderunt, quę timebat, ea, vt euenirent, optare ſe ſimulabat. Quid faciendũ, aut quo eundũ, non niſi in ipſo profectionis momento nunciet, niſi ratio fortè aliter ſuadeat, cũ fieri poteſt, pauciſſimos adhibeat, neq; vllã eis libertatẽ quidquã aperiendi, aut voluntatem mutandi concedat, ei, quẽ res concernit, moram omnem vlterius cogitandi pręcidat, & prõptè aggrediendi neceſſitatem imponat. Sic Marcus Cato veritus, ne Hiſpaniæ Ciuitates à ſe occuparę benè inſtructorum mœnium fiducia rebellarent, ad ſingulas ſcripſit, vt muros ſolo aequarent, grauiſſimas pęnas nõ parẽtibus interminatus, easq; litteras vno, eodẽq; die ſingulis tradi curauit, ne cõſilia cõferendi, ac detrectãdi Imperij oportunũ tẽpus ſortirentur. Eos, per quos alios fallere cogitat, fallat, ideſt legatum; in re, quàm ſerio non agit, agere tamen putatur, ſuos quoque ſenſus celabit, vt ille tanto melius ſuã perſonam ſuſtineat, & fidentius agat. Difficilè eſt enim alteri perſuadere, quod ipſe non credas.

Errores veterũ, ac fideliũ miniſtrorũ tollerãdi ob Principis vtilitatem.

Erga veteres, & fideles miniſtros coniuẽtia ſaltẽ aliqua Principi interdũ vtendũ cenſuerim; ferre in aliquo miniſtro debet, quod in alio quis facturus non eſt, idque ob plurimas cauſas, ac præcipuę fideliũ miniſtrorum, doctorum, fortium, ac ſapientum hominum inopiam, quibus Principi aliquando ſint maximè futuri neceſſarij; In his inquam, & ſi quid ſit, quod minus Principi placeat, diſſimulabit tamen, ne offenſi alio abeant, & iacturam eorum Princeps, alios & raro quidem meliores conducendo, aut eoſdem ad ſe retrahendo magno redimere conabitur. Conniuebit ergo prius. Nàm ſine vitijs nemo naſcitur, optimus ille eſt, qui, vel minimis vrgetur. In quacumque re neuum aliquem libenter admittimus, cur non in virtutibus aliquod vitium? Equum ſæpè decem integros annos alunt Principes, & auena ſaginant, ad matutinam tamen vnius horæ obequitationem, quanto magis ſuſtentatione digni ſunt, qui conſilio ſuo, aut opera vno die plus prodeſſe poſſunt, quàm omnibus annis in eos collatum eſt. E meritis itaque Miniſtris indulgere aliquid Princeps debet, & errata quædam condonare, ſiuè, quod diu ſeruierint, ſiuè quod pleraq; ſecreta eius nouerint; quã ob cauſam etiam vltro ab alijs æmulis præſertim inuitabuntur, ad quos illi

grauatim

grauatim ſe non conferent, ſe non exiguam meritorum ſuorum videant habere rationem.

Quid ſit media fraus.

Satis nobis ſuaſiſſe videmur diffidẽtiam, ac diſſimulationem, prodeunt in medium conciliatio, ac deceptio. Alteram non anceps an ſuaſerim conciliationem videlicet, Proprium eſt Prudẽtiæ cõciliare animos ſibi hominum, in ſuosq; vſus ſuauiter protrahere. Habet præmium, & ſuaſionem Princeps, quibus ſi rectè vtatur, ſanè reperiet, quos pernicioſa libido teneat alienæ potẽtiæ decus gratificandi. Hi arcana referunt, in bello produnt, vel ſint etiam fœminæ, hæ inducuntur, vt enuncient cõtra maritos.

Vis conciliationis.

Alteram verò improbarim penitus; deceptionem ſcilicet licitã exiſtimant nonnulli, exigente, ſiuè publico bono, ſiuè neceſſitate, cum aliter bonus Princeps bonum propriũ minimè tueatur. Ego tamen non mentiri licere pro Dei laude aſſero. At aliquas deceptiunculas, & corruptiunculas, cũ à bono, legitimoq; Principe contra malos vſurpantur, boni communis cauſa ſaltem nõ negarim; magnas fraudes, perfidiam, & iniuſtitiam vtiq; dãnarim. Quot fœdera illæſa vidimus, aut pacta per cauillos, & argutiolas è ſunt, qui quamcumq; ruinam effugio reperiunt, ſtatim ſe liberatos eſſe iureiurando interpretantur. At iniuſtitia magis in mente Tiranni nidificare videtur; hic contra iura, & leges ſe, ſuaq; improbe potiùs, quam callide auget. Vt id aſſequatur, quæ nefanda non perpetrat? Perdit clàm, vel palàm; ſiuè in exilium mittit quoſdam tanquam æmulatione æmulos, nimis mitè putãs ſpecie legationis aut honoris ſe ponere, & ſi digniꝰ, probabiliq; crimine deferre quos velit non poſſit, occulta quadam via tollere contendit, & in ipſa acie per inſidias tollere curat. Verũ hæc ſint, quæ domi fere continentur, alia adducantur; illud videlicet aliena appetere, & inſidiari temporibus in finitimorum deſidijs, & turbis. Magnum quidem eſt, & damnandum; longe abſint eæ voces ſua retinere priuatæ eſſe domus, de alienis certare regiam laudem eſſe, & ſi Principes iuſtitiam ſequi velint, & ſuum cuique reſtituere, quod vi, armis, atq; obſtinatæ mentis prætextu occupauerint, ad egeſtatem eſſe reuerſuros. Sunt qui has omninò dãnant; exiguam, & palliatam omninò iuſtitiam conniuent, aſſeruntq; neceſſarium eſſe in paruis à iuſtitia recedere; qui ſaluã eam velint in magnis. Ego vero illud ſaltem conceſſerim Principem in rebus aduerſis nõ ſpecioſa dictu, ſed vſu neceſſaria ſequi; Recedere leuiter à legibus poſſe crediderim, ſed non, niſi ſui ſeruandi cauſa, augẽdi nunquam. Neceſſitas enim magnum imbecillitatis humanæ patrocinium, omnem legem frangit, Haud nocens eſt, quicumq; ſponte non eſt nocens; verum hoc etiam timidè; Dominus ſemper aduerſatur omnem iniuſtitiã, omniaq; ſincera, ac pura appetit. Propter iniuſtitias, iniurias, contumelias,

Deceptio nõ ſuadenda.

Boni cõmunis cauſa deceptiunculæ haud inutiles.

Perfidia, & iniuſtitia omninò dãnandæ.

A legibus recedere, niſi ſui ſeruandi cauſa impiũ eſt.

llias, & diuerſos dolos ad diuerſas nationes, vel barbaras Regnū transfertur. Ex his omnibus facillimè cōſtabit; quibus in rebus ſine dedecoris, animiq; ſui detrimento mixta Prudentia Principi vti liceat.

Traduntur alia prudentiæ præcepta quæ ſub arcanis dominationis continentur.

CAPVT XXXXIV.

Conſiderantur, quædam præcepta, vti arcana dominationis.

MVLTIPLICES in gubernatione reperientur caſus, quibus Princeps ea non debet eſſe deſtitutus Prudentia, quę & in Imperij exordijs, & in progreſſu cū poſſit conſeruare, cuius rationes non tā facilè exprimi poſſunt, vt non plures dentur rerum euentus, quàm etiā mēte concipi poſſint, & rectè ordinari. Enumerantur plura arcana à Principe menti tenenda ſæpè purpura in Principem cōfertur, & ſceptrum, quia vero id ſine legum, & cōſuetudinum mutatione fieri nequit quid ergo? Hi præſto ſit Prudentia, Vmbrā ſaltē relinquendā ſuadet, ſimulacrumq; eius quod adimitur; ita poſt exactos Roma Reges, quia quædā ſacra per ipſos Reges factitata erant, nec vbi Regū deſideriū eſſet, Regē ſacrificulū Romani creauere; Iterū cū ad vnū Reſpublica perueniſſet, leuibus adhuc, & tenuibus Regiæ poteſtatis munimentis Auguſtus eacē Magiſtratuū vocabula reliquit quidē, & ipſe munia Magiſtratuū, Senatus, legū in ſe tranſtulit nullo aduerſante; Titulorū inania cōtempſit conſueta Principis appellatione contētus. Vlricus Gretanus Primus Orientalis Friſiæ Comes, cum eā dignitatem ab Imperatore Friderico Tertio inſcio Friſiorū populo accepiſſet, nec diploma in lucē producere, aut profiteri nouū honorē apud ferocē; & libertatis tenaciſſimū populū auderet, opportune rem inuidiæ plenā in aliud tēpus reſeruauit. A priori viuēdi inſtituto minimè receſſit, comis, benignus, placidus, non Domini, ſed Rectoris Friſiæ Orientalis nomen præferre, Comitis titulum prorſus diſſimulare, Generoſi appellationē interdū admittere, interdum ne hanc quidē poſcere debere; ſe talem comparare voluit, vt authoritate potiùs, quā Imperio regere, ſæpiusq; litium arbiter, quàm Iudex eſſe videretur. Quibus artibus factum, vt admirabili beneuolentiæ ſtudio, & ipſum, & poſteros populus ſemper proſecutus fuerit.

Imperia omnia,ſua, quibus innituntur,fundamenta habent, certas conditiones, & ad illas accomodatas leges, regulasque, quarũ præſidio illorum ſtat ſolus,quas arcanas Politici vocant, nemini q́, notas eſſe conuenit,niſi ijs Principibus, & qui ſecreti Senatus pars ſunt.Prudentia opus eſt,Imperia, Regnaque fama ſtant;nec è re eſt hoſtes,aut dubios amicos ſcire, quæ noſtræ vires,quæ debilitas,quæ conſilia ſunt. Carolus Quintus Imperator filio Philippo Secundo, & hæc Philippo Tertio ſecreta Imperij adminiſtrandi mandata dederũt. Apud Venetos multum maius periculum eſt,quàm nimia cum Senatoribus, & his, qui Senatui à ſecretis ſunt, familiaritas, nolunt enim illi (& ſapientiſſimo ſanè conſilio) ab externis ſuæ Reipublicæ ſecreta explorari; malunt haberi ruſtici,inhumani, contemptores, quàm Reipublicæ ſecreta aperire. Cõſiderãtur leges pp̃riæ Imperij.

Bello inuictos pace vincere ſæpè ſummum arcanum eſt, & Princeps,qui ſe in re tãta benè geſſerit, feliciter etiam rem perfeciſſe dijudicabitur.Si remittatur bellum,iam ſua vitia erunt,& facilis ſemper,vbi diſſidijs erit locus,victoria. Simili conſilio callidiſſimus dolorum inuentor Tiberius Germanicum monet, ſe nonies à Diuo Auguſto in Germania miſſum plura conſilio,quã ui perfeciſſe;ex quo eos inſtrui belli artibus in noſtram perniciẽ verum eſſe comperitur, cum quibus aſſidua & cõtinua bella gerimus. Turcarum Imperatores nunquam diuturnum cum Chriſtiano aliquo Principe bellum gerunt,duplicem,opinor,ob cauſam,tum,ne innumerabilibus exercitibus,quibus diù alẽdis nulla Regna, nullæ prouinciæ ſufficere poſſunt,ſubacti populi ità affligantur,vt longum poſt tempus ſpiritum, atque vires recipere nequeant,adeoq; imperantibus inutiles ſint, tùm ne lõgo bello fortem,& ad omnia intentum hoſtem efficiant,-vtq́: poſteà redituris ſecurum,& pace emolitum adoriri liceat,& ipſi veteranum ſemper militem,noſtri nouum inexpertumq́; habeant, tùm deniq́;, quia longa didicerunt conſuetudine male ſanum eſſe conſilium;gentes numero infinitas locorum ſpatia immenſa percurrere,quæ deindè diutius obtineri nequeãt; corpora enim noſtra pingueſcunt edendo pauca,& benè digerendo, vomitu reddũt, quæ ſupra ventriculi vires ingerunt.Subactæ gentes,nõ eodem, quo vincuntur prælio, domantur. Tempore induſtria,pace opus eſt.Deniq́; verendum quoq́; Turcis eſt, ne nimijs progreſſibus, & ſuſpecta finium propinquitate Principum Chriſtianorum alto ſomno ſepultorum potentem indignationem in ſe concitẽt; eaq́; fuiſſe cauſa creditur, ob quam iam ab vltimis in Hungaria bellis deſtiterunt Turcæ,ne ſcilicet Viẽnæ fortiſſimi Germaniæ, & Italiæ propugnaculi amiſſio Germanorum, & Italorum terribilem vim irritaret. Pax ſũmum remediũ vincendi inuictos.

Digitized by Google

Cōſideratur aliud remediū penitus dumnādum.

Dominationis Regiæ arcanum eſt illis Populis, qui nec omnimodam ſeruitutem, nec libertatem ferre poſſunt, conniuere primis ſeditionum furoribus,& cum prohibere poſſet,locū dare ſceleri,vt poſtea tanquam iuſtà vindictà ſpoliari poſſint immunitatibus,priuilegijsq;, quibus veluti acutiſſimis ſpinis Principum animi exulcerantur. Magna erant iura,libertates,ac immunitates Aragonenſium,quas ipſi poſt Hiſpaniam à Iuliano Comite ob ſtuprum filiæ à Roderico Rege illatum proditam, & tot annis à Saracenis poſſeſſam iuris ſui effecti ſibi dixerunt,condito ſupræmo Magiſtratu,qui ſecūdum eas ius diceret; poſteà Reges elegerunt,qui flexisgenibus, & capite aperto, tactis ſacroſanctis Euangelij pagellis coràm Magiſtratu eas ſe ſeruaturos religioſo ſacramento obſtringebantur, antequam proceres, ac Magiſtratus obedientiæ iuſiurandum præſtarent.Elapſis poſteà temporibus electione ſublata leges à gente petitæ, libertatis leges denuo confirmatæ ſunt, lege Vnionis ob id condita, cuius præcipuum caput erat, vt ius ſit ordinibus, ſi Rex patrias leges violet,nouum in eius locum decernere,& citra crimē Maieſtatis ad tuendam libertatem fœderationes inter ſe, & cū vicinis Principibus inire, item licere ipſis ſumere arma contra copias externas in Regnum ad illud deuaſtandum ingreſſas, etiam ſi Rex ipſe,aut Princeps eius hæres eas introducat. Id durū cum Caſtellenſibus videretur,qui Reges legibus ſolutos colunt, Ferdinando Aragonio, qui Iſabellam Caſtellenſem in vxorem duxerat,perſuadere voluerunt,vt eas leges tanquam Regiæ dignitati aduerſas antiquaret; verū ille,inſita,ſiuè modeſtia, ſiuè diſſimulatione prudentiſſimè reſpondit fide ſe religioſè data prohiberi quominus,id faceret,& alioqui ſic exiſtimare, ęqua lance potentiæ Regni,Regisq; ſalutem publicam contineri, & ſi contingeret aliquando alterum alteri præponderare, proculdubio alterius,aut vtriusq; ruinam ex eo ſecuturā ; ſed Philippus Secundus Rex, ſicut ex priuatis Antonij Perezij odijs occaſionem Eſcouedium è medio tollendi captauerat , ſic ex Perezij calamitate, quæ ſeditioni Cæſarauguſtanorum (quippe Aragonius erat Perezius)cauſam dederat, priuilegiorū Ciuitatis imminuendorum,quibus iampridem inſidiabatur, commoditatem ſibi oblatam arripuit,& exercitu ſumma celeritate conſcripto, miſſoq; in Aragoniam,atq; ſublatis e medio libertatis vindicibus,& formato Inquiſitionis palatio, quod extra moenia vrbis erat,& tanquam arce vrbium idoneo præſidio impoſita, populi Iura,ac libertatem infregit.

Zelotypia ſummū dominationis arcanum.

Arcanum dominationis Regiæ eſt inijcere alteri zelotypiā, cuius quaſi artifex peritiſſimus fuit Coſmus Medices Hetruriæ Dux,eoq; præcipuè Senarum vrbem ſuæ ditioni adiecit.Primitus

tus apud Philippum Hiſpaniarum Regem,qui vrbe illa potiebatur, egerat, vt ſibi pecunia in rem Caroli Cæſaris commodatã reſtitueretur,aut loco eius,Plumbinenſis ditio traderetur,reputatis deindè ſumptibus,quos in bellum Senenſe impẽderat, ſpẽ de vniuerſa Senenſi ditione occupanda concepit,quàm cogitationem ille,ne fidem ſuam ſuſpectam Hiſpanis redderet, prudẽter diſſimulauit,petitionibus ſuis crebro renouatis, & de Plumbino tantum facta mentione,tempus ſcilicet idoneum, quo declarandæ voluntatis occaſio ſe ſe offerret,operiens, quæ etiam pauco elapſo ſe ſe obtulit tempore. Etenim cum ex litteris Oratoris ſui,quem Romę habebat,& Albano Duce reſciſſet Philippum,cui tunc cum Pontifice, & Caraffis bellum erat, ab armis cum Pontifice omninò diſcedere, eiq; Senenſem ditionem tradere velle,primum cum Albano,cui id negotium à Philippo cõmiſſum erat,egit,vt rem minimè in præceps traderet; miſit deindè ad Regem Ludouicum Toletanum,qui poſt repetitam meritorum Coſmi ſeriem modeſtè ijs nullam rependi operam queſtus eſt, tùm quantum & ipſius Regis, & Coſmi rebus allatura ſit detrimentum Senarum in Caraffarum manus conſignatio, largà,effusèq; diſſeruit,quos non tàm recentis beneficij, quàm veteris iniuriæ memores noua potentia auctos vniuerſam Italiã magno cum Regis incommodo turbaturos facilè conſtiterit; Coſmo vero, & ſi vniuerſa pecunia debita exoluatur, minimè cautum eſſe,ſi cogatur eos admittere vicinos,quos vt Regis cõmodis inſeruiret,tanquam hoſtes hactenus perſecutus eſt, proindè eum non poſſe tuto reſtituere,quæ in Senenſi ditione poſſidebat,vt Caraffis tradantur, quæ eadem tamen ſemper reſtituere paratus ſit,modo ea in Philippi poteſtate permaneant. Quod ſi vero certum eſt Regi rem Senenſem ab ſe abdicare non poſſe ſine maxima iniuria in alium,quam Coſmum transferre, petere igitur eum,vt quando res ſuæ non amplius ferant, vt diutius in incerto dubij euentus ſalo fluctuent, quid ſuæ voluntatis ſit, Phillppus definiat. Eodem tempore,quo Coſmus Toletanum ad Regem miſerat, Romæ famam ſpargi curat, quaſi perpetuis Hiſpanorum deluſionibus irritatus Galliæ Regis amicitiam expeteret; Philippus igitur,qui rem ſerio agi crederet, rebus ſuis in Italia,quibus ſiuè euertendis,ſiuè fulciendis magnum momentum Coſmus afferebat,timere cæpit. Nutabant enim tunc temporis res Hiſpanorum in Italia,Hinc Briſſaco Duce, Galliæ Regis in ſubalpina regione progreſſus in dies faciente,hinc Guiſio in Regnum bellorum motibus obnoxium irrumpẽte,aſſenſit, vt Coſmus ſuo beneficio Senenſem ditionem poſſideret.

Non omittendum etiam illud arcanum, vt qui iuſta de cauſa alios repentino bello adoriri, aut aliorum in ſe impetum remorari

Sæpè pax ſuadetur vt aduerſarius irrideatur.

rari volunt,pacem,& concordiam ſpecioſis,& irritis nominibus iactent, vt miſſis legatis,aut ad ſe miſſis detentis, aduerſarium ludificent.In promptu eſt exemplum Philippi Hiſpaniæ Regis, qui Cardinalem Riarium à Pontifice ad ſe miſſum,in itinere per præfectos ſuos magnificè excepit,ludiſq; ac ſpectaculorum varietate tamdiù detinuit, donec Albę Dux Luſitaniç Regnum de cuius controuerſia ſuſceptione Pontifex ſibi cognitionem arrogabat,ſubegiſſet.Nec minoris eſt ponderis illud Coſmi Medicei Saluiatum, & Ridolphum Cardinales, ne recens iacta Imperij fundamenta conuellerent, extra vrbem per amicos detinentis; Deniq; noſtris etiam temporibus in celeberrima Oſtendę obſidione Albertus Arcidux hoc modo à prçſidiarijs deluſus eſt;Cũ enim inditias pepigiſſent, quaſi de deditione acturi;dũ ſimulant colloquium, furtim quinque cohortes auxiliares cum ingenti comeatus vi intromiſſę ſunt.

Sũma vtilitas Potẽtiorũ remediũ.

Cõſilijs,& aſtu res externas moliri, inſtructum militẽ procul habere eſt arcanum magnifaciendum, ita pacis artes, & externarum rerum ſine ferro molitio debilioribus neceſſario, maioribus conſulto ſępè vſu venit; nam multum ad ſuſcipienda conſilia valet ſe ipſum noſſe, atq; Imperij ſui vires excutere, vt qui bello ſe imparem animaduertit, pacis artibus ſe tueri ſciat; & magnorum quoq; Principum ea interdum cognitio eſt, vt altum potius,quàm armis res hoſtium ſubuertere, rebus eorum magis cõducat; Quod quibus modis vtrobiq; fiat,videndum eſt, quibuſdam proficit conſtanti pace arcere vim, quàm armis nõ potuerunt. Amalaſunta Gothorum Regina Iuſtiniani legatis reſpondit nolle ſe armis contendere,nec de non aduerſante victoriam fore decoram.

Pecunijs plures remouẽtur tẽpeſtates.

Proxima huic debiliorum ſapientia eſt, Potentiorum patrocinium ſubire.Piſani,Aretini,& Florentini olim, cum ab externis hoſtibus ſibi metuerẽt, ſuarum vrbium dominium in annos quinq;in Robertũ Regem Neapolitanum tranſcripſerũt, & alio tempore Florentini ad decennium Carolo Calabriç Duci ſe ſe addixerunt. Senenſes Io: Bohemię Regi & Genuenſes triennio ante Carolo Franciç Regi ſe ſe dediderunt.Lucenſes, & Genuẽſes hodieq; Hiſpaniarum Regis patrocinio tutiores ſe putant, quam parato,& ſemper in caſtris exercitu.

Aliud reperire eſt arcanum,quo Florentini ſępè vſi fuere, cũ pleraſq; belli tempeſtates ipſis pecunijs à ſe longe remouere eſſent ſoliti, auro enim libertatem contra ferrum defendebant. A quo inſtituto,cum vltimis illis bellis,quibus Medicei in vrbẽ reſtituti ſunt,per auaritiam receſſiſſent, Rempublicam perdiderunt; conſtat potuiſſe quadraginta millibus aureorum nummũ Cęſarem, & exigua ſumma Neapolitanum Proregem ſuę vrbis

patronos

patronos facere, ſed ſeù negligentia, ſeù peruerſo Petri Soderini cõſilio diuerſum res nacta eſt exitum pro omnium votis. Vnde Medicei Hiſpanis viribus ſubnixi, & coniuratione ſuæ factionis in vrbem redierunt.

Pluribus etiam familiare fuit, quod ſuis viribus non potuerunt, fœderata ſibi iunctaq; aliena potentia conſequi. Verùm hæc ſuis locis explanabuntur. Pacta verò inter quaſdam conuentiones, ne quem nimis magnum velint, obtinere, ſummum exiſtimatur arcanum. Qua in re celebrata valdè eſt Laurentij Medicei prudentia, qui cum Reipublicæ ſuæ periculoſum animaduerteret, ſi vnius ex Italiæ Proceribus opes nimium augerentur, omni adhibito ſtudio, vt res Italiæ in eâ æqualitate conſiſterent, ne in hanc magis, quàm in illam partem propenderent, omni ſtudio curabat; quod quidem, quia ſine pacis conſeruatione obtineri nullo modo poterat, enixè contendebat, ne alicubi ſemina bellorum ad maturitatem peruenire poſſint, ſed in ipſis initijs reprimerentur.

Equilibriũ ſummũ Imperij fulcrũ.

Alia Principum ars fuit rixas inter alios populos ſerere, quod ſemper iniquum exiſtimaui, & licet Manuel Comnenus diſſidia inter Pontificem, & Fridericum Imperatorem aluerit, nec vlla fuerit in Italia, cæteriſque Imperatorijs ditionibus Ciuitas, in quâ aliquem ſuæ deuotioni non addictum habuerit; tamen ea plurimi excidij ſemper fuiſſe videmus, & cognouimus.

Serere rixas ſæpè vtile.

Simile huic artificium eſt aduerſum eum hoſtem excitare, cuius in nos impetum timemus. Hoc modo Michael Paleologus à Carolo Cæſare bellum metuens Siciliæ Regem, & Venetos in illum excitauit, exemplo Artaxerſis, qui Ageſilai impetum formidans, Thebanos, & Athenienſes ad bellum contra ipſum commouendum impulit; nec iniq; hunc in locum reuocandum cenſeo Alcibiadis conſilium, quo Perſarum Regem ea docuit, eatenus bellum inter Græcos ſuſtinendum, ne inopia deſeratur; domeſticis bellis Græciam obterrendam; inferiores auxilio iuuandos, non tàm, vt vincant, quàm ne ſuccumbant.

Ex aliqua iuſta cauſa.

Hæc ſunt, quæ à Politicis arcana dominationis Regię dicuntur, quæ vtiq; Tyrannidis ſemper potius erunt arcana dicenda, iis tamen ſapienti Principi, prout neceſſitas, optimuſque finis ſuggeret, vtendum cenſeo.

Alia quædam præcepta ad ciuilem prudentiam ſpectantia, traduntur.

CAPVT XXXXV.

MATVRAE Principum deliberationes, Principis ſemper commoda reſpiciant. Quocirca, nec amicitiæ, nec fœderibus, nec affinitatibus, nec cæteris quibuſcumq; rebus certa ſpes adhæreat, niſi eius, quo cum tractamus, agatur vtilitas; Malorum exordijs antequam inualeſcant, occurrendum eſt, quod eius

Conſideratur Prudentia in exiguis rebus.

præcipuè fiet; ne contra improuiſa, quæ ſi oportunis ſemper remedijs parat iſtimus. Quod ſi imminentis mali acerbitas longè ſit ſuperior viribus, tempus interponat, quo res, earumq; qualitates mutari ſolent. In conſultationibus, ne illud in Principis mentem veniat poſſe eum omnia incommoda declinare. Vt enim in inferioribus huiuſce rebus nihil vnquam, niſi ex alterius corruptione generatur, ita cuicumq; ordini perturbatio quædam, & cuicumque bono alicuius mali ſpecies admiſcetur. Nec vti minima negligenda putarem; malum enim exiguum in ſemine temporis beneficio ſurgeſcit, ac niſi quis celerrime elidat, fit tandem exitioſum; ſæpè è leuiſſimis aquæ vaporibus nubes è nubibus verò atrociſſimæ tempeſtates, & procelloſi fluctus repente excitantur. Nec ardua multa, & difficilia ſimul aggredienda arbitror; plurima facilè quis incipiet, perficiet nulla, acquiſita diligenter prius firmanda, & ſtabilienda ſunt, quàm noui aliquid audendum; facilis non ne eſt caſus pede nondum rectè fixo? Sapienter ſe Princeps ille gerit, ſi primo ſui Principatus exordio ab omni abſtineat cupiditate; omnia enim Imperia, pace, qua ſtabiliuntur opus habent. Ferdinandus Aragonius, quamquam cauſas haberet iuſtiſſimas bello petendi, Ludouicum Sfortiam, nunquam tamen quidquam deliberatum voluit, ne quietem Italiæ, quam rebus ſuis neceſſariam videbat, turbaret; Quem finem ab eo tempore poſtremo, quo capta Florentia eſt, ſemper propoſitum habuerunt Italiæ Principes; ideoq; omnes exſurgentia bellorū ſemina vix iàm herbeſcentia ſecuere, & Galliæ Regibus ſpes omnis recuperandi in Italia olim poſſeſſa præciſa; Potentior à Principe non facilè eſt laceſſendus, ſæpè vrgentur maiores non

Minima nō ſunt negligenda.

Ardua ſimul & difficilia non ſunt tēanda.

Potentiores nunquā ſunt laceſſendi.

à

à recta Principis voluntate, qui ſuam quietem perturbare velit, ſed ab alicuius à latere poſiti monitis, qui quo magis in Principem diſcrimen ponat, eo benigniorem fortunæ aſpectum ſibi futuram exiſtimat; Ex commotis Oceani fluctibus conchilias expiſcari opinatur; & ſæpè Princeps ſua credulitate eo aduehitur, vt variarum calamitatum ſcopulos, & videat, & experiatur.

Summa etiam erit Prudentia bellum aduerſus vnicum Principem gerere. Qui Romanorum, ac Turcarum geſta obſeruauere, eodem tempore eos vnico tantum bello intentos fuiſſe conſpexere. Potentiorum iniuria diſſimulationem potius, quàm vltionem expoſcunt, & certè, qui maiorum iniurias vlciſci ſtuduere ſui tandem mortem, ac exitium ſubiere. Non deſunt exẽpla, quæ ſanè oſtendunt, diſſimulationem ſępè profeciſſe, vbi nimia opinio ſui admirationem non tulerit; fortunæ arbitrio ſe committere indignum eſt Principi. Superiori æuo Proſperi Columnæ, Franciſci Mariæ Vrbinatis Ducis, Ferdinandi Toleti Albæ Ducis, & inprimis Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis hoc in genere ſingulare eſt præconium. Re deliberata, & ſuſcepta omnis cunctatio abijcienda eſt, quæ nihil aliud, quàm perturbationem, aut impedimentum afferre poteſt. Cum potentibus rebuſpublicis amicitiæ & fœdera non facilè rumpenda, niſi ingens quædam vtilitas, & certa ſe ſe victoria oſtendat; libertatis enim amor tàm altas in eorum, qui eius dulcedinem experti ſunt, radices egit, vt extirpare eas omnino ſit difficilè, & Principum quidem conſilia, & conatus vna cum ipſis moriuntur, at liberarũ ciuitatũ inſtituta, & deliberationes immortalitatẽ ferè cõſequuntur. Paci ita non eſt fidendum, vt quælibet armorũ cura interim abijciatur. Pax enim ſine armis infirma nimis eſt, & inſidiantium furori obnoxia, Conſtantinus Magnus paci nimium fidens, deductis paſſim e limite præſidijs, interiorem barbaris Imperij aditum patefecit. Illud pro certo habeat Princeps in rebus gerendis celeritatem magis, quàm vires prodeſſe; Celeritas enim ex improuiſo ferit, at vis facilè præuideri poteſt; Illa aduerſarium perturbat, & implicat, hæc rumpit, ac proſternit. At facilius eſt perturbare, ac deinde rumpere, quàm expectantem, ac paratum inuadere, ac proſternere Iulius Cæſar ciuile bellum trecentis cum equitibus, & quinq; peditum millibus auſpicatus eſt, at incredibili celeritate hoſtes oppreſſit, & omnibus opportunitatibus excluſit adeoq; ſexaginta dierum ſpatio totam Italiam occupauit; Illud quoq; certo ſibi perſuadeat Princeps magnas res prudentiæ quadam cunctatione potius, quam impetu geri; Impetus enim res vi frangit, ac cunctatio ſiue longaminitas perutilis admodum, ad quæq; præclarè expedienda, dum oportunum ſuppetit tempus; Atqui facilius eſt inualidũ quid-

quam

Potentiorũ iniuriæ diſſimulationem expoſcunt.

Quam cautè in rumpendis fœderibus gerere ſe debeat Princeps.

Paci non ſemper eſt fidendum.

Celeritas ſummæ vtilitatis.

Sæpè enim cũctatio ſummę vtilitatis

PRINCEPS
COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI
De auctoritate Principis:
Liber Octauus.
Quomodo Principis auctoritas comparetur, ac conſeruetur.
CAPVT PRIMVM.

PRINCIPIS auctoritatem ſuum habuiſſe ortum ex admiratione, & metu quilibet non difficulter iudicabit; opinio enim concepta reuerens eſt in mente ſubditorum, vel extraneorum de Principe, cuius maieſtas incolume ſemper Imperium fortiter tuetur. Vulgus & Populus facillimè inſoleſceret, niſi aliquo legitimo metu cohiberetur; niſi adeſſet hæc opinio, aſſidua lenitas contemptum induceret, quo nulla miſerior peſtis in Principatu, quemadmodum & in domeſtica gubernatione potiſſimum hoc ſæculo, quo mores deprauati ſunt, & facilè peiores efficiuntur, vt neceſſum ſit admittere dictum Saluſtij, aut habendum, aut faciendum metum eſſe; Eſt itaq; hęc auctoritas velut anima Regni, quæ efficit, vt plerisq; mortalium millibus vna Princeps anima præſideat, nonnunquam, & ipſa quaſi ſenex, & inualida, quia & vires Imperij in conſenſu obedientium ſunt; Immo cuiuſcumq; generis ſit ſtatus Reipublicæ, fundamentum præcipuum in eo ſitū eſt vt erga Præpoſitos obedientia ſeruetur: Obedire autē dedignatur ei, quem quis contemnit; ei autem, quē Maieſtate, aut aliqua virtute ſibi ſuperiorem eſſe exiſtimat facilè obtemperat; quia naturali lege id nobis inſitum videtur, vt inferiores ſuperioribus pareant, & qui præſtant alijs ingenio, & iudicio alijs pręeſſe mereantur. Fama itaq; eſt Principi curanda; tàm enim huius, quàm ſalutis ſuæ cuſtos eſſe debet, non vt in re inani ſiſtat. Quorſum enim tam magnus inanem captaret vmbrā? ſed vt laudabili nomine ad Populi ſalutem vtatur; ſi enim pecuniam cōquirere, hor-

Ex admiratione, & metu Principis auctoritas promanat.

Regni anima eſt Principis auctoritas.

Fama Principi valde eſt curanda.

mines occidere ob publicum bonum poſſimus; cur non & in eū vſum famā quærat Princeps? Ager laudibus fertilior haud redditur, & vmbra corporis comes corpus tutius nequicquā facit; Id tamen ſola fama Principem tutum, & ſaluam Rempublicam efficit. Plura opinione, quàm re geruntur. Quid enim ſi de Principe tanta opinio, quæ præſentia pericula diſſipet, vt inimicus laceſcere non audeat? qui ſolo terrore bella alioquin grauiſſima facillimè conficiat? Cum Curiones, & Populares victi obtrectando Rempublicam labefactant & quatiunt, cur eam ſua non ſeruabit laude Princeps? Nec clam eſt Principum famam odiorum flammis amburi, inuidentiæ nube obſcurari; ſemper enim ſunt, quos neceſſario Princeps offendit, qui bene de eo, cui merito ſe iraſci putant, loqui non ſolent; laborandū eſt ideo Principi, vt fama publica voculas priuatorum opprimat; celerrime paratur, amiſſa non redimitur; ſemel firmata etiā contra vitia perdurat. Hæc autem triplici modo comparatur, forma nimirū Imperij, moribus imperantis, Potentia Imperij.

Mirū, quā efficax recta de Principe opinio.

Porrò Imperij formam neceſſe eſt, vt ſit ſeuera, & conſtans, & adſtricta. Seueram exigo; nā lenitas contemptum facit, qui potiſſimum eſt auctoritati infenſus. Non pati debet Princeps hebeſcere aciem ſuæ auctoritatis; ſēper enim erit ſalutaris ſeueritas, cum Reipublicæ cauſa adhibeatur. Si ſerpet malum in brachium virulentum, præſtat vel ipſum digitum præcidi. Semper tamen erit, vt dictum eſt, cum de clementia fuit actum, grauis ſeueritas, niſi cum intermiſſione fiat; Animaduerſionis namq; tenuitate Ciuitas magis ad priſtinos reducitur mores, vt propterea ſi pœna ad paucos, & metus ad omnes perueniat, & vnius improbi ſupplicio multorum improbitas coerceatur; Quid ſi crebra nimis & peruicacia vitia, tunc crudelem medicum intēperans æger faciet.

Quanā Imperij forma. Seuera prius exigitur.

Conſtantem etiā voluerim Imperij formam. Poſitæ ſemel leges conſtanter ſeruandæ ſunt, nec vllæ earum immutandę. Nam quæ in ſuo ſtatu, eademq; manent, & ſi deteriora ſunt, tamē vtiliora ſunt Reipublicæ illis, quæ per innouationem, vel meliora inducuntur; & ſanè, niſi manifeſtò appareat nouam legem fore præſenti temporum conditioni commodiorem, nec noua incommoda ex illa mutatione oritura, non facilè eam immutandam cenſerem; quamuis etiam illius antiquatio in ſpeciem commoda videretur; idque pluribus adductus rationibus aſſerere audeo. Quia videlicet nouitas ſemper ſuſpicionem, ſuſpicio vero gignit querelas; indè commotio populi, aut ſaltem optimatum ſuboritur; ſicut enim veterum legum abrogatio non paucis detrimentum affert, ità noua lex, quibus prodeſt, eorum nullam cum legiſlatore init amici-

Conſtans.

tiam,

tiam, quinimo ſuſpectum reddit, pauentemq́ue ingerit animum ne inter tot rerum mutationes, & illa mutetur, atq; adeò, quibus onerosa eſt mutatio, damnum inſolidum Principi imputāt; quibus verò lucro, & honori eſt, quia nullam ſui rationem in communi lege putant habitam, non exiſtimant ſe vllo beneficio obligatos eſſe; quæ enim in communi dantur, ea deberi ſibi quiſq; iudicat. Non expedit inualeſcere eā opinionē in ferēda lege non publici cōmodi, ſed priuati fauoris à certo hominū genere habitā eſſe rationē. Hæc enim opinio odij, diſcordiæq; fomitē ſuggeret, & eos quoq;, quos iuuat, vel cū inuidis offendit, ideoq; inuiſos efficit. Res itaq; periculi plena nouā ferre legem, non modo apud Locrenſes, vbi adſtricto collo laqueo legē ſuadebāt, vt niſi perſeueraſſent continuo, cōpreſſa gula ſuffocarentur, ſed in omni Republica, quia plurimos offendi, nullos, niſi leniter, cōciliari neceſſe eſt. Altera quoq; accedit ratio ex ingenij humani imbecillitate, & tenui prudentia, quæ legis, qua vtitur, offenſiones animaduertit, ſed alterius, quā meditatur, præcidere omnes non poteſt. Nouarum legum cupidis vſu venire conſueuit, quod ijs, qui via difficili, & confragoſa iter carpunt, qui felices eos prædicant, quos leni agmine aquarum ſecundo fluuio delabi cernunt, ſua mala alienis bonis comparant; at vbi ventos vrgere, iactari cymbam, impelli in arenas, allidi ad ſcopulos animaduertunt, iàm in alieno periculo gaudent. Neceſſarium ſemper eſt illius præceptum, qui Reſpublicas, leges, & inſtituta ſæpè ad ſuorum initiorum vigorem reduci iubeat. Nulla prudentior ratio, qua Reſpublicæ ſeruantur, nulla Medea huius Aeſonis ſenium felicius reiuueneſcere fecit, quàm, ſi qui temporum, & hominum prauitate contracti ſunt næui, oportunè emendentur: & leges veteres, ne illarum contemptus, aut obliuio obrepere poſſit, nouis ſanctionibus muniantur. Quemadmodū enim corpori humano per ſingulos dies aliquid vitij accreſcit quod, niſi tollatur, mortiferum tandem inducit morbum; ità Reſpublicæ ſenſim à primo robore, primaq́ue ſua conſtitutione abſcedunt, ad quàm, niſi reuocentur, ſenio miſerrimè confici neceſſe eſt. Hinc eſt, vt Veneta Reſpublica mortalitatem effugiſſe videatur, non alio maioris inſtituti beneficio, quàm inſtaurandarum, corrigendarumq́ue legum ſedulitate, qua, ea cuncta, quæ labare videbantur, miro ſemper artificio ſuſtentauit. Ad priſcū morem Collegij decemuiralis auctoritas iā multos ante annos prouecta fuerat, vt limites, intra quos ſe olim cōtinuerat, tranſgreſſa, immodica, nimiumq; ſe efferrente poteſtate terribilis eſſe liberę ciuitati inciperet. Illo pręſertim anno multa legibus aduerſa facta dicebantur, publica pecunia ambitioſè in plebeiorum hominum gratiam effuſa; patritij plerique maiorum comitiorum

Quā perniciosa legum mutatio.

Sæpè ad initia reducend.

Quemadm. ...

ſum lege ſoluti;alij,qui ob ætatē arcerētur,vel tempus,quo poſt exactos honores ad alios capeſſendos minimè idonei ſunt, nōdum exegiſſent,ad Magiſtratus admiſſi;deniq; cuncta ferè ad ſe nullo refragante tracta,ſed re maioribus comitijs agitata certis limitibus incluſa decemuirorum poteſtas eſt; ne noxia Reipublicæ eſſet.

Niſi neceſſitate aut vtilitate cogente noue leges minimè ferendæ.

Quando verò publica ſuadeat neceſſitas,aut vtilitas, tūc licet procuIdubio nouā legē in re grauis momenti rogare.Nā cum in eas anguſtias peruenerimus,vt aut violatis legibus Reſpublica, aut ſolutis legibus interitura ſit,poſt habitis legibus neceſſitate parendum eſt.Maioris noſtri res ſuas ad ſæculi, quale tunc erat, genium curauere;nobis pro diuerſitate temporum, in quæ incidimus,interdū pro ſalute eſt à mente eorū,& conſilijs ſe reuocare. Vt & temerariæ ſuperbiæ non alienum; exiſtimem vbiq; negligere auitam prudentiam, & abſurdum reuerentiæ genus eſſe, quod nos perpetuo illorum inſtitutis velit addicere.

Sępè etiam conſtantia pernicioſa.

Hāc cōſtantiā vtiq;,non tā, vti in legibus; firmā voluerim cū ſæpè neceſſitas aliud poſtulet,neq; in Magnis Principibus, neq; in alijs,quorū magnitudo non armis, non vera potētia nititur, ſed ſola fama,ſola hominū opinione; ij nunquā vires ſuas ancipiti periculo cōmittere debent, ne Elephantū more,qui, vbi ſemel ceciderint, inualido ſunt ad reſurgendū niſu, amittāt auctoritatē,quā ipſis tribuebat publica gentiū veneratio. Parū enim ſine viribus maieſtas eſt,nihilq; contemptius, neq; infirmius,ſi ſint,qui cōtēmant:Indeq; his neceſſe eſt pondere,quo præmuntur,flecti;ne opprimantur.Quamquā enim ſummā Princeps auctoritatē,& dignitatis rationē habere debeat, nec quicquā Maieſtati tā infeſtū ſit,atq; contēptus, ineptiſſimi tamen illi auctoritatis iactatores etiā in minutulis quibuſcumq; rebus meritò ſunt habendi,quibus dignitatem Principis ſine Regni ſalute ſaluam eſſe poſſe ſtolide perſuaſum eſt, quiq; nimis modicè animaduertunt huiuſmodi conſilijs dominos plerumq;regnorum iactura multari, euerſoq; Principatu Principem minimè eſſe poſſe. Quanto ſatius eſt,rei ſummam cedendo, aliquid de iure ſuo remittendo, non omnia intempeſtiua auctoritate denegando ſeruare, quàm eandem pertinaci, & inconſulta ſuperbia peſſūdare, omnem ſecum dignitatis exiſtimationem in extremam ruinam protractacturam. Non eſt flagitioſum in vrgenti neceſſitate hoſti cedere, multo autem fędius ſtando, pregnandoque temere Rempublicam in periculum conijcere. Dixi in magnis Principibus non vtique ſemper laudandam conſtantiam, quæ ſæpiſſimè offendit. Aliqua reprenſione plurimi afficiunt Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis rigorem Maximiliano Cæſari reſpondentis propugnaturum ſe omni ratione, ac

Quam malè conſulāt qui da aſſentatores.

Cōſideratur aliquod in commodum conſtantiæ.

modo

modo auctoritatem ſuam, facturumq; potiùs rerum ſuarum iacturam, quàm, vt quicquam de benignitate ſua decedere patiatur; Sed quale fuerit detrimentum Regi hæc aſperitas, certiſſimus rei euentus edocuit. Apud omnes Belgici belli ſcriptores conſtat Alexandri Farneſij inuictiſſimi Ducis prudentia, moderatione, atq; conſilijs à priorum Gubernatorum ratione diuerſis reliquias Belgij Regi ſeruatas; immò recuperatas quemadmodũ ex diuerſo auctoritati Albani Ducis omnes mali cauſas adſcripſere, quem populorum illorum nec totam libertatem, nec totã ſeruitutem ferre aſſuetorum rabiem concitaſſe ſcimus. Atque ita ferè euenire videmus, vt poſtquam vehemens aliquis, & imperioſus Appius rem Imperio agendam cenſuit, laſciuire magis plebem, quàm ſæuire, vnoq; arrepto, aut altero pacatum in cæteros arbitratus, ex amicis dubios, ex dubijs hoſtes fecerit, tandem ad Seruilij, aut Quintij alicuius popularitatem confugiendum ſit, qui blanda oratione, & lenibus remedijs animos concitatos mulcere, ſuſpiciones eximere, parteſque conciliare poſſit. Mire huc facit ſaluberrimum illud conſilium, quod olim Maximilianus Secundus Imperator Henrico Tertio Galliarum Rege Viennæ apud ſe diuertenti dediſſe perhibetur. ſucceſſorẽ illius, qui cum ciuibus ſuis bella exercuit ciuilia, nec dùm finita primis regni auſpicijs debere omnibus pacem dare, clementiam noua Imperia inchoantibus ſemper vtilem oſtendere, ſic enim funeſtam præteritorum memoriam ſepeliri, & eorum culpam ab vniuerſis in proximè maiorem reijci. Mocenicus quoq; Venetiarum Dux, eũdem Henricum, cum Venetijs eſſet ad inteſtinas diſſenſiones tollendas, ſubiectos beneficijs demulcendos, pacãdosq; animos adhortatus eſſe dicitur. Quod conſilium cum Hẽricus neglexiſſet, qui viuo fratre Carolo digniſſimus Imperio habitus, & omnium votis expetitus fuerat, conuerſa omniũ voluntate ſtatim aliquale ſui faſtidium fecit. Qui temporibus obſeruientem Prudentiam oppugnare arbitrantur, longè profectò aberrant; Nulla dote, nullo genere mortalitas propius accedit ad naturæ diuinæ ſimilitudinem, quàm miſerendo humanæ imbecillitati, ignoſcendo erroribus, & iniurias obliuiſcendo. Qua arte, qua virtute maiorem ſe diuinioremq; ſubiectis facere Princeps poſſit, quàm ſi videant, ſentiantq; omnia illum ciuium ſaluti poſt habere? Inualeſcit hæc maieſtas, dum remittitur, maior fit, dum negligitur.

Notatur optimũ Maximiliani Secũdi Imperatoris conſilium.

Imperij formã numeris omnibꝰ abſolutã poſui, ex qua ſcilicet rei sũma omnis pẽdet. Curãdũ enim Principi eſt, vt omnibꝰ innoteſcat eũ eſſe, à quo omnes pẽdẽt, eũq; arbitrũ rerũ iure, ac nomine regio; Verũ enim uero aut Princeps auctoritatem Senatui, aut Magiſtratibus demãdat ſi Senatus ille ſit, qui plurimũ ſe poſ-

Imperij formã adſcriptã eſſe debet.

ſe arbitretur, cauſas magni ponderis Principis firmet auctoritate; ſi leues, illius reſeruentur iuditio diſcutiendæ, Hæc tàm parta eam, quàm ſubditi concipiunt, opinionem non lędunt; Aut negotia pœnam, ſiuè præmium reſpiciant; Profectò, quæ odiũ concitant, ſit Magiſtratus decernere, cum læta, & minimè pœnam inflictura Principi conferenda reſeruentur; hæc beneuolẽtiam, vti ea, concitant odium; Regnum certè non eſt, quod ſanctius ſit hoc iure adminiſtratum, quàm Galliæ; Senatus, ſiuè Parlamentum, qui pœnas animaduerſioneſq; infligit, atq; decernit, vt Regi maiora noſcenda reſeruentur, ac cernenda, quominus Magiſtratuum vtetur opera, magis ſuam tuebitur auctoritatem, Inſtrumenta ij magis executioni, quàm deliberationi erunt deſtinata; De Iuſtitiæ adminiſtris nullus hic mihi eſt ſermo, ſed de ijs, qui alijs funguntur muneribus, ſaltemq; Principis auctoritati ſatisfaciunt, cuius acies nunquam hebeſcet, ſi eo omnia negotia redigantur, vt non aliter ratio conſtet, quàm ſi vni reddatur; Vt enim Princeps, qui præditus eſt ingenio, nil deterius efficit, quàm ſi ſe vni regendum tradat; ità nil incautius effici opinor, quàm ſi optimis miniſtris ſummam quaſi adminiſtrationem tradat, quibus tantum adiutoribus, ac conſultorib. Imperij regimem poſſit, ac debeat ſuſtinere, Præceptis Burri, Senecę, & Corbulonis ſatis adiutus Nero fœliciſſimè Imperiũ moderatus eſt; cũ verò his ſalutarib. conſilijs eſſet deſtitutus, excogitari non poſſunt, qualia ſcelera ab eo ſint Romæ perpetrata.

De moribus Principis, & externa horum compoſitione, & de illorum, qui circa Principem ſunt, excellentia.

CAPVT II.

Qui mores eſſe Principis debent.

TRIA ad authoritatem Principi comparandam ſuperius ſtatuimus, Imperij ſcilicet formam, mores optimos & potẽtiam; & quidem de Imperij forma ſatis dictum eſſe arbitror. Nunc de Principis moribus eſt ſermo inſtituendus; Eorum, quæ verendum populis Principem reddunt, duo pręcipua ſunt, virtus, morumque externus decor; ac virtus iterum, vel ſua, vel aliena. Principis propriæ virtutes ſunt, in

ciuium animis intrinſecus penetrandis ſagacitas, peritia bellicarum artium, pacis tuendæ ſolertia, aduerſus ſubitos caſus preparatio, obſeruiendi temporibus dexteritas, maturitas in deliberando, in perficiendo celeritas, conſtantia in aduerſis, in promiſſis veritas, magnanimitas in geſtis, firmiſſimum animi robur, in diuinis aſſidua ſacrorum, & Religionis cura, in vniuerſæ deniq; vitæ curſu morum equalitas, ac conſtantia. He virtutes Regiæ magnitudinis ſunt munimenta, hæ populis ingerũt venerationem, hæ Principem cuiuſdam ſanctitatis regulæ conformant. Quod verò ad externorum geſtuum maieſtatem ſpectat; vt nunquam publico ſe Princeps exhibeat conſpectui, quin ipſo aſpectu grauitatem, & maieſtatem pro dignitate preſeferat, ſummopere cauendum eſt. Raro, vel in publico, vel in Senatu, vel etiam in priuato conſilio, niſi premeditatè loquatur, ità tamen, vt ſuperbiæ, ac iactantiæ opinionem in audientiũ animos non inſinuet. Si vult nullam ſibi præferre maieſtatem, ſerium ſemper, in riſum facilem nunquam ſe oſtendat. Vox grauis; iocus, niſi acutus, nullus; veſtis ſine cura; præcioſa infra modum dignitatis; Inceſſus grauis, ac tardus cum auſtera dignitate ſit coniunctus; familiares intimos habeat paucos, quibus cum iocetur, arcana promat, idq; cautè; nam plerią; talium, vel indicant alijs, glorianturq; de familiaritate Principis, & inuidiam ſibi, Principiq; imprudentis opinionem conciliant; maximè ſi boni non ſint; Et rara ea eſt felicitas, vt Princeps aliquis bonos multos circum ſe habeat; Omninò egregiè maieſtatem humaniſſimis moribus, ſed qui non temerarunt tantum faſtigium, temperauit Fridericus Daniæ Rex; ſæpius amicos, quaſi ſepoſita Regis perſona ad ſales, & iocos, & in quæ liberior animus propenderet, prouocabat, monens, laſciuirent ſecum, & iucunde ineptirent, dum Rex abeſſet. Poſt honeſtum vero luſum Regia aſſumpta grauitate, Heus amici, inquit, ex iocis ad ſeria; Rex enim rediit. Magnoperè inſuper caueat, quod etiàm boni Principes ſemper cauerunt, ne vnius, vel alterius ſeruili cuidam Imperio ſubeſſe videatur. Huic enim Principis ſæpè tribuitur obſequium; Princeps verò, vt ità dicam, inauratæ cuiuſdam ſtatue locum tenet. In legationibus quoq; ſuſcipiendis ſplendida ſit modeſtia, vt indecorum luxum fugere videatur, dignitatemq́ue amare Mulierculärum eſt præcioſa quæq; ad pompæ oſtentationem effundere. Qui ſibi erit theſaurus, externis Principum legatis nunquam oſtentet; hac enim oſtentatione odioſa nimis animi elatione ſuſpectus redditur, ſi ſit ingens; ſi mediocris, cõtemnitur, minuſq; prudens apud ipſos habetur, qui parua magni eſtimet, ſe, ſuaq; oſtentat, que vero ſunt aliorum nihilifacit.

Quo ad externos geſtus quæ Principi agenda.

Exemplum Frederici Daniç Regis

Quæ dicatur aliena virtus

Alienam autem virtutem appello, quæ ita Principem ornat, vt negotia, vel publica, vel priuata ſumma prudentia tractentur, atque ex eorum euentu ipſius ſtudium non vulgare pateat. Magnopere quippe refert, quis cuiq; adhibeatur negotio; nã ex miniſtri conditione Dominorum fama eſt, vel præclara, vel improba. Quare quicquid boni eſt in Regno, quicquid extra Regnum, in Regiam velunt in Cœlum ſtellas, traſportandum curet, exercendis alius equis, alius pugilatu ſit nobilis, ille ædium extruendarum celebretur peritia, aut mira arte deriuandis in ſimulacra fontium aquis, vel ſi quæ ars alia ſuo, aut ſeculi genio valet, Si qui ſunt Duces, qui militarem impetum ratione compoſitum habent, aut fortuna propriũ, ſi alicubi latent raræ eruditorum faces, quæ vel publicæ prudentiæ aptæ ſunt; vel ſolis liberis natæ apud præſontes, ex ira, vel fauore diuidere mortalibus famam poſſunt ſtatim aduocentur ſtatimq; emantur, etiã quanti ſe ipſos vendere volent: ſi aliter fortè nequeunt; ipſa ſtipendiorum magnificentia commendabit Miniſtrum, & gloriam poſſidentis; finge ergo artificis, litteris, armiſq; Præcipuos cõueniſſe ad vnum Principem; Qualis deindè toto orbe de Regia illa ſermo nunquam reticenda? Principi ipſi quantã operis merces? vt excedet mortalium ſortem? vt viuus, & ſoſpes multo certius, quàm per odores & aquilam erumpentem ex funere ſe mactatum ſentiet. Non alebat Dionyſius Sophiſtas, quia eos ſibi vſui eſſe arbitratur, ſed vt maieſtatem augeret, dum penes ſe omnibus abſoluti numeris degerent. Sat intereſt Principis, cũ eius conſilia ſanè maturiora habeantur ex virorum prudentum conſuetudine. Ignauiſſimis hominibus natura inditum eſt, vt nihil curent, quæ ſit de ipſis inpoſterum futura opinio; Probatiſſimi viri omnib. viribus contendunt, vt perenni ſeculorũ gloria eorum fama percrebeſcatu. Smmo; itaq; honore Hiſtoricos, & Poetas habent, vt eximias ſuas laudes poſteritati commendent; Nec ſollicitudo illa, vtpote nimis anxia damnanda eſt, quã deſuturos ex ærario ſumptus veretur Princeps; parcius aucupium curetur, ſtabula tanquam in Sybaritano exercitu ſaltatorijs equis ne ſint referta; nec Andronici Imperatoris exemplo canes mille amplius quadrigenti, accipitres mille, & homines, qui hos curent totidem alantur, nec tantum auri in viliſſimam plebeculã, quæ regũ palatia implere ſolet profundatur; remoueãtur adulatores, mimi: in arctiorem demum numerum reducatur Aula. Quod ſi fiat, ſemper ſupererunt pecuniæ, opes publicæ, theſauri, qui Principum maieſtati famulabuntur. Inſigniorum itaq; hominum conſuetudine intereſt Principis vti, vt ſua magis augeatur maieſtas, quæ altiſſimis defixa radicibus, præſtantium virorum potentia decorata tandem extollatur.

Ex Miniſtri conditione Princeps dignoſcitur.

Quam Principi curanda Miniſtri electio.

Explanantur ordinatim ea, quæ Principis potentiam maximè corroborant.

CAPVT III.

MAIESTATEM, authoritatemque Principi omninò neceſſariam ſatis diximus, quæ verendum illum efficit, ſeriamque in ſubditorum animis inijcit opinionem, nihil ab eo actum iri, quod ſummam animi magnitudinem apertè non indicet. Verùm, ſi non adſit potentia, quę vires etiam demonſtret, ſpecioſa illa auctoritas ſanè, tanquam vmbra euaneſcet, & ni virium robur adfuerit, quod ſuperbam fulciat imaginem, deridetur, ſuoque quaſi ſplendore deſtituta turpi quoq; inopia interibit, Potentia nō in vna tantum re comparatur, ſed pluribus firmatur; quarum ferè altera ſi abſit, nullum fulgorem, qui oculos feriat intuentium, demonſtrat. Beneuolentia ſibi primum vendicat locum, hæc fere vna ſolam fulcire potentiam iactatur. At vires, arma, fœdera, ditioniſq; magnitudo non disiunctæ, & per plures annos adminiſtratæ omninò eam ſuſtentant, vt nullis, quibus inſiſtat, maioribus egeat munimentis; hæc conſociata nulla vnquā pericula reformidabit; quibuſcumque ſe ſemper exponet ictibus. Quod enim firmius eſſe poteſt præſidium, quę cuſtodia ſecurior, quàm beneuolentia? non ſic excubiæ, non ſic armatæ circumſtantium militum copiæ tuentur Principem, quam tuetur populorum amor; Verum eſſe inexpugnabile munimentum Ciuiū amorem, Alphonſus Aragonum Rex apertè demonſtrauit; rogatus enim aliquando à ſuis, cur ſine corporis ſui cuſtodijs ſæpenumero incideret, ſe amore ciuium ſtipatum incedere reſpondit; Senſit eum demum bene munitum ab iniuria, qui ſuorum populorum comitem amorem haberet. Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis laudabilis extat dolus. Quo filio Principi iā regnanti ſubditorum beneuolentiam conciliaret, edictū quoddam iuſſit promulgari, quod ſubditis ſummopere ingratum, iniuſtumq; erat; quo expoſito, muſſitantibus inter ſe ſubditis, promittit filius effecturum ſe, ne edictum eiuſmodi deinceps ſeruetur, & re ipſa præſtat, & opponit. Itaq; benignam filij deliberationem collaudant omnes, ſeq. fortunaſq; ſuas illi deuouent;

Cæſar Maieſtatem neceſſaria etiā Potentia.

Potentia beneuolentia comparatur.

Alia ſunt, quæ comparāt potētiā.

Beneuolentie effectus.

Cōſideratur Munimentū Alphonſi Aragonū Regis, & Philippi Hyſpaniarum Regis.

Digitized by Google

factũ certè tanti Principis ſola imitatione comprobandũ non neſcientis ſubditorum affectu vtilius nihil eſſe Principi, & cętera, quamlibet potētiam ſine eo incaſſum recidere. Quid impio Pharnaci audaciam fecit Mitridatem patrem, virum profectò manu ſtrenuum obſidendi, inuadendi, atque adeo regno, & vita ſpoliandi? niſi quia ipſorum etiam ſatellitum fidem nouerat ſuſpectam; cętera illi abundè ſuppetebant, vires, opes, ſtipatores, innumerabilesque copiæ, ſed vnum, ſine quo cętera pro nihilo ſunt de fuit, ſubditorum ſcilicet Amor; itaq; parũ promdit Rex alioqui ſapientia clarus, nihil neq; arma, neq; multitudinẽ ſubditorum ſine eorumdem beneuolentia conducere. Paratur hæc lenitate, atq; beneficentia; quæ ſit beneficentia, non inquiram, cum plura alibi plenius ſuppeditarim; quædam tamen lenitatem ſpectantia afferentur. Itaq; clementiam maioris momenti, quã ſeuitiam ſemper iudicaui, nàm miſericordes non ij tantum, quibus delicti gratia facta eſt, caros habent, gratiamq; ſtudent referre, ſed reliqui omnes reuerentur, ac colunt, ita vt eos nemo deindè lædere auſit. At eos, qui inexpiabili vtũtur indignatione, non modo odio habent ij, qui metuunt ſibi, ſed cæteri quoq; infenſi doloſis oppoſitis inſidijs ſuam perniciem euitare ſtatuunt. Medici rariſſimè ſectiones ac ignem adhibent, ne videlicet magis indignata infirmi corporis vitia exaſperent, pleraq; etiã lenibus corporis exercitationibus, & mitibus medicamẽtis molliunt, ac ſanant. Nec cenſendum, cum hæc corporum, illa animorum ſint vitia, ideo eſſe inter ſe diſſimilia, Arctiſſimo etenim nexu corporibus vniti animi eadem planè, ſimiliq; ratione curantur, quemadmodum etiam ſimili laborant infirmitate, contrahuntur metu, turgent ira, dolore anguntur, audacia inflãtur, vt non multum à corporum natura deferant; atq; eandem ferè medelam requirunt. Sermo lenis frangit iram, ſermo durus excitat furorem; venia data ferocem quemq; placat; ſuppliciũ vel mitiſſimos animos exaſperat; violẽtæ enim deliberationes, etiã ſi iuſtiſſimæ irritant, manſuetæ placant, ideoq; facilius ſuaſione quiſpiam, quàm vi eo adducitur, vt vel grauiſſima ſubeat. Idque adeò naturæ eſt inſitum, vt brutorum quoq; animantium multa robuſtiſſima alioquin, & feritate truculenta blanditijs mitigẽtur, alimentisq; perdomentur; alia verò timidiſſima male timore acta ad iram concitentur. Verùm non omnibus pariter noxijs parcendum eſſe dico, ſed audaces, inquietos, malitioſos, peruerſiq; conſilij homines ſceleribus ab ipſis vitæ primordijs aſſuetos exſcindere Principi ſuadeo; exemplo earum corporis partium, quæ medicinam non patiuntur; aliquos verò, qui propter ætatem, imperitiam, imprudentiam, aut alio caſu quodam, vel volentes, vel inuitè peccant, verbis coarguere, minis perterrere,

Conſideratur, quod dãni ob ſubditorũ odium Pharnaci euenit.

Summè ſemper laudãda clementia.

Clementia ſępè eſt temperanda.

aliaue mitiori ratione curare rectiùs duxerim. Atque, vt in alijs rebus grauiores modo, modo leues pœnæ irrogantur; Sic in hac quoque re citra periculum, exilijs alios, alios ignominia, vel pecunia mulctare, aut in diuerſa loca licet relegare. Alia, quæ plures referunt non attingam, nè recoctum cibum iterum videam palato obijcere. Illud ſanè non omittam, Tyrannos licet vndique armorum cæteruis ſtipentur, ſibi tamen vſq; adeò timere, vt eoſdem, & cuſtodes corporis habeant, & inimicos etiam vereantur. Hoc conſilium, vt quod fieri poſſit leniſſimus ſit Princeps vſu optimum ipſa edocet præteritorum, & noſtri etiam ſæculi experientia.

Amari, & timeri poteſt Princeps; quodq́ ex his ſit præſtantius.

CAPVT IIII.

QVAESTIONEM hanc vana argumentorum diuerſitate tractant Politici, ſuntque, qui munimentum Imperij metum affirmant, alij vero metui amorem præponunt, illud ignorantes ex vtroq; ſuaue, & efficax effici poſſe medicamen, quod Principi, ſubditiſque ipſis ſummoperè proſit. Qui in ciuium amore cuncta præſidia eſſe volunt, ab illo, à quo cœleſtia, ſuperna, inferaq; reguntur, exordiuntur, vt ex his quaſi naturæ veſtigijs in Principe ſolus ſtatuatur amor, cuius ſuaui Imperiò regantur omnia; atque, vt ſuam magis firment ſententiam, ſolo amore immaniſſimas belluas manſueſcere volunt; quare nō dedecere inquiunt pari manſuetudine tractandos, & homines, qui, & natura, & arte mitiores ſummam in ſuo quaſi eductore recolant beneuolentiam. In humanis affectibus nullum prædicant potentiorem amore, quo ſanè tanquam ſuaui freno facillimè ſubditi quantumuis peruerſi in fide continentur. Nullas arces, nulla præſidia aſſerunt firmiora, quam ſubditorum animos, qui beneuolentia ducti, potius, quàm timore perculſi pro Principe vitam ipſam periculis obiectant. Tutiorem corporis cuſtodiam in ciuium beneuolentia eſſe collocatam dicunt. Pro comperto habent Principem, qui metum ſemper incutiat, neceſſe habere, libertatem eripere, quietem ſibi, ſubditiſq; auferre, ac tandem ſecuritatem è medio tollere, qua vitam degere queat manifeſtis periculis obnoxiam. Id ſi ei in animo erit, inquietis ſemper Pro ciuium Amore rationes.

animi

animi motibus agitabitur; ſemper ſollicitus propter ambiguos euētus, quos ſæpè infœlices ſortitur aſſiduis dilaniabitur curis, ac ſpeciebus, & quærationeſe viuere ſatis quietè opinabitur, dum apud ciues, quos ob nimium metum infenſos videt, ſit frequens, dum mortem ſuam appeti liquido cognoſcit; dum vt ſibi viā ad Imperij conſeruationē præparet, tormentis, quæſtionibus, carceribus, & ſupplicijs illam ſternit? Timor excitat ſeditiones, coniurationes, perduelliones, & ſi tanti non eſt, id efficit, vt miſerrimam vitam traducat Princeps. Ideò non timore opus eſſe aſſerunt ad Imperij munimentum, ſed potius amore, cum timor ipſe auctorum maxima pœna ſit.

Prò metu rationes.

Qui verò metum volunt maximum Principatus fulcimentū, plura meditantur, quibus ſuam ſententiam ſanè probabilem in medium adducunt; Dominium, quod Populorum beneuolentiæ hæreat, haud tutum arbitrantur, immò adeo infirmum, vt à quocumq; perculſum vento populorum ſeditionum concuti facillimè poſſit. Vulgus inquiunt eſſe fluctuans mare, ac procelloſum, quod, ſi quando turbinibus, ac coniurationum procellis euoluatur, facillimè, qui ſe ei commiſerint, voraciſſimis fluctib. ingurgitet. Principem etiam addunt non tam in ſuo Imperio æque, & libera è poſſe conſiſtere, vt omnibus ſatisfacere poſſe credat. Hinc illa amoris diminutio, quæ ſæpiſſimè plurium eſt origo incommodorū, oritur; Nec illud omittunt Principem tutius ijs, quæ in ſua ſemper poteſtate ſunt, quàm qui in alienis, vti poſſe. Satis amor, qui eſt alienus, non tàm à Principe excolitur, quàm pro ſui magno munimento metus, qui ſuus eſt, in alioſq; ex ſui origine propagatur. Tandem Comitatem facilè omnem faſtum atterere, & in conſuetudine ęgrè poſſe cuſtodire Principem illud opinionis nomen prædicans de ſe auguſtum. Ideò Periclem, cum priuata vteretur conditione, tradunt familiariſſimum tunc fuiſſe; ſuſcepta verò dignitate omnes domeſticas omnium conſuetudines depoſuiſſe, cum certe ſcirent familiaritatem nimiam contemptum parere.

Si Princeps omnibus erit exornatus virtutibus, facilè poterit timeri, & amari.

Quid ergo in hac opinionum varietate ſtatuendum? Non ſanè aliud, niſi vt ſe omnibus Princeps exornet virtutibus; vt ſummam opinionem præclaris facinoribus in ſubditorum animis inſtillet ſe verè Principem tanto digniſſimum Imperio; Si hac luce niteſcens, ſe publicum quaſi exhibeat ſydus, certiſſima erūt vndiq; honoris, & reuerentię argumenta; nec vllus erit, qui non aſpiciat, ſimulq; colat, ac veneretur ſi ergo amoris, honoriſq; ſigna erumpent, Quid tunc non poterit Princeps? lateri accinctum enſem geſtet, qui ſeruilem timorem ſceleſtis hominibus inijciat, ſi amor & abſit, quid poterit? Summa admiratione Principum geſta proſpicere conciliat beneuolentiam, ab illius

Iuſtitiam pertimeſcere meritum inducit, qui ab odio procul abeſt. Non tamen ex hoc infero, vt ſolo virtutum tegmine vndiq; ſe tutum exiſtimet. Neceſſarium etenim duco, vt pro ſui incolumitate, qui amari volunt, timeri debeant. Et ſanè optāda Principi mediocris potius ſeueritatis fama, quàm nimiæ lenitatis, nam contemptum parit nimia bonitas, & vt dixi, illos, qui nullo amore in Principem ferentur, metu ſaltem in officio continere opus eſt. Seueritatem tandem expeto laudabilem, quàm nimirum mali metuant, boni approbent, quæque etiam expers odij eſſe poteſt, cum furoris plenam & auctoribus ſuis exitiabilem illam vocem afferā, oderint, dū metuant.

Mediocris etiā ſeueritatis forma eſt optanda à Principe.

Statuitur quam neceſſaria ſit Principi querendarum diuitiarum cura.

CAPVT V.

PRINCIPIS auaritiam ſuperius cum, de liberalitate ægerim, vehementiſſime ſum deteſtatus, eandem nunc quoque deteſtor, cùm tamen prouidum velim, immo illam imprimis Principi virtutem eſſe neceſſariā affirmo diuitiarum cumulandarum induſtriam; nec parum delinquit, qui eo ſe ſe modo in adminiſtranda Republica gerit, vt ærarium vacuum ſit, nunquam pecunijs abundet. Certum enim illud eſt, ſi colligendi pecunias imminens neceſſitas vrgeat, aleam hanc etiam periculi pleniſſimam, difficillimum hoc eſſe aſſero, quod armorum ſtrepitus, & quiuis acerbus, inopinatusque caſus, quæ commercia, & agricultūram impediunt, & tàm ſegetes, quàm omnem meſſis ſpem corrumpunt, ordinaria etiam vectigalia tollunt; periculoſum vero, quod populi iniurijs, ac damnis affecti, militumque licentia, ac credulitate tàm amicorum, quàm hoſtium alijs belli calamitatibus ſiuè peſtis efferati, tùm tributis, atque exactionibus oppreſſi ad perduelliones facilè irritantur. Quare vt eiuſmodi auertantur incommoda, & anguſtiæ, parato Principi argento opus eſt, cuius beneficio à finibus proprijs longè arceatur hoſtes, agrorumque fructus liberè concedantur ſubditis poſſidendi. Bello enim ingruente pecuniam à populis colligere, & ſimul arma arripere difficillimum erit, quorum vtrum plus in ſe difficultatis habeat, apertè fateri vix poſſum. Quare

Periculoſa pecuniæ collectio, cum belli neceſſitas vrget.

Narratur incommoda.

concludendum neceſſarium omninò eſt, vt pecuniam in promtu teneat Princeps, vt belli tempore ſola cogendi militis reſtet cura. Secus enim ſi fiat; intereà, dùm de pecunia cogenda deliberandum quis cenſet, metus eſt, ne vel hoſtium celeritas, vel improuiſus belli impetus nobis pecuniam, & militem cogendi facultatem eripiat. Turcarum Sultanus in omnibus ſuis expeditionibus mira celeritate vtitur; quandoquidem in ipſo apparatu pecuniam ex ærario depromit, atque ſtipendium militi ſtatuit, reliquaque comparat neceſſaria; exhauſtum verò ærarium ex parcis ſubditorum tributis replet; cui autem nulla eſt ad manus pecunia interim, dùm de modo cõquirendi illam neceſſaria deliberat, temporis opportunitas euaneſcit, ac ſæpè victoriæ ſpe deſtituitur.

Cõſiderãtur alia incõmoda ex ærarij inamitione prouenïẽtia.

Plura alia incommoda reperiuntur, quæ ex ærarij exinanitione oriuntur; & certè nunquam Principem hoc nomine dignum appellarim, ſi cum occaſio obueniat, ſe ipſum quaſi deſerat à ſola deſertus pecunia. Si opes ei deſint, amici quoque deſunt, debili enim parieti nemo innititur. Principum egentium congreſſum deuitant multi, cum, ne à ſe mutuæ pecuniæ petantur, formident. Quare teſtatus eſt Mecinanus Imperij præſidium eſſe pecuniam; Quære in primis opes; ſine illis nihil fiet, quod eſt opus; omnia venalia ſunt nummis. Qui virtute ſola ſe dicunt niti, & auro fidendum negant, ſpecioſa oratione vtuntur, ſed fallaci. Non eſt virtus Principis, ſe facultatibus, Rempublicam præſidijs nudare. Auro fidendum non eſt; vtq; eo vtaris, habeas, neceſſe eſt. Cum enim multorum obſequium fideſq; ſit Principi neceſſaria, illiq; virtutem auro poſt habeant, muneribus continendi ſunt; atq; hoc virtutis eſt ſua quemq; voluptate, tanquam eſca trahere ad officium præſtandum. Nõ facilè vllam opem ab amicis in periculo habebit Princeps, quibus in proſpera fortuna diuitias dedit. Nam ne tùm quidem amicos, niſi donando efficit, & nunc petendo, aut ſpoliando faciet inimicos; multos etiam inueniet, qui mallent Principem non eſſe, quàm ſe eius cauſa inopes. Caligula, Nero largitionibus, & luxu cum omnia effudiſſent, quem tamen ſibi amicum addixerunt? Ea igitur in amicis eſt collocanda ſpes, vt rectè ſciat plus præſidij eſſe in illis, qui noua beneficia ſperant, quàm in illis, à quibus enixè gratiæ poſtulantur; nec Principi colligendarum opum dumtaxat incumbit ſtudium, ſed etiam illi, ad quem ſpectat ſucceſſio, quique iure aliquo ſe futurum Principem arbitratur. Excepta virtute pecuniæ omnia obedire certiſſimum eſt. Pelops Aſiatica pecunia, quàm peregrinus aduexerat adhuc pauper, famam, & gratiam, deinde regnum conſecutus eſt. Didius Iuliani Imperium à militibus

Vis pecuniæ cõſideratur.

mercatus eſt: Tarquinius Priſcus honeſto pecuniarum vſu, neglectis Anci filijs Imperio potitus eſt. Quæ omnia dicta nolim, vt malis artibus, & largitionibus Imperium quærendum doceã, ſed vt Principi iterum ſuadeam, quantam vim habeat res domi benè conſtituta ad ius ſuum obtinendum; cum certiſſimum planè ſit ijſdem pecuniam non belli tantum, ſed & omnium eſſe neruum. Sunt enim opes ciuilium rerum inſigne inſtrumentũ; neque vt ſollicitudo Principis ea ſit in congerendis pecunijs, vt radices amoris ſubditorum, quæ magna ex parte beneficijs ab ipſo acceptis inhęrent, exareſcant, ne ſtudio cumulandarũ diuitiarum grauiſſimis tributis ſubditos vrgeat; ſed vt præſcribam tantum, quid neceſſitas ſæpiſsimè poſcat, cui, niſi diuitijs, & opibus nequaquam obuiam iri poſſe crediderim, permixtum aliquod nolim, quod auaritiæ ſpeciem redoleat. Et quidnam præclari, aut laude dignì Princeps auaritiæ deditus, non dico facere, ſed vel cogitare poteſt? Hoc teſtetur Tiberius Cæſar, teſtetur Alphonſus Secundus Neapolis Rex, qui ſubditis ipſos ſues tradidit saginandos, & mortuorum damnum præſtari iuſſit; totius inſuper Apuliæ oleum & herbeſcentia ſemina coemit, ac rurſus deinde, quo maiori potuit precio, venditauit; quacumque prius omnibus interdicta venditione, quàm Rex ſua omnia diſtribuiſſet; Et ſæpè auarus Princeps importunius exigit, quæ malè locat; ex quo tamen frequenter fit, vt maximis Imperijs pecuniæ deſint. De anguſtijs ærrarij Romani perpetuæ apud hiſtoricos extant querelæ. Perſarum Reges, cum vndique auro affluerent, in bello tamen contra Græcos pecuniæ ægeſtate laborabant, & qua vna re ſuperiores erant, ea vna vincebantur, nunc quoq; idem pecunioſiſſimis Regibus euenit. Multæ occaſiones omiſſæ, multæ clades acceptæ, militum variæ ſeditiones ob dilata, vel non ſoluta ſtipendia; cum tamen interim illorum hoſtes, plerumque militem in officio contineant. Plurimis itaq; diuitis Principi opus eſt, quocirca, ſi ſe, & Rempublicam velit incolumem, opportunius illæ cumulandę ſunt.

Tẽperanda cumulãdarũ diuitiarũ cupiditas.

Quam mali exẽpli gerẽ Cæſaris, & Alfonſi Aragonũ Regis.

Digitized by Google

Qui modus ſeruandus ſit in comparandis diuitijs.

CAPVT VI.

CVM nemo ſit, qui non ſibi in actionibus ſuis finem præfigat, clariſſimè patet, nec cupiditatem congregandi diuitias inexplebilem in Principe requiri, ſed eam tantum, quæ latitudine Imperij reſpondeat. Exceſſus enim monſtro ſimillimus eſt; Deforme procul dubio illud corpus eſt, cui debita deeſt mẽbrorum proportio. Circumſpiciat Princeps, quid ſibi, quid populo, quid Imperio conueniat, & menſura æquabili pecuniæ cupiditatem attemperet. Finis autem virium Principis eſt Imperij, vel conſeruatio, vel amplificatio. Conſeruatur verò Imperium belli repulſu, amplificatur prouocatione, ad quæ duo immodicis ſanè opus eſt viribus, ſed ijs tamen quæ cæteris poſſint adæquari. Non ad defendendum immodicæ proſunt ſiquidem etiam ſi belli magnitudo, ac diuturnitas ærarium Principi non exhauriat; ſi aliquæ vires pecunijs non reſpondeant, & miles perdetur, & tota regio deuaſtabitur. Ptolomeus Cypri Rex vltra ſeptem auri milliones in loculis habuiſſe creditur; cum regnum ſuum iam ipſam ob cauſam à Romanis peteretur, viribus ſuis, quæ nequaquam tantis pecunijs pares erant diffiſus, ac quacumque ſpe deiectus ſe ipſum occidit. Mahometes Secundus Stephanum Boſniæ Principem Infeſtis militum haſtis obiecit, eo quod perire ipſe, theſauris ſuis parcendo, quàm eorum beneficio periculum à ſe propulſare maluiſſet. At quid Midæ, Creſiique theſauri ei Principi proderunt, qui maritimo adpetitus prælio lignorum copia careat ad conſtruendas naues, nec aliundè aduehendas habeat in fœderatorum Principum ditione, non naucleros, non nautas, non ferramenta, non quidquam aliarum rerum, quibus claſſi maritimæ opus eſt; aut qui terreſtribus oppugnatus copijs nullos habeat ad bellum idoneos equos, non Duces, non milites, quos erumpentibus hoſtibus opponat? non commeatus, alioſque bellicos apparatus, non militum præſidia, quibus arces ſuas, & oppida muniat? Belli quidam neruus appellatur pecunia, ſed eam ob cauſam, quod vires omnes

Sẽper congerẽdę diuitię Imperij latitudini reſpõdentes.

quaſi

quaſi in ſe collectas habet, & quocumque opus eſt moueat, atque impellat. At eodem viribus omnibus deſtituto, cui tandem erit vſui? æque enim pauper is eſt, qui quod emat, non habet, quam qui, vndè emat, non habet.

Quemadmodum autem ad tutandum Imperium, vel ditionē immodicis ſumptibus opus eſt, ità etiam immo maiora ad bellū alijs inferendum requiruntur. Perniciosa illa cenſenda eſt expeditio in quam ſumptus, quàm maximi faciendi ſunt, quinimo à ratione longe abeſſe ſentio alienos illos conatus, qui ſuis ſe impenſis non promoueant, ac ſuſtentent. Hic Cartaginenſes non expeditiones modo, ſed loca etiam occupata eam ob cauſam dimiſerunt, & Romani, poſtquam bello Punico ſecundo diuerſis naufragijs vltra ſeptingentas maiores naues, & maximū claſſariorum numerum amiſiſſent, non tàm animi quadam celſitudine, quàm neceſſitate inducti à maritimo bello omninò abſtinuerunt; Quamuis tamen ad ſua defendenda, ac ad aliena inuadenda immenſis theſauris opus ſit Principi; opera ſemper tamen danda eſt, vt ij reliquis Imperij ſui viribus congruenter pares ſint. At quis, inquies modus hic ſtatuendus? Equidem nullius fere iudicij hominem illum dixerim, qui exactiſſima quadam cura hic velit præſcribere, qua ſummum nefas ſit excedere, cum tota hæc res à circumſtantijs, & qualitatibus Imperij pendeat. At ſi qui propius mecum congreſſus certius aliquid, & limitatius velit exquirere, eo vſque accumulandas eſſe Principi diuitias cenſerem, dum negotiationis, aut commercij non ſiſtatur curſus, cum ad hunc vſque terminum ſine ſubditorum damno pecunia ærario inferri poſſit, vt inde ad futuras neceſſitates depromatur. At qui ærario implendo ſic ſtudent, vt mercatoribus negotiandi, artificibus opera ſua diſtrahendi, & omnibus, quos, vel terra producit, vel humana fabricatur induſtria, inter ſe permutandi auferat facultatem (quod fit penitus ſublatis nummis) ille profectò ſibi ipſi perniciem affert, ſuique Imperij neruos ita debilitat, & incidit, vt nihil inde emolumenti ſit percepturus; Nam ſicut ſtomacus indigeſto cibo, nec in reliquas corporis partes diſtributo cauſa eſt, vt non ſolum illæ, ſed ipſe tandem corrumpatur, ſic Princeps, qui omnes ſubditorum facultates ad ſe attrahit, ac deuorat, nec eas apte diſpertit, non prius ſubditos, quam ſe, ſuumque perdit Imperium.

Maiores expenſe ad bellum alijs inferendū requiruntur.

Statuendus modus cor gerendi pecunias.

Vt verò melius ſtatuere poſſit Princeps, quid, & quātū in ęrariū trāsferat ſcire adamuſſim oportet quāta pecuniæ sūma merciū, quę aliundè aduehuntur cauſa exportetur, tùm quantū ipſe ager referat, at quantum eorum, quæ ad alias euehuntur regiones, nomine importetur. Id ſi ſciat, operam dabit, vt quod ſeponit,

Quæ conſideradā Principi, vt locuples reddat ærarium.

importantem ſummam nunquam excedat. Vbicumque vero ſumma exportata importata maior eſt Princeps quamcumque theſauros cumulandi curam, atq; etiam cogitationem abijciet, cum nullo modo id facere poſſit, at ſi facere id conetur, Imperium ſuum ipſe euertet. Melius verò tum ſecum ageretur, ſi ſubditorum induſtriam omnibus modis exacuerit & tam ad agriculturæ, quàm maximè lucroſatum artium, ac mercaturæ ſtudium accenderit. In ijs Regionibus, quæ ab exteris pauca recipiunt, fieri non poteſt, vt diuturni poſſint ſperari reditus, niſi multum expendatur. Sint in aliquo Principatu decem auri milliones, Princeps verè ex annuis reditibus vnum percipiat, non verò plus, quàm centum aureorum millia quotannis expendat, nunquid eueniet, vt poſt duodecim; aut paulò plures annos ſubditi, tàm pecunia, quàm omnibus alijs rebus denudentur, ac nō dico deglubi, ſed ne tonderi quidem amplius à Principe poſſint. Certè hic arbitror non maiorem pecuniæ ſummam erogandū, quàm Imperij conditio videatur poſtulare. Quod ſi maiorem congeſſerit Princeps ſummo erit ipſi Principi detrimento; cui maiores non ſunt quærendæ diuitiæ, quamquæ Imperio omninò reſpondeant.

Multiplex bonorum Principis affertur varietas, eorumquè pleniſſima diſtinctio.

CAPVT VII.

QVI legibus Reſpublicas inſtituerunt, maximeque in publicis verſati negotijs in agrorum diuiſione, quæ facilè in primo Reipublicæ ortu fieri poterat, aliquas agrorum partes in vſum communem pro impenſis, quæ in communem ſocietatem eſſent faciendæ relinquunt; Vel ſi agri iàm eſsēt diuiſi in Principatus cōſtitutione, ità communi cauſæ proſpexere, vt hæc bona ſeparata dicerentur, Bona Dominicalia, aut dominialia, aut coronæ annexa, aut Principatui; ità etiam, quæ nullius priuati dominio adſcribuntur, in ditione Reipublicæ, vel Principatus cenſentur eſſe, vt ex dominio eiuſdem Reipublicæ, aut Principis, qui eius onera ſuſtinet; & proinde merito bona vacātia, hoc eſt à nullo priuato vindicata in tot regalia numerantur. Item bona, quæ pro derelicto habita ſunt à dominis, ad Principem

Quę ſint Bona Dominicalia.

pem pertinent,vel ad eum,cui Princeps conceſſit; Sed & maximè loca diſerta,inculta,& nulli diſtributa,ſterilia,vt montes,& ſimilia,quæ non occupantur à priuatis,aut à ciuitatibus,vel oppidis,pro quorum perquiſitione olim diligentes conſtituti erant indagatores,qui ea inuenta per Aegyptum dominio Imperatorum adiungerent.

Hæc ad Principem ſpectant,& pro arbitrio diſtribuenda,eaq; veluti dotalia in ſui Principatus auguratione accipit, tanquam ei tradita,vt ipſa cæteris diſpenſet;Ipſe autem alia habet,quę nō ſunt Reipublicæ: Duplex itaq; patrimonium in Principe,publicum nimirum,& priuatum; & ità duplex ærarium, vt pecuniæ duplices fiſci,& patrimonij priuati; Et vtrumq; ærarium Principis dictum,& vtrumq; ad illum,diſpenſationemq; illius pertinet.Apud omnes horum patrimoniorum authores diſtinguũtur; & quod Reipublicæ eſt, dicitur vt plerumq; demanium Reipublicæ,vel coronæ,vel diadematis. Aliud Principis, vel domus eius,vel priuatum.

Sunt alia bona,quæ ratione Principatus accedunt Principi, verùm illa non ſunt dominicalia,nempe, quæ ex præſcriptionibus,& aliunde ærario adduntur: quæ non ſunt tamen iura, aut immobilia tradita Principi,ſeu vnita diademati aut Reipublicæ patrimonio adnexa; vt liceat inde etiam tria genera bonorum in Principe conſtituere,Primum Priuatorũ,quæ vel habet quæſita ſibi nomine proprio, vel relicta à maioribus alio nomine, quàm Principatus. Secũndum dicitur eorum, quæ annexa ſunt Principatui,quæ & Reipublicæ dicuntur. Tertium, quod ex his naſcitur, & in theſaurum fiſcalem defertur ad communẽ Principis,& Reipublicæ vtilitatem,& negotia;dicitur etiam ordinarium,& extraordinarium; Ordinarium eſt domanium coronæ, vel Regni,quod pro dote Principi datum cenſetur, ex quo impenſæ ordinariæ,& ſumptus fieri poſſunt in conſueta negotia, quæ tùm Principis propria erant,tùm etiam Reipublicæ, vt puta in ſtipendia aulicorum,miniſtrorum,magiſtratuum,& ſimiliũ impendenda quotidiana.

Varia adnũtantur bonorum genera.

Demaniũ hoc mutabile,& immutabile ordinarij reditus immutabile autem conſiſtit infundis patrimonialibus,locatis, vel datis priuatis cum onere penſionis certæ in perpetuum. Ità dictum immutabile, quia penſio, ſiue cenſus debitus ſemper, & ęqualiter ſingulis ſoluitur annis ſine immutatione. Italia erant apud Romanos tributaria prædia,vel ſtipendiaria, quæ ab hoſtibus capta populus Romanus, vel Princeps ſuis emphiteutis, qui tributum,aut vectigal eo nomine dependeant,dabat.Huiuſmodi item paſcua publico inſeruiebant, quorum penſiò antiqua non augebatur.Tales patrimoniales ſaltus, emphiteutici fundi,

Quid ſit Demonium

quibus

quibus certa quoq; penſio hærebat, quæ ſequitur quoſcumque poſeſſores, qui libere de illis, vt libuerit, tanquam proprijs ſaluo dominicali iure, diſponunt, & poſſunt eos alienare, & in alios transferre. Talia, & prædia ciuilia fiſcalia Reipublicæ, quæ conductoribus perpetuo ſubiectæ annua penſione locantur. Hinc publicæ functiones, ciuilis canon, ſiue ſint annonæ, quæ præſtātur in ſpeciebus, vt in frumento, hordeo, vino, & ſimilibus; ſiue tributa in corporibus, auro, argento, & ſimilibus, quæ Reipublicæ debentur, & impræſcritibilia iura ſunt contra Rempublicam à poſeſſoribus; Patiuntur tamen aliquando hæ canonicę pręſtationes mutationem, quæ potius ex extinctione priorum, & innouatione omnimoda reformatur, quàm augeri, vel minui dicatur. Fieri enim poteſt, vt fundus, qui anteà in cenſum datus eſt canonicum, belli gratia, vel peſtis, vel combuſtionis caſu deſeratur. Quamobrem Princeps, vel Reſpublica, vel Dominus, ad quos proprietas pertinet, eundem alijs locant, aut in emphiteuſim nouam concedunt, cum cenſus, pēſionis, aut præſtationis alterius generis onere, vel maiori, vel minori, à priori additis, vel detractis iuribus Laudemiorum, venditionum, mulctarum, & ſimilium; Quo caſu immutabilis panon augeri, vel minui poteſt.

Demanium, ſeu Dominium mutabile quid ſit.

Demanium, vel dominium mutabile ſunt iura Reipublicę habentia reditus, vel compendia, quæ ſingulis annis, vel alijs temporibus augeri, vel minui poſſunt, iure exigendi tamen remanēte immutabili penes Principem, vel Rempublicam. Diminutio, vel augmentum poteſt ex varijs circumſtantijs, & occaſionibus rerum, temporum, & perſonarum oriri, vt ſi agatur de cōductionibus annuis prædiorum, & domorum, poſſint ex fertilitate augeri, & ſterilitate minui penſiones, & mercedes, habita ratione belli, & pacis. Huius naturæ ſunt decimæ fructuum debitę Principi. Huius generis etiam, quæ ex portubus, vectionibus, piſcationibus, hortis, metallis, & ſimilibus colliguntur, Quæ, aicipiūtur ex molendinis, aut clibanis, ſeù furnis, aut torcularibus, quæ creſcunt, aut decreſcunt iuxta ea, quæ moluntur, coquuntur, aut premuntur. Id ipſum ſtatuitur in his, quæ ex cancellarijs vocant videlicet tabellionibus, ac ſigillis. Itē qui iure Dominij pro modulo viuentium, reſidentium, aut colentium rediguntur in iura dominicalia, aut gaudemijs ex venditionibus prædiorum, aut aliorum bonorum, qui ſub cenſu tenentur à Principe. Sunt his affinia iura, quæ debentur Principi pro feudorum tranſmutatione à perſona, in perſonam aliam, vel per ſucceſſionem, vel per alienationem permiſſam. Sunt his ſimiles reditus, qui proueniūt ex venditionibus Syluarum Principis, ſiuè cęduæ ſint ſiuè non, quarum fructus non veniunt ex licitatione, & adiectione facta per eos, quibus cura Syluarum Principis, ac nemorum demandatur.

datur.

datur. Id ipſum cenſendum de locatione glandium, & paſcuorum Principis ad mutabiles, & incertas Reipublicæ penſitationes, & variabiles prouentus Principis pertinere poſſunt fructus, qui ex tutela regia pupillorum proueniunt. Sicut legimus in Scoria Maſcolmum, ſeù Maſcolinum ſtatuiſſe pupillos in regia tutela eſſe, eorumq; bona interim fore fiſci, Idem ferunt in Anglia ſecutos fuiſſe, & ſequi Reges ita etiam in Gallia moribus alicubi eſt recepta quędam noua & priſcis Romanis incognita tutelæ ſpecies, cuius ea vis eſt, vt rerum pupillarium fructus tutor ſuos faciat, modo pupillos alat, æſq; alienum diſſoluat, & prædia ſarta tecta tueatur. Sunt etiam iura demania mutabilis, ſeù cenſus incerti, aut indefiniti ea, quæ percipiuntur à Principe iure morticinij, quod vocant amortiſationem, cuius natura eſt, vt quando feudum mobile peruenit titulo acquiſitionis, vel donationis, vel alio ad Eccleſiam, dicatur peruenire ad manum mortuam, eoq; dictum feudum nō poteſt à manu, ſiuè poſſeſſione eius regulariter exire, cū Patrimonium Eccleſiæ ſit perpetuū, & ineuitabile. Proinde, qui ex corpore eius Eccleſiæ ſunt tenentur ex lege dicta rebus, aut emancipare illa bona, ſiuè extra manum ponere, & diſtrahere prædictum feudum intra annum, & diem à die acquiſitionis, aut pro eius ſeruitio dare, & conſtituere Principi hominem viuentem, morientem, & confiſcantē; ideſt talem, qui obire poſſit munera, & ex cuius morte, & vita, aut facto feudum poſſit ſubire mutationes, & actiones; ex quibus prouentus, & iura renouantur domino Principi. Poſſunt tamen, ſi Principi viſum fuerit, illis dari codicilli morticinij, quibus eximuntur ius feudi, & feudum ab illis obſequijs, & iuribus, Quocirca pro iure hoc amortiſationis datur Principi ſolum tertia pars integræ ęſtimationis totius feudi, atq; litteræ exēptionis præſcribuntur quarum ratione in poſterum tale fendum non debetur ad debita, quæ iubet exigi Princeps à feudis, & nouis quęſitis, & quę exiguntur à poſſidentibus ab eo feuda, aut alia bona non à morte amortizata, & à plebeis poſſidentibus feuda mobilia & hæc potiſſimum in Gallia vſitata ſunt.

Qui ſint extrordinarij redditus, & a quibus colliguntur.

Extraordinarij verò prouentus partim à ſubditis, partim verò ab extraneis colliguntur. A ſubditis caducitates, confiſcationes, mulctæ, dona ab extraneis, tributa, penſiones, honores, capitationes, ac ſimilia, quæ omnia eo modo, quo ordinarij redditus collocari, atq; impendi debent. Et profectò Principis alicuius potentia non tàm commenſuranda eſt ordinariorum, quàm extraordinariorum redituum magnitudine, vt ſcilicet is multū poſſe videatur, qui multas habeat faciles extra ordinem conferendi pecuniæ rationes: Cuius rei illud euidentiſſimum ſignum eſt, quod multi Principes venditis, vel oppigneratis, vel alio mo

do

do alienatis ordinarijs prouentibus extraordinarijs ſubſidijs magnitudinem ſuſtentant. Princeps, qui tàm bona patrimonialia, quàm reditus omnes adminiſtrauerit, proculdubio, fortunas ſuas egregiè locupletabit, ac ſtabiliet; In primis ſi quid neceſſarijs ſumptibus ſuperfuerit, diligenter recondat, vt poſitu aliqua premente neceſſitate ad ſuum vſum depromat.

Bonæ Oeconomiæ vtilitas ad opes congerendas.

CAPVT VIII.

Bona Oeconomia vtilis ad opes congerendas.

EA Principum non eſt vulgaris gloria, ſi boni fuerint Oeconomici, ſi Parſimonia non ſordida, ſed regali vtantur. Nõ poteſt præeſſe Reipublicæ qui domui rectè non præſit. Eſt enim domus maximè ſimilis ciuitati, quam ille ſuſcepit adminiſtrandam. Adulatores itaq; in primis omnem Oeconomiam à generoſo Principe remouent. Numularium ex Principe fieri nolunt, vt omnes offendãt amicos. Illum ad granaria, ad cellam vinariam intentum omninò indignantur, ad maiora rerum faſtigia liberam huius mentem volunt. Dignum Principe cenſent, vt bella, pacem, fœdera, iuſtitiam adminiſtret, plurimaq; ſibi perire gaudeat, humilioresque domeſticarum rerum curas alijs committat; Plus mali illa adulatio, quàm in aliquorum mentem cadat, adfert Reipublicæ, & Principem euertit; Principem quidem magni liberaliſq; animi eſſe volo; At quomodo liberalis, niſi exacta Oeconomiæ ratio ſtatuatur; ſi enim ſuarum rerum negligens eſt, hæc orientur incommoda, vt callidiſſimi furum nummos ad fœnus locent, vt inſcius ditet hoſtes, eoſq; magis reddat infenſos. Credere enim caueat eos, qui ſocordia illius abuſi, vario peculatu rem auxere, illi vnquam benè precari; mortuum illum vellent, quamdiù timent; priuatos labores Principi non committo, ſed animaduertẽdi neceſſitatem indico, tot inter oculos perpetuo intuitu propria ſpectantium commoda, manus rapientium, linguas mentientium, Principem eſſe veluti aureum pecus, vt ignoret; à quibus expolietur, iniquum ſanè iudicarem; nec illud ſummum eſt cum viri boni preponãtur Oeconomiæ; faciet eos ſocordia Principis malos, magna lucra, maior impunitas ad maximam procurant immoderationem; Certiſsimum planè eſt neglectã Oeconomiam

Aſſentatores nolunt Principẽ prouidum.

Animaduertẽdi neceſſarias Principi imponitur.

nomiam curas adaugere, &, quod Principi indignum eſt, annexium facere. Qui enim affatim habet, vnde viuat, alijsq; tribuat, iucundam ætatem tranſigit; cui verò in dies creſcit æs alienum, mordaci ſollecitudini animũ exponere cogitur; permulta quidem ſibi perire ſi cognoſcit, nec indolet, nec iubet in melius expẽdi, vix humano dignum eſſe nomine meretur; Si ignorat, quid acceperit, quid habeat, quid cuiq; datum ſit, ſed tantum, quem edit cibum, nôſcit, & quem dat Paraſito depeculanti, ſolo titulo eſt Princeps exteris riſui, ſubditis oneri, miniſtris quæſtui, & ſeruorum ſuorum vile mancipium, & deniq; præda purpuratorum latronum. His in vnum redactis, hæc ſumma eſt oeconomiæ, ne plus impendatur, quàm patiantur redditus; hinc enim mutuæ pecuniæ, oppignorationes, & Maieſtatis omnis abiectio. Sed parum eſt non plus impendere, quàm accipiat Princeps ſi nihil ex induſtria reponat, quod ad incertos temporum caſus aſſumatur; cum enim magnos redditus poſſideat, magnos quoq; acertuare theſauros poteſt, non imminuto præcipuo ſplendore, ſed ordine conſtituto qui ſemel in vſum productus efficit, vt abſque vllo labore rationes conſtent; laborandum ideo eſt, vt miniſtri fideles habeantur, quod quidem in paucis conſequetur, nàm in tot populis vna fides; paucorum tamen fida pectora multorum rapacitati ſe opponent; deinde, ne vllus ſit otioſus, ac cuiq; ſua munia aſſignẽtur, quorum rationem pleriq; eodem die, plurimi eadem hebdomada reddere teneantur. Purget aulam, & contrahat ab inutilium quisquilijs hominum, qui nec proſunt Principi, nec eum muniunt, nec ſplendorem adaugent; Id magni Reges, ac Principes effecerunt, qui decoram regiam aulam habere, quàm vulgari frequentem populo maluerunt. Circumſpiciat Princeps aulam, quantumque hominum ad otium, & delitias ſuſtentat, tantum Reipublicæ peſtem foueri ſibi perſuadeat.

Neglectæ oeconomiæ incommoda.

Quæ oeconomiæ ſumma:

Quid Principi agẽdum, vt bona vtatur oeconomia.

Cupidam nimis hominum naturam recipiendi, habendique conſideret Princeps, atq; id certo ſtatuat nunquam futurum, vt auaritiæ ſitis muneribus extinguatur; Nullum quidem Principẽ certum eſt ſatis videri liberalem aſſentatoribus, ſed nullũ æquè offendere, atq; eum, qui prodigus eſt, qui compreſſis, vt aiũt, dat manibus, nec merita accipientium, nec dignitatem examinat; nàm, qui indignus beneficij eſt, ingratus quoq; eſt, & digniores, qui paria, aut minora acceperunt, iniuria ſe affectos putant. Si aliquãdo liberalitate vti velit, eripiat potius quicquam iniquis, indignis, Iudæis, fœneratoribus, ſimiliumque hominum cæteris, multas improbis extortas det benemeritis; ſic enim non modo præmia, ſed pœnæ etiam erunt, & exempla colẽdæ virtutis; Præclarè Galba, munera, quæ Nero Scenicis dederat, exigi ſeuerè, decima ijs tantum parte relicta, iuſſit. Baſilius Imperator omnes

Si aliquãdo liberalitate Princeps vti vtili quid agendum.

à præ-

à prædeceſſore ſuo Michaele factas donationes irritas eſſe iuſſit. Domitianus poſtquam leui animi ſenſu inductus ſtipēdia militibus auxiſſet, militum numerum adminuendos ſumptus imminuere decreuerat, ſed quominus id facere auderet, Barbarorũ obſtabat metus.

Quæ ſpectanda ſint in mercatura, agricultura, & rebus foſſibilibus.

CAPVT VIIII.

MERCATVRAM, & agriculturam à Principe ſummo ſtudio curandam dixi, cũ maximè Reipublicæ prodeſſe videātur; ne igitur diutius ſermonem protraham, non hic eadem reperto; hoc tamẽ addam non parum adiumenti Principis potentiæ ſubminiſtrari, ſi metallorum opes prudenter inquirat, & ijs Rempublicam iuuet. Aurum in bellis quærere nefas eſt, in mari temerarium, arte, & iuſtitia valdè Principi proficuum. Ratio eſt triplex inueniendi auri, fluminum ramentis, vt in Tago Hiſpaniæ, Hebro, Traciæ, Pactolo, Aſię, Gāgi e Indiarum; e puteorum etiam ſcrobibus effoditur, aut ruina montium; in fluminibus licet pręſtantiſſimum dicatur, & abſolutiſſimum curſu ipſo, trituq́; perpolitum, cum tamen amplius non ſit in vſu, eius indagatio non inuenitur. Cum verò ex metallis, gemmis, marmoribus, omnibus metallicis ingentes exoriantur vtilitates, non ideò negligendæ ſunt, ſed tanquàm Reipublicę à natura conceſſa beneficia, cum gratiarum actione vſurpanda; quod ſi venæ rectę fuerint, inueſtigādę porro; de nouis quoq́; ſedulo cogitandum, atq́; exiſtimandum, ita Deum diſpenſaſſe, vt veteres nō oīa eruerint. Immenſę diuitiæ occultę latent ſub montium molibus, aliæ profundo ſubſidente loco; alia ferè propalam. Tanta eſt eorum varietas, vt certare videantur cum illis, quę enaſcuntur. Quamobrem plurimas eſſe metallorum venas, ſtatuendum eſt; quę licet Europam, & Aſiam ditent, quia tamen ignorantur, negliguntur. Mei huius tā apertę aſſertionis euidens ſit indicium, fluuiorum arena aurea, quæ vicinas ripas ipſo auro abundare demonſtrat; ex quo facile etiam crediderim nullum eſſe Principem, qui tales nō habeat diuitias; ſed inquirendi deeſſe induſtriam; Non affirmo tamen vbiq́; aurum

Maximũ potētię fulcrũ metallorum opes.

Plurimæ eſſe metallorum venæ.

rum reperiri, ſed ſpeciem aliquam metallicarum, ſeu foſſilíũ rerum, aurum, argẽtum, electrum, ęs, ferrum, ſtamnum, plumbum, argentum, viuum, ſandracham, minium, cadmiam, alumen, ſulphur, bitumen, terram lemiam, Eretriam, Eliam, Sebinuſcam, Pignitidem, Ampelitidem, Cimoliam, Sardam, Vmbricam, tot lapidum genera. Nàm quotidie noua huiuſmodi inueniuntur, quæ indicant pretioſis hiſce rebus naturam abundare. Negauit Tacitus argẽto feracem eſſe Germaniam, nunc tamen, non argentum ſolum, ſed & aurum ſuppeditat; nec regionis illius vlla pars eſt, in qua non aliqua effodiantur; In Comitatu Tirolenſi, Bohemia, Saxonia, Pannonia, Tranſiluania, Polonia, Haſſia, dotes illæ ſunt; immò in ipſa Horuegia argenti venæ reperiuntur; In Suecia quoque montes auro, argento ære plumbo referti in altum aſſurgunt; Brittania ſtamnum argentum propè æmulãs gignit; Electrum mittit Boruſia, gemmas Hericinæ ſaltus. Illud verò eſt in cauſa, cûr minus in hac re laboretur; quod vel mutatio dominorum, & gubernantium, vel bellã, vel ſanè ſumptuũ magnitudo, vel operis etiam difficultas ſummoperè impediunt. Parus idm in Hiſpania auri foſſor eſt, quia noua Hiſpania, & Peruuia fertilior eſt; negare tamẽ non poſſumus in Hiſpania metallicos eſſe montes, cum ſcriptura, & experientia id oſtẽderit; Nullum tamen Principem plures metallorum fodiuas habere arbitror, quàm Turcarum Imperatorem, qui cum aurum maximẽ ſitiat, eo bono non vtitur, & penuria peritorum, & Dei prouidẽtia, ne tantis opibus validius contra Catholica Regna inſurgat; Arabiam quoq; conſtat aurò ditiſſimam; nec tamen magna cura eſt harum opum emendarum, nec poteſtas; nàm latrocinijs, vaſtitate, timore tyrannidis omnia perturbantur. Ad hanc induſtriam cætera omnia, vt Criſtallinas, vitriarias, lapidarias, aliasque officinas reuoco; Salinas etiam non omitto, olim hæc rara, difficilisq;, nunc in promptu, ſed tamen nuſquam eo copia, quàm habemus in Italia; vbi Tarentinus lacus ęſtiuis caloribus exſiccatur, indureſcit, ex quò ſal coaleſcit; Metallicarum rerum genus omne exquirit, vt per homines quidem idoneos adminiſtrentur, ſed laborũ maxima pars à damnatis ob aliquod delictum reis perficitur. Qui enim propter admiſſa ſcelera ſunt puniendi, ita huic pœnæ ſubijciantur, & crebrò mortis pœna in hâc commutetur. Aegyptij vt Piramidum deductionum Heliacarum barbara opera damnatorum, captiuorumq; labore effecerunt, ſic quoq; improbos ad aurum effodiendum deſtinabant. Caueat tamen Princeps, ne innocentes addicat, nocentes tantum veluti pœnæ ſeruos illuc traduci iubeat. Nec difficilis cuſtodia; tùm quia in ſpeluncis continentur, tùm quia totum hoc genus ferreis tantum catenis edomandum etenim proſunt Rei-

In plurimis Prouincijs plures ſunt metallorum venę.

Cauſæ, ob quas in effodiendis metallis minus elaboretur.

Aliæ officinæ proponũtur.

publicæ pœnæ eorum, quorum ſcelera obfuerunt. Nunc in carcere multi per plurium annorum interualla adſeruantur publico ſumptu; multi autem vel aurium cæſione, vel publicis flagellis, vel exilio corripiuntur, interim, quibus vitæ ciuiliter degendæ copia denegatur, ad furta, latrociniaq; ſe ſe parant. Vbiq; enim ſemper infamiæ notis erumpunt. His tamen interponendi alij tū præfecti, tùm mercede cōducti, vt fugiendi nulla ſit in promptu occaſio. Multis perditorum centurijs hodie carceres redundāt, quorum ſcelera ea non ſunt, vt morte puniantur.

Aliæ quærendæ pecuniæ rationes traduntur, quas induſtrioſi olim Principes, & Reſpublicæ perſecuta ſunt.

CAPVT X.

NECESITAS ſæpè, aut auaritia ſtudioſæ quærendarum opum indagatrices ſunt, quas licet interdum ob moleſtiā populus faſtidiat, interdum tamen eædem communi eius conſenſu ad maius malum euitādum in vſum deducuntur; certè quorumdam malitia ita peruigil eſt, vt potius ad opprimendum, quàm ad ſubleuandum populum noti videantur. Exēpla in medium proponam, quorum aliqua ſunt comprobanda, quædam iuſta facit neceſſitas; Honeſta, vtilisq; colligendi in neceſſitate pecuniæ ratio fuit, quàm iàm Veneti fuere ſecuti, nàm publicè edixerunt fore, vt, qui Rempublicam iuuiſſent, ex illis triginta in numerum Senatorum eligerentur, eaq; dignitas poſteris eorū rata maneret, cæteris finito bello ſingulis annis quinq; nummum millia diſtribuerentur. Certatim dederunt opulēti, ac ex æmulatione ampliſſimā pecuniā in ærariū retulerūt. Id, cur Principes ſæpè nō imitētur? Certè Hiſpaniarū Rex aliquot ante annos, dū ditiſſimos Italorum nobilitat, magna bellorū ſubſidia cōparauit, atq; ex hoc rectè cognouit nobilitatis honores in copioſos, ingenioſos, negotioſosq; eſſe cōferēdū; ne, ſi in egeſtatē recedāt, ordini ſint dedecori. Nulla hic Reipublicæ, nulla priuatis infertur iniuria. Ij qui pecunia patriæ proſūt, nō inferiores iis ſūt qui tetro quaſi vapore obductas imagines docto animāt penicillo; nec. n. ſolius pecuniæ, ſed virtutis etiā habēda ratio. Qd ſi recētiū multitudine, antiquorū vileſcat nobilitas, id ferendū, quādoquidē virtuti recuperandæ dignitatis ſēper aditus patet. Nec diſſimile huic eſt, qd Byſantij dū eius ciues neceſſitate maxima vrgerentur, factū eſt, cū enim lex eſſet, ne quis iure ciuium

Venetorū ratio colligendæ pecuniæ.

fruiretur, niſi vtroq; parēti ciue natus eſſet, edictū fuit, vt ſi quis Reipublicæ triginta libras conferret, quamuis alterutro parente tantùm ciue natus, ciuis eo, qui optimo iure haberetur.

Alia eſt conquerendæ pecuniæ ratio, qua Edoardus Brittaniȩ Rex vſus fuit: amicos rogabat, vt ſponte ſibi pecunias conferrēt, ad expenſas militiæ, ſic ex ſingulorū liberalitate beneuolentiam ciuium eſtimaturum dictitabat, quare huic contributioni beneuolentiæ nomen inditum fuit. Si ſumma cōpellat neceſſitas, eſt recta ratio, ſed animaduertendū, vt viciſſim illis benefaciat, alioqui nil durius, quā Principis repetitæ, ſæpius apud amicos preces; ſi enim negent, aut parcè donent, paratam ſibi cladē ſuſpicātur; ſi quis aut nolit, aut non poſſit dare, ſibi infenſum Principē apertè declarat, quem pariter cenſet offendiſſe. **Odoardi Brittaniæ Regis Racco.**

Antoninus Philoſofus, vt pecuniā conficeret, omnia vaſa aurea, argentea, criſtallina, gēmas, omnemq; domeſticā ſuppellectilē, vxoriſq; ornamenta publicè vendidit, vt pecuniam conflaret, quæ quidem nimis ſordida à nonnullis exiſtimantur, plures tamen magnificum arbitrantur, nàm ornatum contemnere regium, ſubditisq; parcere laude dignum eſt, hac enim ratione nobiliū, potentūq; animi, ad Rēpublicā adiuuandā inflāmātur, Quis .n. e diuite gēma biber, ſi Princips fictilē ſuppellectilē ītueaturȝ **Antonini Philoſofi ratio.**

In Lottoringia ingruentibus olim bellis, cū indita eſſent varia tributa, & illud additū, vt quantū poſſit quiſq; vno die cū familia in victu conſumere, tantum contribueret in tributum. **Lotaringlorū ratio.**

Dominicum Michaelem Venetorum Ducē tradunt, cū procul à domo abeſſet claſſe, Tirū obſidens in expeditione Aſiatica, & propter pecuniæ defectū ſtipēdiū reddere nequiret, remigibus, & ſocijs naualibus pecuniā publica forma ſignauit, quā pro aurea, & argētea certis diſtinctā caracteribus in ſtipēdiū naualibus numerauit turmis, polliticus fore, vt mox domi, aurei, & argētei nūmi pari numero habētibus traderentur, quod factum eſt. **Dominici Michaelis**

Neceſſitas ſummà in cauſa fuit, vt pro bello Pruſico gerendo tributum in Polonia imperatum ſit à Rege Caſimiro, vt Rex pariter, & Eccleſiaſticus, equeſterq; ordo vniuerſus dimidium annuorum cenſuum conferrent, ne honorum quidem, ac Magiſtratuum fructibus exceptis, oppidani verò ſoli iuxtà, ac mobilium bonorum eſtimatione facta, vt binos groſſos à marca, agreſtes vero ſinguli ſingulos groſſos, cæterum equeſtres homines, qui nullos habent agricolas, & adſcriptitios, neque cenſus vicinos, quaternos groſſos penderent. **Caſimiri Poloniæ Regis**

In bello contra Maximilianum Imperatorē præterea, quæ ex officiorum venditionibus collegerunt Veneti, Senatus ſanciuit, vt dimidia ex parte fructuum, qui ex domorū locatione percipiebantur, æquā partem inquilini omnes in ærarium conferrēt, ex- **Venetorum.**

 ceptis

ceptis iis,qui eo bello ab hoſtibus Reipublicæ domo ſua pulſi ſe ad vrbem recepiſſent, atq; iis,quorum fructus decimam vnciæ partem non excederent.

Venetorum. In bello contra Iulium Secundum Summũ Pontificẽ Veneti, cum pecunia indegerint,per Senatum ſtatuerunt,vt intra viginti quinq; dies,qui aurum,argentumue celatum haberent,ad duum viros adferrent nummis cudendis;Id eis aurum, argentumue cũ lucro partis decimę accepto ferendum;qui non tuliſſent,eorum bona venderentur,exceptis, quæ dotis titulo mulieribus deberẽtur,Atq; tandem,cum parum liberales,& nulla patriæ charitate mouerentur,ſtatuit Senatus,vt eorum, qui latebant, captis, & venditis pignoribus,& bonis ad contribuendum cogerẽtur, alij negantes carceribus capti includerentur.

Venetorum. In bello contra Sfortiam Mediolanenſium Ducẽ ad ſumptus perferendos ſanciuit idem Senatus,vt vrbani,peregriniq; Magiſtratus,Iudices,ſcribæ, cæteriq; inferiores ordines, Magiſtratibus ipſis ſubiecti,qui publicum aliquo modo ſtipendiũ mererẽt, Reipublicæ eſſent vectigalia;& vt patritij etiã Magiſtratus, quibus præmium ex publico fuit adſcriptum, poſt annum gratuitũ Reipublicæ operam in ſex proximos menſes impenderent; Eandem,& tributi rationem ſunt amplexi bello contra Maximilianum Imperatorem in recuperanda Vicentia.

Alia itidem Venetorum ratio. Iterũ,& in bello contra Baiazetẽ Turcarũ Imperatorẽ formidoloſo aucta à Venetis fuerunt vrbis vectigalia nimirũ tertiam vini,panis,carniſq; partẽ exegerunt,portorijs tantum exceptis, atq;, vti Magiſtratus omnes vrbani, prouincialeſq; mediã ſtipendiorũ partẽ vnius anni Reipublicæ remitterent lex lata;cautũ tamen,vt quadraginta tantũ optimatũ ſumma capita lege tenerentur,cenſus autẽ ciuibus pro vniuſcumq; opibus decretus, Ciuitates verò ſub Venetorum Imperio,aut fœderatæ,ad contributionem certæ pecuniæ vocatæ.

Venetorum. Idẽ Senatus,cũ videret in bello contra Maximilianũ maximã eſſe in vrbe eorũ ex plebe ciuiũ, qui aliquo Reipublicæ munere fungerẽtur,ex quo aut ſtipendij mẽſtrui, aut quotidianũ queſtus nomine lucrũ facerẽt,ſtatuit,vt is, qui in plebe ciuis perpetuũ à Republica munus acciperet,ſi decuplũ ſtipis annuæ, aut ſi ea nõ ſit,lucri ſummã,de qua apud Magiſtratũ conſtaret, Reipublicæ intra quindecim dies dari curauiſſet,id omninò munus ipſo mortuo,aut filius,aut nepos,aut frater eius cõſequeretur,aut is quẽcumq; ſibi ipſi eius muneris hæredẽ inſtituiſſet, quibus aut ſua eſſent ad tẽpus munera,ijs octuplã ſtipẽ ærario inferentibus, ea viuis munera eripi non poſſent. Has enumeraui artes, quibus Principis neceſſitati,vel cum ciuium incõmodis, vel abſq; eorum detrimento ſubueniri poſſe video.

Quæ

Quæ ſint congerendarum opum iniquæ rationes.

CAPVT XI.

QVAE de colligendis opibus adhuc tradita ſunt, eo ſpectant, vt horum aliqua comprobentur, vtpotè æqua; iniqua verò plurima damnentur; Ex iniquitate enim diteſcere impijſſimum dicerem; atq; ideo non abſq; re fore duxi, ſi alios modos, quibus pauperes, diuiteſq; in Republica opprimuntur, vt maximè euitentur, recenſuero.

Primus, igitur eſt in publica moneta augenda, minuendaq;, non veteri illa fraude, quæ patebat, ſed noua, ac ſubtiliori. Quis enim Hippiam imitatur, aut Leonem, cum iuſiſſe ferunt, vt quilibet adferret nummos alia forma excudendos, cum attuliſſent, recudit, & nouam monetam duplici pretio eſſe iuſſit; Sibi itaque dimidium retinuit, ac ciuibus ingenti fuit detrimento, cum ab exteris non niſi conſueto pretio acciperentur; nec diuturna eſſe potuit tam aberrans à communi æſtimatione viſionis fallacia. Nunc ſubtiliora monetæ ſunt furta; artificioſa fraus eſt permiſcendis variè metallis; argentum purũ colligitur, idque permiſcetur, vt interdum dimidio maius pretium efficiant. Hinc tot nummi adulterini, nummuliq; qui paſſim ob fallaciam prohibentur.

Damnatur ratio ingerẽdi pecuniam.

Huic affinis vſurariorum improbitas; antiquum hoc Reipublicę malum fuit, & nunc ſummum eſt, quod liberrimè lucri ceſſantis, ac damni emergentis velamine graſſatur. Statuendum eſt omnem vſuram, cum nummus per fœnora nummum gignit, eſſe illicitam; ac tanquam venenum, & peſtem è viſceribus Reipublicæ eijci, depelliq; deberet. Cauſa porro, cur tanto detrimento Reipublicæ peſtis illa retineatur, triplex eſſe poteſt. Principum, & ærarij vtilitas; quia vectigalibus Iudęi onerantur; commodũ ſubditorum, qui mutua pecunia egent ipſorum Iudęorum; & vt tandem ad veram religionem conuertantur. At omni in cauſa falluntur Principes; ſi enim abeſſent Iudęi, & fœneratores plus præſidij conferre poſſunt ciues; Nunc enim, & hoc, quod Iudæi conferunt, ciuium incuriæ vertitur, quos dolo, fraudeq; exhauriant, & proptereà ipſos Iudęos non ſolum alere, ſed & diſtare coguntur. Quæ enim erit ciuitas, quæ non libenter id, quod Iudęi fiſco pendunt, duplum perſoluat, ſi Magiſtratus Iudęos expellat? vtilitati publicæ nihil ſanè prodeſt callidos illos fures alere,

Damnatur feneratorum improbitas.

Recenſentur cauſæ, ob qua ſcoleren tur feneratores Iudęi.

Sunt potius incommodo quã cõmodo Iudęi.

& cum decem aureos contulerint, mille tamen fraudolenta arte à cunabulis vſq; cognita ſurripiant. Hic igitur error politię eſt ingens ad publicorum fœneratorum rapinas, hoc eſt hebdomadarios, menſtruos annos cenſus conniuere, atq; hac ratione extorquere fortunas, vt eæ in ius fœneratorum abeant, ac ærariũ aliqua portione haud aſpergatur.

Nec longè diſſimilis eſt ab ea horum ratio, quàm Tiberiũ Imperatorem exercuiſſe conſtat. Prefides ille egentes, callidos auaros, rapaces, conſtituebat, quos deinde prouinciarum opulentiſſimos ſpolijs trucidabat, & ſpolia fiſco inferebat; qua quidem in re, initio tanquam iuſtus, & ſeuerus Imperator diù ſtatuit; verum perſpecta fraude opes omnes ad Tiberium deuenire; cumq; preſidibus veluti ſpongijs vti, quos aridos prouinciarum opibus cõmitteret, plenos exprimeret, vniuerſus populus dictitabat. Non conſulunt hi ęrario, quia ciuitates opprimunt, odia colligunt, cũ tamen honeſta negociatione plus lucri facere poſſent; Nec fieri poteſt, vt his commercijs ad fidem conuertantur, quia nõ magis amant Chriſtianos, quàm agnus lupum; nec de conuerſione illi loquuntur, nec Iudęi audire ſuſtinent; ſubinde ex diuturna permiſſione, & conniuentia Principum fœnerandi habent crimina impunita; immò, quo maiori ſunt odio, & opinione nequitię apud Chriſtianos, hoc magis apud ſuos gloriantur; præterquã quod reſtitutio male ablatorum eos quaſi impedit ad ſacrorum Chriſtianorum ſuſceptionem; Vera enim religio alienarum rerũ detentionem non admittit; ideò durum nimis videtur Iudęis theſauros, quos vel magna parte, vel vniuerſos per iniuriam cõgeſſerunt, dimittere; ſi licitis operibus omnia lucrarentur, ſuſcepta religione ſibi ſuas retinerent, & ſolum exercenda eſt perfidia, nunc opes abijciendæ ſunt, quas plerique fidei, pietatique præponunt.

Aliæ dãnatæ rationes.

Aliæ etiam in vſu ſunt cumulandæ pecuniæ damnatæ rationes; Ita Nero deſtitutus, auroq; iàm exhauſtus antè omnia inſtituit vt è libertorum defunctorum bonis preter ſemeſſim dodrãs erogaretur. Erat hoc ingens prædæ augmentum, nàm cum ante ſemiſſem, hoc eſt mediam partem hæreditatis vendicaret fiſcus, dodrantem, hoc eſt nouem vncias ex duodecim, ſiuè tres quartas accepit. Verbi gratia, duodecim millium aureorum fuiſſent, nouem Imperator, tria hæres adibat; Præterea edixit, vt ingratorum in Principem teſtamẽta ad fiſcum pertinerent, ac ne impune eſſet ſtudioſis viris, qui ea ſcripſiſſent, vel dictaſſent, immẽſa ſub latrone Principe vorago, eos iubebat occidi, à quibus dictus fuit hæres. Hoc metu iniecto, cum iàm ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palàm hæres nuncuparetur, deriſores vocabat, quod poſt nuncupationem viuere perſeuerarent,

uerarent, multisq́; venenata porrigebat pocula; Iura ciuibus tollebat atq́;, vt ea redimerent, vim inferebat. Negabat enim iure Ciuitatem Romanam vſurpare eos, quorum maiores ſibi poſteriſque eam impetraſſent, niſi filij eſſent; neq́; enim intelligi debere poſteros vltra hunc gradum; prolataq́; diuorum Iulij, & Auguſti diplomata, vt vetera, & obſoleta deflebat, ſententias vendebat; Cognoſcebat autē de talibus cauſis impoſito prius pretio, moræ impatiēs quadraginta reos quondam ex diuerſis criminibus vnica ſententia damnauit; Cogebat, vt res vales immenſo emerent, omnes fraudes venditioni admiſcebat, pro litibus, atq; iudicijs vbicumq; conceptis quadrageſimam ſummæ, de qua litigaretur, nec ſine pœna, ſi quis impoſuiſſe, vel donaſſe negotium cōuinceretur, quidquam remittebat. Omnia turpia ſequebatur lucra; Ex Gerulorum diurnis quæſtibus pars ei erat octaua, ex captoris proſtitutarum, quantum quæq; vno cōcubitu mereretur, Additumq́; ad caput legis, vt tenerentur publico, & quæ meretricium, quæuè lenocinium feciſſent, ne nō & matrimonia obnoxia eſſent; lupanar domeſticum erigebat in palatio diſtinctis, inſtructisq́; pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronæ, ingenuiq́; ſtarent. Mittebat circū fora, baſilicas, nomenclatores ad inuitandos in libidinem ſenes, iuuenesq́; ſtatuta aduenientibus pecunia fœnebri, appoſitisq́;, qui nomina palā ſubnotarēt; locupletum opes fiſco addicebat, militum delectus habebat; id quod fecit, & Caligula & vſitatum erat eos adoleſcētes ad nomina adigere, qui à militia vacationem magno eſſent empturi. Quælibet ſcelera, vt læſæ maieſtatis ſcelera confingebat, Mirum, quantum feritatis lex iſta præſefert; nam & ob verbulū temerariè tantum prolatum non modo ob perpetratum atrox facinus vita priuabantur, reisq; bona fiſco ſubito demandabantur; Per calumniam ſpoliabat officinas mercatorum; cum enim interdixiſſet vſum Amithyſtini, ac Tyrij coloris, ſubmiſiſſetq́; qui nundinarum die pauculas vncias venderet; præcluſit cunctos negotiatores; omnes Magiſtratus inter medios ad rapinas impellebat, nulli delegabat officiū, vt non adijceret cum ſcire, quid ſibi opus ſit; hocq́; agere, ne quis quicquam haberet; Tēplis omnibus bona detrahebat, à ſocijs pecunias quæritabat, ſine cauſa oppida diripiebat, furabatur, aliena vendebat, creditoribus non ſoluebat, ab ipſo milite vectigal extorquebat, ſanxitā cū piratis cōditionē, ſocietatēq; habebat, vt apud Algeriæ Proregē eſt in vſu; Occidebat eos, qui Magiſtratus geſſerunt, quod idem ſane à Turcarū Imperatore non abhorret; honores, & ſentētias venditabat, vt diuitū poſſeſſiones, vt publicū crimē, diuitē eſſe cēſeretur. Has omnes dānatas artes appellarim, quæ vtiq; diuitem non faciunt Principē, immò omnino cū Imperio, ac dignitate denudant.

Qui-

Quibus modis Principis Imperium amplificetur.

CAPVT XII.

INGENIOSAE quædam artes ſunt, quibus iuſtè alienam etiam ditionem ſuę poteſt adiungere Princeps; ſic enim Romani pluribus rationibus Imperium amplificarunt; Primo hoſtes victos, vt Albanos, Sabinos, aliasq; complures gentes in fœdus adegerunt. Romulus ea valuit ſapientia, vt pleroſq; populos eodem die hoſtes, eodē ciues haberet. Iidem finitimas Romæ Ciuitates delere omninò, atque euertere conſueuerunt, vt ità earum ciues Romam commigrare cogerentur; Prætereà ius ciuitatis quamplurimis virtute, aut aliqua alia dote eminentibus immò integris ciuitatibus tradiderunt; Magna indè populi Romani Imperio facta fuit acceſſio, quod multos populos, ac Reges ſibi adiunxere, alios quidem ſociorum nomine, vt latinos, alios amicorū titulo, vt Reges Aegypti, Aſiæ, & aliarum gentium. Hęc verò ipſa ſociorum, & amicorum nomina Romanis nulli, niſi de ſe bene meritis Regibus, ac ciuitatibus tribuebant. Alijs inſuper in fidem, ac patrociniū ſuſcepti Romani Imperij Maieſtatem non parum auxerunt; Sic Capuani, vt Samnitibus, & Meſſanēſibus vt Hieroni, & Cartaginenſibus validè obſiſterent, ſponte in Romanorum poteſtatem deuenerunt. Hæc ars etiam ætatis noſtræ Principibus præclarè innoteſcit, eaq; Henricus Secundus Galliarum Rex ad commodum ſuum opportunè vſus eſt, ſiquidem ſuſcepta Imperij contra Imperatorem Carolum Quintum defenſione, tres maximas Ciuitates, Metim, Tullum, & Verodanum ea occaſione in ſui ius redegit. Eadem ratione Poloniæ Reges maximam Licconiæ partem ſuo ſubiecerunt Imperio. Ad augendas Imperij vires nō minus conferunt beneficia in Reges, aut Principes collata. Hanc ob cauſam Ludouicus Vndecimus Galliarum Rex Franciſco Sfortiæ Sauonam tribuit, Fridericus Secundus Imperator Borſo Ateſtino Mutinam, & Regium, quod ab eo Ferrarię liberaliſſime fuiſſet exceptus.

Prima ratio adaugendi Imperij.

Alia ratio.

Comperta noba quoq; ratio eſt, qua nulla vtilior ad alienam comparandam ditionem, nulla iuſtior, quæ fit per emptionē qui ditionem emitigit profectò, quod nullo ſatis magno pretiō

perſolui poteſt; nec eſt vllum Principe dignius mercimoniũ. Hoc modò Clemens Sextus Auenionenſem Comitatum à Ioanna Neapolis Regina emit, & quidem illis ipſis penſionibus, quæ ab ipſa Eccleſiæ perſoluebantur; Sic Philippus Valeſius Delfinatum ab Hamberto Principe quadraginta, & Ducatum Bernenſem ſexaginta aureorum millibus mercatus eſt. Nulla verò gens facultates ſuas hoc modo magis auxit, quàm Florentinorum Reſpublica, neque vlla fuit, quæ promptiori ad manus pecunia magis abundarit. Hinc ijdem Aretium à Coſſeo quadraginta, Liburnũ à Thoma Fregoſio centum viginti aureorum millibus, Cortonã à Ladiſlao Neapolis Rege, Piſas à Gabriele Maria Viceecomite ſuæ addixerunt ditioni. — Per contractus maxime adaugentur Imperio.

Hominum excellenti virtute præditorum opera non inutilis habetur alienum acquirendi modus, qui præcipuus eſt exteram aliquam nationem certo ſtipendio conducere, vt eius opera in bello vtamur. Conduci etiam ſolent exteræ nationes, aut ad inhabitandam aliquam regionem, vel ciuitatem, vt Ioannes Secundus Luſitaniæ Rex Germanos quoſdam agricolas, aut additionem varijs artificijs tam locupletandam, quàm exornandam aduocauit, (in quo Coſmus, & Franciſcus Magni Etruriæ Duces ſingularem adhibuerunt prudentiam,) aut ad acquirendam nobis aliorum pecuniam, idq; beneficio earum rerum, quarum copia abundamus. — Alia ratio.

Præcæteris etiam modis, quibus alienas facilè ditiones poteſt quis conſequi, ille non eſt in infimo, cum Principi, vel Reipublicæ commodata pecunia Ciuitates, & Opida in fidem reſtitutionis recipiuntur. Cum verò ſic credita pecunia rarò reddatur, fit, vt Princeps eiuſmodi hypotecas propriorum bonorum loco habeant, atque vſurpent. Electores olim Carolo Quarto Imperatore ſuffragia ſua de Vinciſlao filio ipſius in Romanorum Regem eligendo centenis aureorum millibus ſinguli vendiderunt; cum verò is tantam pecuniæ vim in promptu non haberet, ſexdecim Imperij Vrbes in pignus fidei ipſis tradidit, quas tàm illi, quàm hæredes in ſui ſemper poteſtate retinuerunt. Ludouicus Decimus Galliæ Rex Comitatum Roncilionenſem à Ioanne Aragoniæ Rege pro quaternorum aureorum millibus acceperat, quem poſteà Carolus Octauus Regi Catholico gratis reſtituet; ſic et Florentini ab Eugenio Quarto Burgum Sancti Sepulchri pro viginti quinque aureorum millibus, & Ioannes Primus Luſitaniæ Rex Moluccas Inſulas à Carolo Quinto Imperatore pro tercentum, & quinquaginta ſcutorum millibus pignori acceperunt. — Alia ratio, qua plures Principes vſi fuere.

Ad hoc prætereà quàm maximè proſunt affinitates, & matrimonia, quibus certè plurima iura ſibi Principes aſſumunt. Car-

thaginenſes

Per affinitatis ad augentur Imperia.

thaginēſes Syphacem Regem potentiſſimum à Romanorum ſocietate auerterunt; Sophoniſbam ciuis ſui Aſdrubalis filiam ei vxorem tradendo; Simili arte Veneti Cypro Inſula potiti ſunt; Philippus Maria Vicecomes ditionem ſuam, quàm Præfecti, qui patri eius militarunt, iàm inter ſe diuiſerant, quatuorcentum aureorum millibus à Beatrice Tēde Comitiſſa vxore ſua, dotis nomine acceptis, recuperauit; Ex omnibus tamen Principum familijs nulla eſt, quæ per matrimonia, & affinitates maiorem planè potentiam, vel cum perpetua quadam fœlicitate coniunctā euecta fuerit, quàm Auſtriaca. Primo enim Maximilianus à Maria vxore Caroli Burgundiæ Ducis filia Belgium, deinde Philippus à Ioanna Ferdinandi, & Iſabellæ filia Hiſpaniam cum omnibus ei annexis prouincijs dotis nomine accepit, quorum vniuerſa hæreditas Carolo Quinto Philippi filio obuenit; Cuius filius Philippus affinitatis iure Luſitaniæ Regnum cū omnibus ei adiunctis (quæ ſanè maxima ſunt, & opulentiſſima) ſibi, tanquam maternam hæreditatem vindicauit.

Per adoptionem.

Cognationis, ſiuè affinitatis ſpecies eſt Adoptio, qua Ioanna Regina Neapolis ad fringendam Ducum Andegauenſium potentiam vſa eſt; vndè ad Aragoniæ Reges poſteà ius illius opulentiſſimi Regni fuit deuolutum. Apud Gallos ad legem Salicam hæc Imperium affinitatis, aut cognationis beneficio augendi ratio locum non habet.

Alia conſideratur ratio.

Plurimæ etiam aliæ dantur rationes Imperij ſui terminos ex alienis amplificandi: Aegypti Sultanis in more erat ac Imperij ſui vires augendas pueros e Circaſſorum in primis gēte apta ad militiam corporis proportione coemere, quibus tā ad arma tractanda, quàm equos regendos aſſuetis & manumiſſis ad bella gerenda vtebantur; & his quidem viribus illi, Aegypti Siriç, Arabiæ Imperium trecentis ferè annis obtinuerunt: Luſitanis quoq; hoc idem in vſu fuiſſe accepimus, vt magis Turcæ ſubditorum multitudinem adaugerent, quorumcumq; religionum hominibus tutiſſimum ad ſe acceſſum permittunt, ab eiſq; hoc vnū exigunt, vt inuiolabilem in bello fidem exhibeant; quapropter ex hoc vario hominum genere robuſta illa equitum turma, quos Mutferiaghos appellant, rectè eſt diſpoſita, in qua plurimi adnumerantur Chriſtiani, qui aut rerum ſuarum deſperatione, aut concepta ita, atq; indignatione, aut ſtulta ambitione, aut alia aliqua cauſa eo deducti ſunt, vt ſcilicet ſæpè cum fide libertatē ipſam deperdant. Poloni eligentes, aliarum ditionum Principes potentiam ſuam auxere; quas poſtea inſertas tanquam proprias ſibi vendicarunt. Hæ ſunt itaq; rationes augendæ potentiæ, quæ cum ſint iuſtiſſimæ; ſi tamen reſecentur timendæ, quas ſibi tanq; proprias vſurpāt turcæ, vtpotè ad id quod eſt contra omne ius,

& præ-

& præcipuè contra fidem chatolicam dirigentes; quis neget maximè ſtabili fundamento innixam duraturum.

Quomodo, & quando bona Eccleſiaſtica à Principe in ſui ſubſidium adhibeantur.

CAPVT XIII.

ECCLESIAE reditibus nequaquã ſine Summi Pontificis facultate, & extremã Reipublicæ neceſſitate manus mijciendæ ſunt; olim placuit Concilio Lateranenſi generali, vbi laicorum facultates exhauſtæ ſunt, poſſe ex Eccleſiaſticarũ perſonarum conſenſu aliquid ex ijs extrahi auxilij nomine, quibuſdam tamen præmiſſis conditionibus. Primo quod ab Epiſcopo, & Clero reddituum horũ collecta ſtatuatur; In his enim, quæ vniuerſum Clerũ reſpiciunt, non ſat eſt, vt Epiſcopus à ſuo tantum capitulo accipiat aſſenſum, ſed totius cleri vox admittenda quia nec Epiſcopi ex arbitriò immenſis oneribus opprimere poſſunt ſubditos; Ex quo òccurritur colluſioni quorumdã Epiſcoporum, qui cum Principibus, & laicis auidis ad colligenda, bona Eccleſiaſtica poſſunt timere auxilia illa Principibus contra Clerum permittere; ſed & conſulitur ipſorum Epiſcoporum ſecuritati, qui alioquin, ſi ille conſenſus ad contributionem perſoluendam ſufficeret, armatis Principibus nunquam illa ſubſidia tàm facilè auderent negare; vt planè faciunt, cum ab ipſis ſolis non pendere demonſtrãt; ſed à totò Clero, cui iure diuino, & humano priuilegia illa immunitatis indulta ſunt; Requiritur, quod & laicorum facultates nõ ſupperant; Verùm & hodie, ni conſulatur iſta di re Summus Põtifex, impoſita collectorum onera ſunt excutienda. Cuius rei ea eſt ratio; quod tanta eſt vis laicorum, vt facilè, vel minus, vel coactione Clerum ad conſentiendum impellant, vel nulla cogente neceſſitate; & proinde excommunicationis pœna, ne id fiat inconſulto Pontifice, vetitum eſt; Nonnulli ſunt Principes, qui priuilegia obtinuerũt, quibus etiam bona Eccleſiaſtica ſumma vrgente neceſſitate alienari poſſunt. Tale exiſtimatur priuilegium conceſſum Galliatum Regibus per Bonifacium Octauum, antequam Philippo Pulcro eſſet infenſus de imponendis vectigalibus, vel colligendis auxilijs ab Eccleſia, dùm Reipublicæ expe

Quæ ſint ſeruada vt Principi eccleſiæ reddit⁹ poſſint deſeruire.

Priuilegia iẽ conceſſa nonnullus Principibus

Digitized by Google

diret;Quod idem à Clemente Quinto confirmatum vidimus,ſic cum inuaderetur Franciſcus Primus vndiq; ab inimicis, nempè in Italia in Ducatu Mediolani ab Hiſpanis,Italis, & Germanis, in Picardia à Belgis & Anglis,in Cāpania à Germanis,in Aquitania,& Vaſconia ab Hiſpanis, vi illius Bullæ Bonifacianæ neceſſitate coactus ſubſidium ab Eccleſijs Galliæ petijt, quo tempore nullam offerente moram etiam ſine Summi Pontificis auctoritate Princeps derepente inuaſus, & Regni periculo imminēte ſubſidium poteſt petere,ſi modo eiuſmodi ſit Princeps, qui nullum cognoſcat ſuperiorem.

Decimationes iam conceſſe à Summo Pōtifice.

Ex Summi quoq; Pontificis licentia etiam permiſſæ fuerunt Principibus aliquādo exactiones decimarum à Sacerdotia poſſidentibus, at anno 1500, quo tempore Cæſar Maximilianus Primus de bello Turcarum,Imperij cōuentum agebat Auguſtæ, decretum fuit mittendam eſſe legationem ad Pontificem Alexandrum Sextum,vt Rempublicam ope, conſilioq; iuuaret, & prouentus annatarum, hac potiſſimum de cauſa conceſſos olim in hunc vſum contribueret. Cum Veneti bellum contra Baiazetem Regem Turcarum ſuſceperunt, Alexander Sextus Pontifex Maximus reddituum omnium, quibus Sacerdotes in Imperio Reipublicæ fruerentur,partem tertiam, Venetis conceſſit Cardinalium Sacerdotijs exceptis; Alexander idem Sextus Pōtifex in vſum belli Gallici pecuniam omnem Sedis Apoſtolicę auctoritate in Hiſpania belli ſacri nomine, quam cruciatam appellarunt,coactam Neapolitano Regi conceſſit;quam tamen pecuniā niſi contra Religionis Chriſtianæ hoſtes,nefas erat conſumere. Permiſit Frāciſco Primo eius nominis Gallorum Regi Leo Decimus Pontifex Florentiæ congreſſus, vt in Gallia citeriori, & vlteriori Sacerdotiorum redditus binis decumationibus decumaret. Paulus Secundus in bello Germanico contra proteſtantes permiſit Carolo Quinto Imperatori dimidiam partem bonorum Eccleſiæ ſumere per Hiſpaniam, & ex annuis prouētibus Monaſteriorum Hiſpaniæ diuendere,donec quingentorum millium aureorum numerum perficeret;ea lege tamen,vt de ſuis bonis tantumdem illis inuicem oppigneraret. Verū tamen nō parū ab ira diuina caueant Principes,qui nihil, aut parum indulſerūt priuilegio iuris diuini eo deducti prætextu,quod ageretur de ſalute communi,& Eccleſiæ,& Ciuitatis & Religionis contra hæreticos,atq; adeò onerare potuiſſe crediderunt perſonas Eccleſiaſticas,& Eccleſiæ bona perſonalibus,& realibus oneribus, & adegiſſe etiam abſq; Summi Pontificis conſenſu ad præſtandā militibus hoſpitia,& ipſoſmet Clericos,atq; Regulares, quibus maximè propria futura eſt clauſura, ad arma capeſcenda impulſi,quæ certè aliqui promptiſſimè ad inhoneſtatem libertatē

ſum-

ſumpſerunt, ſed tamen, quæ ſecuta ſit vtilitas præclarè cognouimus; Accidit enim, vt exigua ſcintilla Religionis, quæ in Eccleſiarum ſeptis conſeruata erat, & qui adhuc ſtabant in cultu Dei emancipati, mores militares armatæ militiæ didicerint Cæleſtis militiæ arma obliti, Nulla fides quippè, pietasq; viris, qui caſtra ſequuntur. Quot inde euaſerunt irregulares, quot apoſtatæ, quãtum diuinus cultus ſit imminutus, diuinum auxilium oculati rerum horum omnium teſtes fuimus; Malum peſſimum in Republica ordinatam rerum ſeriem, muneraq; à Deo diſtincta promiſcue habere, non ſecus, ac ſi in humano corpore membrorũ omnium rectam diſpoſitionẽ, ac munera quis permiſceret, animiq; legibus corpus ipſum adſtringeret; Si Religiò Politiæ, non Politia Religioni inſeruiat, ac Seculares Principes Eccleſiaſtica bona ſurripiant, quæ excidia miſerrimæ Reipublicæ conditioni nõ imminẽt? Emmanuel Rex Luſitaniæ in omnibus tàm Africanis, quàm Indicis proſpera fortuna ſemper eſt vſus, & tãtas vtrobiq; res confecit, vt infinita terrarum ſpatia regno ſuo, & in maximis preſſus ſumptibus, aurum, argentumq; quodammodo augeri videretur. Eidẽ poſteà libido inceſſit non paruam pecuniæ ſũmam ab Eccleſiaſticis extorquẽdi, impetrato ad id Leonis Noni Pontificis permiſſu, quod nihilominus Eccleſiaſtici in Luſitania indigniſſimè ferebant, adeò, vt Rex cum ſubſidium illud non ſua neceſſitas poſceret, facultati, quam à Pontifice acceperat, cedere; quàm Eccleſiaſticorum indignationem ſuſtinere maluerit; qui tamen, vt amorem, atque affectum ſuum erga Regem teſtatum vellent, centum quinquaginta ſcutorum millia ei dono dederunt; Nihilominus iam tùm omnes ferè Emanuelis conatus fœlici euentu fruſtrati ſunt, ipſiusque auctoritas, quàm maximè labefactata.

Qualis ſit conſeruandi Imperij, & militaris ordinis neceſſitas.

CAPVT XIV.

PRAESIDIVM, quod Princeps ad ſe tuendũ, aut regnum vtiliter adhibet, non inefficax planè eſt, immò tanti eſſe momenti exiſtimo, vt quæ ſuperſunt vires, præ hoc omninò paruipendendas cenſeam; Neceſſaria eſt igitur virtus, quæ quietum, paratumque reddit Imperium; atſi non adſit illa potentia, ſi non adſint

illæ vires, quæ firmius illud omnino reddant, ſemper in proclive labi comperiemus. Duplex hoc præſidium, milites, & munimẽta; milites quoque duplicis ſunt ordinis, Cuſtodes, & Ordinarij; Cuſtodes, qui ad ipſius Principis tutelam, ingruentibus periculis ſe ſe opponũt, qui ſomnum eius nocturnis excubijs muniunt, laterá que obiecti, circumfuſique defendunt; Qui his cuſtodibus vſi fuere, aut Imperia ſibi fraude, doloue occupare ſtudebãt, aut in Tyrannidem dilapſi eam exercere contendebant: cum enim odia plurium concitaſſe iactitarent, his quaſi ſepti præſidijs ſibi ſecuritatem comparabant; Idem, & factitaſſe ferunt Dionyſium, cum Syracuſarum occuparet Imperium, Piſiſtratumque, cum Athenarum vrbe fuiſſet potitus. At ſunt, qui his ſeptis, & coronis vtuntur, non quia his adiumentis ad Principatus faſtigium tentent euehi, ſed ſolo metu, ne hoc ab duriora prorumpente concidat illud ſolium, quod tantam tuetur Maieſtatem. Nero, vt ſuam auctoritatem integram planè tutaretur corporis cuſtodibus vtebatur, qui ſui non erant milites, nec ex militaribus Romanis cohortibus; ſed Germanis, quibus magis, quã ſubditis vtendo fidere videbatur. Hinc & inoleuit mos horum cuſtodum penes eorum Reges, & Principes, qui vt magis decorã exhibeant populis, exterisq; Maieſtatẽ, quã tutã, hos aſſiduos eſſe ſunt cuſtodes. At certè parũ vſui hi cuſtodes; à proprijs Ciuibus cuſtodiuntur Reges; quid enim iſtis opus eſt, cum ſit miſſimo ſint ciuici amoris obſepti vallo. At nõ negauerim, quin sẽper potior ſit ſubditorũ pars, quæ & Principẽ cuſtodiat, quã exterorũ, quibus nulla fides, niſi multa pecuniarũ vi obfirmata, quæ Principẽ exhaurit, & ſæpè alienã collidit, immò & ſubditorum deperdit beneuolentiam, quæ in vſum redacta, quaſi digito inanem hanc cuſtodiam demonſtrat. Si Princeps bonus ſit, ſi nullo tirannidis correptus vitio, ſuorum ſemper ſe ſepiet præſidio; non erit exterus, qui ſomnum illius nocturnis muniat vigilijs; amor, beneuolentia, firmi cuſtodes, tot oculi; non erit, qui & illum perturbare, tantique tranquillitati inſidias valeat machinari. Non inueſtiganda illa ratio eſt non dedecere Principem exterorum vti cuſtodia, cum plures ſint cauſæ, quibus ſuccenſeat ſubditus ob indignationem Principi ſæpè vehementius, & quã par eſt infenſius. Si iuſtitia adſit, nec tantillum à ſuo tramite diuertat, non erit in conſpicuo illa ſuſpicio, quæ aliena aduocet præſidia. Vitioſa aliqua perturbatione nunquam ſpeciosus ille amor erit, quæ iuſta non infringit animum ſubditi colentis; ſemper idem erit, immò, quo pluries quatietur, ſi iniuſta non erit cauſa, eo magis reuiuiſcet, auguſtiorque, ſi fieri poſſet, conſurgat. Verum ſi exteri eligendi, fidos eligat Princeps, neque à cuncta fide hos declinare patietur,

Duplex præſidiũ Principis, Milites, & munimenta.

Quã magis neceſſariũ, ac vtile ciuium præſidium.

Suſpẽdetur obiectioni.

tietur; ſi largitionibus, & præmijs gratam eſſe ſeruitutem oſtendet. Hoc ſanè præſtabit, cum & fidelitatem eorum ſibi vſurpabit, nec alios eo temeritatis adduci patietur, vt vnquam horum fidam pertentent vigilantiam; ſi omnes in vno ſolum conſiſtere loco, & ſub pluribus Ducibus degere imperitabit, ab omnibus periculis ſe ſubtrahet. Non rectè ſe geſſiſſe Tiberium tradũt, qui Seiano permiſit, vt diſperſas per vrbem cohortes in caſtra adduceret, vt ſimul Imperia acciperent. Principi magis ſuaſam velim nobilium cuſtodiam. maiorem hi ſemper erga Principem exercent fidem, maximeque ſi corpori aſſumatur propinquior; reliquę excubiæ, cum ex nobilibus non poſſint conſtari, ex plebeis exiſtant; verũtamen Duces eligantur viri inſignes, qui ſua prudentia quoſcumq; antecellant, non tamen, qui aliquam ſucceſſionis ſpem in Principatu habent. Hi vti parum fidi à tanti liminis cuſtodia arcebuntur.

Si exteri eligendi, quo modo i fide continendi.

Sẽper Duces nobiliores eligendi.

Quod vniuersè de cuſtodibus dixi, idem quoque de ordinarijs intelligo, maximam curam adhibendam arbitror, vt ordinarius miles ſit frequens; nàm ferè bella conſurgunt, & diù durant, itaque celeri perpetuoque remedio opus eſt. Hinc tutam Imperij molem conſpicatus Auguſtus ordinarios milites conſtituit, ſeruatumque fuit à ſucceſſoribus; An verò perpetuo miles ſit retinendus, varium admodum in multis Regnis vſum video; multa incommoda armorum exterorum conſiderans Carolus Septimus Angliæ Rex pulſis Regno Anglis conſtituit ordinariam militiam quinquaginta millium peditum, qui continuis ſtipendijs militari arti operam nauarent, & ad omnem incurſum interim expeditius conuenirent, dùm alij interim, ſi maioribus viribus opus eſſet, cogerentur; verùm latrocinijs tales infenti fuerunt à Ludouico Vndecimo ſublati, qui aſciuit in illorũ locum ſibi latrones Heluetios. Rurſus tamen Franciſcus Primus Rex memor periculoſum, quibus impetita fuerat Gallia ob auxiliares extraneos, legiones reſtituit quinquaginta millium peditum, & cum illæ poſteà penitus ferè fuiſſent extinctæ, reſtituit eaſdem Henricus Secundus filius ſine tamen magna Regni vtilitate ob ordinem legibus diſſolutum. Verum pleriq́ue hos omnino alendos ſtatuerunt ob ſubitaneos motus, qui certè, niſi valida aſtantium militum, turba, reſtingui nequeunt. Continendi tamen certe in officio, alioqui Principibus graues fierent, ſubditiſque nimis importuni; nàm arma ad inferendam iniuriam ferunt; cum autem ad vitæ periculum obiectant ſe ſe; omnia mereri putant; quod ſi quicquam in prælio non ſurripuerint, hoſtibus planè atrociores ſæuient. Exercendi ſunt etiam pacis tempore, alioqui ocio celetrimè elangueſcent; ita præſidia ordinaria non ſunt tirocinia militum, ſed

Ordinarij milites frequentes.

An retinẽdi milites, an audiua conſtituenda.

Aliqua ſemper ordinariorũ militũ copia neceſſariã.

Exercēdi pacis tempore ſui milites.

corruptelæ. Philippus Macedones exercuit diligenter, cū armis ſæpè trecenta ſtadia conficiebant, arma omnia, commeatū vaſa ad victum neceſſaria ferebant. Poſtremo diuerſis in locis habēdi ſunt, cum quia pluribus præſidio, & minus graues ſunt, tū verò ne conſpirare poſſint. Vires enim ſuas, niſi coniuncti nō vident, inſtructis agminibus, potentiores, terribiliores ve redduntur. Hos milites vtrūq; alendos ſuaſerim, vt ſuam ditionem ab omnibus violentis incurſionibus defendere, alienamq; inuadere Princeps queat; Vnumq; addam nimirum, quo plures numero erunt milites, maioriq; diſciplina imbuti, maiorē ſemper habebit gloriam Princeps, mirumq; in modum Imperium amplificabit; Armorum ſtudium effecit, vt Romani Imperiū tantopere auxerint, quod & Venetis, alijſq;, qui quietè ſtuduere, nunquam accidit. Ordinarij poſſunt eſſe milites, qui tutelæ præſint Imperij, alij, qui maioribus intenti, non in ſolis caſtris degere, ſed ſemper in acie præliari contendant, vt ex hac armorum diſciplina mirificè Principis Imperium dilatent. Si huic armorum ſtudio non tàm intentè ſtuduerit Princeps, non ideo haud potens erit, ſi qui erūt milites, qui ſtatus Magnitudini reſpondeant, pro conſeruādo ſatis potens laborabit, pro augendo non; ita Veneti ſoli ſtudentes conſeruationi, non tàm res ſuas auxere, quàm qui militari dediti exercitationi, ſua in dies laborarunt extendere.

De armorum ſtudio, quam moderatè in vſu habendum, et de cauſis Romani Imperij amplitudinis, ac Turcici, et illius interitus, & huius futuri excidij.

CAPVT XV.

Diſſuadētur Armorū ſtudiū, & rationes reddūtur

ARMORVM ſtudium parſe in vſu habēdum Principum, qui eo diù vſi fuere; extremum tandem excidium edocet immodica laborās ſiti; qui nimium ebibit, ſæpè bibit interitum, ni adeò ſit ferox natura, quæ ſanè ipſius meri vires euincat; at ſæpè ex tàm nimio hauſtu tāta ſitis miſeros exuit, vt quæuis potio nullam pariat ſatietatem, febrim, miſerrimamq́ue mortem importet. Ii, qui ſuas vires longius extendere voluere, ſæpè in anguſtias etiam redactas conſpexere. Ea enim, quę prius erant ſolida fundamenta, ex conſeruatione nimiæ ſiuè licentiæ militaris, ſiuè authoritatis Ducis abrupta iacent, deturbatum ædificium, omnia ęquata ſolo, ita, vt qui per excelſum

nimis

nimis ædificium fuerint conati, in ſe diruēs, & aſpexerint, & deplorarint; Si valida erat potentia, ea ſæpè intra terminos coercēda. Prodeat in medium Romani Imperij amplitudo, & nūc Turcici; floruit & illud, ſed interijt; hoc quoq; floret, breui tamen, vt ſpero, interiturum. Magna vtriuſque potentiæ fundamenta; ac demolita illa, breui conuellenda hæc. De his attamen diſſertationem inſtituendo videre facilè eſt, quæ fugienda, ne nimium educta ædificia, tandem cum ipſius Principis pernicie collabantur.

2 Quamuis Romani Imperij magnitudinem, alius iuſto Imperio, alius ciuili ſapientiæ, alius priuatorum virtuti, alius alij rei tribuat, mihi tamen aliud videtur. Illa præcipua, & penè vnica Magnitudinis Romanæ cauſa viſa eſt, quod armorum inordinatum ſtudium, & omnia Reipublicæ inſtituta non ad ciuilis vitæ trāquillitatem, ſed gloriam, & Imperij amplificationem fuerint conſeruata. Illud miror, & ſine exemplo toties cæſos, fugatos, nunquam tamen victos, fortiores conſurrexiſſe; tandemque de hoſtibus ſibi paulò antè inſultantibus triumphaſſe. Nimirum ea erant inſtituta militaria, vt poſt ingentes exercituum clades, ſemper adhuc copiæ ſupereſſent in hoſtem educendæ. Triplex namq; erat fons, ex quo validiſſima Romanarum copiarum flumina; quæ totius ferè Orbis Regna inundarint, proruperunt; Tribus, Coloniæ, & ſocij. Ex tribubus, Colonijs, ſocijs delectum militē habebant Romani cuiuſcumq; militaris muneris gnarum, acie inuictum, & qui annos non plus ex faſtis, quā ſtipendijs ſuis numerabat. In triginta quinque tribus deſcribebatur Populus Romanus, quo nomine veniunt non tantum, qui muris vrbis includebātur, ſed multo magis, qui extra vrbem, in Latio, Campania, Hetruria tribubus adſcripti erant. Quantus autem ex his tribubus militum numerus confici potuerit, ex eo conſtat, quod interdum ducenta millia, interdum tercenta millia cenſa ſunt ciuium capita, eorum inquam, qui ad armorum tractationē erant habiles; adeoq; ad militiam deſtinabantur. In Colonijs quantū momenti fuerint, belli Punici Secundi tempore fuiſse triginta colligitur; Deniq; ſociorum auxilia, quantum Romanis profuerint, ex eo conijci apertè poteſt, quod anno Vrbis conditæ 415, Latini gloriabantur Romanos ſociali exercitu adiuncto ſuas vires duplicare; ideoq; Conſulem alterum ex Latio, alterum Romę creari & Senatus partem æquā ex vtraq; gente eſſe poſtulabant. Non igitur mirum, ſi Romanæ militiæ triplex ille fons nūquam fuerit exſiccatus, tam valida potentiæ fundamenta nunquam conuulſa, tantas vires nunquam labefactatas. Patet igitur Romanam potentiam armis vi fundatam, armis prouectam, armis ſtetiſſe. Aliæ diuerſarum gētium nationes fuere, quæ ſolis armis

Cōſideratur Romani Imperij amplitudinis cauſa.

ſibi potentiam peperere, alijſq; timorem; Mamaluchi, Aegyptũ, & Syriam tercentos annos tenuere, magna ſcientiæ militaris fama, & vicinorum populorum timore, quippe domeſticum militem legebant à prima pueritia, ac pęnè infantia ad arma educatum victus frugalitate, tolerantiaq; laborum, & militarium operũ exactione eo regidiore, quia, & ipſi Duces ante tolerauerant. Hi finitimos populos perdomuere, Arabes fregere, in prælijs cũ Turcis, aut rarò, aut nũquam ſuccubuere; donec à Selymo Turcarum Imperatore, & militia, & Mamaluchorum nomen extinctum eſt. Turcæ ſolis armis, & militari virtute tot tantorumque regnorum peperere excidia; centũ & quadraginta (quos ſphaos vocant) millia perpetuo alunt, quorum pars vna in Europæ finibus, in Aſia altera detinetur; Iis agri quos Timaros vocant, aſſigãntur, ex quorum redditibus equos in bellum expeditos ſuſtentent; nec ob id quicquam regijs theſauris decedit; pedeſtrium copiarum robur in Pręt orianis, qui Ianizeri vocantur, ſitum eſt. Hoc inſtituto militari, hoc robore inuictum hactenus Turcarũ Imperium ſtetit; quamquam multum adhuc Turcis ad perfectam armorum ſcientiam, quam tantopere Romani pręexcellebant, deſit; nàm in Aciem educunt illi copias ex immenſis Imperij ſpacijs contractas; Romanorum exercituum neruus ex Italia, atq; adeò ex ipſis tribubus, in quos relati erant ciues Romani, legebatur; Turcæ ijſdem ſemper in locis exercitus maximos diù ſuſtinere nequeunt. Deniq́ue nec armis, nec pugnæ genere, nec fortaſſe diſciplina militari cum Romanis fuerunt conferendi; & omnia ipſorum inſtituta Imperij amplificationẽ, gloriamq; militarem declarabant. Ex eo quoq; clarum fit; quod Mahumetes ſine Dei reuerentia, ſine honeſtatis cura vinculum fecerat religionem. Perſuaſum Turcis eſt, ſuum quemq́ue diuinum, ſed mortalibus oculis inuiſibilem caractera factorum, & mortis ineuitabilem ordinem fronti prebere; qua fide factum eſt, vt vitæ, mortiſq; contemptores cæca temeritate omnibus ſe periculis offerant, à fatali diſpoſitione ſalutem, aut exitium ſibi impendere arbitrati. Deinde Turici Imperatores lege prohibentur reſtituere regnum, aut vrbem, aliudue ſolum, in quo ſemel ſuæ religionis ſacellum dedicauerint. Quæ conſtitutio mirè facit ad ſuperandas difficultates; quibus implicati noui Principes tenẽtur, & ad obſtinatam pactorum defenſionem, ſcientibus omnibus non pactis, non vlla tranſactione, ſed ſola vi, armiſq; ipſis ſubiectas prouincias deperdi. Porrò præcipuum illud, quo Turcæ vini vſus interdicitur, eo ſpectat, vt priſcæ frugalitati aſſuetus parabili, & obuio cibò, potuq; in caſtris degere velit, nec illa impenſa grauetur, quæ in noſtris exercitibus enormis, vt nulla ſtipendia veſte, equis, armis, emendis, ac tuendis ſufficiant, ex quo crebræ

exoriri

exoriri ſeditiones neceſſe eſt. Cui accidit, quod cū Turcis arua, agrique colles, & aperta camporum frumento producendo; & paſcendis armentis inſeruiant, apud nos fertiliſſimum quodque ſolum ſit vitibus conſitum, vt numeroſis exercitibus ſemper cōmeatus deficiant; Præterea cum noſtri Principes acerbiſſimis tributorum vexationibus malo ſanè conſilio impoſitis ſæpè etiam peſſimo exitu ſubditorum animos tentent infringere, in eoq; ſeueritatem ſuam collocatam eſſe arbitrentur, Mahumetani Principes non vectigalibus, non tributis, ſed promiſcua coniugiorum licentia, & vxorum multiplicato conſortio illectos ita miſeros populos, quamquàm non ſeruientes faciunt, vt omnino deſtituti quamcumq; animi feritatem deperdant. Cum enim naturales liberi cum legitimis æquis portionibus ſuccedant, ac pleriq; patres familias domum ex tot vxoribus, aut pellicibus refertam liberis habeant; fieri non poteſt vt in tam numeroſam ſobolem diuiſa bona, velut in multos riuulos deductus fons, tandem non exſiccetur, perpetuaque neceſſitas militandi in caſtris ſuboriatur. Vt taceam Polygamiam iſtam ſanè beſtijs magis, quàm hominibus propriam, perennem eſſe fontem, ex quo innumerabiles copiæ in aciem, velut magni pecorum greges in ipſum nefandæ mortis locum trahi poſſunt.

Veruntamen eodem morbo, quo Romanorum Imperium, vaſtum illud Othomanicæ potentiæ corpus interiturum conijcere poſſumus. Inteſtinis diſſidijs, & nimia militum licentia; Romæ iam interijt libertas, quis enim moralis virtutis & ciuilis honeſtatis, artiumq; pacis curam diceret, vbi ad honores plerumque prouehebantur; non qui iuſtitiam, quiuè vitæ Innocentia inſignes, ſed qui gloria perexcellebant, & magnis negotijs pares erant. Quis Syllam, aut Marium benè formatæ Reipublicæ ciues dicat? Non ea erat Reipublicæ conditio, vt meliores Rempublicam gererent; Quippè cum in vniuerſæ plebis manu eſſet Imperatores decernere, alioſq; creari Magiſtratus, populari impetu, conſilijq; inopia plerumq; tractabatur, vt & potentiorum ambitus cuncta euerteret; Porrò effrænatum gloriæ deſiderium in libera Republica ciuibus timendum eſt, quantum à perfecta Romanæ Reipublicæ forma declinauit; quippè ad Imperij magnitudinem tendenti, belliſq; perpetuo, implicito magnos in ciuibus ſuis, & gloriæ cupidos animos nutrire fuit neceſſe; qui à libertatis cura vti planè abhorrens, ita Reipublicæ Romanæ excidij cauſa fuit; Eædem cauſæ erunt & Imperij Turcici interitus; ſanè dubium non eſt, quin corrupta veteri diſciplina ad interitū vergat illud Imperium, Eſſent modo, qui propendens ad ruinam impellerent, præcipitarentq; Prætorianorum, in quibus peditū robur, virtus elanguit. Cum enim ſua in manu rem Turcicam ſitam

Coniicitur eodē morbo Imperiū Turcicū intrinſecum.

tam cognoſcant,ſuperbia inflati,ducibus obedientiam denegãt. Cumq; olim,non niſi ſcelecta puerorum Chriſtianorum corpora à ſinu matrum rapta in Prætorianorum diſciplinam inſtruerentur,hodie meliorum inopia, quiuis etiam interdum Turcarũ filij à Miniſtri prece,& pretio corruptis admittuntur . Equitatus quoq; nõ eadem,quæ olim,viget fortitudo;nam quibus prædia, qui Timari appellantur,tributa ſunt,agros colere , pecculiumq; comparare , quàm equos ſuos curare malunt otijque dulcedine illecti,non niſi inuitiſſimi ab agellis ſuis militatum abeunt , & in vniuerſum adeò luxui infractam eſſe Turcicam virtutem , ac ferociam aiunt,vt præter celebre Turcarum nomen nihil planè re ſit timendum; reliquum Romani ſaluberrimum ad continẽdam fidem militarem putabant longis terrarum tractibus diuidi exercitus,ne vitijs,aut viribus miſceri poſſent , ſpargiq; per prouincias militem,& ex bello illigari . At Conſtantinopoli Prætorianorum ad octoginta mille(in eum numerum à quindecim millibus excreuerunt)omnibus inſolentia graues ſunt . Quæ autem imprudentia eſt tot armatos in vnam vrbem cogere , ſcilicet, vt ſub vno aſpectu ſe ipſos mirari , & furoris contagione deſæuire queant ? Ea animorum militarium natura eſt, vt dũ hoſtis ſubmouet otium,habentq; milites , quos laceſſant,aut timent , vix aut poſsint ſuas vires agnoſcere,aut in ſuperbiam, qua illa contemplatio inſinuat,labi;Aſt vbi ſuis viribus fœdus inierint, nemoq; nouo diſcrimine interpellat victoriæ memoriam,tunc ſeu Principi exprobrent operam ſuam,ſecum ipſi examinant, quãtum effecerint,Vnos ſe ſuis ciuibus ſalutares,ſua in manu ſitam Rempublicam ſuis victorijs augeri patriam, in ſe translatũ rerũ arbitrium.Otio deinde laſciuiunt ; quod quantum adimit fortitudinis,tantum addit proteruiæ. Mox ſi dignis præmijs non putant ſe rependi,ſi continuo obſequijs non placantur,feruẽt animis,intumeſcunt,indignantur . Intra viginti aut triginta annos plures rebelliones,ſeditiones,defectiones in Turcarum Imperio regnaſſe cognouimus: Caſſainus Ciliciæ Satinpa excuſſo Ottomanorum iugo ingenti exercitu ſtipatus Cilicia excurſionibus deformata Teonium præcipuam vrbem occupauit.Huc inteſtinæ Principum diſſenſiones ob luxũ,corruptæ leges accedebant, vndè libidine , atq; effrẹnata licentia prolapſa militari diſciplina in dies non in prouincijs modo , ſed & in vrbe regia ingẽtes turbæ excitabantur,vt propemodum mole ſua oppreſſa immenſum Imperium collabi videretur. Tunc quoq; maritimarum rerum cura relicta, littora ipſa deprædantium incurſionibus patuerunt,& Ferdinandus Magnus Etruriæ Dux poſt direptas Patras Chium occupauit . Amurates Imperator ab effrẹnata plebe, & Prætorianis furentium libidini amatiſsimos ſibi duos homines

obijcere coactus eſt,eodemq́; tempore. Idem Imperator Aſiæ à ſe præpoſitum,cum ab ipſo defeciſſet pollicitationibus, prǽmijsq́; delenitum,honoribus, & præfecturis auctum in Pannoniam dimiſit.Quæ res ab Ottomanidarum inſtituto, & dominico Imperio ſanè quàm vehementer abhorruit. Deniq́ quantæ turbæ ab ijſdem profectæ cauſis,paucos ante annos Aulam, & Imperium Turcicum agitauerint,cum omnibus nota res ſit, minimè referendam cenſeam.Quæ cum ita ſe ſe habeant quis clarè à nimio armorum ſtudio ingentia oriri mala non conſpicit, quǽque ex diuerſo bona perueniant; Summa in eo conſiſtit à ſolis armis magnam,ſed leuem potentiam,à pacis ſtudio paruum, ſed ſidũ, & diuturnum Imperium. Arma itaq́; ea non ſint, vt ſi ſuas vires longè protendant,tandem in Principem ruant; pacis ſtudiũ quã maximè diligat,nec ad bellũ niſi excitatus properet, ſanè & erit iuſtitia,nec ea erit conditio, vt ſaltem pertimeſcere poſſit à tot in vnum iàm congeſtis viribus, & ſummo vigere, & numero fluentibus.

Quàm neceſſariæ ſint Arces, vt Regni potentia ſeruetur.

CAPVT XVI.

DISPARI planè ſententia de conſeruandis arcibus conſilia quiſquè Politicorum tradit, atq́; ità inter ſe horum diſſentiunt animi, vt arces nonnulli improbarint, nonnulli maximè commendarint, ideoq́ue etiam nonnulli iã extructas dirutas,nouas verò nonnulli extinctas voluerint. Verùm non ſatis apud pleroſq́; cognitæ ſunt cauſę,quibus ad ſuam in contrarias partes confirmandam opinionem impellantur.Nullam ſanè immutabilem penitus ſententiam ſtatuendam dicerem, quæ ad erigendas arces violentia quaſi neceſſitate Principi ſuadeat, ni maturam priùs ſuarum virium rationem habuerit,quæ,ſi negligatur,facilè eſt,vt pro munimento aliquo ſummum Reipublicæ diſcrimẽ, ac ſui etiam interitum moliatur.Neq́; enim ſat eſt,conditoris arcium vires conſiderare; quinimò alia plurima diligenti animaduerſione ſunt decernenda,quæ facilè,vel potentiam firmant,vel etiam debilitant. Iàm varias ſanè hac in re Peritorum ſentẽtias video,

Quã variæ circa artium extructiones ſentẽtię.

vide o,vt,quid Principi agendum ſit,vix apertè ſciam. Rationes itaq; vtrimq; ſincerè perpendendæ ſunt,vt ſi veritas in abſcondito latuerit,palàm eluceſcat.

Quæ conſideranda.

Pro varia temporũ perturbatione rationes quoq;variæ ſuppetunt,nec cuiuſuis Principis ea eſt potentia, vt propugnacula ſibi tandem futura exitioſa iuret exigenda; vel enim ad arcẽdos hoſtes,vel ad compeſcendos ſubditos, atq; in officio continendos arces extruuntur. Si eas pro ſecuritate contra ſubditos extructas volueris,tibi omninò noxias futuras conſpexeris, cum rebellionis periculum,quod metuitur,ex concepto aduerſus dominos odio ſoleat exoriri. Ob frequentes acceptas iniurias ſuos Principes ſubditi odere, qui in diem magis ſuceréſcens in ciuiũ animis odium contra ſe ipſos concitatum conſpicientes tirannico regimine Rempublicam vniuerſam adminiſtrant; tũc verò maximè,id contendunt,cum pro arbitrio, atque animi libidine illi ſe poſſe dominari ſperent. Id verò tunc potiſſimum animo volutant ſuo,cum ingenti mole munitiſſimas arces extruunt, cõtra quas neminem quicquam auſurum credunt. Quamobrem huiuſmodi arces ad continendos in officio ſubditos non ſolum aliquid vtilitatis,verùm detrimenti plurimum afferunt, cum ijs fidentes Principes ſubditos malè tractandi, plectendique occaſionem arripiunt;ideoq; odium aduerſus ſe concitant, ex quo perduelliones,ac infinita propèmodum mala oriri ſemper vidimus. Sed neq;, cum bella ingruunt, tanta potentia munitas extructas arces crediderim,vt pacis tempore inexperti ſæpè Politici falſo opinabãtur. Duæ enim rationes à quibuſdam Politicis excogitantur,vt vi contineantur in fide populi, quarum prima eſt,vt inſtructus armis miles in promptu ſit (quod in populi Romani more fuiſſe accepimus) quo omnes turbulẽti rebellionis, vel alicuius ſaltem ſuſpicionis fluctus componantur; Altera, vt Princeps rebelles planè deleat,ac radicitus euellat,ne amplius à fide deficere,aut arma contra Principem ſuſcipere poſſint. Nàm ſi eorum bona à Principe deripiuntur, furor arma miniſtrat, ſi Ducibus interemptis,cæteris vitæ curſum concedat, alij ſubinde Duces veluti Lerneæ Hidræ virulenta capita repullulabunt; ſi ei arces munitiſſimæ erunt,pacis tempore hæ Principis audaciã magis augebunt;graſſanteq; bello,cum ab hoſtibus oppugnantur,tùm ab ipſis ſubditis in ipſam hoſtium poteſtatem tradẽtur, atq; ità vel hoſtium potentiam, vel ſubditorum proditiones effugere minimè poterit. His accedit vel Præfectorum fraude, vel hoſtiũ vi,vel fame;longauè obſidione has facilè deperdi. Quod ſi fidelis arcis ope ammiſſam vrbem recuperare voluerit, inſtructus in caſtris miles nihilominus eſt habendus,perindè,ac ſi nulla eſſet arx,quæ tãtum in bello propugnaculum exiſtimabatur;

Quibus ex cauſis arces excitentur.

Sæpè munitiones noxiæ

Plura arciũ incommoda

ac

ac præſtantiori opus eſt vi, quo acerbiores ſunt populi animi, qui benè tyrannidis memores ipſius Principis appetunt exitium. Experientia conſtat Mediolanenſem arcem neq; Sfortijs, neque Gallis tempore belli quicquam profuiſſe; pacis verò tempore vehementer nocuiſſe, quod vtriq; tanti operis mole fidentes de humaniori aliqua ratione tantæ conſeruandæ ditionis non cogitarint.

Sfortijs et Gallis arces nocuere.

Guido Vbaldus Federici Vrbini Ducis Filius rei militaris peritiſſimus, poſtquàm Imperio à Cæſare Borgia Alex. VI. filio pulſus fuit, idemque Imperium poſtmodum ex caſu quodam recuperaſſet, omnes arces, atq; propugnacula ſolo æquauit; cum enim ſubditorum beneuolentiam iam ſibi comparauerit, eadem contra hoſtes ſinè exercitu tueri nō poſſe liquido cognoſcebat.

Exēplū Guidi Vbaldi Vrbini Ducis.

Vt clariùs, quod dicimus, innoteſcat, certiſſimum, quod Ianuæ iam accidit, exemplum in medium adducam. Poſtquā illa vrbs a Ludonico Galliæ Rege defecit, isq; cum magno exercitu ad eā recuperandam in Italiam venit, recuperata vrbe, condidiſſe Regem fertur ingentis molis arcem, vt ſimilem nullo loco fuiſſe cōſtet, cum & loci natura, atq; arte adiutrice inexpugnabilis videretur. Nihilominus cum deindè Galli omnes Italia pulſi eſſent, Ianua quoque arcem nihil formidans ſeſe Octauiano Fregoſio tradidit; qui illam obſidione cingens, ſexdecim menſium ſpacio coactam ad deditionem compulit. Poſtquàm eam Fregoſius occupauit, omnium conſilijs, qui ſuadebant, vt illam tamquam refugium reſeruaret, contemptis, funditus euertendam curauit, Populi beneuolentiam, virtutemq; ſuam ſtabilius Imperij fore fundamentum arbitratus, quam arces, & propugnacula.

Ianuæ exemplum.

Eadem earum quoque arcium eſt ratio, quæ in vrbibus nuper Martis ope Principis adiunctis ditioni, vt ciues in officio contineantur, ſolent extrui. Id enim, ſi ex allato ſuperiùs Ianuenſium exemplo minus compertum habetur, ex Florentinorum, Piſanorumque arce apertius innoteſcet; cum enim Piſarum ciues rebelles, ac ſe ditiolos cognouiſſent Florentini arcē extruxere, cuius præſidio rebelliones longè propulſare crediderunt, parum animaduertentes eam vrbem, quæ libera eſſe conſueuerat, non poſſe alia ratione in officio contineri, quam ſi Romanorum more, eam, aut in ſocietatem ſuam recepiſſent, aut funditus diſtruxiſſent. Quid autem ad propoſitum ſibi finem arces profuerint, Caroli Regis aduētu patefactum eſt. Huic enim ſinè præfectorum deſidia, ſinè maioris mali metu ſtatim traditæ fuere. Si illas Florentini non condidiſſent, nouam profectò rationem inueſtigaſſent, qua vrbis Imperium non tam facilè Regi concedere coacti eſſent.

Exemplum florētinorū, Piſanorūq;

Plurimis alijs rationibus eorum futilis refelli poteſt, qui munitiſſimas vrbes ad frenandas hoſtium vires aptiſſimas eſſe pertinaci quodam aſſenſu voluere. Et primo, quæ intolerabiles ex-

Aliæ rationes.

penſæ

penſæ publica æraria exhauriunt? Non ne magiſtra experientia edocuit non mediocri ſumptu contentas eſſe arcium extructiones? Hæ enim extructæ nouas ſemper poſcunt munitiones, cum nunquam contra rebelles ſatis firmæ Principi videantur, quinimò licet extrinſecus validiſſimæ viſæ fuerint, atq; ad perfectiſſimam redactæ formam, ita vt eis poſſit fidere Princeps, fortiſſimo tamen opus erit præſidio, cum earum ambitus, & amplitudo Principem plurimis ſubijciat periculis; & quamuis fortaſsè militaribus inſtructis copijs cuſtoditæ primos hoſtiũ impetus propulſare videantur, ni tamẽ exercitus, apertaq; vis præſto ſit, quę armorum ſuorum terrore, inanes, irritoſq; reddat conatus, facillimum reor, vt vel aperta vi, vel odio, vel annonæ difficultate cõpulſæ victori ſe tandem hoſti dedant. Quod ſi Princeps tantũ pollet viribus, vt exercitum valeat ſuſtentare, qui huc, illucque curſitet, totiq; dominetur regioni, ab hoc profectò periculo defendetur. Præterea, ſi hæ paucæ ſint, nec quacumq; ex parte ditionem poſſint tueri, quibuſcumq; vicini hoſtis incurſionibus ac deprædationibus erit obnoxius. Si verò plures contigerit eſſe, non adhuc tamen firmã dixerim ditionem; in tot enim propugnacula effuſæ, ac diſſipatæ vires roboris etiam parũ ſeruant; & ſæpè hoſtis præda factus Princeps toti inſultantis ditioni; ita ſi breui ambitu continentur, nec copias quas exigat neceſſitas, ſuſtentarint, fruſtra omninò alentur milites, qui ibi aſſident; Si verò longo, & amplo, nouum quoq; periculum experientur. Illa militum manus, quæ in apertis campis dilatata quibuſcumque regionis partibus opem ferre poteſt, quaſi in vnum congeſta, vt hanc firmiſſimam conſtituet, ita cæteras partes neceſſario præſidio priuabit. Membra certè, quæ ſufuſæ ſanguine non ſunt, facilè languent. Languent & illæ regionis partes, qui ſuis deſtitutę præſidijs propriam debilitatem nequeunt roborare. Si exercitus in munitionibus degens otioſus torpeat, tutumq; otiari nõ putet, ideoq; huc, illucq; percurrat, certè altera quaſi arx mobilis maiorem Principi afferret vtilitatem, quippè non tantum plures vrbes magna fruebuntur ſecuritate, verùm plura hoſtibus diuerſionum, ac præuentionum vi incommoda quærẽtur, Princepsq; ab hoſtium arbitrio minimè pendebit, in quorum manu illud erit, aut à tergo relictis propugnaculis omnem regionẽ exiguas habentem illis reſiſtendi vires iàm ſatis occupatus, in arciumq; defenſione diſperſas depopulari, aut aliquod aggredi munimentum, quod tandem ob virium Principis imbecillitatẽ expugnaturum ſe eſſet confidat.

Maiora conſiderãtur incommoda.

Verùm non hæc ſolum arcibus accedunt incommoda. Noua alia ſunt quæ ſi non omnia, aliqua ſaltem præcipua adnumerabimus Propugnacula certè, ſiuè militum iniuria, ſiuè Ducũ per-

ſidia

ſidia multiplici obnoxia ſunt periculo. Quod ſi aliquãdo ſubigunt, maior profectò erit iactura, cum hoſtis iam munitus ſuas rurſus vires corroboret, quæ ſanè niſi ſummo diſcrimine poterunt retūdi. Quid? maiora ſemper ſuborientur incommoda, ſi fortè munita aliqua Vrbs opulentiores, quam regionis fertilitas patiatur, ſuppeditandos commeatus exigat; aut Populus leuiſſimis extimulatus iniurijs à ſui Principis fide deficiat, ſeq;, ac omnia ſua dedat extraneo. Si enim hunc defectionis pęnitebit, humili obſequio premere haud poterit Princeps, cum per ſua munimenta, quaſi per exteriora corporis viſcera venenatus anguis, hoſtis videlicet ſerpat; minimeq́. liceat ob neceſſariam aliorum oppidorum, aut arcium defenſionem tot vires congeſtas ſimul habere, obq́; beneuolentiam erga ſubditos hos nouis militum ſtationibus prægrauare. Verùm ſi omnibus in ditionem celer aditus patuerit, nec vllis propugnaculis munitus erit ager, ſi facilem dixerimus occupationem, faciliorem etiàm, ſiuè ob ſubitas aggreſſiones, ſiuè ob populorum odium non negauerimus. Mediolanenſis regionis Imperium olim tenuere Galli; non aliam tamen ob cauſam diù ſub eorum ditione permanſit, quam, quia neceſſaria deerant munimenta, quibus ſe tuerentur, nec pecunia ſuppetebat quà ſibi aliqua conſtruere poſſint. Quare facilè fuiſſe conſtat illius regionis defenſoribus, ſiuè ex mutata Populorum voluntate, ſiuè ex acceptis iuribus occaſsiones omnes arripere, quibus illos eicere potuerint. Quod certè non eueniſſet, ſi plurium arcium dominatum habuiſſent, illaſq́; cõſeruare ſtuduiſſent, neq́; certè ex ijs tàm facilè expulſi fuiſſent, cum ab obſeſſis ſemper opportuna ſubſidia expectentur, inſtabiliſq́; bellicæ fortunæ ſpes nunquam abijciatur.

Plures tamen, validæq́; rationes in promptu ſunt, quæ de vtilitate ac neceſſitate arcium nos commonent. Ex naturalium enim rerum vſu cognouimus cuiq; inditam eſſe ſui conſeruationem, ad quam etiàm ſuas vires diligenti cuſtodia intendit. Atquè, vt appertius loquar, non parens ipſa natura omnes eas iniurias, quas in nos exteræ nationes ſunt machinatę, ſuis munitiſſimis excelſorum montium, atq́; excauatarum vallium propugnaculis longè propellit? Quamobrem hoc extruendarum arcium inuentum imitationem eſſe naturæ, ac firmiſsimum præſidium videtur; ſi enim illa pro noſtra defenſione tot potentiſſima valla extruxit, quis artis ope robur iſtud non confirmabit? Ergo ne cum natura pugnare videamur, dùm illa hoſtium furori perpetua obijciens montium iuga, noſtram animi ſocordiam pergrauiter reprendit? munimenta illa pro noſtra ſecuritate parabit, nos verò Cõtrariç cõſideratur rationes.

 ſegnes

Digitized by Google

ſegnes tanta ſecuritate nullo artificio fouebimus? Hinc ille Princeps, qui ſe Tyrannum contendit, dùm pro incolumitate arces extruit, naturæ quaſi præcipienti haud aduerſatur, vt alienas propulſet iniurias, turbidosq; ſubditorum impetus omnibus iuribus diſperdat. Si verò ea commoda quæ ſecũ munitę arces important, velimus recenſere, ea ſanè plurima, & maxima eſſe comperemus. Illa regio, quæ quacumq; ex parte plana, nulliſq; inſtructa eſt propugnaculis manifeſto ſemper in periculo erit, & incurſionibus, hoſtilibusq; vexationibus malè tractabitur, Incendijs ſæpè conflagrabunt omnia, rapinis, populationibusq; deuaſtabitur ager, qui Martis furorem tàm iniquum experietur, vt perpetuam frugum ſterilitatem ſit poſteà perpeſſurus; ſeueros autem hoſce impetus minimè excipiet regio, ſi firmiſsimis munita præſidijs quamcumq; hoſtium incurſionem à ſe promptiſsime auertit: Verùm ſi ditio anguſtis finibus non contineatur, ſed eos potius longè lateq; protendat, quomodo numeroſus ac potentiſsimus exercitus vbiq; eſſe poterit, ne, dum alicubi aditum intercludere conatur, ſui abſentia hoſtibus alibi patentiorem recludat? Illud militare inſtitutum eſt à peritis quibuſcumq; Ducibus receptum, cum aliqua regio deuaſtatur, propugnaculum, quod in finibus reſidet, minimè à tergo reſſeruandum eſſe; ideoq; qui bellum gerit, his ſæpè detentus impedimẽtis in interiores ditionis partes ſe inſinuare non audet. Contra verò, cui deſunt munimenta etiamſi ingentem militum copiam ſub ſigno cogat, à vario belli euentu pendere, & prӕliorum incertis caſibus belli cauſam committere neceſſe habet; & cũ aduerſi quid auiderit, tota regio hoſtis auidæ prædæ expoſita iacet, exercitusq; quo ſe recipiat, ſuaſq; vires debilitatas reficiat minimè gnarus, ſolo ictu perculſus concidit, ac perit. Id vſu veniſſe Cairi Soldano accepimus, qui à Selimo Ottomano fractus, ac debelitatus, ſuas vires nequaquam reaſſumere potuit, cum ei propè profligato munitionum refugium, nouaq; parandi ſubſidia tempus defuerit, licet tamen opportuna ei fuiſſet diſciplina militaris, fortiſsimorumq; militum copia. Aliena armata manu inuadere ſemper times hoſtis; difficilè enim putat opus, quinimò nec tentari audet victoriam, quæ ſæpè multa ſanguinis effuſione comparatur; bello identidem ingruente ex præſidijs benè firmatis vni ſolum prælio pugnæ cõmittendæ occaſiones tolluntur. Qui enim aggreditur, vnius pugnę diſcriminis ſemetipſum nõ obijcit; nã cũ tot munimentis ſeptã regionẽ conſpiciat, fructũ ex alicuius vrbis occupatione ſe poſſe cõſequi omninò diſperat; Qui verò aggreſsionẽ ſuſtinet, cũ vndiq; ſe munitũ videat, ſpem aliquã cõcipit, vt decurſu temporis omnia matureſcant, hoc interijcit, vt

obſiden-

obſidentem obſeſſum ferchabeat,ſuiſque agitatum incommodis perturbet,ac quatiat; Hinc eſt, vt noſtris huſce temporibus ad aperta prælia ob tot frequentes munitiones nequaquam ferè deueniatur.

In tanta igitur rationum diuerſitate, qui noſtræ aſſertionis locus erit? Veriſſimum profectò illud Axioma, non omnia omnibus conformari poſſe,atque ideò in ijs etiam, quæ ciuilem ſtatum reſpiciunt, quid ſit bonum, matura conſideratione eſt cognoſcendum, vt pro cuiuſque rei ſtatu, ac conditione opportunum ſuſcipiatur conſilium, aptè ad id, quod opus eſt, efformandum. Diuerſis Principibus diuerſa planè conueniunt. Quibus ampliſſimæ ditionis ſtatus fuerit, permulta certè propugnacula non ſunt extruenda, niſi fortaſsè aliqua in ijs finibus, qui ab ipſa Imperatoris ſede longè recedunt; ità enim regionem à ſubitis hoſtium incurſionibus tuebitur, atque in maiorem etiam ſecuritatem Prouinciarum milites per vicos diſperſos componet. Hoc Romanorum Imperatorum vſu confirmatum olim vidimus, nunc verò acceptum à Turcis,qui ſola armatorum militum copia freti in oppugnandis alienis propugnaculis, quam nouis in ſuis Prouincijs erigendis maiori cura, ac ſtudio vſi ſunt. Quibus verò ditio exiguis, ac contractis finibus continetur, maior eſt etiam arcium extruendarum, muniendarumque neceſſitas, cum enim parua regio, modicos etiam redditus vt plurimum ſuppeditet, ideò exercitus alendi expenſas minimè poteſt ſuſtinere. Quod vires, & auctoritatem eis tribuere poteſt, ſola munitionum vi ſe ſemper conſecuturos fore pro certo habeant; exigua enim militum manus ità arces tuetur, vt ſæpè Potentiſſimi Principis vires debilitarint; In his tamen extruendis Principis vires ſunt perpendendæ nedùm ad ſui defenſionem munimenta parare ſatagit, ad extremum ſuæ vitæ excidium ſibi arcem conquirat. Quod certè euenerit, ſi in plurium extructione nimium eſſet anxius, cùm plurimæ in his impenſæ ſuas facultates abſorberent, bellique tempore ſummam iacturam ob magnam pecuniæ inopiam in tot præſidijs conſumptam faceret. Cum vniuerſa igitur regionis qualitate, & Principis viribus quædam ſpectanda eſt proportio; ſi enim longè ſint inęquales, non vtique ea, quæ ſępè præconcipitur, habeatur ſecuritas. Aduertendum inſuper eſt, ne quoque in loco arces extruantur. Illi profectò ſunt decernendi ſitus in quibus natura adiutrice artis peritia facilius poſſit exerceri, atque acrius hoſtium incurſiones valeant infringi. Quæ omnia certiſſimè fient, ſi

Quid dicendum in tanta rationum diuerſitate.

Quibus in locis extruendę arces.

arcis defenſio perpaucos tantum milites ſumma prorſus ſecuritate admiſerit. Quocirca nullas vnquam arces ijs in locis erigendas eſſe dixerim, quæ ad opportuna excipienda ſubſidia minimè eſſe apta videntur; Nulla arx quantumuis naturâ ſua valida ſe vnquam poterit tutari, niſi ſubſidia parata habeat, quę labefactatum virium robur reficiant.

Atque ideò nulla ſupereſſe videtur difficultas, quæ efficit, quominus facili negotio obiecta tolluntur; nulla enim ratio eſt, quæ Principem à tanta arcium constructione iubeat retrahi, licet fortaſsè aliqui ob id Tyrannicum Principis Imperium fore ſuſpicentur. Falſa planè ſuſpicio iſta erit, ſi ita potentia ditionis confirmabitur, vt boni defendantur ciues, mala euertantur, hoſtilia machinamenta diruantur, quique occulti aſtus diſperdantur, ac demum rebellium animi deterreantur. Certè ad peccandum Populus contumax inuitatur, niſi uis eum compeſcens, Principemque tuens illicò adſit. Egregium exercitum ſemper in promptu habere, niſi potentiſſimi Principis eſt, qui dùm conſcribitur, magniſque alitur ſtipendijs, ſæpè à ſubditorum manibus magnam auri copiam extorquet, qui quocumque gentium confugiunt, prouinciæque tandem culturam deſerunt. Quo verò tumultu exercitus facilè perſtrepat, fatales plurium Imperatorum dies demonſtrauere. Collecta duorum millium in arcibus potentia hoſtium intolerantiam faciliùs comprimet, quam ſi dena millia apertis campis decertarent; Certa vero fide facilè admittitur ſæpè Arcium Præfectos tranfugere, ac credita ſibi oppida hoſti tradere; verũ multò facilius caſtra nõ munita ab ijs tradi poſſe cõſtat, ideoq; nec caſtra, nec arces ſine hominum fide non ſatis Principis ditionem ſeruant. Aliquando arcium vaſtationem maximè expedire non negarim, ſi tanta nimirum ſit ſubditorum beneuolentia, vt validiſſimum pro Principe propugnaculum poſſit appellari, ſi in alendo præſidio pecuniadęſit, ſi ſuam tandem ditionem integram Princeps aliter poſſit ſeruare. Ianuenſium arcem Italiæ haud vtilem fuiſſe proponebatur, at vtilitatis plurimum attuliſſe demonſtratur. Nàm cum Galli exoſi Italis, morbiſque fame, & innumeris calamitatibus preſſi tota Heſperia pellerentur, non mirum, ſi Ianuenſes quoque ciues diù liberi, ac Principes Italiæ in libertatem conſenſere, atque ideò eam conditionem, qua anteà non ſunt affecti, artis ope conſecuti ſunt. Quod parui certè non eſt ęſtimãdum, dùm enim menſes ſexdecim arcem, & portum Galli tenuere, ſi eo temporis ſpacio firmum exercitum cogiſſent, ſe facilè obſidione eximere potuiſſent. Adde fame coactam eſſe ſe dedere.

Reſponſio ad obiecta.

re. Quod ſi igitur de commeatu eius ſatis proſpectū fuiſſet, duorum, triumuè annorum obſidione opus fuiſſet. Quo tempore & Franci parare ſubſidia poterant, & fatigare obſidētes, & animos Populorum mutare; Nullum verò eſt illorum argumentum, qui arcium incommoda probant, ſi enim quidquam eorum ratio valeret, tùm ſanè valeret, cum ad compeſcendos ſubditos in Vrbibus arces extruuntur, crudelitatis Principis ſæpè futuræ argumenta; At nihil dixi valere, dummodo ſe in alijs rebus Princeps mitem, ac beneuolum exhibeat. Piſæ, & Florentiæ diù inter ſe emulæ fuere, tandem Piſæ ſuccubuerunt, ſed quia nec præſidio ſatis firmo, nec arce tenebantur cum occaſio data eſt, rebellarūt; Arce deindè illæ has continuerè; donec aduentu Caroli Regis; cui omnia cedebant, cum arx parum firmo, languidoq; præſidio defenderetur, maluerunt præfecti Regis gratiæ ſe tradere, quam ſine cauſa periclitari. Si Florentini valido præſidio Vrbem firmaſſent, neceſſarioq; commeatu inſtruxiſſent, Piſanorum infeſtos animos mitigaſſent, vt vicinos, & cognatos, quam longinquos Dominos mallent, diùque Caroli exercitum ſuſtinere potuiſſent, & atterere, ne ſucceſſus alios haberet. Reliqui modi difficiles erant, Piſas transferre Florentiam, aut delere omninò; maluerunt enim alteri vrbi imperare, quam nullam eſſe. Nulla apud me eſt Florentinorum excuſatio, ſi imperandi ſuperbia, aut auaritia in grauem nimis errorem inciderunt. Contra odia nimis exacerbata nulla eſt potentia, quæ non infringatur; Arces tamen, & exercitus ſe opponunt; ſi Piſis non extructum eſſet propugnaculum, iàm antè Caroli aduentum Piſani cuiuſcumq; ſeruitutis excuſſo iugo Florentinorum agrum quam maximis depredationibus vexaſſent. Paruipendenda eſt etiam illa ratio, raro euenire ſolere, vt deficiente Vrbe, qui in arce ſunt, in fide permaneant, arcemq; non ſemper prodeſſe ad recuperandam vrbem, niſi adſit exercitus, quia facilè recuperari poſſe vrbē, cui arx incumbat, ſatis ſuperq; conſtat. Recuperandi Talentum arx præ fuit occaſionem, licet Q. Fabius Maximus illuc cum maximo exercitu fuerit miſſus. At certè etiam illa arx prodeſt, vt ſaltem, qui eam tueantur, ſubſidia præſtolentur, quibus illico vrbē recuperare poſſunt. Non ideò contemnenda eſſe videtur extruēdorum munimentorum ars, quod omnibus temporibus ſibi ſemper ſimilis fuerit, immò maximi habendam eſſe arbitror, cum in dies ex nouis inuentionibus maioris perfectionis cumulus ei accedat; Quod idem de Nautica, & Medica arte eſt affirmandum, quæ ſuperiori ætate minimè excultæ, à recentioribus tamen horum tempotum tàm ingens excepere incremētum, vt nihil aliud fermè quid addatur, humana ars valeat reperire; Neque certè minus perfecta appellanda eſt illa ars, cuius vſus, ſi ab imperito

opifice exerceatur, non tàm facilè fructum amittit. Neq; enim ſemper Medicus priſtinam valetudinem ægroto reſtituit, neque ideò medendi artem quaſi mutilam damnabimus; Si à Principis fide deficiens erit, qui munitionibus præeſt, ob huius infidelitatem, arcium vtilitati minimè eſt detrahendum. Si debitis præſidijs infirmam arcem, ſuoq; milite diſtitutam videris, tamen certè hac de cauſa inutilem eam dixeris, cum propria vi non corroboretur? Neque etiam ex eo validum arcium robur debilitatur, quod in numeroſo exercitu tota vis Principis inniti videatur, Ciuiq; Principi facultas non eſt conceſſa alendi exercitum, qui licet copioſiſſimus ſit, hoſtiles tamen impetus nequit reprimere; Præterea ſi vires Principis à munimentis robur non accipiunt, inutiles quidem eæ erũt, cum enim impetum haud ſuſtinere poſſint, Principi potentiori ſe ſemper dedent; Quòd ſanè non contigerit, ſi firmiſſimo præſidio munitæ erunt arces; plurium enim conatibus paucorum vires occurrent, temporiſque beneficium (quod ſaluberrimum remedium eſt infirmioris ſtudentis à ſe lõgè potentioris ferociam propulſare) opportunum ſui vſum concedet; Si Vrbini Dux proprias deuaſtauit arces, ob virium impotentiam ad id compulſum eſſe cenſemus, vtpotè qui aliorũ animos nolebat allicere ad bellum contra ſe ſuſcipiendum ſola habendarum arcium cupiditate deductos; Aſſerere inàne duco arcibus deſtituendum Ducem, ne, ſi ditionis contingat amiſſio, valdè difficilis ſit earum recuperatio; Nimirum hoc eſt præſentaneum quærere remedium vulneri, cuius anteà manifeſto periculo pectus obiectum eſt; Nec eſt, vndè aliquid roboris ratio illa accipiat, qua aliquis arcium incommoda referunt ex pluribus, videlicet impenſis, nàm licet nullæ ſint arces, ditiones tamen, & prouinciæ rectè ſeruari non poterunt ſinè expenſis, quę maiores certè erunt, ſi Princeps copioſa militũ armata manu ſibi, ſuiſq; imperijs rectè voluerit conſulere.

Cõcluditur inutiles eſſe.

x. Vtiles itaq; erunt arces, ſiuè munitiones quibuſcumq; Principibus mediocri ſaltem potentia conſtitutis, potentioreſq; finitimos habentibus. His enim plurimum ineſt cauendi neceſſitas, minorque perpetuos alendi exercitus facultas, vt Turcarum mos eſt, nec Perſarum more fines deſerendi, nec plures colonias deducendi, quod antiquum Romanorum inſtitutum fuiſſe traditur.

Coloniæ an re vera vtiles ſint, nec ne.

CAPVT XVII.

COLONIARVM inſtitutiones, ſicuti in vſu olim fuerunt potiſſimum apud Romanos, ita etiam noſtræ ætatis nonnulli Principes caſū longa ab intermiſſione vindicarunt, ac debellatas gentes ſub noui dominij poteſtate ſeruari voluerunt. Multiplices ſanè huiuſce rei cauſas connumeramus, vt nimirum deuicti populi ſubigantur, hoſtiles enitẽtur incurſiones, poſteritati gens propagetur, infimæ ſortis gentes nimium dilatatæ, aliò deducantur, ſeditiones comprimantur, & eandē emeritis præmijs veterani decorentur. Sed non ſine aliquo incommodo hæ Coloniæ conſtituuntur; Si enim à veris, & naturalibus dominis vi eripiantur bona, immortale contra Principem odiū multorum in animis concipitur eum perpetuo vindictæ, & acquirendę libertatis deſiderio coniunctum, & quamuis bonis ſuis priuati numero ſint perpauci. Si cum nouis cōferantur colonis, eos tamen eſt credendum plurimum in amicitia, ac propinquitate eſſe, quibus maximè horum calamitas eſt cordi, vt tribus, vel ſaltem quattuor ad ſeditionem opus ſit, qui reliquos reaſſumpto animo commoueant, nàm, quamuis hoc difficilè exiſtimem, natura tamen comparatum eſt, vt aliena pericula prudentiores efficiāt, atq; imperitis maiorem cautionem ſuggerant, ne in eadem, aut grauiora incidant, quorum ſola cogitatio calamitatem plerumq; maiorem, quàm re vera eſt, importat, tùm præcipuè, cum Principis acquirentis geſta vis magis, quà ratio comitetur.

Coloniarū cauſę ennumerantur.

Non ſine incōmodo cōſtituūtur coloniæ.

Plurimæ tùm in Ciuitatibus, tùm in populorum animis ſubortæ ſeditiones ſuam ducunt originē, non à violentia illa omnibus illata, ſed à priuatis iniurijs, quas vel vnus ſæpè ciuis grauiter perpeſſus eſt. Eius .n. indignatio quaſi flamma ſuccreſcens aliorum animos ità accendit, vt iàm per totam vrbem repentinum conflagrare incendium videatur, vt vtſit, certum planè eſt eiuſmodi vulnera publicam ſecum afferre perniciem. Qua in re à Roderico Hiſpaniarum Rege clariſſimum deſumi poteſt exemplum, qui cum Cubam Comitis Iuliani filiam per vim compreſſiſſet, obſcęnam rei indignitatem omnes Regni proceres tàm malè acceperunt, vt quiſque illatam ſibi offenſam crederet;

Coloniarū incōmoda.

ideoque

ideoque arreptis armis, vt ſimul cum Patre ad vltionem eſſent proni, Maturis in regionem aditum recluſere, à quibus, & Regẽ occiſum, & totam prædę regionem expoſitam apertè videmus.

Aliud Incõmodum conſideratur.

A nonnullis etiam Coloniarum ope ſuam firmare potẽtiam cupientibus non parui fit aliud incommodum, quod non niſi diuturno temporis progreſſu cognoſcitur; Homines enim è ſua in alienam translati regionem, ſed ad clima, ad humores, ad cõplexiones, ad ipſamq; conſeruationis intentionem, quam naturales habent, haud facilè ſe ſe accõmodant, licet eò ſuis aſportatis facultatibus deductis, generatisq; liberis, alienam regionẽ, quam propriam pluris ęſtimant, in hoc arboribus ſatis ſimiles, quæ alio deductę, ibi inſertæ naturam, fructuumq; guſtum ſemper variant. Quod Coloniarum inſtitutioni eo facilius euenit, quo longiùs à prima ſua origine remotæ recedunt, cuius rei veritatem in vicinis Italiæ colonijs tanquam certiſſimum cõprobamus, quæ ſecunda belli Punici tempore nullo pacto adduci potuere, vt Romæ primario Vrbi in anguſtijs miſerrimæ conſtitutæ opem ferent.

…ę ſtatuen… vt aliqua …oniarum …rcipiatur vtilitas.

Vt itaq; à Colonijs aliqua habeatur vtilitas, plura ſtatuenda arbitror, ſi nimirum ciuium numerus ità creuerit, vt ſanguinis, vt ità dicam, effuſio neceſſaria videatur; ſi in longinquas regiones patrio ſolo, ac naturalium virium vigore deſtitutæ minimè mittuntur; ſi enim longinquę erunt Coloniæ, quomodo ſeditiones, quæ ex ſummo incolarum odio aduerſus colonos excitari ſæpè ſolent, ſedari, ac comprimi vnquam poterunt? His itaque rectè deductis plura Princeps commoda experietur. Regionem ſinè præſidlorum immoderatis expenſis benè cautam habebit, populos in officio continebit, reditus, ac facultates mirũ in modum augebit. Hæc intelligo, dummodò frequens ſubditorum copia, agrorum aſſignatio, lociq; ſubſidiorum facilitatem exigẽtis opportunitas benè deductam Coloniam enunciet, atque declaret. Non tamen exercitu fideliorem hanc aſſero. Exẽplo ſunt Carthago, Marſilia, Syracuſæ, Bizãtium. Nec minores expẽſas, quàm munimenta poſſunt, hanc requirere crediderim. Si Arx potentiſſimum poſcit exercitum, poſcit & Colonia. Romanorum Imperatorum tempore à Colonijs haud procul ſemper aberant legiones. Alij tamen fuere, qui ſaniorem planè rationẽ adhibuerunt; Luſitani enim, vt Indicas gentes facilè ſub ſui dominio conſeruarent, nouam quandam, ac tolerabiliorem Coloniarum ſpeciem inuenerunt, eo nimirum ſuis demandatis colonis, non omnibus eodem fermè tempore, ſed paulatim, ac diuerſas interiectis ſpatijs, vt nouarum, quas detegebant, regionum neceſſitas exigebat; atq; ita Populi facilius eas regiones incolẽdas adibant, cum non totæ habitarentur, ſed illæ tantum partes,

quarum

quarum climati exteræ gentes aſſueſcerent. Qui modus ſumma prorſus facilitate compleſſe colonias videtur. Goa omnium, quas deduxere, eſt frequentiſſima, vbi coloni cum incolis, vel crebas coniugunt affinitates, vel aliquo arctiſſimo neceſſitudinis vinculo etiàm negotiationibus ſe ſe deuinciunt, Hæc enim eſt occultum illud, atq; induſtrium inuentum, quo abſq; vlla violentia tuti amiciſſimo incolarum animo tàm comercijs, quã opulentiſſimis dotibus diteſcunt, atq; ità tùm facultatibus, tùm honoribus præpotentes fiunt, vt annuentibus naturalibus incolis nomen, & dominium luſitanicum magis, magiſq; confirmetur. Quotannus hanc propagandarum coloniarum formam fulciunt, quæ non ſolum in ijs Prouincijs munitiſſimi exercitus, vel arcis pręclare vices implet, ſed etiàm miti quodam dominio barbaras ſubijcit gentes, atq; humanioribus moribus confirmatur. In hac ſanè coloniarum forma maiorem ineſſe facilitatem, ac ſecuritatem, experientia clariſſimè docuit, quàm in alijs, quæ longa deſuetudine obſoleta, antiquiori ætate recenſebantur. Hac enim inquilinis ſua non diripiuntur bona, immo in pacifica ſuarum facultatum poſſeſſione præter ſanguinis commixtionem, quæ mutuum ab vtraq; parte adauget, conſeruantur, ac confirmatur; Hunc pariter morem in Indijs Occidentalibus Caſtellani acceperunt; Illudq; ſcitu digniſſimum eſt, quod vtriq; ſuas colonias confirmaſſe non contenti, Chriſtianam legem eorum animis inſerere tanta ſtudent diligentia, vt Omnipotentis gloria, & honos amplificetur. Hoc autem primum ab Hiſpaniæ Rege agi cęptum eſt, ac poſteà in hodiernum diem tàm Ieſuitarum, quam aliorum Religioſorum eo miſſorum fecondo labore opus perficitur; cum eas regiones Hiſpanis, aut Luſitanis replere poſſit, hoc tamen incolarum conuerſione, ac baptiſmo obtinet, vt & Hiſpani, & Luſitani fiant.

De fœderum diuiſione, quæq; eorum ſit vtilitas.

CAPVT XVIII.

Viuſcunq; Principatus vim, ac potentiam ijs potiſſimum rebus inniti certiſſimum eſt, quibus ſuperioris Principis illatę iniuriæ longè valeant repelli. Inter has autem primum obtinere locum videntur tùm opes, tùm arma; ità vt nulla vnquam poſſit eſſe dubitatio, quin adhæc omnia conſeruanda, ac augenda plurimum vtilitatis fœdera ſecum conferre videantur;

Quo

Enumerantur fœderũ ſpecies.

Quorum tamen diuerſæ traduntur formæ, vel cum bello ſubiectis leges dicuntur, Vel hoſtes aliqui inter ſe ad amicitiam ſocialem fœdere iungendam cocunt; Vel cum pares bello æquo fœdere pacem, atq; amicitiam componunt, Vel deniq; quæ Neutrum dicitur, idq; ab ijs fere coiri ſolet, qui inter medios hoſtium fines poſiti ab vtriſq; tuti omninò eſſe videntur.

Duabus prioribus ſpeciebus prætermiſſis, de reliquis duabus ſermonem inſtituemus. Harum enim prima, aut paribus, aut imparibus conditionibus contrahitur, Paribus videlicet, cum duo prorſus ęquales inter ſe ſociale fœdus componunt, nec alter alterius honori, ac dignitati cedere cogitur, etiamſi coniuncto ſibi in fœdus ſocio maiora ſperet auxilia, quam ipſe poſſit conferre Atq; ideò huiuſmodi fœdus æquum appellatur; Imparibus verò, cum in pactionibus confectis alter ſuperiorem alterum agnoſcit, ſiuè quod prærogatiuam illi honoris non tamē clientelæ iure tribuat, ſiuè quod in eius tutelam ſe tradere profiteatur. Et hoc iniquum fœdus dicitur, tametſi iſtiuſmodi genere ſuam Populus, vel Princeps libertatem minimè deperdat, licet alteri pactione conſtituta, vel penſionem, vel operas conferre teneatur, quippe alterius tantum Populi, vel Principis Maieſtatem comiter debeat conſeruare. Eoſdem enim, vel hoſtili animo ſibi infenſos, vel planè amicos habet, nullumq; in aliorum Imperium conſtituitur. Fœdus ęquum eſt, quod iamdiù ſancitum inter Danicum, & Holſandicum, inter Turcam, & Tartarum, inter Venetos, Florentinos, & Pontificem, inter Anglum, & Gallum, inter Pontificem, Hiſpanum, & Sabaudum, deniq; inter Gallum, & Heluetiorum pagos, cum quibus Galliæ Rex talem ſocietatem inijt, vt ſemper Reges Heluetiorum exercitum ſub Gallicani Imperij patrocinio conſcriberent, ac viciſſim Heluetijs aduerſus hoſtiles incurſiones opportuno ſubſidio venirent; ſed quoniam ad vniuerſi Regni ſecuritatem frequentes exercitus ab Heluetijs acciri neceſſe erat, nè hoſtes à Gallorum ſocietate diuellerentur, mille aureorum penſionem in ſingulas Ciuitates libenter ſponſione obtinuit; ità enim ij obligatione ad antidora ad præſtandam conuentis fidem obſtringebantur. Iniquum fœdus (quod nō pro iniuſto, ſed pro inæquali accipio) plures Principes, dùm in Regis Hiſpaniæ tutelam, ac patrocinium ſe commiſerunt, inijſſe legimus, nàm poſt calamitatem Papienſem Francis illatam omnes Italię Ciuitates Hiſpaniarum Regis patrocinium magni mercatos fuiſſe comperimus. At ſæpè etiam iniquum dici poteſt, cum quis ſolo iure clientelę aliquem Principem non ſibi ſocium, ſed Dominum aſſiſcat; quod certe euitare poterit, ſi Maieſtatis iura (quæ alioqui omiſſa intelliguntur) in protectionis litteris excipiantur, quæ

Qui fœdera paria quæ imparia.

Quid fedus æquum.

Quid inæquale.

quidem

quidem, quo omnis ſoluti fœderis adimatur prætextus à nouo Principe confirmandæ ſunt. Hinc eſt, vt Metenſes mortuo Henrico Secundo Francorum Rege protectionis litteras à Carolo Henrici filio recens confirmatas, voluerint, non quidem, vt contra hoſtium impetum ſe ſe redderent tutiores, ſed vt debito maieſtatis iure, ac libertate ſua frui liceret. Quamquàm, ſi iuris ſcripti rationem purgata acie intueamur, patrocinium non clientis morte, ac Patroni ſoluitur, ſed in poſteros etiam ſucceſſores deuenit; ſi quidem publicæ conuentiones, quæ non priuato nomine, ſed totius Reipublicę firmãtur, Principem, cui tamen hęreditatem defertur Principatus, omninò ex contractu obligant, fœderatoſq; antiquo fœdere minimè ſolutos volunt. Hoc pariter iniquum foedus euitabitur, ſi certis temporum ſpacijs ſit definitum, ſi Protectori arces, Oppidauè ſuo milite munienda, & occupanda minimè tradantur.

Quid Neutrũm fędus.

Neutrum foedus eſt, quando Princeps diſſidentibus vicinis nullam init ſocietatem; hic ſemper à potentioribus vocatur, vt opem aliquo pacto ferat. Anxius eſt, cum inter vicinos potentes bella immittuntur, cui parti maximè velit adhęrere, maximeq; ſi ij ſint, qui ſine ingenti diſcrimine, neq; vincere poſſint, neq; vinci.

Neceſſaria fœdera.

Quàm neceſſaria ſint hęc foedera, ſapiens quiſq; minimè inficiabitur, quid enim tàm validum, aut potens, quod amicorum copias ſimul coniunctas, opes copulatas, manus ſociatas vincere, aut diſſoluere quoquomodo poſſit? Quam hæc neceſſaria Principi, nullus tàm bene intellexit, quàm Carolus V. non minus ſagax, quàm ſumma prudentia clarus Imperator, quippe ſtatim initio Imperij, & ipſo ætatis flore Gallorum Regis Franciſci Primi amicitię totum ſe tradidit, qui tunc recens ad Imperium euectus erat Hinc ſe ad Angliæ, Luſitanię, Hungariæ, Daniæ, & Poloniæ Regum amicitias, ac foedera ineunda compoſuit; Franciſco Primo Eleonoram, Chriſtierno Daniæ, Nouergiæ, Suetiæ Iſabellam, Ludouico Pannoniæ, Bohemiæq; Regi Mariam ſorores ſuas matrimonio iunxit; Ferdinando fratri Annam prædicti Ludouici Regis ſororem (qua affinitate duo illa Regna comparauit.) ſibi verò Iſabellam Luſitaniæ Regis filiam deſpondit; Hiſce affinitatibus, ac foederibus ad tàm ſublimem amplitudinis, ac potentiæ gradum euectus fuit, vt non ſolum ſubditos in officio contineret, quod ſatis teſtatum faciũt crebræ in Hiſpanos, Belgas, & Germanos demicationes, verùm etiàm vicinorum hoſtium, & barbarorum impetus, atq; conatus comprimeret, frangeretq; Idq; expertiſſimè probat Gallicum, Italicum, Hetruſcum, Saxonicum, Pannonicum, Bohemicum, Lybicum, ſiuè Thunetanum, Mexicanum, Africanum,

num, ſiuè Algericum bellum, quod infeſtiſſimus ille Chriſtiani nominis hoſtis tanquam Numen quoddam, ipſiusq; naturę miraculum, & formidabat, & reuerebatur.

Quam vtilia fœdera.

Quàm verò vtilitatem hæc etiàm fœdera ſecum afferant, quis eſt tàm iuditij expers, qui id facilè nequeat cognoſcere, & dijudicare? Vires, quibus non ſatis ineſt roboris, adiumento firmius corroborantur. Si alij reperientur Principes, qui eiuſdem cauſæ ſint fautores, maxima ei ſuppetet ſpes, ac facultas earum rerum aggrediendarum, quas nunquam ſolus auſus fuiſſet, vel cogitatione tantum compræhendere, nedũ re ipſa conficere. Diuerſa ſunt militaria munia, diuerſæ exercitationes; Nationes omnes, nec quibuſcumq; armorum generibus vtuntur, nec animorum ferocitate ſunt ęquales; Si cæteris alterá excellunt virtute Germani, ab alijs quoq; altera longè ſuperãtur; Si vniuerſum militare corpus concinno quodam ordine ſua mẽbra aptè diſpoſita habuerit; pluribus nationibus inſtructus exercitus potentiorem ſibi vim adſciſcet, tutiusq; Princeps in opportunam expeditionem eum educet, pręclarè cognoſcẽs, captansq; tempus, quo meliori conditione pugnæ diſcrimen immittat; Itaq; ſi alter alteri erit adiumento, ſimul collecta potentia, tot, tantisq; obuallata pręſidijs, quale vnquam gloriosum facinus non audebit? ſola verò externo diſtituta præſidio ſemper elangueſcet, nec aduerſariorum incurſionibus propriæ ſufficerent vires, ni ſociorum adiuncto robore magis ſuffulciãtur, promptioresq; ad vſum deducantur. Ad ſuſcipiendum, ſuſtinendumq; bellum plurima requiri cenſeo, ac potiſſimũ arma, commeatus, munimenta, pecunias, quorum omnium copiam vnius Principis licet ditiſsima regio minimè poteſt ſuggerere: Quæ ſi fortaſsè aliquando ſuppetent, non eo ſaltem tempore, quo belli neceſsitas exiget, non ſinè grauiſsimis regionis incõmodis illud ſemper erit; At vbi omnes ad idem planè ſuos conatus intendunt, non ità difficulter parata omnia reperientur, nec vllum poterit eſſe periculum, quin, ſi ſociorũ animus adſit, ad vſum deſtinata deducantur. Non rarò præterea in bellicis rebus contingit, vt quemadmodum non tàm citò fœlici exitu perficiuntur, ità boni euentus maximo ſæpe ſunt obnoxij diſcrimini, cum ex vnius tantum Imperatoris, vel fœlicitatẽ vel prudentia videantur dependere. Huius enim poſt mortem nullus alius ſupereſt, aut virtutis militaris, heres, aut ſanè aptus ad eam diſciplinam in milite ſeruandam, quæ rerum præclarè geſtarum, aſsidua ſemper eſt comes. Eadem planè laborum tolerantia, eadẽq; in tractãdis negotijs dexteritate nõ omnes certè pares. Sũma ſẽper fœlicitate potietur regio illa, quæ bellicoſos Principes quibuſcumq; temporibus habeat, nec nõ Prin-

cipi

cipî ſumma laus, ſi arma ipſemet tractare nolit, alicuius Ducis militaribus exercitationibus præclarè inſtructi ope, atq; induſtria vti, Egregia facinora, quæ fœliciter prima ſumpſerunt exordia, ſola Ducis imbecillitate elangueſcunt. Quomodo enim affluens proſperitatum copia tùm Macedonum, tùm Grecorum poſt Alexandri mortem temperata eſt? Poſt huius videlicet obitum nullus tàm grandis animi heres inſtitutus eſt, qui tantam Imperij molem ſumma dignitate ſuſtineret; In fœderibus autem hoc incommodi nunquam eueniſſe videmus, cum Principi præſtantiſſimorum Ducum in confœderatorum procerum ditionibus commorantium opera ſemper præſto ſit, aliorum coarguens errores, defunctorumque ſubiens labores, quod niſi coniunctis viribus, ac inter ſe fœderatis vnquàm accidere poteſt; Inſuper, ſi cum potentiori res agatur, quid vtilius, quàm huius diuiſas, atque in varias partes diſſipatas opes fœderatorum ope ità habere, ne in vnum conſpirantes, quid quam aduerſarij, hoſteſque moliri audeant. At qui, quomodo hoc commodius optimum conſequetur effectum, niſi, cum plures ità coierint, vt omnibus rebus affluentes plures exercitus parati ſint, & ex omnibus ditionibus multiplices teneant aditus, quibus in hoſtem incedant? Non mirum, ſi contra Saracenos, & Turcas ad confœderationes fuiſſe deuentum vidimus, neceſſariumque duximus, cum non vnius tantum Principis, quantumuis viribus potentis bellum par eſſe non potuerit, immò plurium vires vſui omninò fuiſſe certiſsimum fuerit. Illud etiàm addamus plurimas inſignes actiones à Principe fœliciter exortas in triſtem, ac infœlicem euentum migraſſe, vel quia finitimi populi illius laudi, gloriæq; inuiderint, vel propriæ incolumitatis nimium quodamodò anxij, aliorum omne incrementum, ſuum ſæpè interitum, patriæq; exitium iudicarint, ideoq; ne farium indicere voluerint bellum, firmiter cogitâtes huius animum ad ſolius ſuæ deffenſionis ſtudium intentum facilè abiturum. Quod ſi cōmunibus pluriū viribus laudabile, ac glorioſum aliquod opus ſuſcipiatur, validiſsimis coniunctus Princeps fœderibus, non ab eo tantum, cuius in ſocietatem vires ſibi aſsiſcet, ſecurum ſe omninò eſſe arbitratur, ſed eorum etiàm qui vel impediunt, vel iniurijs laceſſunt, inſolentiam, ac ferocitatem contemnet; Quiſquis igitur pluriū benè inſtitutis amicitijs ſuæ potentiæ robur quoddam adiunget, quid reperiri vnquam poterit, quod ſemper nō audeat, cum ei non tantum neceſſariæ opes non ſint defuturæ, verùm nec ſuo auxilio alienæ obfuturæ, quin maturo animo cogitatæ ſuum ſemper conſequâtur effectum, Ecquis eſt, quem lateat quam acriter fœderata Germania Carolum V. Imperatorem vexauerit? Satis enim illa firmiſsimum ſuperbo quodam de-

ictu collegit exercitum, qui Imperatorem in ſummas neceſſitates, anguiſtiasq; redegit.

Et licet quidē nonnulli fuerint, qui hæc fœdera tanquā ſæpè inutilia damnauerint, Nemo tamen inficiabitur noſtra geſta, ſi ad id, ad quod procliuia ſunt, complementū tendere velint, non in pluribus ſuum finem conſequi poſſe; Quod ſi aliter cōtingat, ex prauis conſuetudinibus, aut id genus alijs hoc accidiſſe cognouimus; Idq;, ſi in omnibus ferè exigitur, in militaribus geſtis in quibus poſt maturum cōſiliū ſumma in exequendo celeritate opus eſt, magis vſurpandum videtur, adeò vt nō plures, at vnicū ſupremę auctoritatis caput, quę agenda ſint, ſtatuat, præcipiatq; Plurium idcirco ad idē aſpirātium multitudo nullius ferè adiumēti eſſe videtur; immò, quo plures ij eò magis ſanā maturo cōſilio factā deliberationē in multiplices, variaſq; partes diſſipāt. Quo magis itaq; adhoc vnū fędera difficilius deducūtur, minores eo magis vires, magniſq; rebus minus accomodatas in ſe habent. Hæc enim fędera grauiſſimi ſæpè excidij cauſas ſecū importāt, diuerſas nimirū diuerſorū hominū rationes, diuerſos mores, & ꝗ caput eſt, cōſilia, & deliberationes. Glorioſè geſta bella aut ſola vnius Principis fęlicitate, aut à ſola vnius regionis potētia, quę plurīū fortiſſimorum Principū ſeriē in faſtis numerauit, ad memorandū exitū redacta eſſe ex hiſtoriarū monumentis cognouimus, ſecus autē hiſce tēporibus ex ſolis fęderibus ſua naturali debilitate aliorū ſocietatē expetentibus contingit. Si nulla fœdera exiſtunt, maturę, ac prudentes deliberationes facilius habētur, executiones celeres, atq; audaces, conſilia ſæpè à repētinis caſibus ſuſcipiuntur, Vnus omniū finis, licet diuerſa munia diuerſi gradus, diuerſæ poteſtates, vnus ſcopus, vna gloria, vna amplitudo, vna maieſtas, vnius tantū honos, pręmiū, infamia, ac lucrum. Verùm in fęderibus ſimul coniunctis, quę planè aduerſa non occurrunt? Arma ſæpè arripit Princeps ſolo perterritus timore, alium, qui eodem corrupto affectu trahatur, ſibi in amicitiam aſſiſcit; ille bellè impetu repreſſo ſegnem, atq; otiaſam trahit vitam; hic quaſi infenſus maiora ſua mente molitur; ſoluta ſocietate aduerſa increbreſcunt odia; Amicitia, quæ ſoli innitur ſocietati, profundas, ac firmas radices ſuas nequaquam figit. In fœderibus ſui quiſq; commodi rationem potiſſimū ſpectat, alienumq; eatenus reſpicit, quatenus aliquid opis ſibi deuenturum fore cognoſcit; Verū, quæ vnius palato maximè ſunt cōformia, ſæpè alterius maximè obſunt, ac diſplicent, ità vt non omnes ad eūdem vſum res poſſint traducere, ex quibus diſſenſiones plurimæ fęderū, vel arctiſſima vincula facilè dirumpentes oriuntur. Illud certum eandem prorſus vnius rei rationem à pluribus haberi non poſſe, quod idem in fęderibus ſæpiſſimè perſpicimus

Opinio damnantium fœdera.

eueniſſe, dùm enim aliquis aliorum curas inſpectat, aut ignauiam dolet, quæ ei ſint ſeruanda, paruipendet, in aliena magis ſegnitie, quàm propria increpanda ſolicitus, alieno ſemper dedecore ſuam ſemper probat, firmatquè excuſationem, idquè ſolum curat, vt ſe errore aliquo, vel iniuria liberet, licet poſteà in alios pertinaciter culpam conijciat. Memoria quæcumque fœdera repetantur, ac potiſſimum Chriſtianarum nationum contra Turcas, hæc eadem certè ex varijs rebus inter ſe pugnātibus ſancita, lacerata, ac tandem diſſipata videbis.

In tàm multiplici rationum diuerſitate plura præcognoſcenda putarem, quibus maturo conſilio agitatis facilè, quæ cuiq; maximè conſentanea videntur, erunt perpendenda. fœderis itaq; finis in primis dignoſcatur, quis ſit, qui id inire cupiat, cū quibus, contra quos, quæ tandem iungendi, conſeruandiq; ratio. Fœderis icti finem ſecuram nimirum ditionis cuſtodiam animaduerto, quem non ab ardenti gloriæ cupiditate, aut dominationis, ſed ex ſola defenſionis neceſſitate, aut ex aliquo futuræ oppreſſionis metu, aut ex deſiderio vi ablatum, vi etiam recuperandi deriuatum velim; Si enim eum finem, ſocietatem iniens, prçoculis habere voluerit, non iniquum erit bellū, non iniuſtum fœdus, non damnabilis ſocietas, cum propriam, populorumq; ſalutem reſpiciat, illudq; ſolum meditetur, quod omnibus natura tributum eſt. Sat iuſtum fędus iàm à Venetis cum Summo Pontifice, & Catholico Rege initum, ſimileq; Imperatoris cum omnibus Principibus cōtra Turcas. AEquiſſima etiam ratio fęderis ob imminentis oppreſſionis timorem à Principibus Chriſtianis cum Gallorum Rege contra Carolū V. Imperatorem tunc tempore inita fuit, cum Rege Franciſco capto verebantur Itali Principes, ne præcipites Carolus V. in ſeruitutem addiceret. Iuſtum inſuper Cambriacum fœdus viſum eſt, quod ad plurimas redimendas ditiones à plurimis Principibus contra Venetos ſancitum fuit; Nec minus certè iuſtum eſt illud, quod pro populorum incolumitate à Ferrante Hiſpaniarum Rege cum Iulio Secundo pro recuperanda Nauariæ parte ictum. Non iniuſtum fuit fœdus, quod à Gallis pro ditione Mediolanenſi contra Ludouicum, ac Maximilianum Sfortiam ictum vidimus; Neq; verò latere poſteà debet Principem, quis ipſe ſit, cum quo fœdus feriat. Verùm, ſi cęteris dignitate, ac potentia excellat proximarum gentium bella, quàm maximè poterit, effugiat; Quòd ſi gradum teneat inferiorem, bellumq; inter potentes vicinos immittatur, qui ſinè huius diſcrimine, nec victoriam reportare, nec eam deperdere poſſint, maior ſemper inualeſcit difficultas; Si enim hic ſecedit, ſine gratia, ſine dignitate pręmiū victori erit, ſi autē accedit

Quæ præcognoſcēda.

Quæ præcipue conſideranda Principi.

cedit, haud etiàm periculū effugit. Alterutri hic tamē ſe iungere debet, nimirum meliori in cauſa palā diſpari, in ambigua, fortiori; & qui in proximo habitet; cui enim vlni diſſiti, niſi, vt his periclitantibus Princeps etiā periclitetur? Quā inutile fœdus neutrum ſit, experti fuere Florentini, qui cum ab inita cum Gallis ſocietate diſceſsiſſent, neq; ad Imperatorem acceſsiſſent, neq; itidem Angliæ, vel Hiſpaniarum Reges, Francorum Regi addictos ſequuti eſſent, tādem potentiorum, ac victorū arbitrio obtemperare coacti ſunt. Nonnulli tamen reperiuntur, quorū animus à fœdere ſaltem neutro minimè abhorrère videtur, quod aliqua ſaltem cautione fulciatur, nempè ſi infirmior erit Princeps, ab alijs finitimis ſeceſsionis conſenſum accipiat, ità enim fiet, vt ipſe facilè Imperium ſuum ſine victoris metu tueri valeat. Hac ratione Lotaringhi, Allobroges libera pace, ac trāquillitate potiti ſunt, quamdiù finitimos Principes bellicis moleſtijs non affecerunt. Qua in re plurimum refert, an hi, qui ſe iungi volūt vtriſq; diſſidentibus, an ēt eorū alterutri ſint vicini. Priori certè euidenti, ſi fœdus neutrū inierit, minus periculi erit: Altero minimè tutum cum remotione etiàm altero fortiore iūctum facilè vicinus Princeps opprimere poſsit. Experimento ipſo comprobauit Henricus Nauarræ Rex Aragonum Regi vicinus, qui, vt Ludouici duodecimi Gallorum Regis ſocietati ſe addixit, miſerè mox præda Aragono extitit: vt & Carolus Allobrogum Dux iungens ſe Carolo V. Imperatori bellum cum Franciſco primo gerenti, cuius, vt ſe apertè declarauit hoſtem, omnibus bonis, & ditionibus continuo ab eo priuatus eſt. Rectè autem examinandum eſt, contra quos arma arripiantur, nec ſolum hoſtis animus, vires propriæ, ac alienæ conſiderantur, verùm etiàm ſociorum commoda ſunt perpendenda, quibus videlicet ad ſocietates ineundas, vel inducimur, vel ab iis ſanè longè abducimur. Si enim hoſtis ab eo, qui ſocietatem init, aliqua ſaltem commercij ope vtilitatem percipit, certè cumprimum pacis lux aliqua antè oculos affulſerit, ſocietatem diſiunget, pacemq; amplexabitur.

Plures volūt fœdus neutrum, ſed cū cautione.

Illud poſteà eſt animaduertendum, an eadem in omnibus commoda ac incommoda appareant, an par ex victoria proueniat fructus, quiſuè hoſtis oppreſsionē iuſtius exoptet, quiſuè magis ad ſuſtinendas expenſas, quas belli neceſsitas poſcit, minuſuè diſpoſitus videatur. Quantum enim incrementi vni additur, minimè dubium eſt, quin alteri detrahatur, ità vt ſuſpecta potentia nunquam amplectenda videatur. Huiuſmodi planè conditionis fuit illa ſocietas, quæ à Ludouico Sfortia cum Carolo Octauo Galliæ Rege inita fuit; ille enim eo ſolum animum ſuum aduertit, vt Aragonenſes vexarentur, nec

Quæ tandē animaduertenda.

quæ

Digitized by Google

quæ exinde clades, quod exitium eſſet euenturum præcognouit. Sic è contrario, quando par lucri, atq; expenſarum pro vtraq; parte habetur ratio, tunc ſocietates plurimum profuturas eſſe cenſerem. Quod quanti ſit, experientia ipſa Ludouicum Galliæ Regem docuit. Iniit ille ſocietatem cum Catholico Rege contra Fridericum Neapolitanum Regem, ſed ſocietas illa Friderico Siciliam proximam habenti, vt maximè profuit, ità Ludouico regnum ſuum à ſe longè diſiunctum poſſidenti ſummopere obfuit; nam cum ad arma ventum fuit, facilè ab Hiſpanis fuſi Galli ac expulſi fuere.

Qua autem ratione ad optimum vſum hæc fœdera ſint traducenda, apertius eſt cognoſcendum, A quo igitur belli Dux pendeat, conſideret Princeps; Si enim hic ab aliquo ſuperioris authoritatis ſuam dignitatem agnoſcat, minus potentium animi erunt curis, & ſollicitudinibus anxij. Si ab inferiori, verebuntur potentiores, ne vires eò facilius in diſcrimen adducantur, quo minus de proprijs, quàm alterius Principis rebus agatur. Inſuper Ducis auctoritas planè cognoſcenda eſt, an videlicet abſolutè, an ex aliorum ſiuè conſenſu, ſiuè voto, ſiuè conſilio imperanda accipiatur; ſi ſub pluribus Ducibus gerendum erit bellum, an ſi omnes eodem tempore hoſtem inuadere poſſint, & debeant, an bellum conficiatur, vt hoſtis debilitetur, vireſq; deperdat, aut, vt illius tandem extremum excidium videatur. Cognoſcendum eſt etiàm, an ex vno latere, an verò ex pluribus, an in noſtris limitibus, an intra ſuos, an ex regionibus propinquis, aut longinquis hoſtis inuadi debeat. Hęc enim omnia magis, minuſuè diligentes accuratos redunt ſocios; quo magis, minuſuè ea ſibi quiſq; expedire cognouerit Verum hæ omnes rationes potiores ſunt, quas ſtudioſę Principum conſiderationi committimus, vt ex his fœderum detrimentum, ac commodum rectè valeat intelligere. Ea tamen ſit prudentia, quæ cuncta ſecernat, nec ab re fore vnquam credat, ſi ſummo ſtudio, ac labore, quid honeſtius conducat, eligerit; quare huic aſſidens clauo in inueſtigandis, ac pernoſcendis rationibus elaborabit, quibus cognitis, portu, quę attingere eſt in votis poſt immenſa bellorum diſcrimina fœlici nauigationę potietur.

Qua ratione ad vſum poſſint traduci.

Explicatur quomodo plurimum potius conferat Imperij mediocritas, quàm amplitudo.

CAPUT XIX.

PErexcelſi, ac nobilis Imperij ſublimitatem ſuperbis innixam ſceptris complures ſanè tanquàm validiſſimam, firmiſſimamq; commendant; Verùm, ſi tàm potentes huiuſce vires clarius cõſpeximus, non ità facilè laudatorum ſententiæ adhærebimus; quinimmò mediocri potẽtia prędituin Imperium tutius, firmusq; ab omnibus exiſtimari cognoſcemus. Atq; in primis plurima certè oculis noſtris ſeſe offerunt Imperia, quæ licet quàm maximè pollere viſa ſunt, at ſua quaſi potentia fracta, plerumq; ſuccubuiſſe, & tandem in extremam perniciem propria aduerſante fortuna ruiſſe cõperiemus Carioſa arbos frondentes ſuos ramos expandens ob occultum interius ſui vitium, à quocumq; venti impetu ſæpè eradicatur, Atqui Princeps, qui non vndiq; munitus ſuos longè, latèq; terminos extendat, ſi tantum Regnum firmiſſimis non muniat præſidijs, facilè eſt, vt procedat proprioq; quaſi deturbatus ſolio in præceps ruat; ſi vigor per ſuas quaſi partes ſeſe non diffundat, aliqui ſurculi marceſcant, eſt neceſſe; Et ſæpè deſtituta arbos, in virides licet frondes aliquãdo aſſurgat, ſuo tamen pondere nimiũ grauata in terram tandem prolabitur. Illud ne magnum Imperiũ appellẽ, cui ſeditionis timor ſerpens vires infregerit, ſiuè occultus morbus grauiter oppreſſerit, quod ſuas vires diminutas, ac contractas habeat, nec aliundè vigorem excipere poſſit, quo ficturæ mox ruinæ, vel fulcimentum cadat, vel extremam pęnitus perniciem auertat? Nimium graue pondus humeris impoſitum illud ità debilitat, ac frãgit, vt ſi fortè quis belli, ſiuè ſeditionis, vel huius ventus commoueat, mole quaſi ſua fractum in profundum facilè corruat miſeriarum. Magna hæc Imperia vicinis ſuſpecta populis aliquid arripiendi ſemper anſam præbent, atq; etiam ad inſanum aliquod opus inuitant. Hinc verò fit, vt pluries coniunctis viribus id audeant, quod eorum nemo ſolus auderet. Ciuilibus ſemper deſidijs, ac grauiſſimis periculis ſunt obnoxia. Seſe magis amplificante Imperio creſcunt, & opes, cum opibus verò vitia, luxus, ambitio, libido, auaritia omnium malorum radix, adeò, vt pleraq; regna ex tenuiſſimis orta primordijs, & fugalitate ad ſummum

Sepe vaſta Imperia perniciofa.

Rationes q adducuntur.

Quæ incommoda ex vaſtis Imperijs oriuntur.

enecta,nimia tandem opum affluentia, vel potius ex immodicarum deliciarum cauſa in præceps,ac peſſumdata conciderint. Ad hæc Imperij magnitudo inanem,fallacemq́;ſui fiduciam addit;à qua negligentia, vel inertia potius tàm ſubditorum,quàm hoſtium cõtemptus origo naſcitur,ita, vt eiuſmodi ſumma Imperia non tàm ſuis viribus, quam rerum præteritarum memoria, & indè collecta exiſtimatione firmiter conſiſtere videantur;& quemadmodum Chimici auri ſpecies ſuo ſplendore oculos facilè decipit,ſi tamen vero comparatur, manifeſtam prodit impoſturam nec mallei fert ictum,ſic id genus Imperia,quo magis fama grandiq́; præſtant nomine, eo minori robore firmantur. Spartanorum Reſpublica,quamdiù intra legum à Licurgo præſcriptarum cancellos ſe ſe continuit, armorum virtutis,auctoritatiſq́; præſtantia præceteris floruit, & prolatis Imperij finibus,& non Greciæ tantum Ciuitatibus, ſed vaſtiſſimis Aſię Regnis debellatis à priſtina ſtatim nimis ſublimi conditione defecit,adeo,vt,qui ab Ageſilai vſq́; temporibus non dicam aciem, ſed ne fumum quidem caſtrorum hoſtilium in ſuo agro viderunt,poſteà victis Athenienſibus,& vaſtata Aſia ciues ſuos à viliſſima antè, & contempta ſparanorum gente victos viderint,fugatoſq́;. Virtutem quidem per medias difficultates viā ſibi aperire,& ad ſumma eniti,tandem, vbi eo peruenerit impeditam opibus, eneruatam delitijs, & difficultatibus fractam ſubſiſtere,& eos, qui per medios ſcopulos atrociſſimis vexati fuere tempeſtatibus,cum nihil aliud,niſi de naue ex altis pelagi fluxibus ſubducenda, & complicandis armamentis cogitant, miſerrimum in ipſo portu naufragium facere ſatis apertè nouimus;eo turpius, quo facilius periculum euitari poſſe videtur.

Spartanorũ Reſpublica, dum modeſit ſe, tulit floruit.

Nimia diuitiarum copia afluente ſtatim priſtinæ illæ rerum excelſarum, ac laude digniſſimarum curæ ex pectore procul abſcedunt; quarum vices ſtatim obeunt arrogantia, ambitio Magiſtratuum, auaritia, laſciuia populi, ac deniq́; inſanus plebis furor, quo vulgarium gentium corda extimulantur; & ſicuti ferrum rubiginem, qua paulatim abſumitur ex ſe producit, maturiq́; fructus vermiculos, à quibus comeduntur,in interioribus partibus generant, ità ſupremis Imperijs vitia quædam velut inſita ſunt, quibus paulatim eneruata concidant, & interius corroſa abſumuntur; Hanc etenim tàm grandem potentiam, odium atq́; vicinorum inuidia comitatur; etiàm diſiunctiſſimarum regionum Populi inter ſe cocunt,capeſſuntq́;conſilia,quibus rebus ſuis formidabilem fortunam euertant. Carolus V. Imperator poſt tot victorias tanto ſibi honoris cumulo partas,poſt victam, atq́; omni potentia, vt ipſa cenſebat, ſpoliatam Germaniam plures ſibi

Exēplũ Caroli V. Imperatoris.

hoſtes

hoſtes concitauit. Hinc eſt, vt vſu ipſo cognoſcatur ſummas hafce potentias eſſe mortales. Alexandri Magni furioſa ambitio Macedoniæ, Greciæq́, nequaquã Imperio cõtenta, ſceptra perſica. Legitimo Regi ablata ſibi aſſeruit, Indos diuicit iugi ſui minas intentauit, Imperium deniq; ad eos vſq; terminos, ad quos natura ipſa diffunditur, dilatari concupiuit. Verùm idem Alexander in viridiori ætatis ſuæ flore, in medio rerum ſuarum curſu fortunæ inuidia rebus humanis ereptus diſſolutam, ac incõpoſitam regni ſui ditionem reliquit; Poſt eius enim mortem, matri, vxori, liberis, amicis, ac omnibus regni ſui primatibus perpetua ſemper fuit inter ſe inuicem ſæuiendi occaſio quę ſummam omnibus perniciem attulit. Alexandro in quacumq; temporum memoria nullum magis ſimilem inuenio, quàm Tamerlanum Scytarum Regem; qui cum innumera propè militum copia non tàm iure regio, quàm prædonis more longinquis terrarum finibus velociſſimè percurſans, quæ obtinere nequibat, vaſtabat, & euertebat, Imperium tandem cum vita amiſit, ijs hominibus haud diſſimilis, qui plurimo ventriculum cibo diſtendente, quicquid in omnes membrorum partes digerere nequeunt, nauſeante ſtomaco à vomitu regerunt. In ſumma rapimur admirationem, dùm excelſam Romanorum virorum potentiam intuemur, qua primis conditæ vrbis annis populus ille floruit, dum virtutis excellentiam, dùm pietatem, iuſtitiam, ac ingens libertatis ſtudium mente complectimur. Nimirum cum ijs generibus lactabatur Populus Romanus, quæ nihil ex tranſmarinis moribus in vrbem poterant importare, at poſtquam pretioſiſſimi metalli ſpecie ornatum eſt Capitolium, elanguit virtus in theatris, emarcuit in Luculli Villis, ſubmerſa in Meſſallę piſcinis, voluptatibus poſtremò affatim ſuccreſcẽtibus extincta pęnitus eſt, atq; ità non ſolum Romanas prouincias tanta laude, tantoq; honore partas Vandali, Gothi, cæteriq; barbari Populi occuparunt, verùm etiàm Romam ipſam diripuerunt hoſtiliq; flammarũ incendio deuaſtarunt. Somniabant quidem Romani ęternã futurã vrbẽ, & Imperiũ, atq; ideò pro vrbis ęternitate vota nũcupabãt, edebãt ludos, mactabant victimas, ſed irritæ hæ ceremoniæ fuerunt, cum enim à D. O. M. diſſignatum aduentaſſet tempus ex vili, ignotoq; orbis terrarum angulo, qui ferarum, ac immanium belluarum receptaculum tantummodo habebatur, eodem temporis momento improuiſum quoddam, ac generoſum hominum genus quaſi turbo ex editiſſimorum montium vertice præceps ſe dedit, vt atrociſſima horum damna quęcumq; regiones citiſſimè experirentur. Tùm ſtatim à Gotis erepta Romanis omnis fere Grecia, Inſuper Italia, atq; Hiſpania, à Bulga-

Aliud Alexandri Macedonũ Regis.

Quæ ex nemio luxu incommoda.

à Bulgaris Daccia, ac Myſia, à Vandalis tota Africa,à Francis Germania,& Gallia,à Saxonibus Brittãnia,à Sclauis Sarmatia, Dalmatia, Illirie,nec multò poſt à Saracenis AEgyptus, Arabia,Syrus,Chaldea,à Tartaris Armenia Hircania, & quicquid ad mare Caſpium,& Hircanum ſpacij interiacet, à Turcis minor Aſia cum Capadocia, Ponto,Bythinia, & reliquis ad Perſarum terminos Aſię Prouincijs,à Perſis quidquid ad Indorum vſq; extremas partes diffunditur.

Non tamen parua Imperia commendarim,quippe quæ ob ſui imbecillitatem potentiorum odijs ſunt expoſita,qui ex illorum ruinis potentiſsimam magnitudinis ſuę arcem extruunt,atq; ad ſupremum faſtigium perducunt. Hac ratione Romani ex vicinarum Ciuitatum interitu ad ſummam potẽtiam euecti ſunt, ijſdemq; artibus Philippus Macedoniæ Rex oppreſſa Græciæ libertate regnum confirmauit,opeſq; ſuas vehementer auxit. **Non ſuadẽda Parua Imperia.**

Mediocria igitur Imperia diuturniora ſemper exiſtimari, cum in ijs nec imbecillitas in alios inuadendi, nec magnitudo cœteris inuidiæ præbeat occaſionem;cumq; in his opes,ac vires moderatum quendam ſeruent ſtatum, minuſq; vehementes animi perturbationes commoueantur, nec ſuperiorum ambitio, nec libido tantum affert incitamentum. Quinimò ijdem continuo vicinorum populorum metu,aut ſuſpicione,tanquam freno in officio magis continentur. Quod ſi quando prauus aliquis humor exuperare, atq; aliquam humani corporis partẽ inficere videatur,non ità difficulter paratur remedium, modo opportunè adhibeatur; Præclaram huiuſce rei fidem facit Roma, vbi mediocribus adhuc Reipublicæ diuitijs motus omnes ciuiles,ac diſſenſiones,vel prudentia Magiſtratuum in ipſo ferè naſcentis vrbis exordio ſedatæ, vel hoſtis metu ſequientis repreſſæ ſine vlla clade, ac ſanguinis effuſione conquieuerunt. Verùm poſtquam nimium amplificati Imperij magnitudo patentiſsimas ambitioni vias aperuit, plurima diſsidentium iurgia cęperunt inualeſcere, nudatoq; ferro litigioſæ contentiones decerni,quæ omnia Romanũ illud tàm celebre robur eneruarunt;licet verò mediocritas maximè ad Imperij conſeruationẽ poſſe videatur;plerumq; tamẽ ſuperba nimis hominũ cogẽte ambitione fit,vt inter ſuæ modicæ ditionis limites nequaquàm contenti Principes eos totis viribus ſtudeant amplificare. Verũ ſæpè accidit, vt quo maius Imperij incrementũ ſibi viſũ fuerit, debilitatis viribus,vel repentinũ ſubeat diſcrimen, vel ſaltẽ improuiſa imminutione decreſcat Id quod Venetijs primo in expeditione Piſana, deinde etiàm in fœdere contra Ludouicum Sfortiam coniurato accidiſſe cognouimus,quibus vtriſq; plus, quàm capere poſsint captantibus, illa quidem ærarij opulen- **Mediocria putanda diuturniora**

Digitized by Google

tiam exhauſit, hoc verò validiſſimam potentiam fregit; & licet Reipublicæ ſalutem penitus non afflixerat, in ſummum certè diſcrimen adduxerat. Optimè ergo Princeps ſecuritati ſuæ conſulet, ſi ſua contentus fortuna, vel à maioribus in hæreditatem accepta, vel præclarè rebus à ſe geſtis comparata, eam ſeruare contendet.

Potentiora, firmioraq́ eſſe Imperia, quæ coniuncta, quàm quæ diuiſa, licet pluribus gaudeant commodis.

CAPVT XX.

Ditionũ diuiſarum incommodum

LOcorum interuallis diuiſum Imperiũ eo ſæpè preſidio deſtituitur quo, munitur cõiunctum, Nimirum intermedia loca ſub potẽtiorũ ſæpè Principũ poteſtate tenẽtur, qui vel apertè inimici sũt, vel eorũ fides valdè ſuſpecta. Hinc eſt vt grande aliquod, idemq́; in vnum veluti validiſſimum corpus contractum Imperium inimicorũ omnium incurſiones facilius ſuſtinere poſſe affirmẽ; ſingulis enim partibus inter ſe coniunctis vnio ipſa maximam præbat ſecuritatem. Nequaquã tamen negare omninò velim idẽ vnitũ Imperium morbis ſæpè periculoſiſſimis, qui plerumq́ etiàm interitum ipſum afferunt, obnoxium eſſe. Modum enim ſupergreſſa magnitudo impudentiam, impudentia iniuriam, iniuria verò ſummum parit contemptum; Sic potentia opes præſtat, opes voluptatum inſtrumenta, voluptates verò vitiorũ omnium radices meritò poſſunt appellari; præterquam etiàm illud incommodi in hiſce Imperijs additur, quod in dies magis vel optimatum ſuccreſcentia diffidia, vel occultæ populi ſeditiones, emergentes, vel vtrorumq́; ſimul coniuncta vitia nõ aliter, quã contagioſæ peſtes inualeſcentes, per vniuerſas eorum partes celeriter ſe ſe diffundunt, atq́; ſinceras etiàm partes, vt potè vicinas ad ſe trahunt, & inficiunt. Quod ſi Princeps vecors ſit, quis dubitet, quin populi ſubiecti tàm propinquum aſpiciẽtes exemplum, vitia eius imitaturi ſint, ex quo infeſtiſſimum Imperij morbum, ac excidium ipſum exoriri neceſſe eſt.

Sepæ confũcta Imperia damnoſa.

Semper tamen coniũcta diuturniora.

Contra verò coniuncta Imperia firmiora dixerim, quæ enim hinc commoda non reſultant? Primum neceſſe eſt, vt Princeps eas regiones, in quibus ſuam nequit ſedem figere, per Vicarios adminiſtret, Atq́; ideò permagni intereſt pertinet

ipſe

ipſe aliquod facias, an per alios; At longè quidem Princeps, & Præfectus inter ſe differunt. Principes debitis contenti vectigalibus populi diuitias non lacerant, nec eorum vires eneruāt; quinimmò Neruæ, & Antonini exemplo veſtes omnes, ſuppellectilem, ac quemlibet Aulæ ornatum vendere non grauantur, vt ſubditorum opprimentibus neceſſitatibus valeant occurere. At quotuſquiſq; eorum eſt, cui dignitatis commiſſo gradu in his Principes imitatur? Maiori præterea obſeruantia, ac reuerentia à ſubditis Princeps, quàm legatus, ſiuè Vicarius colitur. Quinimmò ſola præſentia, ac vnius oculi ictus ad turbas ſedandas, motuſq; comprimendos ſatis eſſe videntur, præſertim, ſi acri ſit ingenio. Si Princeps fortè de aliqua re monendus, vel rogandus eſt, quiuis omnes difficultates ſubire, ac res, quocūq; ruunt, ferre mauult, quàm longi, abruptiq; itineris labores, ac ſumptus ſuſtinere. Gliſcentibus interim varijs abuſibus, & ſubditorum amore non mediocriter refrigeſcente hanc ob cauſam Cappadociæ Reges in montibus Argeis quaſi in media Regnorum ſuorum ditione habitabant, & Cyrus ſubactis Medis, ſedē Suſis, & Babylone ſibi elegit, vt a cæteris prouincijs non procul abeſſet, & Antoninus Pius ſe ſemper ijs locis continuit, quibus breuiſſimo tempore ex alijs locis vndiq; rerum nouarum nuncij commodè perferrentur, dictitans, quantumcumq; modeſtè, ac parcè agat, Principis iter facientis comitatum ſemper oneri eſſe; Adde vt Princeps à ſuis ametur, oportet, & ipſe eos amet, ac peculiari quadam cognitione eos noſcat, vt qui quibus muneribus apti, ſcire, tùm etiàm vt benemeritis digna præmia poſſit elargiri. At quomodo eos noſcet, quos nunquam præſentes vidit, nec verba facientes audiuit, Vndè fit, vt ſi quid de illorum rebus decernendum ſit, ſuo ingenio, ac iudicio vti nequeat, ſed miniſtrorum conſilijs præſtare fidem cogatur, qui Principis ingenium ad ſuum ſæpè trahunt arbitrium, nec non pro libidine moderantur, ac flectunt. Nouum etiàm nequaquam eſt, vt Præfecti ipſi Imperium inſuper inuadant. Sic iſ, quos Prouincijs Alexander præfecerat, poſt eius mortem, quaſi regna, non præfecturas diuiſerunt, vt Reges ex Præfectis facti magnas opes non ſibi tantum parauerint, ſed & ſuis poſteris quaſi hereditaria iura reliquerint; Sic Eduardus Quartus Angliæ Regnum, quod pro nepote adminiſtrabat, eo in carcere cōcluſo ſuo dominio aſciuit. Idem quoq; Ioannes Cantacuzenus in Orientali, Stilico in Occidentali, & Odo Pariſiorum Comes in Francorum Imperio machinati ſunt. Quanto facilior huiuſcemodi Imperij vſurpationibus patebit aditus in ijs locis, à quibus verus, ac legitimus Princeps longè abeſt, eoq; minus debitum ei habetur obſequium, cum ipſius ferè nomen ſubditorū auribus

Adnotantur Rationes.

auribus nunquam inſinuetur? Præterea quanto longius Princeps à prouincia abeſt, tanto plures in eligendo Rectore occurrunt difficultates; in quo non tantum ſingularis quædam induſtria,& vigilantia contra hoſtium inſidias, & vicinorum conatus,verùm etiam firmiſſima conſtantia, atq; integritas contra illecebras, deprauataſq; corruptelas requiritur. Hinc eſt, vt olim Imperatores longinquarum prouinciarum adminiſtratores diligenter obſeruarent,& ſingulas eorum actiones accuratè explorantes ferè eis nunquam nollent præeſſe; Tutiſſimus apud Perſas mos inualuerat,dùm præter Satrapas qui vniuerſas Prouincias moderabantur,quidam alij vrbibus, quidam verò vrbiũ arcibus præficiebantur,nec vni,eidemq; arcis,& vrbis cuſtodia committebatur. Commodo Imperatori moris fuerat eorum liberos apud ſe retinere,qui gerendarum prouinciarum munus accipiebant. In Regis Aethyopum aula Regum filij,quos habet ſtipendiarios,nutriuntur, tùm, vt illis obſidibus Rex parentes in fide contineret,tùm vt ea educatione, ac diſciplina aſſueti Regem debita fide,amoreq, atq; obſequio proſequi facilius à teneris vſq; annis diſcant. Poſtremò in longinquas regiones cõtra hoſtium,ac vicinorum inuaſiones,ęgre præſidia,immò nonnunquam omninò nequeunt opportunè transferri, ſi nimirum intermedię ditionis dominus tranſitus ſuos prohibeat; At ſi tandem aliqua ratione poſſint,id fit, vel longo nimis temporis interuallo,vel ingenti nimium ſumptu. Atq; hoc ipſum certè, vel hoſtes facit audaciores,vel timidiores ciues, quod diſtantibus terrarum ſpatijs conſilia, ac ſubſidia poſt clades afferuntur, eoq; Princeps tanto minus metuitur, & indè non vereantur offendere. Ideò in longinqua loca non eſſe deducendas colonias ſuadeo, quod non facilè eis præſidio eſſe poſſit; vel hoſtibus tandem prædæ fiant, vel originariorum contempto Imperio ſe ſe veluti emancipent, ac libertatem vltro corripiant. Certè longinquæ regiones, vbi ſemel deperditæ,& à vicinis occupatæ fuerint,difficillimè recuperari poſſunt,cum occupantes non lõgè valeant auxilia accerſere; Et ſicuti facilè ab eo, qui procul abeſt, amiſſæ ſunt ità facilè contra eundem ab occupatoribus defendi poſſunt.

Conſiderantur cõmoda Imperiorum diuiſorum.

Diuiſa tamen Imperia coniunctis infirmiora pluribus potiri commodis affirmandum eſt. Vno,eodemq; impetu oppugnari, aut inuadi non poteſt diuiſum Imperium,& quidem eo minus quo Prouinciæ multum inter ſe diſtant. Id quippe vnius Principis vires longè excellit;non ità verò facilè multi perfecto fœdere inter ſe coeunt; Quod ſi tandem vna eius pars oppugnetur,& hoſtium cedat incurſionibus,facilè à cęteris pace,& trãquillitate fruentibus poterit Princeps iuuari; Sicuti videmus

Luſita-

Luſitanorum in India detrimenta ſemper ipſius Luſitaniæ opibus reſarcita. Deinde Magnatum partes, aut Plebis ſeditiones non ità metuuntur, cum amicitiæ clientelæ, & cogitationes iã latè ſe ſe non extendãt, atq; Principi facilè ſit fidelium ſubditorum ope rebelles caſtigare. Sed nec aliæ rerum publicarum peſtes ſeparatas à ſe inuicem vnius Imperij Prouincias tàm citò peruagantur, nec tanto impetu ſe ſe effundunt; nàm & ipſa prouinciarum diſtinctio curſum huiuſmodi perturbationum, aut noxarum interrumpit, & locorum diſtantia tempus requirit, tẽpus verò legitimo Principi, ac Iuſtitiæ plerumq; ſe adſcribit, ac fauet, opportunumq; adhibenda remedia ſpacium concedit. Poſſet quidem dici nõ minus firmum Imperium, quod diuiſum, quàm quodcumq; aliud continuatum; Huiuſmodi planè eſt Catholici Hiſpaniarum Regis Imperium, cuius partes ijs ſunt opibus, copijs, ac munitionibus tàm naturæ, quàm artis inſtructæ, vt nullius vicini populi arma metuãt, ac facilè vim omnem ſuo Marte depellant, vt videre eſt in Inſubria ditione, itemq; Belgica. Idem de Neapolitano, ac Siculo Regno affirmare licet, quamuis autem Hiſpanico Regno ſubditæ Prouinciæ maximis locorum interuallis diſiunctæ ſint, minimè tamen, quominus altera alteri auxilium ferat, prohibentur, præterquàm quod magna vis auri, ac argenti præſto eſſe poteſt, cum præcipuè maritima nauigatione opportuna auxilia deferuntur.

Diuiſum Regis Hiſpaniarum Imperium.

Quàm ſtudioſè Principi ſit comparanda Populi multitudo, quæq; eius vtilitas.

CAPUT XXI.

VRbi inſignia quæpiam molienti, nil magis vtile, ac neceſſarium eſſe dixerim, quã frequentem optimorum ciuium multitudinẽ, quorum opera in quibuſcumq; ſummi ponderis rebus ſecura quadã fiducia vti Princeps poſſit; Si enim paucis referta ſit ciuibus, quis facilè, vel peſtis contagione, vel clade, vel aliquo infortunio eàm maximè lædi, vel potius abſumi poſſe non cognoſcit? Miſerrimum hoc excidium Spartanis contigiſſe legimus

Frequens ciuium multitudo ſummũ Reipublicæ emolumẽtũ.

mus, qui Leuctrica pugna à Thebanis ſuperati, amiſſis circiter mille, & ſeptingentis ciuibus Grecię Ciuitatem amiſere. Sic ijdem Thebani, vt & Athenienſes à Philippo Macedonum Rege prælio victi, victoris libidini ceſſere. Romanis verò non indomito tantum animi, ac corporis robore, verùm innumerabili gentium multitudine pollentibus non idem contigiſſe perſpicimus, cum tot, tantiſq; legionibus vniuerſum fere terrarum orbem ſuo Imperio ſubieciſſe pro cōperto habeamus. Quæ Romanorum ciuium copiæ, quantaue ſit, æſtimare indè licet, quod eodem tempore diuerſis in locis, & quidem longè inter ſe diſtantibus bella geſſere in Italia, Gallia, Hiſpania, Sardinia, Sicilia, Macedonia; ac etiàm ſi non ſemper, ſæpiùs tamen infœliciter pugnabant, nec hac tamen de cauſa animum dimittebant, ſed ex ipſis cladibus fortiores inſurgentes animos aſſumebant, atq; in ipſis excidijs tanto alacrius ſeſe excitabant, quanto irruentibus hoſtibus fuerant depreſſi. Nec minus hanc ciuium frequentiam neceſſariam, quàm vtilem dixerim. Illa Reſpublica, quæ ciuibus abundat, pecunijs pariter abundat, ſiquidem cum populi frequentia, vectigalia etiàm creſcunt, quibus fiſcus ditetur, atq; impleatur. Italia, & Gallia

Cōmoda ciuium multitudinis.

nullis auri, vel argenti fodinis diuites ſunt, nihilominus eædem ſupra ceteras omnes prouintias pretioſo illo metallo abundant, cuius quidem rei nulla alia eſt cauſa, quàm ſumma inhabitantium frequentia, qui varijs commercijs pecuniam etiàm ex remotiſſimis terrarum partibus ad ſe transferunt. Præterea vbi plurimus eſt habitantium numerus, non ne ſolum quoq; magis tempore fertile excolendo redditur? Terræ porrò cultura non tantum res ad victum, quam materiam ad artificia neceſſaria ſuppeditat, ex qua deindè rerum vbertas, ac artium varietas, tàm publica, quàm priuata bona mirificè augentur, vt Reipublicæ non tantum afferant vtilitatis copiam, quàm ſplendoris etiàm ornamentum. Hiſpaniam nonnulli regionem maximè ſterilem eſſe ſcripſere, hoc tamen non terrę vitio, ſed incolarum infrequentiæ adſcribendum putarem. Suapte enim natura Hiſpaniæ ſolum fœliciſſimum eſt, atq; ad omnia, quæ ad vitam ciuilem pertinent, producenda aptiſſimum; idq; ab ea vſq; temporum ætate probatur, qua ingentem tàm Pænorum, quàm Romanorum militum exercitum præter indigenas aluit, nec vlla vnquam fuit prouincia, quę Romanam potentiam, & diutius, & validius fatigarit, adeò vt ingentibus etiàm acceptis cladibus, repente tamen multò maiores militum copias inſtrueret, atq; acerrimè improuiſum impetum contra hoſtes faceret. Habitātium numerum imminuit valdè bellum illud, quo Mauri plures Hiſpaniæ prouincias ſuo ſubiecerunt Imperio, in quo præter

tom. oO captiuos

captiuos in Africam tranſmiſſos alij plurimi per varias partes ità diſſipati ſunt, vt perbreui trium mēſium ſpacio ad ſeptuaginta hominum millia cęſorum numerus acceſſerit. Proximum deindè bellum, quod Hiſpani contra Mauros ſeptingentis, ac ſeptuaginta octo annis geſſerunt, quos deindè Hiſpania exterminarunt, magnam ex vtraq; parte hominum vim deleuit, adeò vt non vici tantum, ac pagi, ſed oppida etiàm, ac Ciuitates quocumq; hominum cultu fuerint deſtitutæ. Nec poſtremam ſterilitatis cauſam arbitror eſſe agriculturæ defectum. Cum enim Hiſpani ſuapte natura ad armorum exercitationes, quàm maximè ſint propenſi, neglecta ſæpè agricultura, militarem artem facilius ſequuntur, cum ex ea ſublimiores tùm honores, tùm commoda ſperent promunere. Hinc etiàm fit, vt non agriculturam tantum, ſed reliquas etiàm vitæ communis artes Hiſpani negligant, adeò vt nulla reperiatur prouincia, quæ minorem tàm artificum, quàm artificiorum, atque operum numerum habeat. Atq; ideò lana, fila ſerica, aliaq; eiuſmodi in exteras regiones exportantur; quę verò Regni neceſſitati inſeruiunt, ab Italorum ferè elaborata arte perficiuntur; quemadmodum etiàm Hiſpanorum agri à Gallis excoluntur.

Vt itaq; tanta coalaſcat multitudo, ciues ſuos Princeps ad coniugium, ac liberorum educationem hortari debet. Verùm ſumma adhibenda eſt ſollicitudo, vt procreati liberi commodè atq; educentur. Id enim, niſi accuratè fiat, aut præcoci morte dies ſuos concludent, aut ad patriæ vſum nequaquam idonei alentur. In Gallia mira fuit ſemper incolarum frequentia, cuius rei cauſam afferens ſtabo Gallicas, inquit, mulieres fuiſſe optimas, tùm ob naturalem foecunditatem, tùm ob miram in educandis liberis diligentiam. Cum ergo duo ad Ciuium incrementum requirantur, generatio, & educatio; Coniugiorum multitudo, vt primum quidem adiuuat, ità alteri non mediocriter obeſt. Quocirca ego exiſtimo, etiàm ſi Religioſi, ac quicumq; celebrem ſtatum Eccleſiaſticum ſint complexi, in matrimonio viuerent, nō propterea maiorē, quā iàm eſt fore numerū liberum enim, ac nimis diſſolutum viuendi inſtitutum, nubendiq; facultas in Germaniam à Luthero, & in Angliam à Caluino admiſſa ad populi augendam multitudinem nihil omninò profuit; ac præterquam quod impietas ſuas nunquam radices obfirmat, quamuis auctus ibi ſit coniugiorum numerus, liberos tamen nutiendi, atq; educandi commoditates nihil adauctæ fuere. Qua propter non ſatis eſt, vt Princeps matrimonia, eorumq; foecunditatem promoueat; niſi etiàm, quæ ad liberorum educationem pertinent, quàm maximè curet, pauperum neceſ-

Quid agendum vt coaleſcat ciuiū multitudo.

Generatio, & educatio ſummum ciuium incrementum.

ſtatibus occurendo, columq; filiabus dotem aliquam aſſignan-
do; filios honeſtis artibus addicendo; validis opus ad victum
acquirendum ſuppeditando, infirmos eleemoſinis ſuſten-
tando. In quo tàm inſignis Alexandri Seueri Im-
peratoris fuit munificentia, vt cuiuſcumq;
pauperis filios ſuis ſumptibus volue-
rit ſuſtentare.

PRINCEPS

COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI

De Imperiorum euerſionibus obnoxia

Liber Nonus.

Omnia Imperia euerſionibus obnoxia

CAPVT PRIMVM.

QVAE prudentem Principẽ deceant, quęq; ab eo ſint aliena iàm in medium attulimus; cęterum, cum ea omnia, quæ ſuum habuere ortum, ſuam quoq; periodum, ac terminum habere tandem aliquando cogantur pauca hic adiungenda arbitror; quæ regnorum euerſiones, regnantiumq; interitus aliquo pacto demonſtrent; quibus planè expoſitis remedia ſuggerenda non abs re dixerim, dùm plura, quæ certam Imperio perniciem minitantur, euitari poſſunt, Verùm antèquàm internæ, vel externæ cauſæ Principi lethale vulnus infligẽtes adducantur, mutationum ſpecies perquirendæ ſunt, quibus examinatis cauſæ; & periodi, reliquaq;, quæ hanc cognitionem clariorem reddant, apertè erunt enuncianda.

Viciſſitudinibus cuiuſcumq; Imperij ſtatus valdè eſt obnoxius; perpetuis enim inter ſe Imperia diſſenſionibus agitantur, continuiſq; premuntur æmulationibus, ſuſpicionibus, ac inuidijs, mutuis concutiuntur odijs, inſidijs, proditionibus; bellis offenſionibus, & quamuis ſua cuiq; inſtrumenta ſint ad quietem ſeruandam, firmandamq;, tot tamen, tantiſq; ſubiacent moribus, vt omnia fragilia, caducaq; eſſe facilè cognoſcatur, quodq; ſtabile, ac altiſſimis defixum radicibus videtur; quacumq; vi poſſit labefactare; Quot Regna mutationum, ac diuiſionum cauſis corruere? Quot Imperia euerſa, quot Regna ex vna gente in aliam tranſmiſſa? Vbi gloria exiſtentibus ſuæ lucis radijs promicabat, vbi tantum maieſtatis iubar exoriebatur; ſubiere tenebræ, ac miſera ſeruitutis nox interpoſita, clariſſimam diem

Omnia viciſſitudinibus obnoxia.

 obduxit;

obduxit; Vbi ſceptrum ſuis diſtinctum gemmis irradiabat, ibi cęnum ſeruitutis, ibi confuſio, & ſæpè gens non eſt dedignata ſeruitium, vbi olim de Imperij magnificentia gloriabatur; & qui Princeps à finitimorum diſcordijs, ac prauis longinquorum affectibus ſe ipſum vnquam tutum exiſtimat? Potentioris vires ſemper infenſæ, paris, ſi non infenſæ, ſuſpicioſæ ſaltem; infimi, ſi non contemnendæ, ſaltem exoſæ. Et tandem ſi potentiorum factionibus non diuexabitur Princeps, ſi ciuium proditionibus non tentabitur, ſi populorum ſeditionibus, & nimio coniunctorum faſtu non excruciabitur eius animus, quid Præfectorum perfidia, quid primorum Ducum infidelitas, quid militum auaritia, quid Barbarorum crudelitas, quid exterorum inuaſio ſolicitudinis, atq; moleſtię Principi non affert? Et ſanè ſi Imperium valdè ſit amplum, multa Principi mentę compræhendenda, multa intendenda, multaq; tandem perficienda. Si mediocre Imperium ſit, non ęqua ſæpè Princeps lance ſuas librat vires,

Vndiq; anguſtias eſſe probatur.

contra potentiorum vim aſſurgit, qui graui ſuccenſus ira contra hunc tandem inſidias, ac mortem machinatur. Si infirmum illud ſit, quaſi paruulus linter medijs in vndis irrumpentiũ ventorum flatibus miſerè demergitur; Quiſquis enim potentioris libidinis viribus eſt expoſitus, ſua nequaquam gaudet libertate; Et ſi ad alterius ęquè potentis portum ſuam veluti nauim appulerit, hic niſi fucatè illius protectionem ſuſcipiet, quæ tandem illi ſummo ſit futura exitio. Si quid primis ſui ortus primordijs vti adoleſcens Imperium audebit, cum adhuc ſit in incunabulis, facilè opprimetur. Si adultum iàm erit ob plurimas aliorum potētiorum inuidias, ac ſuſpiciones diuerſis ſemper moleſtijs ſubijcietur. Si ad magnitudinem excreuerit, difficillimè tumultus illos ſuos cohibebit, atq; ęgrè intra limites ſemetipſum poterit continere, ità vt ſua quaſi mole fidenter nimis innitens concidat, frondoſoſq;, quibus inhærebat, ramos trahat ad perniciem, ac ſimul magnificentiſſima, quæ poſita erunt, culmina corruant. Si decreſcat, quiſq; cadenti moli impulſum admouet, quę & ſuo, & alterius pondere grauata ad profundum deijcitur. Si longa fruatur pace, militaris prorſus diſciplinę vſum ignorat, immò quarumcumq; rerum periculum timore huc, illucq; fluctuat, inteſtinis diffidijs ex otioſo torpore, alijſq; promanantibus vitijs laborat. Si militiæ deditum ſit, varijs belli euentibus illud erit obnoxium, atq; incertiſſimo ſalutis ſuæ diſcrimini exponetur. Si ad ſui vergat incrementum, ſolius neceſſitatis gratia ingentem militum manum comparare cogetur, cumq; opportuna belligerandi deſit occaſio, ſummis diſcordijs, ac ſeditionibus opprimetur. Si ſubditos potētes habeat, ſtatim deſinit eſſe Princeps, ac vel Ti-

rannus

rannus illorum potentiam pertimeſcens in illos ſemper fertur; intrinſeca quadã animi vexatione ſemper turbabitur, qua nullò unquam placidæ quietis ſenſu perfruetur. Si armis deſtitutum ſe videt, facilè potentum, ac nobilium timet oppreſſiones, quibus ideò perpetuò torquetur, ac excruciatur.

Has tamen euerſiones ex intrinſecis cauſis à Principe prodeuntibus magis fieri, quàm ex alijs putarim. Non enim ſemper ſubditi illas exoptant, dùm ſæpè viribus minimè pollent, cũ multa ſimul ad euerſionum ortus contingere ſit neceſſe, quæ in tot anguſtijs à ſubditis parari minimè poſſunt. Principibus verò, dùm ſumma feruet ambitio, quam continuè ſequuntur ſuſpiciones, ſummum ſemper ineſt deſiderium ad arctiorem ſeruitutem ſubditos compellendi; Id enim turpiſſimarum euerſionum ſæpè fontem, ac originem fuiſſe conſtat.

A Principe magis oriun tur euerſiones Imperij, quam à ſubditis.

Quæ ſint mutationum cauſæ ex Principe prodeuntes, ac primùm de Religionum, morumq; diuerſitate, ac iniuſta poſſeſſione.

CAPVT II.

Extremum Principum exitium plures ſanè tùm internæ, tùm externæ cauſæ acriter intentant; Domeſticæ autem inſidiæ internarũ cauſarum ſunt quaſi ſemina. Hæ vel ex ipſo Principe partim, vel partim ex ſubditis originem ſuam trahunt; Quę ab ipſo proficiſcũtur Principe, aut ex eo tantum, aut ex moribus promanant. Quæ ex eo tãtum, aut ex Religionis diſſimilitudine, aut morũ diuerſitate proueniunt. Quæ vero ex moribus, ex crudelitate, ſuperbia, auaritia, iniuſtitia, exq; tot quaſi fontibus profluunt; quibus ex rebus odium oritur, & contemptus, atq; indè inſidiæ, ac proditiones. Quæ autem à ciuibus exordiuntur, factiones, ſeditionesq; dicuntur. Porrò internę cauſę à vi ſuperiori, ac Principis potentioris producuntur. Quæ ex cauſis remotis, luxus, & aduerſa fortuna. Et ſanè, ſi perpendenda erit prima origo, & cauſa euerſionis Imperij ab ipſo Principe prodeuntis, non immeritò ea dicenda, quam ex Religionis diuerſitatę ſuas vires ſumere quiſq; poſſit dignoſce-

Domeſticę inſidię ſemina mutationum.

re.

re. Si Religionem longè diſcrepantem colat Princeps, quæ & quanta nõ emergẽt incõmoda? Nõ ne quiſq; facilè ſibi pſuadere poterit populũ diuerſa Religione imbutũ ab oĩ obediẽtia, ab omni fide immunẽ ſe exiſtimare. Quod ſi certũ id aſſirmamus, non ne hoc Religionis diſſidium omnia quatere, ac perturbare dixerimus, Si in quocunq; Imperio in Religionis cultu populo habenas laxare Princeps permittat, quæ futuræ quietis ſpes, quæ pacis vnquàm tranquillitas? Niſi adſit erga Principem fides, niſi erga proximum amor, niſi erga omnes iuſtitia, quæ regiminis erit ratio ſeruanda in Imperio? Sic enim non rectè imperat Princeps, nec rectè parent ſubditi, niſi ea ſint imbuti Religione, quæ viciſſim ei imperandi, hiſq; parendi certã formam præſcribat. Mixtio ſiuè diſſidium Religionis extrema impietatis parit incommoda, vt ſinè interitu, & Principis, & ſubditorum euitari nequaquam poſſint. Si enim Princeps vnam profitetur Religionem, alteramuè maior ſubditorum pars, qui ab Hereticorum fautoribus ſeducti his quaſi Religionis diſſidijs vtantur, vt maiùs odium contra Principem exerceant, ſuamq; partam auctoritatem tueantur; quæ non erumpent bella? quæ non non ſeditiones concitabuntur? Exuti fide, ac pietate facilè rerum nouarum cupidos reperient, qui ficto Religionis cultu hac fece ad plurium conatum vti nequaquam dubitabunt. At ex his tàm diſiunctis membris quis animorum vigor? Summo itàq; ſtudio Principi curandum eſt, vt Religionem Catholicam diligẽtiſſimè ſubditi ſeruent, atq; amplectantur. Certiſſimum enim eſt interitus, ac Reipublicę ſubuerſionis augurium, cum diuerſis Religionibus, ac Sectis aditum in Imperio patere perſpicimus, quod perpetuis etiàm exemplis poteſt comprobari.

Prior cauſa euerſionis diſſimilitudo Religionis.

Praui diſſimilitudinis Religionis effectus.

Altera Imperij mutatio ex ipſius Principis ſæpè fit moribus, qui omninò naturalibus ipſorum ſubditorũ repugnant; Abhorrens propè à fide eſt, quantum mores exteri obſint, quamq; è conuerſo proſint patrij, vt ſæpenumero ex his inter ſe contrarijs moribus plures Principes ab Imperio deturbatos conſpexerimus. Exteri mores, cũ Populis haud grati ſint, in eam hos traducunt ſuſpicionem, vt ſemper ſe à Principe peſſimè haberi vereantur; immò hanc tantam morum aduerſitatem iuſtitiæ penitus aduerſari credant. Quo fit, vt ſæpiſſimè hac credulitate commoti populi crudeliter contra Principem irrumpant, qui ſe tãdem in profundum miſeriarum barathrum præcipitaſſe cognoſcant. Nimium etenim ij verentur, nè nimię ſeueritati addictus Princeps leges patrias abroget, aliaſq; non ferat bonorum ſaluti inſidiantes, maximè, ſi ille ex regione, natura, & moribus diuerſa, ſiuè ęmula, ſiuè infenſa ortum duxiſſe dicatur; aut ſi no-

Exteri mores ſemper pernicioſi.

nos

nos Quæſtores auaros, aut ſuperbos præpoſuerit; ex quibus conijcere liceat, quo aduerſo animo ducatur Princeps in eos, quos infandæ ſeruituti quaſi mancipia voluerit addicere.

Aliud Imperij excidium ab ipſo promanans Principe ex hoſtili alicuius ditionis oppreſſione maximè profluit. Iniuſtus titulus, quomodo Principem in poſſeſſione, quam iniuſte tuetur, conſeruabit? Nulla certè quietis ſecuritas hunc quietum ſinet; qui pacata quæq; perturbat, qui omnia conuoluit, vt ſibi firmã iniuſtiſſimis titulis ſedem nanciſcatur; qui omnia vult violenta, falſo opinans ſibi tutum præſidium, incolumitatemq; parare poſſe. Obedientia violenta, ſi habenæ aliquantiſper laxentur, in licentiam prolabitur, quæ contumax tandem Principem in præceps detrudit exitium. Quod eò magis continget, ſi naturalis Princeps, qui iàm Imperio expoliatus fuerit, eo ſemper amore ſubditos ſuos fuerit proſecutus, vt hi quæcumq; difficilia aggredi non vereantur, dummodo Principem ſuum in ſublime illud ſoliũ, à quo fuit deiectus, denuò traducere poſſint. His itaq; mutationum cauſis, niſi Princeps ſua quaſi occurrat prudentia, quæ non indè calamitates? Vna præcipua mutationum cauſa præcidetur, ſi vnum veræ Religionis ſemen erit, ex quo Catholica germinet Religio, Cæteræ verò nullas pariunt euerſiones; niſi in regimine varijs, ac diuerſis à patrijs moribus vtatur Princeps (quòd ſanè apud plures Principes, ac Reges obſeruatum vidimus) & ab inuaſionibus ſibi abſtinendum putet, qui certe, dùm alienas ditiones ſibimet ipſis addicere cõtendit, propriam plurimis ſubijcit periculis, quę tunc ab imprudente Principe euitantur, cum iàm totum collapſum Imperium fatali excidio fuerit deuaſtatum.

Iniuſta poſſeſſio nõ infima mutationum cauſa.

Si ſemel praua Religionis præcidetur, ſumma eni Principis prudẽtia

Alia

Alia affertur cauſa Imperiȷ̈ euerſionis; quæ nimirum eſt Tyrannicum Principis dominium.

CAPVT III.

PRincipis Tyrannidem potiſſimam rebellionis cauſam afferendam eſſe affirmo; cũ enim hic potentiæ fiduria ingentes quoſdam, excelſoſq; ſpiritus ſibi aſſumat, contemptiſq; legibus, Populum Tyrannica, atq; violenta dominatione premat, non tàm profectò Principis nomine, quàm Tyranni dignatur. Princeps enim iuxtà præſcriptas

Quis ſit Princeps, quiuè Tyrannus.

leges imperat, quibus addictũ ſe eſſe, & verbis, & operibus profitetur; Tyrannus verò, neglectis legibus, plerumq; violenter omnia ex libidine adminiſtrat, adeoq; omnia ſibi, & in omnes licere putat, vt propriæ libidinis placitum firmiſſimum ſubditorum ſtatutum ſanciat. Porrò, quem Populus Tyrannidis gratia metuit, odit; quem quiſq; odit, periſſe iuuabit; Hominis enim vita cum inter cariora quæq; connumeretur, contra ſanguinarios, ac crudeles ſe ipſum quiſq; defendit, eo prorſus pacto, quo in leones, vrſos, ſerpẽtes armis natura datis nequaquã contentus, noua ſemper parare, machinatur. Quamobrem ſub-

In Tyrannũ facillime ſeuit Populus.

diti in Tyrannum ferina ſæuitate armatam crudeliorum potẽtiam audent commouere, neq; in tuto ſe locatos vnquàm putãt, donèc immanem illam, quaſi feram ad ſuos pedes proſtratam iacentem videant; Perſarum exemplo comprobatum id videmus, cum eorum regnum legitimò deſtitueretur hærede; Poſtquàm enim temporibus Alexandri Magni Darius, viuente Patre Artaxerſe, Rex decretus, in Patrem coniurauit, ipſo pariter cum patre mortuo, regnum peruenit ad Ocham fratrem, qui ſimilem ſibi metuens coniurationem, cognatorum, & Principum ſanguine, & cędibus regiam repleuit, vt poſt eius mortẽ nullus propriæ ſtirpis ſucceſſor fuerit inuentus, & Codomenus quidam in Regem à populo electus fuerit cum titulo, & nomine Darij, quem vicit Alexander Magnus, fugientemq; cognati proprij necarunt. Tarquinius Priſcus apud Romanos nunquid regno exutus, quod ſancitas pactiones, quibus ad Imperatoriã dignitatem fuit receptus, violarit? Senatus conſultum contempſerit? quod ſatellitum armatorum præſidio magis, quàm Ciuium beneuolentia ſemetipſum ſæpſerit? quod grauiſſimo-

rum

rum delictorum cauſas absq; peritorum conſultationibus ſolus exercuit? quod iniquis planè cauſis alios iuſſerit occidi? alios in exilium amandari? alijs bona omnia ſurripi, quæ ipſe impijſſima armatus Tyrannide inuaſerat? Porrò antiqua hæc ſunt, & peregrinis vix nota ſeculis, recentiores ſcrutemur tempeſtates, quæ punitæ crudelitatis nō minora antiquis exempla Principi offerunt, & cognoſcenda, & timenda. Ac primum veneti nobis occurrunt, & in ijs Petrus Candianus Dux, quem legimus legitimum magiſtratum in Tyrānidem tranſtuliſſe, hincq; ſibi, ac liberis ſuperba nimis, ac elata regiminis forma exitium peperiſſe; ſiquidem Populus auitæ memor libertatis, Dominicus iniectis flammis incendit, Tyrannum indè deturbatum, deturbatum trucidauit, filium, quod magis eſt, in Nutricis gremio iugulauit, & tandem amborum corpora canum feritati extra vrbem laceranda obiectauit. Ità Ferdinandus Neapolis Rex, cū quodlibet crudelitatis genus, & libidinis in ſuos exerceret, tandem à nobilitate deſertus miſerrimè regno exterminatur, recepto in eius locum Carolo Octauo Galliarum Rege. In Dania Chriſtiernus memoratur ſæuitiæ monſtrum, quod abhorrentes Populi è regno tandem miſerrimè depulerunt. Cū autem decimum poſt annum ſui exilij, conſcripta militia, ſuarū iterùm ditionum Imperium conaretur ſuſcipere, & in Nouergiam, ac Daniam deueniſſet, doloſè interceptus, in carcerem conijcitur, in quo etiàm naturę conceſſit. Petrus cognomento crudelis legionis, & Caſtellæ Rex, quod in ſuos plurimam adhiberet ſæuitiam, communi Procerum, ac popularium conſenſu è regno eiectus eſt; & in eius locum ſuffectus Hēricus frater, tametſi nothus. In Gallia Childericus, dum plurimos perſundaret, quemdam Bridum, ſiuè, vt alij, Bodilonem ſupremæ nobilitatis hominem palo, licèt innocentem, alligatum crudeliſſimè verberibus mulctari iuber, qui demùm ſolutus ſimul cum cęteris primarijs, ac potiſſimùm cum Vuigolberto, ac Amalterio in ipſum conſpirat, in ſyluaq; venantem premit, prægnantemq; Vlcoſtem Reginam infanda, ac ſcelerata morte necat, vt hac crudelitate vltionem in ſe exercitæ Tyrannidis ſumeret. Alia conſultò prætereo recèntiora etiàm exempla, quæ in promptu haberem, quibusq; maximos Europæ Principes in extremum miſeriarum terminum adductos ab hoc beluino crudelitatis vitio clariſſimè conſtat. Quæ igitur non deterrima in crudelis Principis regno videntur? Non aliud, quàm captarum Vrbium fama, & terribilis facies publici mæroris; omnia mæſta, trepida, ac confuſa, voluptates ipſæ timentur, conuiuia minimè ſecura, in quibus lingua ſollicitè etiàm ab ipſis vinolentis eſt cuſtodienda, non ſpectacula grata, immò ſæpe infenſa. Quod ſi in-

Petri Candiani Ducis Venetiarum, & filij cædes.

Ferdinandi Neapolis Regis exemplū

Alia hic recenſentur exempla.

Conſiderantur excidia enaſcētia in crudelis Principis regno.

ſi infelices ſunt planè ſubditi, non eidem par Principi infelicitas reſpondebit cum ſuas ſemper cogitationes ad catenas, vincula, carceres, ac quodlibet aliud tormentorum genus inclinatas habeat. Et qui Regium pectus tantum crudelitatis ſpecimen poteſt enutrire, cum clementiæ potiùs ſedes debeat eſſe? Princeps, qui humanitatis ſpoliatus ſenſu ſeuitiæ ſe nimium dedit, integras ſæpè noctes inſomnes traducit, in anguſto carcere ſemetipſum cogitur includere, nemini fidit; nec ei fidei plurimū eſt erga filios, vxores, propinquosq;. Iſtis ſanè angoribus diuexabatur Ludouicus xj. Galliarum Rex.

Contumelia præcipua odij origo. Summam etiam Imperij interitus cauſam exiſtimo contumeliam, cum ſcilicèt attrectantur ſubditorum vxores, vel cum ipſi contemnuntur, vel iniuſtam aliquam corporis afflictionē patiuntur, cū aut plagis mulctantur; aut ipſorum vitæ ſtruuntur inſidiæ. Libido illa, peſtis quidèm blanda, vt etiàm exitialis à Principe quàm maximè cohibenda, vt potè ea, quæ Reges, & regna ipſa euertat. Roderici Hiſpaniæ Regis libido Iulianum Tingitanum adeò ad vltionem inflammauit, cuius filiam contumelia affecerat, vt Mamolinum Saracenum in Hiſpaniā euocaret; Indèq; factum, vt vnius intemperantia, primò rebellionem, deindè bellum, ac ſeruitutem multorum ſeculorum nobiliſſimis reginis attulerit. Ecquis ignorat, Troiani regni excidium ex adulterio promanaſſe? Rhodericus Gothorum Rex in Hiſpania Iuliani Comitis Calabriæ filiam per vim ſtruprarat; qua iniuria motus Pater ingentes aduerſus eum Saracenorum, & Maurorum copias in Hiſpaniam aduocauit, à quibus Rhodericus cum filio pariter occiſus eſt; quo factum eſt, vt Imperium tùm Gothi in Hiſpania amiſerint, atq; ità regni Gothici mutatio in tantæ libidinis pœna extiterit. Comitem Hauspurgenſem habuiſſe comperimus quemdam nobilem in valle arctæ Vraniç arcis præfectum, ſuperbum Tyrannum, qui libidine inexhauſta formoſiores virgines, & matronas honeſtas corrumperet, cum autem duorum germanorum fratrum virginem cōpreſſiſſet, morte pœnas primo ſoluit, deindeq; ſecuta eſt rebellio contra omnes nobiles ità Tyrannicè viuentes, ſocietate primùm eius rei cauſa inita inter tres Heluetiorum pagos Vri, ſuiteæ, & Vndreualden, ità vt omnis nobilitas ferè indè eiecta fuerit. Fertur olim Viennæ Principem familiarius cum vxore Baronis Rontrendorſij conſueuiſſe, quàm, aut maritus vellet, aut tanti Principis famam deceret, & Roſtrendorſiū, cùm Principem ſæpius monuiſſet, vt deſiſteret, fruſtrà feciſſe. Igitur diſ-

Cōſideretur hoc exēplū. ſimulato dolore, vindictam in animo ſuo Principis morte deſtinauit, nec longæ interpoſitæ fuere moræ, cum ſe ſe opportuna oblata eſt occaſio; cum enim Principem venantem comitare-

tur,

tur fune ad id parato, equo detractum iugulauit , atq; vt tanti exempli perpetua apud poſteros vigeret recordatio , nunc non procul ab vrbe duo prçalti lapides poſiti fuere Tyrannidum inſtar, aliquo interuallo ab ſe inuicem diſtantes , ſignum ſpacij oſtentantes , per quod à Baronc Princeps raptatus eſt ; Aliud huic ſimile exemplum fuit in Friſcorum , Batauorumq; annalibus; Florentius V. Olandæ , & Zelandæ Comes Gherardo Velſco è prima nobilitate Batauica frequenter tùm in Aula verſanti pellicem ſuam in vxorem obtrudere volebat;quod ille abnuens, Principis meretricem ducere non conuenire natalibus ſuis honeſto animo reſpondit ; at Principis ſtultum eum eſſe ſubijciebat , qui tàm probatæ pudicitiæ vxorem reperturum ſe putaret, quam non ipſe ad ſtuprum ſe pertracturum confideret; Duxit poſteà Velſcus vxorem, quę abſente fortè marito, à Principe verborum memore eſt ſtuprata ; Ea verò iniuria vehementiſſimè Velſci animum pupugit. Ergò coniuratione inita, cum propinquis vxoris ſuæ, florentium Vltraiecto in Hollandam redeuntem, educto gladio, tranſuerberauit, celeriq; fuga ſe proripuit . Denique ſcimus Dionifium Iuniorem, & Hieronymum Siciliæ Reges, Carneadem Perſarum, Piſiſtratum Athenienſiū, Childericum, Carolum Craſſum, Theodoricum Galliæ , Rhodoaldum Daniæ Reges, Carum, & Andronicum Imperatores, deniq; Ioannem Galeatium Sfortiam, Mediolanenſem Ducem miſerrimè, & ſumma cum infamia, & turpitudine libidinis conſumptos flammis tandem ſuæ vitæ dies ſummo dedecore explesse.

Par etiàm omninò eſt Principum, cum magnos viros contumelia afficiunt, illi enim, cum potentes ſint, ſublimesq; gerant ſpiritus, inſueti contumelię non facilè vltionis occaſionē amittunt. Coriolanus certè iudicij ignominiā excidio patriæ vindicaſſet, niſi preces matris indignatum filium euiciſsēt. Pauſanias adoleſcens nobilis, & comes Philippi Regis patris Alexādri Magni, ſtupratus ab Artala Principe viro in Regis Aula, cū ſæpè apud Regem conqueſtus fuiſſet, & Philippus eam iniuriam negligeret, obſeruata occaſione in ipſis nuptijs filiæ ſuæ Regem medium inter filium Alexandri, & generum procedentem, remotis ſtipatoribus, adortus interfecit. Vim itaq; dominationis cohibeat Princeps , parceq; poteſtate vtatur. Errat enim longè, qui Imperium grauius, ac ſtabilius vi, ac feritate ſtabilitū credat, quàm quod amicitia, ac ſubditorum beneuolentia iunctum, matura creſcit ſtabilitate. Oportet autèm, illum non ſolum nihil facere per iniuriam , ſed nec omninò facere videri ; Priuatis enim hominibus nihil delinquere ſatis eſt; Principibus verò, & nihil delinquere, & nihil credi delinquere.

Par odium, cum viri magni iniuria afficiuntur.

Iniuſtitiam, minas, nimiamq; fiduciam Principis Imperio ſemper noxias.

CAPVT IV.

IMperio ſemper aduerſatur Iniuſtitia; minimeq; mirũ eſt, ſi ſæpè Principes qui maximè huic vitio addicti ſunt, concidant. Iniuſtitiã eam appello, quæ re vera legibus, & iuri contraria eſt, vel quã ij, qui deteriori viuunt cõditione, prædicant; nam cũ omne ius, hoc eſt æquum poſtulent, idq; prętendant, non verã penitus agnoſcunt æquitatem. Qui aliqua in re ſunt æquales, in omnibus pares eſſe cõtendunt, hacq; ratione iuſtitiã, hoc eſt ipſam violant ęquitatẽ. Populus, & optimates, licet paritèr liberi ſint, nõ tñ parẽ honorem plebeio, ac nobili cõcedendum arbitraret. Rurſum, qui in aliqua re ſuperiores ſunt, nulla in re parem ferre volunt; cum id ęquitati ſummè conſonũ exiſtiment. Vt cũ nobiles oneribus ciuilibus exempti ſunt, creditoribus non ſoluere, nulli honorẽ exhibere, ſibi minorũ ſeruicia exigere æquum omninò cenſent: cum autem ius ſibi negari, aut iniquè dici animaduertunt, ad vim conuertũtur, & hinc poſteà Reipublicæ pax, & concordia cũ Principe tollitur. Eximius Imperator Iulius Cæſar nunquàm maius periculum adijt, quàm cum Iudex inter Cleopatram, & fratrem lectus, amore indigens contra fratrem iniquam ſententiam pronunciauit; tunc enim in ſeditionem, ac pænè rabiem verſi Aegiptij vnanimes in eum conſenſerunt, adeò vt nudus flumini ſe cõmittere ſit coctus Cęſar, vt ad ſuos viuus, & incolumis euaderet, vt poſtea eius veſtimẽta Alexandrini populi ludibrij cauſã circumtulerint.

Vis iniuſtitie, & qui eſt ſectus.

Ob tumidas nimiũ minas Princepes plures periere, & quas in alios emiſerant, in ſe tandem conuerſas videre; Ijs igitur nõ facilè Princeps vtatur, niſi, vt delicti alicuius occaſio euitatur, certiſſimo enim aliquo periculo ſe exponet. Si mortẽ alicui minitetur, ille vel de fugienda, vel de inferenda cogitabit, idq; ità molitur, vt Princeps potius, ſi fieri poteſt, quàm ipſe pereat. Tutiùs putarim ego, nocentem occidiſſe, quàm mortem minari. Minæ vel potẽtes ſunt, & quaſi euadere nequeas, & ſic prematuræ sũt; vel imbecilles, & ſic vanæ ſunt; vtroq; modo grauiſſimas ſecum deferunt difficultates. Minantis, ſi potens eſt, inuidioſa, ſi infirmus, nulla eſt auctoritas. Is inimicũ admonet, nõ nocet; facillimũ namq; illi eſt in te malũ illud inferre, quod in ipſum intentaſti; iuſtam enim defenſionis cauſam ſibi fingit, belloq; quaſi

Minæ ſemp prauæ.

indicto,

indicto, ſe ſe contra omnes aduerſarios ictus obarmat. Minùs ſanè prudẽter ſe geſſit Romanus ille, qui tribunicia agẽs dignitatem, in illam auſus erumpere vocem, nimium certè illaturam incommodum; Malum, inquit, militibus meis, niſi quieſcant; Hoc enim vno verbo militum accẽſi animi, quam minatus fuerat necem, in ipſum conuertere. Nimio planè affectu, atq; indignatione commoueri videtur ille, cuius verba crudelibus horrent minis, nec non cum data iudicia apparent, licet apud ipſum nondùm diſcuſſa res fuerit, & cognita.

Plurimorum etiam Principum ſtatus ob fiduciam penitus interijt, cum peregrini populi in ciuitatem fuerint aduocati. Seditionum fomenta ea omnia eſſe poſſunt, quæ diuerſum genus ſunt nacta, quæ certè dum conſenſerint, ac conſpirarint, vnicus Reipublicæ ſtatus nequaquã poterit ſeruari. Quemadmodùm enim non ex quolibet, & fortuito hominum oblato cõcurſu fit ciuitas, ſic nec quouis tempore. Quapropter qui inquilinos, aut aduenas in vrbe receperit incolendos, ij ferè omnes, aut certè plurimi repentinis ſeditionibus vexati fuere, vel liberum otium diuturno temporis ſpatio nequicquàm habuere. Non facilè gentes mutua inter ſe beneuolentia congrediuntur, niſi matrimonio, veſtitu, Idiomate paulatim ſimiles reddantur. Bebryces in Ciuitatem Phocẽſes admiſere, qui cum armis opibusq; florerent hoſpitibus inuidere, eosq; de medio tollere cogitarẽt; quo cognito Pocenſes ſagaci quodam conſilio victos Bebryces occiderunt, vrbemq; ſibi tenuerunt.

Sæpè nimia fiducia Principi noxia.

Arma etiàm ob nimiam fiduciam Principis populo ad deffẽſionem commiſſa, niſi cautè Reſpublica adminiſtretur, facilè eam euertunt; Ideoq; non omnibus, ſed nonnullis tantũ, & ſelectis permittenda ſunt. Rebelles Aquenſium cum armati eſſent, Senatum eiecerunt. Quod idem multis olim Imperij ciuitatibus contigit. Quin & ruſtici ipſi pluribus in prouincijs arma cæpere. Nõmirum, ſi in pluribus locis ſunt edicta, vt ſi aliquid armorũ habuerint, in publica deportent arma, & nulli alteri penitùs vendant, Iudicesq; per loca prouideant, vt ſi qui arma vẽdere viſi fuerint, ſupplicijs mulctentur, inſuper & arma ab ijs, qui ea cõparãt, ſine precio auferãtur, publicoq; repetantur. Qui ideò exercendi ſunt, meliùs armis publicis exercendos crediderim; vt apud Romanos ſimilis habita eſt exercitatio.

Temerè arma Populo non committenda.

Quàm ſæpè noxia ſit Principi ſuperbia, ità vt per eam ab Imperio eijciatur.

CAPVT V.

PEſtiferum ſuperbiæ venenum tàm læthale Principi eſt, vt animo ſemel imbibitum internum quoq; ac peſſimum effectũ nequaquàm valeat occultare. Quid enim eſt tàm ſanctum, quod non contemnat, aut tàm iuſtum quod nõ violet tumidi, ac elati animi vir? Rationis, & prudentiæ pronitens lumẽ Arrogantia extinguit, quæ ſimul ac ciuilis viri animum oppreſſit, iam omni humanitate oblita, in lentam, ſæuamq; naturam mutatur. Quo fit, vt ſuperbi Principis regimini non faueat Deus, quin potius in perniciem, infandamq; miſeriarum iliadem detrudat. Hæc nimirum eſt virtutum extirpatrix, virtutum ſpoliatrix, omne bonum extinguens, totius orbis populatrix, indignabunda, imperioſa, petulans, & mentita, maieſtatis ſpecie veram crudelitatis formam præſeferens. Ab hac nunquàm inuidia; ſtultitia, temeritasq; diſcordant. Huic aſſenſit ingens Miniſtrorum turba, liuor, pallor, cõtemptus, odium, alieni boni mæror, mali gaudium, ſimulatio, amor laudis, honoris cupiditas, tumor, ambitio, elatio, & inſolentia. Hinc Principum ſubuerſiones, quod ſuperbia inflati plus de ſe, quã par foret, ſibi promittentes, ſe ipſos decipiunt, & periculis ſe obijciũt, quibus dehinc ſe eximere nõ poſſunt, inimicos ac ſubditos cõtemnunt, à quibus decipiũtur incauti. Quale animi ſuperbi Darij vltimi Perſarũ Regis argumentũ? Ille ſe Regum Regẽ, & Deorũ cõſanguineũ nũcupare volebat, & inſuꝑ Alexãdrũ Magnũ, ceu famulũ ſuũ indigitabat. Sed quid? parũ ille rerũ humanarũ incõſtãtię cõſcius minimè cognouit, ſe regno, vitaq; paulò poſt miſerrimè ſpoliandũ. Verũ enim verò quæ inſolẽtia, vel potius inſania Maximiani, & Diocletiani? Ille quaſi ab Hercule prognatus eſſet Herculeus, hic verò, quaſi à Ioue genus duceret, Iouius dici voluit. Ecce quò arrogantiæ proceſſerint hæc monſtra, vt ſe, vt Deos, coli paſſi fuerint, immò voluerint. Quas autem ſuperbiæ pœnas illi dederint, eorum perlegenti cruciatus perſpicuum eſt. Certè vel iugulati omnes, vel veneno necati; Ac ne veteribus inſiſtamus, inter cauſas, quę Carolum, cognomento Audacẽ, Burgundiæ Ducẽ egerunt, præcipua ſuperbia enumeratur, qua ad vicinorũ regiones bellis infeſtãdas ferus, ac indomitus homo extimulabatur. Abſimilis ꝓfectò Princeps Octauiano Cęſari Auguſto, q à cupiditate quo

Quæ ſit ſuperbia.

Darij Regis ſuperbia.

quomodo Imperium, vel bellicam gloriam augendi tantum abfuit, vt quoſdam Barbarorum Principes in æde Martis Vltoris iurare coegerit, manſuros ſe in fide, ac officio, quam peterent; Verùm vt diuerſis hi moribus fuere, itá diſſimili prorsùs exitù periere; his communi, ac naturali, ille verò violento, dùm apud Hanciam, Lotharingiæ Vrbium caput miſerrimè trucidatur. Quocirca multa certè pericula vitabit Princeps, ſi ſuas vires agnoſcat, & quid ſit, quiduè poſſit, æquá Iuſtitiæ lance perpendat, nec ſupra id, quod ſit, ſe extollat, ne plura, quàm exequi poſſit, præſumat, nec vllum cæteris afferat contemptum; Huic tãto morbo efficax parabitur mediciua, ſi Princeps humanæ fortunæ inconſtantiam, rerum humanarum fragilitatem, regnorumq; viciſsitudines perpetuò ante oculus habuerit, ſi Creſi, Darij, Xerſis, Alexandri, aliorumq; modico tempore ſtetiſſe faſtum, & fortunam cogitabit; ſi Imperatorum, Regum; Principumq; cædes, exilia, ludibria, & Rerumpublicum interitus meditabitur, ſi quis ipſe ſit, quibusq; ſuperbiat rebus, non ignorabit; ſi memoria ſuam repetat originem, & quibus rerum exordijs ſplendoris primordia acceperit. Nunquid nudus in nuda humo abiectus vagirui ſtatim, ac lacrymis obnoxius; Planè, vt nullum animalium aliud pronius ad lacrymas, & quas vix natus protinus in ſuæ vitæ exordio effundit. Natus igitur miſerè iacet manibus, pedibusq; deuinctus, flens animal cęteris imperaturum ab ipſis afflictationibus vitam auſpicatur, vnam tantũ ob cauſam, quia natum. Celebratur ſummopecè Maximilianus Primus Auſtriacus Imperator, qui ſuo teſtamento cauit, vt exanimum corpus ſuum rudi linteo inuolutum, nullo pretioſo adiecto balſamo, ſarcophago (quod triennio ante parauerat) imponeretur, manibus, ne; auribusq; viua calce oppletis; Ex hoc enim quid nobis aliud demonſtrare voluit inſignis vir à niſi monumentum illud aſsiduè in oculis habendum (Cogita mori) quaſi amplius dicat, quid te dilatas, ac extendis? quid multa poſsides? plura appetis; Quem tot Prouinciæ, ac Regna non capiunt, anguſta heri nimirum vrna capit; Cur autem calcem cauis illis partium immiſit? en aromata, quibus condiretur. Sed hoc ſpectauit; vt tempus putredini natum, ea quoq; conſumente & excedente materia citius conſumeretur, atq; ad corruptionis ſtatum facilius progrederetur. Carolus V. fragilis huiuſce noſtræ naturæ haud immemor diù ante mortẽ Reipublicæ adminiſtratione ſe ſponte ſubmouit, & cum in filium iam validum animi curas contuliſſet, in Hiſpaniam ſeceſsit, & in Diui monaſterium ſe abdidit cum duodecim duntaxat familiaribus, Deo, & quieti vacaturis. Interdixit autẽm aliter, ſe, quam Carolum appellari, Cæſaris, & Auguſti nomina cum re-

Cõtra ſuperbiam remedium.

Exemplum Maximiliani Imperatoris,

Idẽ fere exẽplum Caroli V. Imperatoris.

bus animo exuens. Immò hoc pariter ferunt, diù ante Imperium ab ſe abdicatum ſarcophagum ſibi conſtitui iuſſiſſe cum funebri ſupellectile deportandum, clanculum tamē, quocumq; iret; quem apparatum multos annos apud ſe habuit; vbicumq; locorum eſſet, ſecretiſſimè etiàm, dùm Mediolanum cōtra Gallos proficiſceretur, illudq; diligentiſſimè ſingulis noctibus ſemper conſeruauit, atq; reponi iuſſit, vt propterea mortis cogitatione vanum huius mundi faſtum à corde eximeret, ſanctasq; actiones, dùm viueret, agendas admoneret. Cauendum itaq; Principi eſt ab hoc inhumano, cunctisq; ingrato vitio, ne, ſi nō in hominum, at in Dei manus, quod magis timendum, incidat; qui tametſi hodiernis temporibus ſermonis communionem, vt prioribus illis ſeculis, nobiſcum non habeat, hominibus tamen ſuperbis meritas inſignibus exemplis ſuperbiæ pænas repræſentat. Stylo veritatis ſcriptum eſt ſedes ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.

Quàm maximè vitanda Principi Auaritia, omnium malorum radix, & frequens euerſionum cauſa.

CAPVT VI.

Auaritia omnium malorum radix.

Effrenata ami cupiditas, quæ ſæpè Principū animis inhæret, ſtabiles Imperiorum ſtatus euertit, flebiles planè mutationes inducit. Ingentis pecuniarum cumuli habendi auiditas ad illicita, grauiaq; imponenda Reipublicæ tributa prorſus ſine cauſa compellit. Hinc itaq; fit, vt qui huiuſmodi ſunt oneribus oppreſſi, ſe inique extorqueri cognoſcentes, deſperatione acti, ſeditionis, ac defectionis conſilia intentent, ſi enim Romanarum rerum ordinem mente complectimur, pleraſq; ſeditiones ex nobilitatis auaritia ortas comperiemus. Tribuni plebis inuenti, vt contra fæneratorum iniurias inferioribus adeſſent, Leges & Agrariæ toties tentatæ, cum plebs gentium victus inopia contabeſceret, nobilitas latifundia poſſideret. Caligula omnes commouit, cum ſibi teſtamento legari cogeret, proq; Edulijs pretium ſtatuerit. Galba ob auaritiæ opinionem exercitum ſuum proditorem eſt expertus. Eadem de cauſa Dicius Iulia-

Iulianus deſertus, atq; in Palatio occiſus. Conſtantinus ob eaſdem ſordes, & rapacitatem in Sicilia interfectus, cuius rapinę à Saracenis in Africam tranſmiſſæ ſunt. Perſa Macedoniæ Rex, fraudatis ſtipendio militibus, deſertus, cum auro captus, & à Paulo Emilio in triumphum deductus; Heraclius, dùm ſaracenos modico priuat ſtipendio, ampliſſimum orientis Imperium perdidit.

Et tamen non deſunt Principes, qui varia, eximiaq; arte auaritiæ ſtudium maximè ſectantur, quorum nonnulli tanta ſunt ducti libidine alienæ rei ſibi comparandæ, quæ paulatim ſecum in præceps florentem Reipublicæ ſtatum pertrahit, vti, quandò in vēditione ſunt Magiſtratus, & itá pretio indigni ad Reipublicæ adminiſtrationem promouentur, vel ad beneficiorum Eccleſiaſticorum dignitates, qui poſteà in Nūdinatores, Iuſtitiæq; ac ſacrarum rerum propolas degenerāt, quia immò minutatim vendunt, quæ antea ſimul emerant, corruptelis, ac impietatibus obnoxij; vndè Reipublicæ, Populiq; ſtatus mirum in modum turbatur.

Quam male agant Principes Auaritiæ addicti.

Aſſiduo ſtudio nonnulli Principis ærarium volunt locupletare, atq; ideò confiſcationibus, alijsq; intenti tributis, quò magis priuatum Ærarium adaugent, eò etiàm Reipublicę vires reddunt infirmiores. Hinc igitur ſcitiſſimè Traianus fiſcum, ſiuè ærarium lienem appellauit. Sicuti enim maiori lienis incremento corporis membra tabeſcunt, ſic fiſco Principis aucto cętera ciuitatis membra langueſcunt, atq; intermoriuntur; & vt lien modicus reliquis corporis membris maximè prodeſt, viriumq; robur confirmat, ſic fiſcus moderatus Principis, nec exuberans in vniuerſum ciuitatis corpus optimam inducit valetudinem. Quamobrem Appollonius Tyaneus apud Philoſtratum dictitabat, opes illas non eſſe æſtimandas, quæ ſolum apud Principem latent, cum ab arenæ cumulo parùm differant, nec eas, quæ ex omnium gemitibus proueniunt, cum atrum, & ſordidum æſtimandum ſit aurum, quod ex lacrymis concreſcit. Lydi Acheum Regem in tributis exigendis auarum pedibus ſuſpenderunt, ita vt caput pactolo flumini mergeretur, atq; itá aurifera aqua eius ſitim expleret. Tyberio Battus Dalmata exprobrauit, belli cauſam Romanos dare, qui non canes, ſed lupos pecoris cuſtodes mitterent; & ſi iniuſta tributorum impoſitione oppreſſus taceat Populus, nequaquàm certè pari ſilentio vtetur Deus, quem offendi acerbiſſimis tributorum exactionibus clariſſimum eſt; Odoardum Angliæ Regem memoriæ proditum eſt, cum ingentem auri vim ex tributis redactam ad ſe afferre iuſſiſſet, vidiſſe malum Dæmonem ſub turpiſſimæ formæ ſpecie pecunijs inſidentem, eoq; ſpectaculo territum pium Regem voluiſſe

Quam fallatur Principes.

luiſſe

duiſſe ſuum cuiq; reſtirui. Nec mirum, ſi hoc Deo, hominibuſq; auerſetur, quod contra naturæ rationem inhumanitate iſta nihil ſænius peccatur.

Quã de cauſa inſtituta Imperia.

Imperia inſtituta ſcimus, vt, vi ſublata, quę omnia ad potentiores trahebat, naturæ, & rationis Imperio res humanæ agerentur. Quid autem ad naturam magis accedit, quàm vt quiſq; partis induſtria ſua, aut amicorum liberalitate opibus fruatur? Quid rationi ciuili commodius, quàm vt intelligamus, quid noſtrum, quiduè apud nos fiſci eſt? Atqui Princeps, qui non legitimè collatas pecunias aut ipſe per luxũ profundit, aut auaris hominibus committit, & indè ad nouas alendi militem rationes excogitandas impellitur, efficit, vt ignorẽt penitùs ciues, quantum ex domeſticis opibus Regi, quantum ſibi iura tribuat. Quem enim id ſciant, cum non hoc ſuum, ac ne legis quidem arbitrium ſit, ſed Principis duntaxàt vnius, cumq; tributo ſemèl exacto, adhùc ipſi ſimpliciter ſuis non gaudeant priuilegijs, quæ alijs ſcilicèt Regis ædictis poſſuut rurſus deliberi?

Quæ ex hoc vitio oriantur incommoda.

Innumera certè ex hoc infando vitio oriuntur incommoda; nunquàm enim ſolum eſt; plures comites aſciſcit, rapinam videlicet, periurium mendacium, proditionem, atq; etiam parricidium. Eius autèm cauſa calumniæ, delationes, falſa crimina, diuitibus ſubijciuntur, vt bona illis cum vita adimantur; quod ſine dedecore non fit, cum nominis, & necis Tyranni periculum habeat. Veſpaſianus non contentus omiſſa ſub Galba vectigalia reuocaſſe, noua, & grandia addidit, nonnullisq; Prouincijs tributa adiunxit, negotiationes quoq; vel priuato pudendas propalàm exercuit, quædam tantùm coemendo, vt pluris poſteà diſtraheret. Tẽpore Caroli Sexti Gallię Regis noua vectigalia penè Regem, & Regnum euerterunt. Plebs enim tumultuata obtinuit armis, vt ea abolerentur, occiſis tamen primum è Magiſtratu clariſſimis viris. Plebs quidem humiliter ſeruit, & quandiù conſueta imperantur, quieſcit, ſed cum inſuetis planè rationibus ſe ſpoliari animaduertit, capeſſit arma, reperitq;, quæ iniquiſſimè à Principe ob nimiam auri cupiditatem ſurrepta ſunt.

Quam

Quàm falſo cenſeant aliqui ſubditorum egeſtatem eſſe Principum ſecuritatem.

CAPVT VII.

Vis egeſtatis

Tyrãnicum præceptum.

A Veritate longè diſcrepat eorum Principum ſententia, qui ſubditorum inopiam ſibi ſummam fingunt ſecuritatẽ. Paupertas quippè, & egeſtas faſtidium certè in ciuium animos, morũq; abiectionem inducit, neq; iniuriarum tolerantiam. Verùm cum eorum fidem in pace etiàm afflictatam videant, vnicam in turbatis rebus ſpem collocant, atq; nouarum rerum ſemper cupidi, quidlibet & difficile, & anceps varijs artibus ſtudent machinari; longus edocuit vſus, egentiſſimum quemq; vt plurimum etiã fuiſſe audaciſſimum, & non rarò ipſamet deſperatione ad quęq; tentanda commotum; quæ planè commotio maiorem certè ditioni minatur vaſtationem, quàm vel terræ hiatus, vel fluminum longè, latèq; effuſę alluuiones, vel ditiſſimarum mercium naufragia. Sibi nimis ſua auaritia crudeles illi Principes ſunt, qui non molliter gregem ſuum tondentes, ſed excoriantes, ac deglubentes eius lanificio Paſtores ſe euaſuros falsò opinãtur. Qui hodie nullo poſſunt eſſe detrimento, fortaſſe cras poterunt, Tẽpus, milleq; inexcogitati caſus occaſiones aperiunt, quibus non potens modo inimicus, ſed debilis, & contemptus, qui nũquàm fortaſsè iuuare poterit, in extremam tamèn valeat nocere perniciem. Hoc igitur immane, ac atrociſſimum latrocinij genus probare nobis fruſtrà tentat, qui politici illius præcepti eſt auctor, premendos ſcilicèt eſſe ferociores, & regnantibus periculoſos ciuium ſpiritus, adimenda ea, ad quæ ſi reſpexerint, ſuperbia, & opum conſcientia obſequij iugum excutere poſſunt & bona ſubiectis populis ſenſim, & quaſi guſtatim inſtillanda, mala ſimul, & ſemel ingerenda. In Magnates, non in Populum, minutamq; plebem ea cautio valeat; Illis honores, opesq;, ne maiora, quàm par eſt, concupiſcant, diſtribuantur. Plebs eo metu Principem liberat, quæ vilis humi ſerpit, & animo prędita eſt nunquàm aſſurgenti ſublimibus auſpicijs, & excelſis cogitationibus, nihil à Principe præter panem, & frumentum in foro requirit, cererem, & Bacchum, & otij dulcedinem innocenti

ſtupi-

ſtupiditate colit,& rarò in alios,quàm in eos, qui ad hæc numina auaras manus porrexerant,ſæuiſſe ex hiſtoriarum monumẽtis cognouimus,eaq; bona pertinaciùs defendit;aut perdita redimit. Hæc enim ea ſunt,quæ tantummodo æſtimat, atq; horum intuitu cætera omnia quaſi perpetua obliuione obruit. Romana plebs ſub peſsimis, & crudeliſsimis Tyrannis nullam ſtatus mutationem expetebat, quippe annonæ vilitas ſummam in Principes beneuolentiam captabat. Hebreus Populus, etſi in Aegypto grauiſsimam ſuſtinuiſſet ſeruitutem, à Pharaonis Miniſtris continuis laboribus ità preſſus eſt, vt liberum pænè ſpiritum trahere non poſſet; in affluenti tamen victus, ac neceſſariarum rerum copia facilè libertatis oblitus eſt; poſtquàm verò prodigioſis Dei miraculis;& potentia ineffabili, velùt manumiſsi Paleſtinam verſus per loca omni ſolitudine vaſta iter facerent, ac paulatim ad alia quæq; neceſſaria hominum alimenta deficerent,non ſemel duriſsimum ſeruitutis iugum,& illas Aegyptias opes optare ſuſtinuerunt. Sæuitiam annonæ accuſante Plebe Romana,Tiberius ſtatuit frumento preciũ, quod emptor penderet,binosq; nummos ſe additurum dixit negotiationibus in ſingulos modios. Veſpaſiano, & Aureliano erat Summæ voluptati paſcere Populum;& hic quidem, quo vilior eſſet annona,libræ vnciam adiunxit, ille Architecto rationem monſtranti,qua prægrandes columnæ exiguis impenſis,& paucorum hominum operibus in Capitolium duci poſſent, placere ſibi quidem inuentum reſpondit,ſe tamen grandioribus impenſis populum ſuſtentare malle. Quò pertinet ſanctiſsimum cuiuſdam,& pijſsimum conſilium,fame populos vrgente, ditioribus Ciuibus tributum indicendum eſſe ad pauperum ſuſtentationem,eamq; pecuniam, vel ea coemptum frumentum poſtmodum pauperibus diſtrahendum. Carolus Flandriæ Comes Tamardum è gratioſiſsimis aulicis alendis è fiſco egentibus præfecit; Ipſe cum loculos in popularium cœtum prodibat,circum templa obambulans, ſtipemq; ſua manu mendicis liberaliter erogans,Dardaniorum, eorumq;, qui annonam flagellabant,& clauſis horreis frumentum ſupprimebant, nequitiam compreſsit,apertis Conditorijs,triticoq; in egenos diſtributo; Quamobrem adeò carus fuit, vt cæſum à perditis hominibus corpus,quiq; tanquàm ſanctas reliquias venerarentur, aliquid deniq; capillorum,vnguium,& veſtimentorum domeſtica quadam religione aſſeruarent, colerentq;

Caroli Flãdriæ Comitis exemplũ.

Quod ſi verò ſecuritatis aliquod præſidium ab exaſperato populo ſibi parare contendit Princeps, temerè quidem id ſibi perſuaſum habebit, quin potius certiſsimum tui interitum videbit. Carthaginienſes ſuperbè,& auarè Afris imperitabant,

Ab exaſperato populo nihil ſibi auxilij credat Princeps.

mediam

mediam fructuum partem auferentes, tributa duplicantes, eos ſolum miniſtros comprobantes, qui à ſe longè clementia, benignitateq; in populos amandata grandem pecuniæ cumulum per vetitum quodq; nefas in ærarium intuliſſent. Quibus rebus factum eſt, vt pleręq; ciuitates ſeditioſæ militem contra ipſos armarint. Ob eandem cauſam ab illis Hiſpani defecere. Etiã Romæ ſuſpecto Senatus, Populiq; Imperio ob certamina potẽtum, & auaritiam Magiſtratuum feſſa Reſpublica in vnius poteſtatem conceſſit. Gallis potiſſimum auaritia cæteris præ omnibus cauſis fatales fecit Siculas Veſperas, & Ludouico Sfortiæ Mediolanenſem ditionem abſtulit. In Gallijs Carolo VI. Regi rerum venalium viceſima pars indicta erat tributi loco, quod onus, tanquàm grauiſſimum vrbes detrectantes, ità Regijs Miniſtris ſemper aduerſabantur, vt tandèm aliquandò in deſperationem adactus Populus ſe ad arma conuerterit. Cum Pariſijs in foro olitorio fœmina quædam naſturtium venum expoſuiſſet, Miniſter regius obolum poſtulat; muliercula adſtantium virorum auxilium implorat. Concurſu facto, exactor à turba oppreſſus, obtritusq; eſt. Inermis inde plebs, ſed furore percita ad ædes publicas impetu rapta fertur. Deiectis foribus, arma, telaq; corripit, exactores, redemptoresq; quoſcumq; vrbe peruagata deprehendere poterat, plumbeis malleis confecit; & ſic ij infanda Regis auaritia corruerunt. Piſani olim à Florentinis, quod omne negotiandi genus ipſis interdiceretur, & artes omnes, præter manuarias, exercere prohiberentur, defecerunt, nec niſi poſt multos annos, & immenſos Florentinorum ſumptus ſubigi potuerunt. Hiſpanis Mediolani occupationem facilem fecit truculentum erga Gallicum nomen odium, qui à militibus grauia, & intoleranda perpeſſi, cum nec Rex ob pecuniæ inopiã ſatis prouideret, neq; Præfecti obſiſterent, incredibilis, quo Regem proſequebantur, ſtudij obliti, omnia ſurſum, deorſumq; volui, miſceriq; cupiebant. Eadem tributorum acerbitas Gandaui in Flandria, & abſente Carolo Cæſare in Hiſpania periculoſiſſimam ſeditionem cõcitauit. Gotericus Daniæ Rex (Cotofredum Germani vocant) cum Friſcos, oppreſſa libertate, fortunis cunctis ablatis, in turpem, miſeramq; vitam adegiſſet, tributum quoq; annuũ iniunxit, quod maximè fecit, ne diuturnius ſeruitus illa protraheretur; Edificium, cuius longitudo erat ducentum quadraginta pedum, duodecim paribus ſpacijs mole quadam diremptis diſtinctum extruxit, ad cuius caput Quæſtor, cum tributum pendendum erat, conſidere iuſſus; ad cuius longitudinis extremitatem clypeus concauus ex ære locatus in quẽ ſinguli Friſiorum tributũ ſoluturi nummũ cõijciebant, cuius cadentis ſonitum ſi Quæſtor ex longo interuallo exaudiret,

Singulare exemplum.

exaudiret, inſolutum cedebat, ſed qui iecerat alium, cuius non exaudiretur ſonus, alium maioris ponderis eodem conijcere cogebatur, donec tinnitus Quæſtoris aures feriret; Addunt, auri,& argenti vſu omni in corporis cultu vetito, ad vimineos torques, ſimiliaq; ſeruitutis extremæ argumenta eos lata lege redigiſſe,Præfectum dediſſe,qui in ſeruili obſequio, & operibus detineret, oſtium in ædibus ad ſeptentrionem vnum habere iuſſiſſe humilius,quàm pro ſtatura corporum, cùm vt iugum quotidiè turpitèr ſubire,tùm vt exituri inflexo toto corpore Regem Panum ſeruiliter venerari viderentur. Quis ex nouis ſapientiæ Doctoribus non diceret, benè prouiſum, ne animos tollerent Friſij. Omnia ad infringendos ſpiritus inſtituta erant; Sed ijdẽ erectis talies ab iniurias ad libertatem animis,cum arma raptim vndequaq; collegiſſent, Danorum præſidia paſſim aut oppreſſerunt,aut finebus ſuis eiecerunt.

Magna regẽdi ars. At quæ regendi ars;dixerit quiſpiam, ſi ſubditi nimirum tumidos gerant ſpiritus, Princepsq; ſua ope eos minimè compeſcere poſſit? Abſimilis profectò morbo non erit medicina. Ambitio,quæ ſæpenumerò immodicè inflat animos, eadem ſemper continet in fide. Suſpecti ſemper erunt Magnates,cum Populus iàm ſatis ocij dulcedine,pace,ac annona allectus noua non meditetur. Ad illis morem gerendum facilè Princeps compellitur. Non deſunt dignitates, non deſunt legationes, quibus erga Principem tantùm excreſcit beneuolentia, quantũ apud Proceres perit opulentia. Subditus,qui beneuolum Principis animum in ſe videt, qui in grauioribus negotijs ſuam impendi operam perſpicit,quem otiari Princeps non ſinit,ſpiritus quantumuis tumidos,ac elatos comprimit, magnificentiſſimos ſuarum facultatum ſumptus profundit, tantiq; nil aliud facit, quam cum maximo rerum ſuarum domeſticarum detrimento pluribus negotijs detineri;ex quibus illa maximè Principis habetur,vtilitas vt tutam,claram,illuſtremq́;ſuam Maieſtatẽ maxima cum ſubditorum lætitia reddat; Attamen quamplurimi ſunt Principes, qui longè diuerſam adhibent rationem: ad excelſos enim dignitàtum gradus ſubditos promouere dedignantur; ideoq; eorum animos conterendos, atq; infringendos curant,ſeditiones,inimicitiasq; perpetuò fouent, vt nulla quantumuis opulentia elati ad vltiora aſſurgere contendant: At quàm tuta hæc videatur ratio, ſanioris prudentiæ Politico diſcutiendum relinquo. Haud me fugit plures reperiri rationes, quibus ſubditorum ſplendori, nec non ſuæ incolumitati Princeps poteſt proſpicere,quam ſi tueri ſataget,hanc à ſubditorum ſalute nequaquàm ſecerni poſſe non ignorabit.

Conſiderentur pabula vlicumq́;exponenda.

Quomodò

Digitized by Google

Quomodò lenienda ſint tributa, ne inuidiæ ſint obnoxia.

CAPVT VIII.

ASPERA perſæpè tributorum vox popularium auribus eſt, ità vt odiorum ſeges eſſe videatur; Nullum enim, Iudice populo, peius reperitur in Principe vitium, quàm auaritia, quæ quaſi ſanguinem è venis, pecuniam videlicet, exhaurit, & quaſi alteram vulgi animam malè perdit: ſumma igitur cura Principi elaborādum eſt, vt inſitum odiū, quoad fieri poterit, emolliat. Plurimis autem fomentis id eum facturum vides; Si in primis neceſſitatem propoſuerit, facile ad propriam ſalutem defendendam inducentur Populi, ac remedium, quo longè imminentes plagas arcere valeant, libenter adhibebunt. Vbinam Reipublicæ, regnorumq; ſtatus ſine tributis eſt? Nulla profectò ſine armis quies, nec arma ſine ſtipendijs, nec ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt. Quod ſi Populus renuet, ſuaſione, aut violentia vtatur (Hæc intelligo, cum neceſſitas ab ipſo Principe exordium nō ducat, qui leuibus hoſtilium ſuſpicionum ventis agitatus vndiq; tributorum procellas, ac tempeſtates commoueat) verum illa potius, cum longè melius ſit impetrare, quàm imperare. Suaſio enim ab eo, qui iubere poteſt, vim neceſſitatis ſibi poteſt aſciſcere, cum ad ſubditum nequaquàm ſpectet de tributi aut iuſtitia; aut neceſſitate diſceptare; ſæpè enim, quamuis in occulto lateat, iuſta eſt. Sæpè etiam ceſſaſſe videtur, quia certo temporis limite continetur, vel certè, quià, prout ſtatutum erat, executioni non demandatur, & nihilominus tributum non ſtatim eſt iniuſtum, vel quià alia cauſa exorta eſt, vel quia Princeps alijs actionibus, vel oneribus vexatus ab vno opere ceſſare cogitur, vt magis vrgens aliud efficiatur. Curandum tamen eſt Principi, ne grandia ea nimis ſint, ſed modica pro rerum ſcilicèt copia, aut anguſtia, tōdereq; pecus malit, quam degl ubere; quod ne Tiberius quidē alieni auri tenaciſſimus, crudeliumq; omnium Imperatorum auariſſimus voluit, cum huiuſcemodi tributa radices excidant, ne recreſcant olera.

Vitiū Auaritiæ.

Quomodo odium emolliatur.

Neceſſitas vrta.

Suaſio prior.

Ne grandia ſint tributa.

Pro cuiuſcumq; facultate imponat onera: Hinc Seruius apud Romanos cenſum inſtituit; Prima claſſis centum milliū erat, ſecunda ducentorum millium, tertia, quarta, & quinta

maioris ſummæ erat; Minor cenſus, ſeù ſexta claſſis reliquam turbam continebat; eandemq; prorſus rationem acceperant Athenienſes.

Semper inſit Patriæ commodum.

Patriæ commodò non velato, quod Principis ærario, aut neceſſitati adhæreat inſtituenda arbitror, quanta tamen moderatione fieri poteſt, ne vllum tamen grauent, aut moleſtent. Si in merces communes, neceſſariaſuè portoria nulla, aut exiguâ ſtatuuntur; In res inutiles, noxias, precioſas, ſine quibus hoc vitæ genus, quodcumq; fit, benè degitur, multa, & grauia, immò in ipſos artifices. Graui itaq; tributo eos, qui ſaccarum, aromata non neceſſaria, illecebroſas Indicarum delitiarum condituras vendunt, quàm maximè ciuitati prodeſſe videtur, nec minus dulciarios, & cupedinarios, qui bonis hominum moribus aduerſantur, grauioribus exactionibus tenuare iuſtum eſt. Quin purpuræ, iocalibus, auratis vaſis nunquam iniquum facilè vectigal imponet Princeps, cum melius pecunia ad iuuandam publicam vtilitatem, quàm ad deprauãdos immodico luxu mores impendatur. Idq; præclarè Romanorum authoritate cõprobatum habemus, qui Arabicis mercibus, vnionibus, & margaritis ingentia vectigalia impoſuerunt. Hac mente fuit Alexander Seuerus, qui maximum quoddam linteariorum, cetariorum, argentariorum, aurificum, ac aliarum artium vectigal inſtituit.

Quæ vectigalia indicẽda

Eruſcatores ac alij id genus amouẽdi.

Cum autẽ tributa per harpyas, vel hyrundines verbo augeãtur, quæ pariter labores populi verbò augeant, ſudoresq; in ſua præmia vertant, ac in Principem odia, ac execrationes concitent, ſummam adhibeat diligentiam, vt, quæ de ſe apud populũ ſpargantur, querelas ſciat: Quapropter à procuratoribus rationem exigat, atq; ad amuſſim, quid à ſingulis ſit impenſum, deſcribi iubeat. Quod ſi aliquem inuenerit, qui plus iuſto exigerit, tanquàm proditor Principis puniatur; quod non modò de pecuniæ magnitudine, ac rerum Intelligo, ſed etiàm de moneta, quam aſperam ad libellum cum faſtidio exigunt, nec cõmuni precio, vt pauperes vix inuenire nummos, quos habent, furibus illis idoneos poſſint. Verùm contra hos omnia regna clamant, & illi tamen magis diteſcunt. Satius opinor, vt ad certos à populo delectos viros integræ fidei deferantur omnia, illiq; præſente Magiſtratu Principi tradant; Hoc conſilium iàm prolatum fuit in Galliæ regno, cum quidam eius regni Populi Henricum Secundum ſupplices deprecati fuerint, vt aliquorum fraudatorum, ac inficiatorum impudentiam remoueret, hac prius conditione firmata, ſe integra fide ad diem omnia tributa repræſẽtaturos in eam etiàm regni partem, quam Rex deſignaret, delaturos. Plurimùm apud Regem valuit hoc conſilium,

ſed

ſed fucatis argumentis à ſententia abductus, ærarium, & ſubditos coactoribus reliquit agitandos, nàm non modò plus exigebant, ſed minus etiàm reddebant, Regi, & Regno ex æquo infidi.

1. Inſupèr non tantùm proprium Principi commodum eſt ante oculos habendum in indicendis tributis, verùm à iuſtis nulli immunitas concedenda, Id enim pluribus rationibus poterit euenire, ſi Princeps alicui tributũ remittat, quod cum vlla abſq; iuſta cauſa faciat, partim prodigalitate, partim iniuſtitia delinquet, quia Rempublicam debito præſidio priuat; quod poſterius genus cauſæ maximè locum habet in eo vectigali, quod non Principi, ſed Reipublicæ eſt perſoluendum. Si verò certũ quiddam, ac limitatum vectigal toti Reipublicæ, vel ciuitati ſit imperatum, non poteſt Princeps aliquos eximere, cæteriſq; grauiora onera inferre; Quamquàm enim ſinguli modicum ſentiant detrimenti, omnes tamen læduntur, immò omnibus contrarius ſumma imponitur, atq; ex eo peccatum oritur; nàm ſi quis per metum ab incolis alicuius ditionis cẽtum extorqueat, quamuis multitudo illa ſit, vt ſinguli tantùm denarium pendãt, iniuria tamen eſt grauis, atq; ad centum aureorum reſtitutionẽ cogitur; Plurimùm igitur refert huiuſcemodi priuilegia non permittere. Quod ſi importunis quorundam precibus impelli quodammodò Princeps videtur, ipſe vel ſuam oſtendat obligationem, vel de priuato patrimonio damna compenſet, Idq; ob eos Conſillarios moneo, qui Principes ad plurima tributa exigenda ſemper excitant, & cum ad rem ventum eſt, quorumcumq; onerum vacationem pro ſuis agris impudentiſſimè expoſcunt, licèt demùm nouo ſcelere huius criminis turpitudinem redimere videantur, nàm in tributis colligendis id agunt, vt aliquid pro Principis honorario ſuperſit, quod deindè ipſis donatur, qui ex ſuis prædijs vectigalia perſoluiſſe gloriantur.

Nulli à iuſtis tributis immunitas concedenda.

Huiuſmodi priuilegia minime permittenda.

2. Eſt & aliud, quod à Principe exigi videtur, cum ſcilicèt ceſſat tributorum cauſa, ceſſent & tributa, ni alia cauſa ſuppeteret; nàm quæ Principi ad ſumptus, & pro laboribus dantur, libera manent. Damnabilis omninò cauſa tributi, cum cauſa ceſſarit. Illud certum eſt, tributa ſiuè benè, ſiuè malè Principi erogata, ſi propter ſuos labores, ac vigilias pendantur, de illis ſine iniuſtitia poſſe diſponere, dummodò ſuo oneri ſatisfaciat, gubernãdo, ac defendendo Rempublicam. Alioquin ſi in hoc deficiat, iniuſtè hæc tributa accipiet, ac retinebit, quæ propter officium dantur, & tanquàm operis merces ſunt, quam iniuſtè accipit, qui nõ laborat. Si verò de tributis ad Reipublicæ opera communia impoſitis loquamur, hæc in talia opera impendi debere omnibus liquet; alioquin commiſſit fraudem, & iniuſtitiã, quæ potius in

Ceſſanti cauſa tributorũ ceſſet, & tributum.

illius acceptatione, ac retentione, quàm impoſitione eſt. Hæc enim eſſe iuſta potuit, ſi reuera cauſa ſuberat, poſteà verò acceptio, vel retentio ex debiti vſus defectu fit iniuſta. Neceſſe igitur eſt, vt in opus, per quod impoſitum ſit, tributum expendatur, cum illius tributi Princeps non Dominus, ſed diſpenſator potiùs debeat appellari.

Multum quoq; tributorum inuidia minuetur, ſi Princeps fundos patrimoniales, & quicquid in domeſtica eius hæreditate eſt, coli iubeat, & indè ad redactas opes vectigalibus iungat. Quam curam hodie hæc popularis pecuniæ ratio, atq; fiducia penè euertit; negligi enim Patrimonia illa Principũ tàm anguſta, aut laborioſa, aut deniq; ad priuatam ſortem accedentia incipiunt, mox in gratioſos homines diuidi, pignori dari, veraq; aut ſimulata emptione excedere. Ità innocentiſſimũ viuendi genus omittũt de ſuo vectigali, illudq; tributorum inſtituunt prædæ proximum.

Hæc itaq; tributa cum tanto labore, ac ſæpè Populi ſummo clamore erogẽtur, ſummo ope nitendum eſt Principi, ne vulgo, precibus, gratioſisq; viris aut donentur, aut ob aliquam imminentem neceſſitatem, quæ ex Principis ipſius culpa promanarit aliquo pacto aut oppignorentur, aut vendantur; Præter enim quam quod ſummum contra ſe odium excitat, cum in alienos vſus pecuniam collatam in ærarium conuertere, aut ſumma neceſſitate coactus tributa pignori dare fuit, ſucceſſores Principes in ſummas anguſtias ità redigit, vt ſępè pro ſuis redimendis redditibus plura moliri conſilia, totumq; Imperium à fundamentis propemodùm conuellere coacti ſint. Hoc optimè expertus fuit Henricus Tertius Caſtellæ Rex, qui cum tàm excelſi eſſet animi, vt ætatem omninò excederet, vectigalia à Proceribus occupata commendabili poſterorum memoriæ exemplo liberauit. Burgijs, quæ vrbs in veteri Caſtella eſt, minor annis morabatur, ſeq; aucupio coturnicũ oblectare ſolitus erat, Accidit, vt cũ ad multã diẽ aliquandò in Aulã rediret, feſſus mora, feſſus labore, nihil obſonij paratum, eſſet, ac appellatus ea de re regius obſonator, renuntiarit, non tãtùm pecuniam regiam, ſed fidem etiàm conſumptam; Rex tùm temporis, doloris ſenſu ementito, arietinas carnes emi iubet, ex ijsq;, & captis coturnicibus prandium omninò parari. Audit intereà meliori conditione Regni proceres vti, cum quotidiè mutua, ac lautiſſima conuiuia appararent, quacumq; alia cura ſoluti, certarentq; luxu, ac ſplẽdore menſarum. Poſtera die Rex vindictæ cupidus fingit ſe graui morbo implicitum teneri; & ſuprema mandata ſe velle dare; Ea denuntiatione proceres feſtini, ac pauidi in arcẽ conueniunt, qui excluſis famulis, vt erat iuſſum, admittuntur, ibiq;

Minimi donãda gratioſis viris, & quæ cauſæ.

Cõſiderãdũ exemplũ Hẽrici Caſtellę Regis.

eo

eo cenante, ad multam diem conſiſtunt, more cauſam mirantes. Rex tandem ad proceres cataphractus, diſtricto enſe, ingreditur cum trepidantibus eo aſpectu omnibus aſſediſſet, irato ſimilis, torno aſpectu rogat ex proceribus, quot Reges ſinguli in prouincia vidiſſent, quibuſdam duo, alijs tres, aut quatuor, vt cuiuſq; erat ætas, reſpondentibus. Quod dicitis, inquit ipſe, verū quidèm eſt, cum ego hac ætate viginti nihilominus in Caſtella Reges nouerim. Mirantibus dicti cauſam, dubijſq; diù animis, quorſum hæc caſura eſſent; Vos, inlquit, vos omnes Reges eſtis, Regni arcibus, & copijs occupatis, mihi inane nomen, ſordes, & egeſtatem reliquiſtis: An ne opportunè factum cenſetis, ſi ſingulis veſtrum omnium capitibus regiam meam dignitatem redimam? & cum, quæ ad ſupplicium requirebantur, parari, efferriq; iubet, contenta vocè lictores, militeſq; ſexcentos, quos ſecretò ad horum inſidias collocauerat, euocat; Qua audita voce, cæteris ingenti perculſis timore, Toletanus Archiepiſcopus, vt potè qui magnæ erat mentis, ad pedes ſuppliciter procūbens, lacrymis toto ore manantibus, veniam precatur. Cuius exemplo commoti cæteri idem pariter conſilium ſuſceperunt, quem animi ſenſum cognoſcens Rex ſupremo ſupplicij metu territos, ac ſupplices pęnæ ſententia abſoluit, ea tamen conditione, ne quiſquam ex areè ante vnum, aut alterum menſem dimitteretur; quo temporis interuallo arces, & vectigalia omnia ſibi tradi iuſſit. Ex quo facto præclarè ſe ſupra annos animum, curamq; ciuilem gerere oſtendit.

Verùm nec minus elaborandum eſt Principi, ne in voluptates tributa abſumentur, quàm in luxum Procerum; Publicum eſt enim, non Principis patrimonium. Exactam itaq; pecuniā cum artificioſa quadam parſimoniæ oſtentatione in publicam vtilitatem erogare decet, vt videant gentes, non eam perluxū, & ignouiam prodigi. Sed cum fiat plerumq;, vt malè extorta flagitioſiùs conſumantur, perpetua neceſsitate tenentur Principes nonnulli ſæpè nouis edictis Populorum facultates exhaurire. Indè enim noſtra, aut auorum memoria plures Principes reperti ſunt, qui ſæpè in externis regionibus pecunia carentes, militem ſuum in hybernis, vel præſidio retentū ex ciuium ſuorū expilatione, & vicini agri depopulatione alere ſolent. Indè quoq; orta eſt conſuetudo, ſingulis ciuium ædibus vnum, vel plures imponere, quos illi cibo, potu, nocturno lumine, & pro iumento fęno, ſtramine, & auena ſine pretio inſtruant. Mos hic tanta acerbitate in aliquibus ciuitatibus inualuit, vt penè incredibile ſit, quod illorum tempore memorant ſcriptores. Milites per ciuium domos diſtributi non modò Patres familias ad victum ſibi quotidie lautum, ac delicatum ſuppeditandum,

In voluptates ne tributa abſumantur.

verùm etiam ad pecuniam cogunt. Quæ cum intoleranda ſint, non niſi clandeſtina ex vrbe fuga (quippè palàm non licet, cũ milites ſuſpectos domi cũ Coniugibus, ac liberis vinciunt) vitari non poſſunt. Quamobrem tabernæ, atq; officinæ clauſæ ſunt, & vbi olim frequentiſsimi erant ciues, mæſta apparet ſolitudo, quodq; deterius eſt, ſæuitur in abſentes; quorum bona, ſi vocati non comparuerint, præconis voci ſubijciuntur. Et quod temporum neceſsitate, & ſæculi ab antiquis longè diuerſi conditione id ſe facere nonnulli Principes excuſant, hanc excuſationem non ab omnibus probari crediderim. Aliquid ex nimio illo Principum luxu detrahatur, effuſa illa in gratioſos, & adulatores pecuniæ publicæ profuſio temperetur; inſatiabilis Quæſtorum, Miniſtrorumq; auaritiès coerceatur, nunquàm ità deerunt pecuniæ, quibus non modo debita militibus ſtipendia erogentur, verùm etiàm magnificentiæ, ac cæteris Maieſtatis ornamentis planè ſatisfiat. Hæc adeò infelix eſt noſtra, aut ſuperior ætas, vt non protulerit viros Principes, quibus cum æquæ frugalitatis, ac liberalitatis modum haberent, ad exercitus ſuſtentandos, & viros in quacũq; arte præſtãtes præmijs afficiendos, ad regiã pariter munificentiã exercẽdã sũma pecuniæ vis ſuppeterit. Coſmus Magnus Etruriæ Dux debilibus noui Imperij initijs, difficillimisq; temporibus; & exhauſto ab anteceſſore ſuo ærario, cum in ſuam, Caroliq; Imperatoris rem perpetuos ſumptus feciſſet, ſibi tantum potuit retinere, quantum non ſoluendis modo integris ſtipendijs, ſed etiàm præmio afficiendæ virtuti ſufficeret.

Quomodo leniatur tributorũ acerbitas.

His profectò artibus tributorum neceſſitas facilè poſſe leniri videtur, quas ſi Prudens Princeps rectè in vſum traducere voluerit, ſubditorum beneuolentiam ſibi comparabit, ſanoq; conſilio præcauebit, ne in eum impingat ſcopulum, vt videlicet ſub publici boni velamine ſuam habendi auri expleat cupiditatem, illudq; eum non fugiet, quamuis ſuaſione, & violentia armetur Princeps, inexpugnabilem eſſe inopiam. Marcus Aurelius Antoninus, cum veſtuta oppida diruta videret, omnia ſolitudine repleta, raroſq; incolas, remiſſis vectigalibus, omnia reſtituit. Illud tandem cordi infiget Princeps, nunquàm maius periculum, quàm cum propter tributa popularis tumultus excitatur. Hunc ſcopulum ſi declinabit, ſummæ felicitatis portum incolumis attinget.

Inexpugnabilis eſt inopia.

Odium,

Odium, ac metum præcipuas eſſe cauſas exitij Imperij, & quid agendum ne Populus odio ſubijciatur.

C A P V T IX.

INiuſus Populo Princeps certiſſimo vt plurimum omine extremum totius Imperij excidium, præſagit. Quò enim ſecretiori in animi ſede odium latitat, eò etiàm faciliori ratione inſidias molitur; beneuolentiā paulatim è ciuium animis expellit, cuius vi, quemadmodum in debito erga Principem obſequio continebantur omnes, ità eius defectu ad quamcumq; etiam prauam libertatem diſſoluentur, parendiq; deſiderij immemores non ſolum ad leges negligendas, verùm etiàm ad euertendas, perfringendasq; prōptiſſimè reperiuntur. Corruptelarum illecebris ità animos ad offēſiones diſponit odium, vt cum opportunum ad captandas occaſiones ſeſe tempus obtulerit, præſto ſint, quæ effrænatis animi cupiditatibus aliquo pacto valent ſatisfacere. Quid Iulium Cæſarem, cęterosq; etiam Principes exitialibus malis præter odium proſtrauit? Illum, inquam, Cęſarem, qui tot, tantisq; bellicis laudibus celebratus hoſtium furorem perfregerat, imperijq; fines longè, latèq; produxerat, tandem ob ſuſpicionem affectati Imperij Romanis exoſus, ab amicis, atq; neceſſarijs ſine vlla perfidiæ ſuſpicione trucidatur. Non abſimilis pariter exitus Domitianum Cæſarem conſecutus eſt, qui ob nimiam arrogantiam, ferociamq; cunctis terribilis, & infeſtus, amicorum, libertinorumq; conſpiratione ſimùl & vxoris tandem oppreſſus eſt. Fallitur profectò Principum quiſq;, qui veras diuitias præterquàm in obſequioſa ſubditorum beneuolentia collocat. Stipantia ſatellitum agmina Principem minimè poſſunt tutari, niſi illi ipſi, quos regit Princeps, animum imperanti, beneuolentiamq; accommodent. Quippè ij diù demum, tutoq; longius Imperium ſuum producunt, qui non metum ex crudelitate, ſed amorem ex bonitate ciuium ſuorum animis inſtillant, neq; enim, quos ſeruire neceſſitas coegit, ſed quos obtemperare ſua quemq; voluntas adegit, ij ſunt in agendo, patiendoq; à ſuſpicione omni, aſſentationeq; liberi, nunquàm Imperia obtrectant, niſi violētia quadā agantur.

Odij vis.

Vis amoris.

tur. Contra verò Principes illi, qui facinorum ſuorum conſcientia ducti ſubditorum amorem ſe minimè ſciunt mereri, nõ tutò imperitant, ſemper in continuo metu verſantur, in carcere ſe quodammodo includunt, nulli fidunt, non liberis, non vxori. Vnius odij cauſa periere Caligula, Nero, Vitellius, qui tot ſtipati exercitibus, mortis tamen periculum communi omnium ciuium odio concitatum non effugerè. Illud certum eſt, ſi vna cũ odio ſeruilis quoq; ad ſit metus, poſſe ſe tutò imperare; Verum ſi diſſita erit ſocietas, timoriſq; loco contemptus ſuccedat, odiũ intra ſua quaſi concluſum clauſtra erumpet, ſtatimq; à querelis ad iurgia, ad obtrectationes, atq; ex his ad inſidias, & oppreſſiones deuenietur; & ſi commune hoc erit, malignum certè coniurationum, proditionumq; ſubditorum erit fomentum. At qui poterit Princeps in hiſce rerum variarum turbationibus quieſcere? Quomodò fidendum militibus, ſi nimio odio ab ijs ſe haberi putet?

Non nemo ex Galliæ Regibus fuit, cui communis ſubditorũ odij conſcio vni ſe arci includere proprium fuit, nulliq; amico, licet fidiſſimo, prӕter Medico fidere, à quo nec ſe tutum rebatur. Nec mirum, nam quos aſſiduè malè actæ vitæ conſcientia lancinat, tranquillos, pacatoſq; nunquam vitæ dies agunt, etiamſi benè inſtructo vndiq; armorum præſidio ſint ſtipati. Immò plerumq; maior ab his timendi anſa datur, cum non rarò tales ab his, quibus vnicè ſe crediderant, perfidè iugulentur.Ità enim Antoninum à Martiali corporis ſui cuſtode confoſsũ tradunt; Alexandrum Magnum à proprio Miniſtro Caſſandro veneno ſublatum, alioſq; eiuſdem rationis complures homines, qui licet potentes armis, ſimilem tamen interitum effugere nunquàm ferè potuerunt.

Quomodo rationes eui tādi odij excogitentur.

Itaq;, cum odium Imperia euertat, non tàm facilè huius vitandi rationes excogitantur, niſi præcognitis cauſis, quas plures eſſe, Auaritiam nimirum, ſuperbiam, crudelitatem, ac libidinem aſſeruimus, non immeritò opportuna aliqua remedia annumerantur; Quorum inter prima humanitas adſcribitur; eam amplectatur Princeps, ſi quidem ſecuritas ſecuritate paranda eſt; Populi benè regendi artem benè noſcat, atq; ità eum gubernet, vt ſubditorum animos in ſui amorem rapiat. Eandem enim ſemper artem à Principe ſeruatam velim, ſi populum ferocem regendum præmanibus habeat, quam Equiſones in tractandis, & domandis equis ferocibus ſolent adhibere. Nàm qui equos domant, eis primùm abblandiuntur, & molliſſimè tractãt, vt aſſueſcant fræno paulatim, & ephippio, & patientiæ inducendarũ

Optima cõparatio.

ſolearum ferrearum, atq; primùm dulciter tractatos, & releuatos pedes alicuius lapidis ictu leui percutiunt, & ſic quotidianis illis

illis exercitijs,& ictibus iàm adimunt omnem timorē, & aſſueſcunt ad ictus mallei,vt poſſint ſoleæ clauis adiungi,dehinc fręno parare docentes,& perito ſeſſori; Alioquin ſi imperitè quis equum rexerit,erratum ferox equus vindicat,ſuumq; ſeſſorem, quicumq; ſit, deijcit. Populus item, ſi prima fronte, ſubitouè adigatur ad iuſſa exequenda,fluctuat,æſtuat,& ſatagit excutere Imperium; Vbi autem humanitate,ac beneuolentia, & veluti ex cauſa,& ob ſuam vtilitatem gubernatur, obſequentiſſimus efficitur,paulatimq; oneribus,& ob diuerſas, easq, neceſſarias onerandus eſt; Alioquin furenti excandeſcit animo, tirannidem ſe ſubiturum pertimeſcens, tuncq; niſi fręno durißimo, immò ferreis obſtringatur catenis,ęgrè obtemperat, atq; ſe indè ſoluendi, atq; expediendi ab illa vi nullam aut leuiſſimam aut grauem prætermittit occaſionem. Conſultū ergò ſit Principi,ſi ſe moribus Populi ad tempus,vt diù regnet, accommodauerit,non quidèm vt Populo onera imponat, vt quidam ſuadent,ſed vt cognoſcat,quæ decent,& leges proprias, ac decentes ferat, qui niſi Populi moribus conueniant, perperam feruntur.

Principis ſemper ante oculos obuerſetur Iuſtitia, Mirum eſt, quàm graui opprimantur dolore præſtantiſſimi, ac digniſſimi viri, cùm ad emeritos honores ſe nunquàm à Principe videant euectos, immò ab omnibus rebus repulſam pati. Hoc autem non incommodè poterit euitare, ſi honoris cupidos minimè depreſſerit,ſed ſi digni aliquo modo fuerint,promoueantur; ſi verò indigni,iuſtis,& dulcibus remedijs contineantur; ſi ſuis commodis non fraudetur multitudo, ſi Magiſtratus inter ſe odia,ac factiones nutrire prohibeantur, nàm indè magnæ contentiones in Populo,clades,ac ciuilia bella ſolent exoriri, ideò ab initio pullulantia iurgia opprimi debent. Colat inſuper Clementiam; ſaluum enim Regem in aperto Clementia præſtat,nullumq; eſt odium, quod eum deturbet. Haud immeritò prudens illa Auguſti Cæſaris Liuia maritum hortabatur,vt reis inſidiarum veniam, ac impunitatem daret. Non ſolo gladio omnia,iniquit,conficiuntur,ſed vt corpus alicuius abolere poteſt,ità cæterorum animos à cędis auctore auertere,qui quidem non propter ſupplicium ſumptum vindicem amare, ſed ob metum mali odiſſe ſolent. Contra,quibus delicti venia eſt donata, pœnitentia ducti beneficium lædere in poſterùm verentur, ſed ſpe conſequendi maiora præmia eum officijs colunt. Itaq; ſi Princeps amari cupit, inhibeat dextram. Laudis eſt à cæde intactum tenuiſſe ferrum; ſit apud eum parſimonia etiàm viliſſimi ſanguinis. Facilis ſit animus,& pronus ad veniam, & ſi quodammodo neceſsitate coactus ad ſupplicium aliquādo deuenerit,

Iuſtitia ſem p vnes Principis.

uenerit,id efficiat,vt omnes intelligant , eum non tàm delicta velle punire,quàm tollere. Quibus profectò remedijs quæcũq; tollentur odia , quæ contra Principem vnquàm poſſent excitari.

De Conteptu,cauſa euerſionis Imperij Quasq́; ob cauſas contemnatur Princeps.

CAPVT X.

Contemptus virulentum malum.

SI quis graue , ac virulentum malum odium meritò duxerit , contemptum longè grauius, ac læthalius affirmabit. Quod enim oleum flammæ,ſulphur incendio, hoc contemptus efficit , cum odio ſemèl tantùm fuerit coniunctus. Iſtud enim clandeſtinum eſt, ac proindè minùs audax , at ille faces apertè profert ad audendum,efficitq́; , vt quò plurimùm retinetur,oſor metum incutiat,& non cogitet iàm,ſed audeat, ac tentet. Ille profectò eſt, qui potentiorum ambitionem excitat,ſaltèm facinoris facilitate,& magna molienda ſtimulat,reuerentiæ frænum penitus obterendo. Ille eſt,qui Symmetriam inter caput,ſubiectasq́; partes penitus tollit, Rempublicam plurimis motibus perturbando. Hic ille,qui tanquã venenũ non inficit modo,ſed Principis extinguit auctoritatem , opinionemq́; , quam erga Principem ſubditi gerunt, veram totius Imperij animam , quodam modò exanimat. Quæ enim vis tot hominum millia erga Principem ſenem, claudum ab obedientiam tàm facilè adegit,quã auctoritas,ac reuerẽtia? Quæ cauſa Imperio vires congerit,niſi omnium ſubditorum conſpiratio,quæ ex ſola reuerentia , ac Maieſtate Principis ortum habet? Si igitur ex nimio contemptu inualeſcit odium,ſi ambitio ſuos fines non reperit , ſi inter caput,& membra non ea, quæ decet , eſt dignitas , ſi auctoritas peſſundatur, Principatum etiàm miſerrime collabi, ac euerti neceſſe eſt.

Conceptus praui effectus.

Cauſæ contemptus.

Verùm cauſas,quibus contemnatur Princeps , commodiùs perpendamus,ſi ſcilicet ijs animi, fortunæ , ac corporis bonis expoliatur,quæ vtiq́; , ſi præclara ei fuiſſent,ſummæ auctoritatis Principem conſtituerent. Quod ad animi bona attinet,

plura

plura ei erunt dedecori vitia, quæ pariunt contemptum; In primis illa ſe ſe offert libido, vitium certè, quo nihil deterius: Hæc enim omnes altas, excelſasq; cogitationes Principis animo deturbat, ad turpia tantùm inclinat, ac deprimit, quæ eum varijs, ſummisq; detrimentis obiectant. Hac de cauſa in ſummum ſubditorũ ſuorũ cõtẽptũ cecidit Tolomeus Filipatorus Aegypti Rex: ſuperiori ætate duæ Aphricæ Potentiſſimæ Vrbes à Feſſarum Rege defecerè, cum Præfectus ſponſam alienam Regis exemplo rapuiſſet; quo ſtatim occiſo, Feſſarum Rex Abuſagita à domeſtico ſeruo cũ ſex liberis ceſus eſt, quod eius vxori ſtuprũ intuliſſet.

Anguſti animi, & parui demiſſio alterum vitium; quo Princeps vilis, abiectusq; redditur, ſubditiq; ad obſiſtendum Principis voluntati audaces; immò hi audaces, ac bellicoſi eum è ſummo Imperij ſtatu deijciunt. Idcircò Theodatum expoliarunt Gothi, Regemq; Vitigem elegerunt. Demiſſio animi contẽptus cauſa.

Tumulentia non minor contemptus cauſa. Principes, qui voluptuariam vitam traducunt, ij certè facillimè deſpiciuntur, plurimasq; ſuæ perniciei fouent opportunitates. Similis fermè cauſa Baſilium de inferenda nece Michaeli Orientis Imperatori monuit, cum enim Michael vino in cæna obrutus torperet, ſomnoq; profundiſſimo oppreſſus iaceret, egreſſus cum Coniuratis clauſtra cubiculi Imperatoris perfregit, ne fores à Cubicularijs claudi poſſent, deindè cum Coniuratis aduenit. Ijs autem, qui ante cubiculum excubabant, percuſſores aditu prohibere conantibus, orto tumultu, Imperator experrefactus vulneratus eſt cumq; vino in vtramq; partem toto corpore vacillans, ebrietate impediente, fugere non poſſet, & ideò miſerandũ in modum eiulãs iaceret; in eum alius quidam ex Baſilianis viuere adhuc conſpicatus inſilijt, enſemq; tàm violenter in eius pectus adegit, vt ventre etiam traiecto, inteſtina omnia effunderentur. Romani à teneris annis vsq; ad trigeſimum quintũ ætatis annum vino abſtinebant, neminiq; quantumuis natalibus claro per id tempus modicus quidem vini vſus concedebatur. Experientia enim conſtat, nimio meri vſu rationis vſum retundi, ſine qua rectè nihil, ſiuè conſultè fieri vnquam poteſt. Tumulentia.

Lenitas ea pariter eſt, quæ ad cõtemptum ampliſſimum aperit aditum. Mitis enim plus æquo Princeps, ac indulgentior, aſperiores profectò ciuium animos reddit, qui videlicet impuniti, ac liberi malus quotidie exitium moliuntur, atq; in nouũ, audaciusq; flagitium irrumpunt. Quid enim metuerit ille cuius nunquàm iugulo ob commiſſa ſcelera euaginatus fuerit intentatus? Romanus Conſul Caius Lelius rerum ciuilium peritia cæteris licet longè præſtaret, ineptus tamen ad Dictaturæ digni- Lenitas.

dignitatem accipiendam viſus eſt, cum ad ſupplicia lenior; atq; remiſſior, quàm Dictaturæ gradus expoſceret, videretur. Verùm Henrico Tertio Legionis, & Caſtellæ Regi magis exitioſa fuit lenitas, quippe, dùm nimia animi lenitate noxios vulgò graſſari patitur, regiam auctoritatem, ipſum Imperij fulcrum amitit; Quamobrem reuerentia in Regem à ciuibus omnibus facilè excuſſa, & ipſe quoq; è ſummo dignitatis gradu ſubmotus eſt, atq; in eius locum Eliſabeta Ferdinandi V. Regis vxor, ad regimen ſatis & aptior, & ſæuerior ſubrogata.

Alia maior Contemptus cauſa.

Cõtemptus etiam quam maximè Principi oberit, ſi ex aliorũ arbitrio Reipublicæ adminiſtrationem geſſerit, & quaſi precario imperauerit. Hoc enim eſt Principatus vim debilitare, atq; penitus reſoluere. Namq; ea demum eſt imperandi ratio, quo non aliter conſtet, quam ſi vni reddatur. Ij itaq; contemnuntur, quibus nullus labor, nulla induſtria, nulla cura eſt. Alphõſus inclitus Aragoniæ Rex, perabſurdum ſibi videri dicebat, Reges ab alijs regi, Duces ab alijs Duci, nonnulloſq; arguebat Principes, & magnates, qui cum Imperia ſibi vindicent, alieno tamen reguntur conſilio, immò ex Conſiliariorum arbitrio ità dependere videntur, vt horum auribus audiant, horum ore loquantur, horum deniq; voluntate eminentiores gradus, ac dignitates diſtribuantur. Adhæc ſi Princeps ſublimiores honores, eoſq; diuturnos ſubditis contulerit, hi ſemper in peius quoq; vetitum præcipites ruunt. Blandientis fortunæ aſpectũ non omnes cum virtute excipiunt; longius, ac diuturnius Imperium plurimos attollit, atq; ad res nouas ſemper impellit. Perutilis profectò eſt breuiſſima ſummi Imperij poteſtas, potentia enim ſæpè multi freti, neglecto Imperio, Imperatores euaſere; Seianus à Tiberio, Perennius à Cõmodo, Plautianus à Seuero per quoſcumq; potentiæ, dignitatiſq; gradus in ſublime euecti nefarijs flagitijs Imperium inuadere tentarunt. Præfecti Aulæ in Gallia, quibus ſumma totius Imperij adminiſtratio à Regibus commiſſa eſt, tandem ipſos Reges propulſarunt, ſibiq; Imperiũ retinuerunt. Verùm qui tanta pericula in hac rerum viciſſitudine (dixerit quiſpiam) poterunt euitari? Apud Athenienſes ſuffragiorum quoddam genus erat dictũ nomine oſtraciſmi pluries repetitum; Aliud ſimile erat, quo ob eaſdem cauſas Syracuſij vtebantur, quod tamen nomine Petaliſmi appellabantur. Alia remedia prætereo ademptionis nimirum poteſtatis, Magiſtratus tempore præſtituti, oppoſitionis aliorum Magiſtratuum, retentionis filiorum, eorum videlicet, qui ad dignitates promouebantur, cum hæc iam alibi demonſtrata pateant. Citiſſimè tamen adhibendum à Principibus eſt remedium contra huiuſmodi magnatum ambitiones, antequam vires, & radices

Quomodo tanta pericula poſſunt euitari, videlicet contra potentiores.

firmiores

firmiores agant. Nam vbi ſe detectos, vel ſuſpectos eſſe cognouerint, quæ meditari cæperant, celerius perficere conantur cum quia eadem ambitione impelluntur, tùm etiam, quià periculum ſibi capitis metuentes, quaſi deſperati, ac omninò perditi homines maiora audere coguntur. Hac tamen in re Principem minimè præcipitem velim, ne ſolis denuntiationibus deceptus, temerè inſontibus ſublatis; illos poſteà deſideret, ac requirat. Id Alexandro Macedoni, qui impiè probos viros ſublatos inter viuos ſerò optabat, ſed fruſtra.

Quam cautè agẽdũ Principi.

Aliæ conſiderantur cauſæ contemptus.

Deformitas, ſenium, infenſa valetudo, quid non contemptus in Principem concitat? Turcarum Imperator Mahometes diuturno oppreſſus morbo in curru quodam fabrefacto ſe continebat, ne, quàm eſſet macer, videri poſſet, atq; etiam ne ſui cõtemptus aliquis ex eo oriretur. Ludouicus XI. Galliæ Rex poſt diuturnum morbum Turoni ſe totũ abdidit, adeo vt vix à quoquam (familiares enim omnes à ſe longe remouerat) conſpiceretur, omnium animos ſibi infenſos ſuſpicans, & valdè metuens, ne Imperium ſibi adimeretur. Nouerat enim multorum Galliæ Principum mentes ſibi hoſtiliter infenſas, & ex reliquis ordinibus plures eſſe exacerbatos, cum priorum Regum nemo, vt ipſe, Galliam tàm aſperè afflixiſſet. Sanum tamen conſiliũ eſt, vt promptiſſimum præſeferat animum Princeps, rebusq; gerendis etiàm idoneum. Indecorum non eſt, tremulis eſſe manibus, vel pedibus; mens modò firma ſit, & integra. Infirma licet corporis valetudine vexaretur Iulius Cæſar, Ducis tamen munia ſtrenuè obibat. Scipio lecticula in aciem illatus, acerrimè pugnauit; nec in ancipiti diu vexata eſt victoria. Alij fuere quoq; noſtræ ætatis Duces, qui licet infirmi, attamen lectica vehi voluere, vt pugnantis militis animum ad generoſa quæq; peragenda concitarent.

Alia conſideratur fortuita.

Alia ſunt, quæ fortuita quamuis ſint, contemptum tamen afferunt, & primum quidem filiorum orbitas, & tamen illud certum eſt, non validiori munimento conſiſtere Imperium, quã magna liberorum manu. Id præclarè Alexander Macedo intellexit, qui tamen orbitatem deſpectam cognoſcebat. Secundum locum contemptionis obtinent aduerſæ fortunæ caſus, cũ enim Principi omnia proſperè eueniant, quiſquis ſuis certat obſequijs, at ſi infelicia, aduerſaq; erunt, iurgijs, ac obtrectationibus cum excruciant; Militum deinde, pecuniæ, auri, amicorũ inopia, ac egeſtas. Abſq; militum præſidio Princeps contumaces ſubditos vix frenare poteſt, abſq; pecunia ſordeſcit, ac deniq; abſq; amicis deſpectus, inuiſuſq; vndiq; habetur. Apud exteros magis opinio Principatuum virium valet, quam animi roboris Principis, cum deſint, quæ timorem incutiunt:

inter ſubditos verò, tenues quantumuis ſint Principis vires, ſemper metum inferunt, cum etiàm exiguæ nihilominùs opprimere poſſint.

Aliæ conſiderātur cauſæ.

Plurimæ aliæ poſſent recenſeri cauſæ, quæ ſummum inducūt contemptum; ſi Princeps ex genere ortum ſuum ducat, minimè virtute, & claritate præſtanti; Tanta ex hoc oritur præſumptio, vt ſobolem ſimilem eſſe facillimè quiſq; crediderit. Nec minor erit contemptus, ſi aulam Princeps viris nullis animi dotibus præclaris inſtruxerit, qui ſanè ſint numero plures, at virtute nulli, Si in aula degat, quæ ſuæ amplitudini minime reſpondeat; ſi iniurias maximè Imperij exordijs intentatas non propulſarit, & quo tempore maximè alicuius ſubditi audacia obſtiterit. Tam graue incommodum nequicquam euitabit Princeps, ſi ex ſuis leuibus, & inſulſis actionibus eam in ſubditorum animis imprimat opinionem, aut animo ſe carere, aut opportunas non ſubeſſe vires, quibus ſibi illatas iniurias valeat vlciſci.

Alia deſpiciētiæ cauſa.

Subditorum voluntas non facilè ad id, quod debent Principi, obſequium propenſa ſummoperè hac in re obeſt, vti omnia admirationem, ac metum adimentia, ex quibus oritur illa reuerens opinio, quæ de eo habetur, Principem ipſum deſpicientiæ committunt; Non tamen ſuaſerim pænarum rigore, neq; ſæueriori lege conſeruandam hanc maieſtatem, at ſola vitæ ſuæ ratione firmandam conſuerim, non ſui conſpectus infrequentia, non quadam morum duritie, verùm aliquali Maieſtatis, ac lenitatis coniunctione, quibus beneuolentiam, ac auctoritatem retinebit; ſi ſecus fecerit, odij ſaltem, ſi non contemptus ſcopulum non euitabit.

Non ſemper ex hoc contēptu oriuntur euerſiones.

Ex his tamen omnibus contemptus generibus non ſemper oriuntur euerſiones. Ille ſolus hanc ſibi param vindicat, qui omnem obedientiam, omnem metum penitus adimit. Quò enim plures, ac maiores ſunt contemptus cauſæ, & quò diuturniore tempore Princeps per huius tramites pedem figit, eò ſemper maiori contemptu vileſcit; ex primo illo contemptu, ex perenni quaſi fonte, partium ſubiectarum impudentia, quę ad mutuas offenſiones prorumpunt, Miniſtrorum paruipenſio, Principis mandatorum irriſio, contumacia, proditio, ac coniuratio promanabit. Ex his gradibus tres mutationum rationes emergunt, quæ contemptum pariunt, videlicet factiones inter nobiles ex modica Principis auctoritate exorientes, qui exterorum auxilia ſumma cum iactura aduocant; Alia eſt Potentioris ambitio, qui ex alterius fatuitate iàm factus Princeps ſibi affinitates iunxit, amicoſq; comparauit, atq; abſq; alicuius impetus trepidatione mutationem molitur; Alia tandem eſt, & vl-

tima plurium ſimul conſpiratio, qui diſſoluto ignaui Principis Imperio indignati, illud occupare ſatagunt. Et certum illud eſt contemptu ad ſummum pertracto, difficillime mutationem impediri poſſe, quæ eò certior, quo Imperij annexa erit infirmitas tunc enim nullum erit obſtaculum, quod quælibet molientem impediat, immò in hac munita potentioris alicuius auctoritate audax ſemper erit quiuis motus; diſſoluetur ille Principatus nexus, ſemper comitans diſtrahetur conſilium, vires armorum infirmabuntur, Iuſtitia peſſumdabitur, Princepsq; replicato ſæpius aſtu, ac fraude, quaſi implicitis inuoluetur licijs, militumq; corruptione totius Imperij euerſioni via patefiet. Quam maximè itaq; ſtudeat Princeps hunc ſcopulum euitare, in quem ſi fortè impinget, nullam concipiet ſpem, qua amplius ſe, ſuumq; Imperium valeat incolume ſeruare.

Coniurationes quomodo ab odio, metu, contemptuq; ſubditorum exoriantur.

CAPUT XI.

PAcatum ſępè Principum dominium inſidijs, ac coniurationibus odij, metus, ac cōtemptus cauſis emergentibus, vel maximè perturbatur, vel penitùs euertitur, cum eæ potiſſimum praua alicuius perfidia lateant; Ecquis vnius etiàm inſidijs patere Principem ignorat? Si nefaria eius geſta ſunt, exoritur ſtatim odium, quod in contēptum erumpens, ſi aliquibus tandèm viribus fulciatur apertas inſidias, atq; coniurationes molitur; Quæ vt quaſi minus præuiſa iacula, accuratiori ideò ſtudio ſunt cognoſcenda, atq; maiori euitanda diligentia, quò magis in abſcondito latere arma videntur; ſi patefacta, ac aperta erunt odia, propalam etiam depellentur; at ſi per dolos, ac fraudes intendentur, difficilius ea quiſq; effugiet. Si quis ſuperioris ætatis hiſtoriarum monumenta peruoluet, certis quibuſdam progreſſibus ad inſidias, atq; coniurationes deuentum fuiſſe videbit. Percurrantur Cæſarum vitæ, haud certè horum quiſquam eiuſmodi inſidiarum, ac coniurationum expers cognoſcetur. Teſtis mihi Iulius Cęſar, teſtis Claudius, Domitianus, Caius, Caligula, Vitellius. Quid Auguſtum optimum alioqui, & modeſtiſſimum Principem prætermitto? Hunc ne vltimæ quidem

Coniurationes ſunt lõge proſpiciendæ.

ſortis hominum conſpiratione caruiſſe Tranquillus teſtatur; Proximo autē æuo ab Aelio Pertinace, qui octogeſimo Imperij die à militibus, Iuliano auctore, occiſus eſt; qui & ipſe ſeptimo occupati Imperij menſe à Septimo Seuero obtruncatus eſt, vſq; ad Numerianum Cari filium nonaginta fermè annorū ſpatio, viginti circiter Imperatores ſuorum inſidijs, atq; conſpiratione periere; quodq; maiorem concitat admirationem videtur, viliores, ac flagitiſiores homines inopinato aſtu coniurationes haſce ſtruunt; Cuius dicti fidem comprobet tandem Octauianus ille Auguſtus, Cæſarum potentiſſimus, cui inſidiæ à quodã viliſſimo Mulione, immò ab vno abiectiſſimo dixa ſunt comparatæ. Thilelphus quidam Mulio, quaſi debita ſibi fato dominatione, aggredi ipſum vnà cum Andaſio, atq; Epicadio deſtinauerat; Quin etiàm quondàm iuxta cubiculum eius lixa quidam ex Illirico exercitu, ianitoribus deceptis, venatorio inſtructus culto noctu deprehenſus eſt. Deniq; quis perditiſſimos ciues Catilinariæ coniurationis ſocios ignorat, qui non ſolum Ciceroni, alijsq; primatibus, ſed toti Reipublicæ extremã perniciem machinabantur? Nonnè abiectiſſimæ hi erant ſortis, atq; innouandarum rerum vehementer cupidi? Verumtamen, vtcumq; ſit, plerumq; magnos conſtat ſemper eſſe, & præpotētes Miniſtros, quiq; familiaritate Principi ſunt adſtricti, qui has moliuntur conſpirationes. Iulij Cæſaris, Auguſti, Tiberij, Caij, Caligulæ, Domitiani, Seueri, Commodi, & Aureliani exempla non deſunt, qui præſtantiſſimorum Miniſtrorum, maximeq; familiarium, quos alioquin ad ſupremos honorum gradus euexerant, coniurationum audaciam ſenſere, ita vt præter illos ſolos Imperij faſces, nihil eis deeſſe videretur, quos vt tandem conſequi poſſent, exitioſis coniurationibus Principes inſolenter perdere ſunt auſi. Petrum Gambacurtam Piſanorum Principem Petri Appiani coniurationem expertum fuiſſe tradunt hiſtoriæ, à quo ſpoliatum Imperio vidimus, licèt à primis annis eum educauiſſet, atq; poſteà ad ſublimiores dignitatum gradus euexiſſet. Eadem perfidia vſum eſſe Richmer potentiſsimum militum Magiſtrum aduerſus Anthemium Imperatorem memoriæ proditum eſt, nàm cum ei Ciſalpinæ Galliæ præfecturã Anthemius dediſſet, & vt eum affinitatis quoq; vinculo deuinciret, generum aſciuiſſet, arma in Socerum, ac Dominum mouit, violataq; pace, quam per Epiphanium Papienſem Epiſcopum iurauerat, vrbem Romam ingreſſus, eum cepit, varioq; tormentorum genere affectum occidit.

Viliores homines ſepe fuere Principum trucidatores.

Haſce inſultantium coniurationes prudens Princeps ſedula mente facilè euitabit, ſi videlicet potentibus familiaribus nunquàm proximum ſuæ dignitati locum conceſſerit; verùm aliquem,

Quomodo vitandę coniurationes.

quem, veluti medium, reliquerit, quo (relicto faſtigio) ad illum aſpirent. Ità enim maiori fide, ac effectu beneuolos ſibi ſubditos adiunget; Et ſi iàm ſint in excelſo, parem ijs, vel maiorem alium adiungat, vt hac ratione ſe ſe viciſsim poſsint obſeruare, atq; ex quadam quaſi aſsidua æmultatione impedire, ſi quid in Principem grauius fortaſsis alter decernere velit. Neq; ſanè contemnendum illud conſilium eſt, vt ſpecie honoris, vel legationis, vel aliorum obſequiorum aliqui ablegentur. Exemplo ſit, quod à Dionyſio factitatum vidimus. Is Septimem fratrem habens, Syracuſanorum populo valdè gratum, fultam eius potentiam cum animaduerteret, atq; eius fidem ſuſpiceret, traducere aliò cupiens, palàm quidem fratrem eijcere nunquàm voluit, gnarus ciuium beneuolentia illi maximè vires auctum, atq; omninò tumultum aliquem concitatum iri. Illum itaq; non vi, ſed arte voluit aggredi; mittit illum cum exigua ſtipẽdiariorum manu in vrbem Himiram, iuſſum, quod erat ibi præſidium, educere, & nouum inducere. Vbi himiram ſeptimes peruenit, miſit Dionyſius, qui iuberet aliquam ibi moram facere, vsq; dum ipſe acciret. Egregia hac calliditate periculum, quod ſibi à fratris potentia impendebat, à ſe auertit Dionyſius.

Aliud etiàm præ occulis habendum, ne pergrandes illius dignitates ad longum tempus concedat.

Experientia ipſa rerum magiſtra comprobatum eſt, rem eſſe longè perículoſiſsimam. Quæ alia Mario cauſa fuit, cur ſe talem contra Rempublicam geſſerit, quam quod breui admodùm temporis ſpatio tot bellorum adminiſtratio ei credita fuerit? Ea quippe eſt humanorum animorum natura, vt non modò Iuuenes, ſed ætate prouectiores, poſtquàm multum temporis in poteſtate tranſegerint, patrijs moribus haud quaquàm ſibi viuendum ducant.

Coniurationibus agnatæ Proditiones, ad quas aliquandò ſollicitantur plures, ijq; , quibus vnis fidit Princeps.

CAPVT XII.

PRoditionis nomen adeò eſt iniuſtum, adeoq; humano generi noxium, vt dùm de ea quidquam commemoratur, ſtatim tota perhorreſcat, tota conturbetur humana ſocietas: Nil proditore ſcelestius, nil turpius vnquam comperitur; Horum hominum obſcænitas tanta eſt, vt huius egentes artificio ſtatim artificem reformident, immò ſtatim ſummo habeant odio. Philippum Macedoniæ Regem, interrogatum, quos aut magis diligeret, aut magis odio haberet, reſponſum dediſſe fertur, pditores ſe in primis amare, eos verò, iā qui prodiderint, odiſſe maximè; Et tamen nullum ſcelus hoc frequētius vidimus, ſi diligenti examinatione Regnorum mutationes inſpexerimus, quæ tanto infecta veneno concidere.

Auari ſepe proditores.

Porrò, qui maximè in hoc perfidiæ genus propendeant, plures eſſe cenſeo; Auaros in primis conſpicio, quorum animus, vbi ſe mala cupiditate deuinxit, conſilia conſequi conſimilia prorſus neceſſe arbitror. Raro itaq; fides integra manet, vbi quæſtus maiores ſemper ſpectantur. Auri cupiditate proditum à Virgine Tarpeia Capitolium, proditus cuſtos Pater, prodita patria. Entagrius quidam vir inexplebili natura, cupiditate pecuniæ adeò captus eſt, vt breui temporis ſpacio plurimas vrbes in Italia, quibus nomine Caroli Octaui Galliæ Regis præerat, prodiderit, videlicet Serezanam Ianuenſibus, Petram Sanctam Lucenſibus, librafactam Venetis, alijsq; alias complures vendiderit; & vnde illud? niſi quod aureæ pecuniæ ſplendor magis, quàm fides præ oculis haberetur; Hinc factum, vt vniuerſum Regnum Neapolitanum magnis paulò ante ſudoribus belli partum à Gallis deficeret. In eadem ponendus eſt claſſe Bernardinus Curtius Papienſis, qui arcem Mediolanenſem à Ludouico Sfortia ſibi commiſſam Galliæ Regi citra vllam oppugnationem magna pecuniæ vi, alijsq; muneribus acceptis perfidè tradidit. Ideoq; prudenter Carolus V. ſummum virū, quod in auaritiæ aliqualem ſuſpicionem deueniſſet, à quadam adminiſtratione ſubmouit, & inſupèr auctor Philippo fuit, vt

co

Digitized by Google

eo conſultore in magnis negotijs vteretur, ſibi enim ipſius prudentiam, & in conſilijs dandis ſagacitatem abundè perſpectam eſſe dictitabat, cæterum, ne ei prouinciam vllam adminiſtrandam, aut munus aliquod committere, ſuadebat.

Elati, ambitioſiq; homines huiuſce ſceleris contagione facilè corripiuntur, vt enim auri cupiditas auarum allicit, ità & honoris animum cupidum nimis ambitioſè ſtimulat ad ſuas perfundendas facultates, vt hæc, quaſi retia, populorum, militumq; animis obijciat; qui, ſi quando in calamitatum ſcopulos agitati ſunt ambitionis, deſperationisq; procellis, nullam non excogitant perfidiam, qua ſuę voracitati, ac ambitioni ſatisfiat. Ità Cæſar ſupra vires ambitioſus, ædilis, & Prætor ingens æs alienum contraxit captandis auris popularibus, quibus potitus ſubiectam patriam reddidit. Ità Catilina poſtquàm profuſionibus ambitioſis ad paupertatem redactus eſt, nihilominus gratioſus apud potentiores, inter ceteros Candidatos Conſulatum petijt, qua videlicet dignitatum viam ſibi ad Tyrannidem erat muniturus. *Elati ſepe proditores.*

Nec minus hac peſte correpti quidam ſceleſti homines, qui naturæ quadam peruerſitate ad omnia ſcelera apti ſunt, hi omnia, quibus ſuæ quaſi naturæ ſatisfaciant, vndiq; conquirunt, & tamen ex fece non defuere homines, qui ſuprema propemodum ſcelera auſi fuere. Noſtra hac ætate duos potentiſſimos Galliæ Reges vidimus, dùm penes ſe exercitus habebant, à vilioribus infimę plebis homunculis obtruncatos. *Sceleſti ſepe proditores.*

Quid plura? Gratioſi ſæpiſſimè viri, & quibus vnis fidit Princeps, haud rarò ſunt proditores. Seianus ille tàm arctis beneuolentię modis Tiberio adſtrictus, vt ſocium laborum non modò in ſermonibus, ſed etiàm apud Patres, & populorum celebraret, coliq; per theatra, & fora effigies eius fineret; Ille, qui tàtopere à Tiberio excolebatur, vt ſępè aſſereret, nihil eſſe tàm excelſum, quòd illius virtutes non eſſent aſſecutæ, qui tantæ erat auctoritatis, vt illius propinqui, & affines honoribus augerentur, & vt quiſq; Seiano intimus, ità ad Cęſaris Auguſti amicitiam validus, quibus infenſus eſſet, metu, ac ſordibus conflictaretur, pro tantis honoribus, pro tot dignitatibus tàm impiè ſe geſſit, vt deligeret venenum, quo ipſam Tiberij filiam inficeret, qui Nurum illius, vt amore incenſus, adulatio pellexerat, qui factu, potentiaq; adeò efferebatur, vt ſe ipſum pro Imperatore, Tiberium pro Inſulæ Rectore quodam habuerit, qui rem eò deduxit, vt Tiberium ſola formidine lembos parare induxerit, vt ſi parta ab eo Roma inſurgeret, effugere poſſet. Si id ſagaciſſimo euenit Principi, quis tutum ab his perfidis ſe vnquam eſſe poſſe confidat? Prudentiæ licet virtute quàm maximè excellat *Gratioſi ſe re ſemp ſūt Principi, ſuo prodito res, loquor de prauis.*

cellat

Sepe quibus vnis ſedit Princeps ſũt produores.

cellat Princeps, ſæpè tamen perfidorum horum hominum retia non effugit; & quamuis ſub humillimi officij ſimulatione præclarè latentes inſidias cognoſcat, eos nihilominus fidos, ſibiq; metipſis addictos ſummoperè comprobent. Non alia profectò de cauſa id fieri arbitror, niſi quod hi perfidi fucatis quibuſdam, ac mellitis verbis Principis gratiæ ità ſe inſinuant, vt ipſe Princeps ſuas animi propẽſiones horum hominum exiſtimet, & hic ſępè ſua celebret geſta, quæ ex alieno educta conſilio alij cognoſcât. Miſerrima illorum Principum eſt vitæ cõditio, cæci enim ducuntur, dùm cæcutientes alios ſe ducere credunt. Id genus monſtra pluribus ſibi rationibus viam comparant, qua vel ad regiam aſpirent dignitatem, vel ipſa proditione ad ſummas euehantur opes; ſi autem fert caſus, vt Principem ſui tenacem propoſiti, ſibiq; omnia adſcribentem experiantur, ibi pariter ſuæ felicitatis terminum collocant. Viros probitate inſignes ab aula eijciunt, ſuſpectos illos ſuggerentes omnibus denudant præſidijs: in longinquas amandant regiones, expenſas grauiſſimas, maioresq;, quàm par eſt, ſuadent, belli ſæpè infauſti, ac infelicis diſcrimine illum inuoluunt, vt ſibi amicos, ac pecuniam comparent, illeq; Theſauros abligurire, amicos deperdere, ſubditosq; tandem ex plurimis tributorum erogationibus in ſummam deſperationem, ex qua rei leſæ maieſtatis conficiantur, adigere cogatur. Ex ijs, quę in terram decidunt, arboribus, fructus facillimè exciduntur. Quò magis Principem proſtratum, humiq; iacentem horum perfidia conſpicit, fructus etiàm vberiores ſtudet excerpere. Quod ſi Imperij culmen attingere fuerit in votis, haud difficilè his perditis iuris nec confragoſum iter occurret. Iàm animi ſubditorum ſunt infenſi, nec ſat propinquorum fidi; cum ob prodigalitatem in terram prolapſus fuerit, nullibi quiſpiam reperietur, qui cadenti manum porrigat, eumq; erigere contendat; ſi ob ambitionem, quis erit, qui feruenti, exardeſcentiq; honoris cupiditati ignitas velit faculas admouere? ſi ob ſuperbiam, atq; auaritiam impunè odere, & tenuent ſemper ſubditi ij, qui ſæpiſſimè emuncti ex duro ſilice nequerunt quodam modo ſuccum exprimere, immò pro rorantibus collectarum, & ſubditorum aquis, ſubditorum rabies, ac deſperationis ignis excutitur, qui horum perditorum hominum cõtra Principem, maledicentiæ attrictu excitatus hunc tandem ad ſuarum rerum cinefactionem intendat, ac perdat. Aut ſi ſuas illi augere opes, præq; alijs auguſtiores emergere tentent, minimè procelloſum æquor enauigandũ. Iàm in ſinu horum acclamat Princeps, dixerim, libertatem vindicans, ni amicorum expoliatus præſidio, veritatis inſcius, dementatus, ac faſcinatus ſummum Imperij arcanum crederet, ſi

vni

vni ſoli arcanum ipſum committat, eiq; ſe ipſum pariter dedat, qui ſuperbus omnes ſibi cum Principis dedecore conciliet amicos, in ſuamq; omnia, quaſi à Principis poteſtate procul arcendo, trahat facultatem. His itaq; rerum difficultatibus irretitus Princeps ſeruitutem credit libertatem, mentiſq; haud compos in ſupremam deuenit perniciem. Experientia ipſa plures Principes hoc probarunt, non priuato modo periculo, verùm etiàm miſerrimo totius Imperij excidio. Guilielmus vtriuſq; Siciliæ Rex, quid tranquillitatis, ac placidiæ quietis in ſuo Regno non expertus fuiſſet, ſi Parentis veſtigia penitùs inſectatus fuiſſet. Aulam enim Parens pluribus probis viris, ſcientiaq; militari præditis refertam reliquerat, & tamen illius regni felicitas citiſſimè corruit. Non priùs Imperij faſtigium conſcendit filius, quàm ſtatim probatiſſimos illos viros aut ab aula eiecerit, aut ſi non eiecit, tàm miſerè eos tractarit, vt exilium (ſi Rex ità ſenſiſſet) pro ſummo honore, ac præteritorum meritorum gratia ij habuerint. Firma enim Regis libertas ſubitò vacillauit. Vni obſcuris natalibus viro Apulo Oleario, Maioni; nuncupato ſe dedit, incautum ſe mancipauit, qui ad hoc vnum hunc deduxit, vt nulli alij fideret, præterquàm ſibi, ac liberis ſuis (cùm neminem Principis conſuetudine vti pateretur, ne ſuarum fraudum intertexta fila præciderentur) omneſq; in hanc modò, modò in illam diſperderet partem, aut ſaltem in otio torpeſcentes relinqueret; ſemina ſerere cæpit, quæ leui aſſentationis conſperſa rore, plures acerbiſſimos ſuſpicionum aduerſus Regni proceres fructus prodidere; quæ ſanè in cauſa fuere, vt Guilielmus, qui ſe pro votis omnia gerere cenſebat; qui alios Principes Aulicorum iniurijs expoſitos, tanquàm ineptos irridebat, ſola animi ſui arcana vni Maioni detegeret, qui ſumma animi lætitia geſtiebat, dum illis intentū deliberationibus cognoſcebat, quæ a ſe, perfido viro, ortæ poſt aliquantulum temporis in lucem prodibant, quaſi legitimi Regis partus. Haſce Procerum querelas hic diù aluit, dùm & proprios Principis faſtus, nimiamq; ſuperbiam in medium prodebat, vt à ſe odium arceret, & contra Principem excitaret, huicq; ſemper mellitis verbis, vt à tot primarijs viris caueret, ſuadebat. Tandem Regni Procerum erupere quærelæ, quæ in ſummum diſcrimen Regem adduxere. Quarè Maio haſce cæli nubes ſuo negotio valdè fauentes proſpiciens, plura ſummo conatu molitus eſt, vt Regnum, quod tamdiù affectabat, tandem cum ipſius Regis dedecore cōſequeretur; Poſtquàm enim nunquàm Regis vota cæteris aperta eſſe cognouit, ne tandem ſub querelarum ſpecie Principi innoteſceret, ſe vnum eſſe, qui vinctum Regem leni adulationis vinculo detineret, cumq; eò redigiſſe, vt in ſola ſua fide ſe libe-

Exēplū Maionis turpiſſimi viri.

rum nanciſceretur, amicitias plurium Procerum affinitatibus, ac pecunijs ſibi comparauit, alias extra Prouinciam aſciuit, pecunias conquiſiuit, plures veneno necauit; Alexandri Pontificis animum pecuniæ vi allicere conatus fuit, iàm inſignia regia, quibus indui volebat, cum Reginæ conſenſu, quam ad ſui amorem ſollicitabat, oſtentabat, facilè credens, his tantis opibus omnes hoſtium nubes facilè diſſoluturum, in ſuamq; tandem poteſtatem Regnum redacturum. Quod certè eueniſſet, ni temeraria illius repreſſa audacia à quodam Bonello, quem ſui fautorem, ac tandèm homicidam elegerat, omnia in quandam ſerenitatem illius mortè redigiſſet. Hoc proditore viro ſublato, quæ tenebroſo mortis horrore ſquallebant, mutata facie, pacatam quandam ſpeciem reſumebant; Aulæ aditus, qui vni Maioni patebat, ampliſſimus iàm dabatur omnibus. Honorum; dignitatumq; gradus omnes facilè conſequebatur, & Rex ille, qui cum Olcarij Maionis conſilio plura ſcire, ac ferè omnia credebat, modò omnia plurium conſilio ſe ſcire ſentiebat, immò cum pluries non vni commiſſa videbat negotia, perfectiora agnoſcebat. Iam ſenſerat ſe vni tantum dum fauetet, ſibi, & Imperio viam ad excidia, & Maioni ad regnum, & ſi non ad hæc omnia, ad ſubditorũ ſanè aduerſus ſe odium, & cõteptũ aperuiſſe. Et certè ſi omnia Hiſtoriarũ monumenta reuoluantur, in miſeriarum omnium abyſſum Principes illos collapſos videbimus, qui vni tantùm addicti fidei, cęterorum neglexerunt conſilia, quæ ſi admiſiſſent, non Regnum, & vitam, vt ſæpè fit, deperdidiſſent.

Quòmodo proditiones vitandæ.

Horum ſceleſtorum virulenta tabe antequàm Princeps inficiatur, eam euitare ſtudebit, ſi remedia cuicunq; conſona adhibebit; Ea enim, quæ infecto corpori adhibentur, in vſum non deducentur, niſi infirmum corpus iàm veluti febre laborare videatur. Quod ſi inuiolata adhùc, benèq; firma valetudo ſeruetur, vtiq; erit maior, certiorq; ſalutis ſpes. Auaritiæ dediti viri largè, liberaliterq; tractentur, ità tamèn, vt ab alijs ampliora nequeant præmia expectari; Sedulò verò, ac diligenter eſt animaduertendum, ne vltra modum effuſus Princeps videatur. Tempus, & modus liberalitatis limites ſtatuũt; opportunè enim exercita munificentia maximè prodeſt, intempeſtiua obeſt, atq; ideò in vſum tùm temporis deducatur, cum Principi emolumentum aliquod præfert: Vti enim fæcunda aquarum alluuione irrigatum ſolum fouenda ſemina in ſe ſe recipit, ex ijsq; vberiores effert fructus, ſic munera ſenſim collata, ac frequenter, gratioſa ſemper erunt. Ideò in obſequio gratioſus, dùm aliarum rerum ſpes erit, ſempèr continebitur, minusq; ſuperbiet; Quod ſi præſtiterit Princeps, corruptam perfidi Mi-

niſtri

niſtri malignitatem à ſe longè auertet , impedimentoq; erit, quominùs inexpleta auri cupiditas eum ad deterrima quęq; impellat. Ambitioſis popularis auræ captatoribus nunquàm legationes committat, quibus machinamenti aliqua ſatis apertè moliri poſſint, quin potiùs , ſi quid alimenti eorum naturæ ſit impertiendum, concedatur, dummodò illud non ſit diuturnū, nec pernicioſum; flagitioſos, perditoſq; viros à ſe longè arceat Princeps, otioq; deditos aut ex vrbe eijciat , aut in aliqua arte exerceat. Familiares verò, ac Domeſtici, qui omnium nequiſſimi ſunt, facile à ſuis artibus arcebuntur, ſi in tantam ſui conſuetudinem eos deuenire Princeps non patietur, vt Principum gradus ſe aſſecutos glorientur ; ſi negotiorum communicatio erit diuiſa, ſi poſtulatis non ſempèr reſpondeat, ſi laxè ſuas cogitationes non patefaciat, ſi eorum ſermones quaſi caſu euulgatos ſincerè non accipiat, ſi deniq; eis omnem viam , qua ij ſuam potentiam extollere poſſint, intercludat. Hoc enim pacto, antequàm pullularint inſidiæ, præcauere poterit Princeps, quæ ſi infeſtæ in lucem prodiderint, alia grauiora erunt adhibenda remedia, inferius recenſenda.

Quibus rationibus Inſidiæ, ac Coniurationes detegantur , puniantur , ac euitentur.

CAPVT XIII.

RErum ſolers indagatio meritò cuicũq; diligentiæ eſt præponenda, cum enim inſidias, atq; coniurationes ſecreta ſæpenumerò priuatorum colloquia præcedant, & difficultèr ſilentium, & fides in tot conſciorum animis, & corporibus ſeruetur , Principi exploratores ſunt concedendi, qui, quid quiſq; dicat, agatq;, vndecumq; auſcultent. Sũma aduerſarij ſolet eſſe cautio animum cognouiſſe, hoſtem verò protinùs ſenſiſſe, eſt ſuperaſſe. Hac igitur ratione inſidiæ facilè à Principe poterunt euitari, maximè, ſi Indicibus præmium aliquod proponatur. Non tamen ęxploratoribus omnem adhibendam fidem ſuaſerim, qui ſiuè pręmio inducti locupletiſſimum quemq; deferunt, ſiuè odio impulſi criminantur, & verba prauè detorquent , & conuiuia-

Tolerantur auſcultatores ſed cum cautione.

lium

Digitized by Google

lium fabularum ſtultitiam crimini vertunt. Vt enim canes aliquos, nullo præmiſſo latratu clanculum mordere conſpeximus, ſic vafros aulicos quoſdam, & peſſimę notę homines ſecretis criminationibus aliorum famam lacerare ſcimus, quibus tamen, vt cautior ſit deceptio, palàm mentito vultu ſunt adblanditi; non enim indicta cauſa accuſatos rapere, vinculiſq; mancipare oportet; quinimmò delata maturo conſilio ſunt examinanda, delatores interim ſiſtendo, euſq; dùm vniuerſa cauſa cognoſcatur. In Anglia Odoardus II. nimia credendi temeritate notatus eſt, qua non ſolùm relatoribus exitium, ſed & maximum ſibi infamiæ dedecus inuſſit; Nàm ecce falſis eorum criminationibus inflammatus duos ſupra viginti nobiliſsimos Angliç Barones grauiſsimo mortis ſupplicio affecit, cóiugemq; ſuam (mirum dictu) vnà cum filio ex Anglia eiecit. Quid inde? Regina tandèm amicorum fide, & opera poſt liminio reuerſa cum filio non ſolùm delatores omnes ad debitas pœnas perſoluendas coegit, verùm etiàm Regem maritum, vt potè Regno inutilem, immò perniciosum varijs, grauiſsimiſq; de cauſis ex populi, & Senatus auctoritate in cuſtodia iuſsit aſſeruari. Quo facto nobiliſsimus Heros peſsimi parentis degener filius, iàm cum Matre relegatus, communi omnium conſenſu Rex decretus, Odoardi III. nomen excepit. Peccarunt hac in re Galliæ Reges, vſq; eò, vt à Carolo Magno vix pauci annum ætatis ſexageſimum attingerint, cùm ſæpè ex ſuſpicionibus, ijſq;, quæ clanculùm eſſent delata, in grauiſsimas animi ægritudines inciderint. Ludouicus XI. ſuſpicionibus tantùm indulſit, vt nemini prorſus fideret, atq; ab omnibus ſibi inſidias parari metueret; cum verò eius Pater decumberet ægrotus, perſuaſum habebat, paratum ſibi eſſe venenum, ideoq; quodcumq; corporis alimentum recuſauit. Quamobrèm non tàm faciles delatorum verbis ſæpè commentitijs fidem, auctoritatemq; ſuã adiungat Princeps, cùm potiſsimum inter crimino ſos aliquos viros verſetur, quorum Iudicem ſæpè alium magis, quàm Principem omninò fore exiſtimarem.

Patefactis reis quid agendum.

Patefactis iàm reis, in dubium venit, an acri coërtione afficiendi, indicta cauſa, tanquàm leſæ Maieſtatis rei puniri poſſint. Si in ſeditioſo, ac turbulento Reipublicæ ſtatu verſetur Princeps, nullum ſeruandum ordinem opinarer. Ità Titus Cęſar virum conſularem ad cœnam vocatum, & vix triclinium ingreſſum ingenti ſanè diſcrimine confodit, cum eius quoq; chyrographum paratæ apud milites coniurationis deprehenſum cognouiſſet. Verùm ſi imperturbata pace fruatur Reſpublica, longè quidèm diuerſo conſilio gerenda res eſt. Iudiciorum videlicet ſeruentur formulæ, atq; vindicta Iuris, ordine ſeruato, ſumatur;

ſumatur; modò tamen id temporum conditio ferat. Quemadmodùm enim Medici certis temporum interuallis ob nimij caloris, vel frigoris intemperiem ægrotis catapotia non præbent, ità publicarum rerum curatoribus temporum interſtitijs à mẽbrorum ciuilium curatione abſtinendum eſt. Alia ſupplicia ſontibus poſt cauſæ cognitionem adiungenda; qui enim veterẽ fert iniuriam, nouam etiàm in ſe concitat. Carolus V. Imperator ab ijsdem ſolaribus radijs ceram liquefieri, ijsdem etiàm lutum indureſcere affirmabat; atq; ideò etiàm eadem Regis clementia alios reddi meliores; ingratiores, ac nequiores alios effici. Optima cõparatio.

Verùm quid agendum, ſi hoc furore percitos Principis etiàm propinquos conſpiciemus? Non pari certè iure cum cæteris habendos dixerim, nec pari ratione eorum coercendam indignationem cenſerem; Ob id enim Galli, tanta nunquàm pace, ac ſecuritate ſunt potiti, niſi eo tempore, quo clementia erga Principes ſanguine iunctos vſi fuere, tametſi inter reos relatos, atq; leſæ maieſtatis damnatos ſatis apertè cõperimus. Ità Ioannem Alenſonium impijſſimo ſcelere coniunctum, ac damnatum debita pæna Carolus VII. liberauit. Quamplures tamèn manſuetudinem hanc, atq, animi lenitatem, tanquàm Principi pernicioſam redarguerunt, verùm Principem, qui conſanguineos in carnificum manus conijcit, vel clàm tolli præcipit, ſicam in ſe acuere, atq; fabricare non ſatis cognouere. Veteres, nouosq, Orientis Imperatores, ac non paucos Hiſpaniæ, & Angliæ Reges, qui amicorum ſanguine ſibi manus inquinarunt, violento, ac cruento fato poſtea perijſſe ſatis conſtat. Præter conſanguineos verò ceteros, quamuis nobiles, quamuis potentes; quamuis de Republica benemeritos omninò debitis ſemper mulctandos pænis dixerim; Ità tamen, vt in his ſumma cautione, vtatur Princeps. Damnatorum ideò confeſſiones, ac indicia patefacienda, alijsq; Principibus committenda duxerim, niſi ſint, quæ alijs Principibus obſint: tunc enim à Principe relato inter reos aliquam ſaltem inquiſitionis notitiam habendà arbitrarer, vt bono nomini aliquo ſaltem pacto conſulere poſſit. Longè igitur à recto aberrare meo iudicio nonnulli Principes ſolent, qui, cum coniurationis conſcios magnates aliquos, quos plectere non in ſua facultate ſit, compererint, in inquiſitionibus reticent; exaſperant enim iram, vt eam tandèm, cum aduenerit occaſio, euomant, & Princeps, qui ſe ſe in inquiſitione non expreſſum, ſaltèm tamèn deſignatum videt, de illata ſibi iniuria quam maximè dolet. Hinc deſſidia, hinc inimicitiæ, hinc bella: Si defenſionis locus relinquatur, ei, qui ſe læſum arbitratur, ſatis honeſtè conſulitur. Damnatorum confeſſiones omnibus

Si propinqui Principi hoc crimine afficiantur quod agẽdũ.

Semper rei plectendi.

Principũ cõiuratorũ nomina in inquiſitionibus nõ reticẽcentur.

Ss pate-

patefactas omninò voluerim, ne ob inuidiam, ſiuè ob metum, ſiuè ob auaritiam clari viri extincti videantur. Non aliter ſe geſſit Henricus in conſpiratione in ſeipſum cōflata per Ducem Bironium, alioſq; coniurationis ſocios; Hocq; non minus rectè, quàm ſanctè factum ſemper erit. Ea enim eſt coniurationum natura, vt niſi ad executionem demandatæ haud credantur, cùm in arcendis artis multū, in exequendis maius, in protegendis maximum requiratur.

Damnatorū confeſſiones patefacti omnibus debēt.

At in diſcrimen venit, qui ex pluribus pęna afficiendi. Coniurationis principes tollat, neceſſarium duco Auguſti exemplo, qui affectis ſupplicio aliquot coniuratis, pæna cęteros abſoluit, atq; ideò Cinnam, quem demiſſum ſummis honoribus, beneficijsq; ornauit, ſummiq; beneficentia ſibi deuinxit. Qua in re Neronem priſtinæ ſuæ ſagacitatis immemorem grauiter offendiſſe Tacitus memorat, vt potè qui detecta in ſui exitium conſpiratione, omnes quęſtionibus, ac tormentis coniurationis ſocios plexit, per quę nihil aliud effecit, niſi, quod accuſari viderit, ac referri inter reos plurimos ſibi coniunctiſsimos, quos omnes æqua lance mortis ſupplicio condemnare debuit. Quæ ſecuritas poſteà fuit in cauſa, vt omnes legiones, ac prouinciæ penè omnes ab eo deficerint. Qua proptèr inconſultè gerent ij Principes, qui poſt detęctam in ſe conſpirationem in conſpirationis auctores animaduertere non contenti, vltra ab addictis ſupplicio correos perquirere ſatagunt.

Qui ex pluribus pęna afficiendi.

At quæ harum euitandarum coniurationum ratio? Principi præſidium aliquod habere rationi conſentaneum duco, tùm, vt ſubditos in officio continere poſsit, tùm, vt contra apertam vim, occultasq; perditorum, ac flagitioſorum ſubditorum inſidias munitus ſit. Sinè viribus nulla vnquàm tuta Maieſtas; & ſi varios plurium Regum exitus reputauerimus, plures à ſuis, quàm ab hoſtibus interemptos cognoſcemus. Ideoq; cum in tot humanarum rerum erroribus ſola innocentia viuere periculoſum ſit, ſtipatores habendi ſunt, qui Principis ſomnum nocturnis muniant excubijs, imminentibusq; periculis ſe ſe opponant. Ciuium amore hunc tutum velim, at fida cuſtodia triſtes quoſcumq; euentus excludi me minimè fugit. Beneuolentia licèt, vitæq; innocentia ſe tutum eſſe arbitretur, nunquàm tamèn noctu citrà præſidium, quod exterorum ſit, ſomnum caplat, nàm, cùm in adminiſtranda iuſtitia apud pleroſq; ſubditos inuidiæ ſpiculis ſit obnoxius, ſalutem ideò ſuam illis committere velle abſonum, ac temerarium crediderim. Ad cuſtodiam antidota contra venena refero. Proſpiciat igitur Princeps, ne cibum priùs diligenter exploratum, à fidisq; Miniſtris paratum accipiat; nullum locum; nullam regionem, nullam affinitatem, nullamq;

Remedia cōtra coniurationes.

Ad cuſtodiā antidota neceſſaria.

nullamq; neceſſitudinem à veneno ſatis tutam cenſeo; diffidentiam meritò aſſumat Princeps; licet enim omnibus credere, & nulli, vitio vtrumq; vertitur, ad fiduciam tamen magis inclinet. Ità Alexander, cùm Parmenionis epiſtolam legiſſet, qua admonebatur, vt à Philippi Medici veneno ſibi caueret, acceptam potionem imperterritus bibit, cum plura Amici fidei referret. Huic tamen affinis ſit diſſimulatio, quæ Principis animum quibuſdam omninò abſconditum teneat; Verùm nulla efficacior cuſtodia erit, quàm quæ virtute, ac innocentia paratur. Hæc enim nullas perditiſſimorum hominum fraudes, ac inſidias reformidat, immò de perfidia, quantumuis armata, quantumuis occulta triumphat. Inacceſſibilis eſt hæc arx, inexpugnabile hoc munimentum, validioribus militum copijs non eget. Agatocles, Lacedomoniorum Rex inclytus interrogatus, quo pacto quis imperare poſſet, nullo ſtipatus ſatellitio, prudenter reſpondit, ſi ſic imperet ſuis, vt Pater filijs; nempè, quià metus ſemper aberit, caritatis verò affectus ſeruabitur. Inter bonum Principem, & bonum Patrem nihil ſanè intereſt. Ideò commendatum Architæ dictum, oportere virum Principem non rectè tantum imperare ſcire, ac poſſe, ſed etiàm humaniter. Turpe enim fuerit; ſi pecoribus ſuis infenſum ſe ſe oſtenderet Paſtor; & profectò Princeps, qui innocentia ſociatus incedit, ab iniuria munitus eſt; ij verò nullibi ſecuritatem inueniunt, qui ſcelerum fortaſsè conſcientia adſtricti pericula etiàm ſibi fingunt, vbi planè nulla ſunt. Huic innocentiæ ſubditorum addo beneuolentiam, quam aliàs inexpugnabile diximus eſſe munimentum; lenitate, ac beneficentia hanc parari diximus. Alphõſus Aragoniæ Rex nũquàm ſatis commendatus canibus oblatrantibus offulam obijciendam dicebat, ſentiens, malè affectos ciues lenitate, atq; beneficijs eſſe vinciendos.

Diſſimulatio ſepe neceſſaria.

Beneuolẽtia ſummũ Principis munimentum.

Copioſius explicatur Aulicorum rationes, quibus ſtatum euertere, ſibiq; potentiam omnem aſciſcere ſtudent.

CAPVT XIV.

IMperiorum exitium ex intrinſecis cauſis, quæ vt plurimum à Principe ortum ducunt, accidere ſcimus. At ex ſubditis præcipuèq; ex Aulicis eas exoriri etiàm poſſe, nemo eſt, qui non videat. Duas opinor eſſe rationes, quibus vtuntur præpotentes Aulici, qui ſupremum Principatus apicem pertingere conantur. Aut eæ ſunt in vſu, cũ aut interit; aut è ditione eijcitur Princeps. Aut dum nimium potens ſibi ad Principatum viam apparat. Equidèm Principi has impias rationes patere neceſſarium omninò duco, vt etiã ſub pietatis, ſiuè probitatis figmẽtis vera tyrãnidis primordia, & ſub modeſto pudoris, & erga Principem amoris fuco animum ſacrilegũ, & ambitioſum ſępè obtegi poſſe cognoſcat; & licèt plures eas eſſe non ignorem, quæ tamen iuxta Principum varietatem, ſubditorum, ac temporum, non eædem omninò eſſe putentur, ad duas tamen eas reducendas quiſq; ſemper cenſebit, nimirùm, cum omni ope, ac celeritate ad vſurpationem Imperij auida nimis voluntate feſtinat Aulicus; deindè cum varijs blanditijs, & artibus Principem ad ſummum exitium perducit. Ad quæ omnia plures erunt gradus.

Hic conſideret Princeps.

Vſurpationis oſtium ſemper Aulicus tetigerit, ſi in firmando pede iàm per viam greſſus fuerit, quę eum ad dignitatis, virium, fidei, ac beneuolentiæ publicæ conſecutionem ducat; & ſanè auctoritas paratur, ſi huius ſuaſionibus honores Princeps impertiat, ſi dignitates prorogeт, & tandem ſi ea munitus emicet gratia, qua munIri alij cognoſcant, & experiantur. Maximæ addentur vires, ſi diuitiarum comparandarum ſtudio erit intentus, ſi affinitates, clientelas contrahere non aſpernabitur, maximè cum potentioribus, aut Principi affinitate coniunctis, ſi dignores, nobilioreſq; ſibi aliquibus beneficijs deuincire ſtudebit, ſi finitimos Principes ſub alicuius boni Principis, cui inſeruit, prætextu, in ſuam quaſi traxerit amicitiam, ſi ingentibus militum copijs ſuarum fautorem partium præeſſe voluerit, ſi in

Quæ prima fundamenta Aulicia potẽtus.

ſui

Digitized by Google

ſui amicitiam arcium præfectos, & factioſos rerum nouarum cupidos in ſui neceſſitudinem pellexerit, ſi affines, vt fidem ſeruent, aut viles, abiectos homines, qui ab eo beneficium acceptum referunt, ad dignitates, & honores euexerit: Sibi amicos plures adiungit hic Aulicus, præmijs vndiq; illis ab eo quæſitis, animiq; quadam alacritate alienas fouendo ambitiones: fides apud Principem comparatur, dum ſe ſemper anxium, ſollicitumq; Aulicus effingit, vt quæcumq; grata Principi, aut accidunt, aut poſſint accidere, nondùm petenti parentur, dùm ab omni ſimulationis fuco, ab omniq; dominandi cupiditate ſe ſe præbet alienum. Beneuoli omnium animi vndiq; fiunt, dum inſtantibus neceſſitatibus ſubuenire, oppreſſos releuare, eosq; qui ad ſui patrocinium confugiunt, fauere ſummis viribus ſtudet, dum publici boni defenſorem, religioſum, iuſtitiæ amicum, clementem, liberalem ab omnibus haberi vult, atq; exoptat, dum ſuas vires, ſuam amplitudinem ficta quadam animi demiſſione, potentiamq; fucata humanitate conuelare nititur, dùm eam in animis opinionem imprimere conatur, qua prudentes Principis deliberationes ex ſuo maturo conſilio prouenire, prauasq;, ſi quandò extiterint, ſemper maxima cum ſui obſiſtentia prodire in populos, omnes facillimè credant. *Quomodo Aulicus ſibi parat amicos. Quomodo fides. Quomodo Beneuolétia*

Hoſce gradus ſupergreſſus, ad alios etiam honos contendit; Omnes gratias à Principe conceſſas ſibi vni vult referri; Iuuenum corruptelæ ſemper inſiſtit, illecebroſas voluptates adducit in medium, vt his quaſi hamis incautos alliciat, milites honoribus, ac promiſſionibus ſibi deuincit, omnesq; conuiuijs, ludicris, ac voluptatibus irretire ſumma animi contentione elaborat. *Alia Moleſ*

His munitus viribus, cum ſe benè firmatum, omniumq; in ſe vnum propenſos animos videt, ad ſui extremam perniciem paulatim Principem trahet; infandis turpium voluptatum illecebris inuolutum hunc exoptat, nobilium fœminarum concubitū ſuadet, ad ſummum crudelitatis ſpecimen concitat, ad ipſam theſaurorum profuſionem impellit, vt ſumma ductus neceſſitate noua vectigalia, ac tributa imponat, primiores, tanquàm minùs fidos, opprimat, extermineteq; virtute præditos odio habeat, à commercioq; ſemoueat, amicos, conſanguineosq; in ſuſpicionem aliquam adducat: Alia inſupèr hic præpotens Aulicus molitur, vt Princeps factiones nutriat, ac ſubditis ſanè exitioſa in vſum redigat, infidis, ac infenſis honores diſtribuat, infenſos propinquos reddat, exteros amicos iàm priùs à progenitoribus ſuis in honore habitos minimè habeat, & ea omnia peraget, quæ eum in ſummum ſubditorum odium, atq; contemptum protrahere poſſe crediderit. *Quid tandē molitur.*

Vltima Potẽtis Aulici vis

Cum vero ad hos omnes iàm conſcenderit gradus, vltimos etiàm attinget, Principis enim intimos allicere, procerum animos concitare, amicorum numerum adaugere ſatagit, ignaros, vt ad porrigendas aures proniores, inquietosq́; vt rerum nouarum cupidiores, edocet, diutiarum ſpeijs exhauſtos nobiles afficit, inquietorum animos contra Principem concitat, diuerſas iactat querelas, odium adauget, alijsq; materiam non exiguam contemptus præſtituit, omnibus eum denudat amicis. Infenſorum ſibi beneuolentiam conciliat, propinquorum Principum ſtudium ſibi comparat, coniurationes molitur, & tàdèm ficta boni publici ſpecie, occaſione aliqua graui aditum patefaciente, Principatus arripit dignitatem.

Quæ opportunitates Imperia ſæpe euertant.

CAPVT XV.

NI aliqua detur opportunitas, qua Aulicus prępotens ſuorum conſiliorum rationem ad vſum perducere valeat, irrita omnia erunt, ac perperàm tentata. Opportunitas videlicèt ea eſt, ſine cuius ope nullus aut magna aggredi audet, aut, ſi tamèn tentarit, infeliciter geſta videbit; Ea eſt, quæ ambitioſos allicit ad nouitates, latrocinijs aditum patefacit, omnẽmq́; tandem conatum facillimum reddit; & quamuis plures animaduerti poſſint opportunitates, quę ad eundẽ cõſpirent Imperij interitum, eas præcipuè dixerim, populorum ſeditiones, exercituum conſpirationes, Imperiorum diuturnitates, iniuſtas ſucceſſiones, falſæ Religionis initia, infirmã Principis ætatem tutoribus commiſſi, potentum factiones, arcanorũ ſtatus euulgationem, Principatus imbecillitatem, Principis abſentiam, exterorũmq́; armorum propinquitatem.

Prima opportunitas euerſionis ſtatus.

Seditionem præcipuam Imperij interitus cauſam eſſe affirmaui, concitata enim multitudo omnem metum, ac admirationem abijcit, Principem non amplius noſcit, & tanquàm indomitus equus in rebellionem præceps velociter currit, & facilè talia molienti, tanquam Duci, ſe obedientem ſupponit, certè haud ignara hunc ſemper omni maximè veniæ ſpe diſtututum ſibi ipſi ſemper adhæſurum.

Secunda opportunitas.

Exercituum conſpiratio ſublimioribus Aulici cogitationibus

bus maiorem opportunitatem affert, cum armata multitudo, belloq; aſſueta ſit, maximeq; ſi ſub electiuis Principibus, aut ſucceſſione carentibus exoritur, eaq; ex militibus minimè præſtātibus conſiſtat, quippe qui rerum ſemper nouarum ſint auidi, auari, rapaces, lucriq; ope ad omne Imperiorum euerſiones facillimè propenſi.

Imperiorum diuturnitas Principatum ſæpè percellit, atq; euertit. Qui enim diutuno tempore Imperij habenas tractant, ad priuatos lares ſeduci iniquo animo fert, quaſi nimio dominandi ſtudio accenſus, omnia perpetrat, quibus Imperium regere poſſe confidat, & ſane ſemper ei aliqua ineſt facultas, cum militum, ſubditorumq; animos ſibi deuinxerit, vt verum Dominum non agnoſcant, nec debito proſequantur amore. Tertia opportunitas.

Succeſſiones iniquæ Imperium deuaſtant, eas, inquam, quæ iure hæreditario non proueniunt. Subditi certæ Principum proſapiæ Imperijs aſſueti ab alijs ſe regi ægreferunt; ideoq; vaſta elati ambitione ad tantum accurrunt incendium, præſertim ſi pro hæreditario electus eſſet Princeps, aut nouum Principem nimis, aut ſuperbum auſpicentur, aut auarum. Quarta opportunitas.

Religio falſa ſuas etiàm in tantis euerſionibus vires exerit, cum tanquàm peſtiferum venenum inficiat, ſubditos diſſoluit, ab obedientiæ vinculo liberat, & ad quemcumq; conatum, coniurationes, conuenticula, conſilia, & machinationes cogit eſſe propenſos. Quæ omnia vnius Imperio adeò ſunt infenſa, vt illud omninò lædant, ac etiàm deuaſtent; Ideò falſæ Religionis fautores velum ſuæ ambitioni prętexendi non exiguam habent opportunitatem, Principiq; inſidiandi maximè, ſi armorum vi plurimùm valuerint; ſi religio illecebris, ac voluptatibus procliuis fuerit; ſi Principum propinquorum amicitia eos fouerit; ſi deniq; lucrum aliquod, aut commodum, cui parere quodam modo ſit neceſſe, haud diſiunctum videatur. Quinta opportunitas.

Principis ætàs, quæ infirma à Tutoribus regatur, non leuis euerſionis cauſa. Regnandi ſtudio facillimè contentiones promanant. Tutorum animi tanta capti facilitate ad occultam Imperij Inuaſionem accenduntur; Idq; in pluribus Principibus viſum eſt, præcipuè in Alexandri Magni Filio Antiocho, & Io: Galeatio Sfortia Mediolani a Duce Tutoribus è regnis expulſis, maximeq; id verum affirmauerim, ſi eiuſdum ſanguinis ſit & ipſe Tutor cum Principe, aut publicè ametur, aut cum Principibus, qui propinqui ſint, ſocietatem, & fœdus inierit. Sexta opportunitas.

Procerum factiones eiuſdem etiàm interitus validiſſimæ ſunt cauſę, ſubditis enim conſpirationis non leuē offerūt opportunitatem, bellis ciuilibus Imperium explent, noua ſemper meditantur, vt Principis diminuant auctoritatem, tandemq; noua Septima opportunitas.

expoſcunt

expoſcunt auxilia; Ideò ſummis viribus elaborandum eſt Principi, vt factionum nomina penitus deleantur, eæq; abſq; vllo temporis interuallo in firmam conſuetudinem redigantur.

Octaua opportunitas.

Arcanorum Imperij euulgatio, quid non turbatis rebus incommodi affert? Vulgata arcana Principem ſanè puſillanimem, aut virium infirmitatem, aut peruerſam ſubditorum voluntatem, quę faciliorem rem ſempèr pollicetur, apertiſſimè demonſtrant. Omnibus hominibus natura inſitum eſt dominandi ſtudium, cum opportuna ſe ſe offert occaſio. Eam facillimè quiſq; arripit; cumq; ardua faciliora fieri poſſe videtur, moliuntur opus, quòd ſi ex voto non erit geſtum, viget tamèn cogitati ſceleris exemplum, quod alios ad deterrima quæq; compellit.

Nona opportunitas.

Principis abſentia ſummo eſt etiàm damno. Hac enim Nouatores aditū ad maiora vident aperiri; Spiritus, qui in ambitioſorum pectore concluſi torquentur, ex ſola illius abſentia tandèm erumpunt; Vapores, ſi adſunt, nullus eſt, qui repercutiat. Suſpectorum non obſeruantur geſta, nec eo, quo fieri deberet, vigore motus comprimuntur, maximè ſi in ſede Princeps non bene firmus eſſe videatur, ſubditoſuè nimiùm potentes habeat, aut à propinquioribus non æquè diligatur. Semper ideò Pricnipes cauti, cum à regionibus ſuis ſe temporis plurimùm abfuturos cognoſcunt, ſecum optimates, vti obſides, habere voluere, aut eos tantùm ſecum aduehere, quos aut minus fidos, aut nouarum rerum cupidos exiſtimauerè.

Decima opportunitas.

Propinqua deniq; extera arma videre ſummus eſt ſtimulus, ſūma Imperij euerſionis occaſio. Principi infenſi deteguntur, ambitioſi commouentur, animi ardor offenſis præbetur, rei redduntur cauti, oppreſſi excitantur, dubij impelluntur, certa ſpe noua meditantes implentur, mutationiq; proni excitantur, ac incitantur, maximeq; cum Princeps odio habetur, in Imperio nondū firmus, qui iam clades acceperit, hoſtis verò clientelas, amicitiasq; nimiumq; potens ſuas vires poſſit exercere.

Quæ

Quæ res magis vnum Imperium, quàm aliud ſubitis euerſionibus reddit obnoxium.

CAPUT XVI.

IMperium vnum ad mutationes, tùm Principis, tùm ſubditorum, tùm regionis ipſius gratia altero procliuius, nemo eſt, qui non videat; Principis, inquam, qui virium ſatis infirmus, puſilianimis, ſeuerus, varijs voluptatum illecebris delenitus, legum, priuilegiorum, inſtitutorumq; omnium ſummus contemptor, imponendis tributis haud parùm deditus, alienorum bonorum raptor occultus, libidinoſus, ſenex, liberis carens, ac ſucceſſoribus, amicitiarum, ac fæderum inops, patrijs legibus aduerſans, ad Imperij regimen fuerit euectus. Virium enim imbecillitas ſubditos in fide haud continere poteſt; praua religio reuerentiam, ſubditorumq; amorem omninò eijcit; Puſillus animus ad ſummum contemptum eum commouet; vita nimijs dedita voluptatibus ad vexationes non paucas, ac oppreſſiones eum exponit; Nimia ſæuitia, legum, ac Inſtitutorum abrogatio, acerbaq; tributa ſumma odia, ſummamq; indignationem concitant; libido, ſenectus, liberorum orbitas audacibus animum concitat, atq; ad noua quæq; facinora peragenda compellit; Propinquorum ſimultas prauas ſubditorum voluntates fouet, auxilij, ac patrocinij ſpe ad noua quæq; impellit, tandemq; morum, legumq; diuerſitas omnes ſubditos quibuſcumq; beneuolentiæ nexibus diſſoluit. Principum gratia euerſioni ſæpè obnoxium Imperium, qui ditionē ſuam non præcipuè, atq; ſuę poſcant vires, regere, ac adminiſtrare ſatagat, qui pluribus fractus calamitatibus militum manum ad compeſcendos ſubditos minimè fouet, qui, ſi tempus celeritatem poſtulet, dubius, ac tardus quæcumq; volutare non deſinit; qui, ſi finitimorum Principum callida conſilia faciliora demonſtrent, ipſe verò tutus, inermis, in alienisq; rebus indagandis parùm ſolers conquieſcat; qui fidorum amicitias diſſoluat, cum dubijs contrahat, offenſis fidat, hisq; ſua detegat conſilia, qui ſtipendia iàm proceribus ſtatuta tollat; qui in ſedandis primis rebellionum motibus parùm maturus fuerit, ac diligens; qui res ſuas contraria omninò fortuna pertractarit;

Conſiderantur quę vnũ Imperiũ altero procliuius efficiũt.

Subditi

Subditi enim tùm celebrem deponunt fidem, cum hoſtibus felicia, Principi verò infelicia cuncta euenire vident, qui ortum ſuum dignitati, quam ſuſtinent, parem minimè habeat.

Plura recenſentur Incõmoda.

Subditi etiam ad euerſiones facilè reddunt Imperium, cum præcipuè vnius Imperio pares eſſe non poſſint, varijs ſubditorũ generibus variæ etiàm Imperij formæ conſtituendæ. Ideò ſi Principi ſubditos ad vnius Imperium minimè idoneos, maximeq; feroces habere contigerit, eas ſemper nomini regio infenſos ſe ſemper exiſtimaturum pro certo habebit; ſi Principis nationi infeſti ſint, ſi feroces, ſi bellicoſi, inquieti Imperium vt tyrannicum detrectent, quæ non erunt euerſiones? ſi ſuam nimirùm augeant potentiam, ſi nimiùm inopes (cum egeſtas, moresq; turbidi ad ſeditiones facillimè concitent) ſi natura leues, atq; inſtabiles, ſi nouarum ſemper rerum cupidiſſimi, ſi aduentitij, ſi in miſerrimæ ſeruitutis iugum de repentè inciderint, ſi timoris potiùs, quàm amoris titulo ſubiecti, grauiſſima calamitatum mole fuerint oppreſſi, Quæ non calamitates? ſi præter rectum rerum ordinem peſſimè ſe habitos exiſtiment, ſi ſuperbi, neq; omnimodè libertatem, aut totam ſeruitutem ferre poſſint, ſi tàm validis ſe inſtructos viribus cenſeant, vt Principi obſiſtere poſſe videantur, ſi deniq; defectionibus aſſueti reliqua ſcelera, vti peiora, impunita fore credant, quæ non mutationes?

Ad interitus quæ regna prona.

Imperij forma etiã regna ad mutationes, ac interitus properant; ſi nimirùm Plebi maiorem, quàm decet, ſubditis licentiam Princeps ſinat, varius ſit, in aſperos mitis, in mites aſper, bellicoſos illos nimis grauet, ſi diuerſis, quàm fundatum eſt regnũ, legibus vtatur; ſi Populum vi ſubactum armis expoliarit, eosq; nouis impoſitis præſidijs, in officio contineret, ſi ſubditorum animos vnius metus fræno compeſcere ſtudeat, ambitioſosq; ſub inani honoris ſpecie procùl à ſe arceat, ſi potentiam alicuius nimium augeri permiſerit, quam deindè ex inopinato deprimere conatur; Et tandèm ſi in eo ſit, vt honores, aut auaris, aut ambitioſis, aut vni tantùm diſtribuat. His facilè à Principe cognitis, quicumq; procellarum impetus è ſuorum ſubditorum regimine depellentur.

Qui

Qui effectus ſæpenumerò Principatuum euerſiones conſequantur.

CAPVT XVII:

INnumeros propemodùm vexationum effectus ab euerſis Imperijs promanare certiſſimum eſt, cum enim omninò cum illius rei, quæ perniciem patitur, iactura coniungatur, omnia turbari, conuelliq; eſt neceſſe. Idq; tàm eſt veritati conſentaneũ, vt etiàm hæ turbationes in alias ferè peiores transmutentur, pluribus tamèn moleſtijs, ac eruciatibus ſunt omnes refertæ, ſecumq; plurima iuſtitiæ detrimenta deducuut. Si enim Principatum inuadat is, ad quem de iure minimè ſpectat, en ſæua atq; inimica legum tyrannis infenſiſſima exoritur, libertatis vſurpatrix, quietis turbatrix, vitæ, necisq; ſubditorum domina. Quommodò fieri poteſt, vt qui inquiſſimis, ac violentis artibus Imperium occuparit, ijsdem demùm probis regat, ac moderetur? Et qui auxiliatoribus vnquàm ſatisfacere poterit, niſi cæteri proprijs facultatibus, ac dignitatibus expollentur? Et ideò, cum multos offenderit, eum, qui cædem pluribus parauerit, timore ſemper angi eſt neceſſe. Imp jſſ mus Tyrannus ſuam tantùm ante occulos propoſitam habebit vtilitatem, commodisq; quaſi perpetuis delicijs, fruetur. Dominatus ſuperbus, viri fortes odio erunt, viritute præditi ſat infenſi. Dum machinationes, atq; inſidias ſibi metuet, factiones inter potentes, ac plebem fouebit, ne contra ſe conſpirent, vectigalibus, ac tributis populos ob expenſas militumq; manum nimium certè grauabit, ſubditorum facultates extenuabit, vt ſublimiores animi ad ſublimiora nequeant aſpirare; Inermes habebit ſubditos, qui minus res valeant innouare; omne ſtudium, omnesq; artes prohibebit, quæ ſocietatem inducunt; vario occupationum, moleſtiarumq; genere populi multitudinem detinebit, ne ſeruitutis iugum excutiãt, nobiliores deprimet, digniores aliò dimittet, & tandem id omne ſuum erit ſtudium, vt ſubditorum animum multiplici arte proſternat, quibus enim humilis eſt animus, hi nec audent, nec ſatis ſibi vnquàm fidunt, & qui minimè pollent, noua nec meditantur, nec moliuntur. Sub Ty-

Qui praui effectus cõſequantur.

ranno

Digitized by Google

ranno erunt criminationes,feritates propemodùm innumeræ. Nobilem eſſe, aut diuitem, aut virtute excultum læſæ quaſi Maieſtatis reus habebitur;gratiarum tolletur vſus; priuilegia euaneſcent,euertentur leges, ſolùm præmijs afficientur accuſatores,delatores,ſæpè famuli contra Dominum corrupti; ſæpè ab amicis ij oppreſſi, quibus iàm defuere inimici. Vndiq́, erunt cruciatus,vndiq́; dolores,ciuitateſq́; honoribus expoliatæ, ac funeſto tantùm ſanguine deturpatæ.

Perniciofæ ſemper mutationes.

Pernicioſas itaq́; cunctis Populis eſſe mutationes, & noua molientibus pernicioſiores haud me fugit; hi enim ſummo ſcelere turpitudinem,infamiam,ſuiq́; iacturam mercantur; ſi ob diuerſa diſcrimina, quæ tùm in contextu, tùm in executione coniurationis ſubit potens Aulicus, tàm exitioſa videtur coniuratio,quò magis exitialis Principatus erit mutatio, quæ cum ſolum occupationis finem habeat,aut Imperij euerſionem, maioribus ſempèr obnoxia eſt periculis, maioribuſq́; euentibus. Vndè alios mole ſua ruere,vt Seianus,alios concidere, quaſi ob ſuam vertiginem,vt Brutus,& Caſſius, alioſq́; poſt executionẽ ſe,ſuaq́; perdere,vt Otho,& Vitellius, eſt neceſſe. Illud certiſſimum eſt,pauciſſimos eò proceſſiſſe,qui mutationem viderint, immò mortem tandèm non ſubierint.

Difficilis eſt etiã mutatio

Periculoſa quidèm res eſt,& vndiq́; exitioſa mutatio,ſed peræquè difficilis;tot enim vſui eſſe debent, vt ſimul eodem tempore eſſe non poſſint,& tamèn ſi horum quid defuerit, totum machinamentum corruere eſt neceſſe. Peruerſis, iniquiſq́; rationibus vir ſagax Populum ad noua quidèm poterit pertrahere,ſed, vt breui annorum curriculo optatum ex ijs fructum valeat exerpere,vix vnquàm fieri poſſe credo; tàm diuturnum licet temporis interuallum ad hæc omnia perpetranda ſufficere poſſe quis affirmarit, cum tamèn nouatores eorum, quæ plus æquo concupiſcunt,admodùm impacientes ſint, in ijs rebus maximè falluntur,& ità,quæ moliuntur, ad exitum nequeunt perducere.

Nulla ratio, qua niti poſſunt Nouatores.

Quibus verò innixi rationibus tàm atrox, ſceleſtumq́; facinus hi admittant, penitus ignoro;ſi ſola euerſionis cupiditate ducuntur,nonnè ſibi viam,qua ſe,ſuaq́, perdant, ſtruere ſe præcipitem vident? ſi ſolo libertatis excitati fulgore, nonnè grauiſſimis malis,ac oppreſionibus aditum aperire cognoſcunt? ſi, vt à moleſtijs,ac vexationibus ſe eximant,nonnè quò magis ab ijs inuolucris ſe extricare conantur, magis etiàm ſe implicari abſq́; vlla libertatis ſpe vident? Si Princeps viribus excellit, exindè tanquàm laceſſitus acerbior erit, atq́; ſeruerior. Si oppreſſus vndiq́; erit,in nouo conſtituendo Imperio grauiſſimę ſeditiones adultæ conflagrabunt; & ſi libertatis oppreſſor tyrannidem

Digitized by Google

ſidem occuparit, in duriorem ſeruitutem ſubditos, tanquàm ſuſpectos, vindicabit, ne eadem aduerſus ſe, quæ ipſe contra alios, machinentur. Nec quidquam tanti eſſe cognoſco, quod ad tàm audax flagitium audacem quemq; virum debeat commouere; Non contumelia certè, non odium, vti enim niues, grandinesq; feruntur, ità etiàm Principes. Nimia eſt Principis ſublimitas, precibus lenienda potiùs, quàm vltione conquirenda. Non metus, cum communis omnium Parentis vices gerere debeat Princeps, ad quem populorum ſcelera punire non iniquè ſpectat. Non contemptus, cùm in tantum contemptũ incidere nequeat, quin illum decor ſeruet, atq; maieſtas. Si hanc mutationem ſummo ſtudio voluerit exercitus Dux, aut alicuius Regni Præfectus, non tàm citò arma mouebit, quin ſe priùs ab ijs circumſeptum, quam inuadentem viderit; Si affinitatibus, rerumq; ſtudeat machinamentis, ſtatim atq; eius animus fuerit cognitus, omnium beneuolentia in immortale odiũ conuertetur. Si tantas vires ſibi ineſſe crediderit, vt pro ſui arbitrio Principis animum diſponat, confeſtim preſto illi erit ſui exitium. Si originem à rebellibus ducat, nouæ quidem machinationis ſtimulus addetur. Plura tamèn perditorum hominum, qui eum frænabunt, erunt exẽpla. Si ſanguinis affinitate ſit coniunctus, cur à tanto ſcelere non compeſcit affinitas? Quę ergo nimia audacia animum tàm acriter extimulat? At quis libere ſibi perſuaderi feret tot ruinas inuicem complicatas? Nõ omnes quidèm Veſpaſiani ſunt nacti fortunam tot felicibus euentibus fortunati; nec omnes Muciani ſunt tàm in perſuadendo efficaces, ac ope ferenda prompti, nec tàm proni omnes ad ſtatus mutationem, vt tunc Romanorũ erat; Neceſſitatẽ ne fore dicemus? At hęc tanti non erit, vt ad mortem quempiam, aut ad perpetuæ infamiæ dedecus poſſit cogere. Nullum certè fundamentum in ijs poſitum eſſe arbitror, qui pro ſua ſalute ſeditiones concitant, qui ex rixis, & diſſenſionibus dignitates ſe poſſe conſequi ſperant, qui leues, inconſtantes, rerum nouarum cupidi, periculorum, amici, inueteratisq; ſunt corrupti odijs, hi enim ad omnem euentum, ad omnę periculum terga vertunt, ad ſui tantùm cautelam intenti. neq; haſce fauere rerum opportunitates cenſerem, dùm nunquàm ſibi ſtabilis plebis ſeditio perpetua nutat inconſtantia, dumq; furor breuis; at ſubeunte metu omnes ad amicitiæ nexum feſtinant, in vanum recidunt patrocinia, ac naturali ſubeunte reuerentia furor, primo metu ceſſante, diſiſtit; Quid hinc poſteà? Sibi nè hic finget, etiàm ſi omnium in ſe propenſos videat animos, ambitioſa ſe veſtigia fixurum? Tyrannica retenta mente, ab omnibus deſertum iri non animaduertet? beneficiorum imagines penitùs deletas

Cõſideratur nullam rem poſſi cogere aliquem ad mutationem

Tt aper-

apertiſſimè non conſpiciat? In animum ſuum inducet, etiam ſi conſtantes videret factiones, eas nihilominus in ſuo perſeueraturas voto? Multa ſanè exiguntur, quæ tàm citò nequeunt congeri; Auctoritas haud mediocris, exquiſita Prudentia, exacta cautela, vigilantia aſſidua, inuictus animus, perſeuerantia firma, & plurima alia tot quidèm, ac tanta, vt eorum minimo defectu felicem vix exitum ſortiri poſſe crediderim.

Quàm ſæpè factionibus in Imperia ſeditiones errumpant.

CAPVT XVIII.

SVbditorum pars Aulæ officijs, pars domeſticis tantùm rebus intenta; atq; ideò illi ſæpè factionibus turbulentas commouent tempeſtates, hi verò diſſidijs procellas excitant, quæ diſſolutū, ac pęnè diſſipatum Reipublicæ nauigium immergunt. Inter primas, internasq; euertendi Imperij cauſas hæ factiones ennumerātur. Bellum aut cum exteris, aut inter Principem, & Subditum, aut inter vnam, alteramuè Imperij partem committitur; & ea certe bella, quæ inter Principem, & Subditum geruntur, rebelliones nuncupantur, quæ inter ciuitatis partes ſeditionum nomina ſortitæ ſunt. Hæ aliquandò factiones fiunt, cum tota contentione priuatæ, illuſtresq; familiæ ad arma vocantur. Quod ſi diſſidium, ſiuè honoris, ſiuè vitæ, ſiue ambitionis gratia pullularit, cum tamèn alios ad ſui ſocietatem minimè aduocet, ſeditionis potius fomes, ac rixa, quæ Principis auctoritate tollitur, quàm factio dicetur; At, ſi eius obfirmentur vires, ſociosq; quibus vigorem, roburq; ſibi addat, omninò prouocet, erit ſeditio, quæ Principi iacturam affert non mediocrem. Ab omni ſæculo ferè fuiſſe tales factiones, vel ad ſe defendendum; & ſe mutuò iuuandum bonas, vel ad inuadendum aut Regnum, aut Magnates malas certiſſimum eſt. Tales in Sicilia fuerunt partium factiones, & in omni Græcia, & Dorici potiſſimùm, ac Ionici. Inter Doros erant Lacedemonij, inter Iones Athenienſes. Athenas quoq; inter tres factiones diuiſas referunt; in Paralorum ſcilicèt, Epacriorum, & Pedierum, aliquandò in duas,

Qui mutationes Reipublicæ pariunt.

Quòd diſcrimen inter ſeditionem, at rixam.

Variæ populorum ſeditiones.

duas, Thucidis vnam, Periclis alteram, aut in Plebeiorum, cui Polyarchon, & Optimatum, cui Caſſander præerat; In plures etiam nonnunquã diuidebantur; & Theſſaliæ factiones diuiſæ in Egeſtaretes, & Petleros, & in Argo Ariſtippi, & Ariſtei; Apud Mileſios vna Plutis, altera Cheromaca factio fuit; ſicut apud Carthaginenſes, Braehina, & Hannonis Athenienſium, & Lacedemoniorum partes, & factiones Græciam perdiderunt, his Ariſtocratiam, illis Democritiam in ciuitatibus conſtituere laborantibus. Vario diſſenſu commotus eſt Senatus, Populusq; Romanus; ciuilis indè exitioſa, & crudelis ſeditio diuiſa in diuerſas partes Cæſaris, & Pompei rei Romanę ſtatum pęne euerſum proſtrauit; Hinc vnius Iulij Cæſaris ſubſecutum eſt Imperium, ſui ipſius viribus Romana pereunte Republica. Nunquàm enim diſcordiarum exitus inter claros, & potentes viros ſolet eſſe, niſi, aut vniuerſus interitus, aut Victoris dominatus, & regimen. Valachorum duæ factiones, vna Danorum, altera Dracularum alijs Principibus occaſionem præbuerè, per quam ſe ſubiecere; Cum enim Draculæ contra Danos viribus eſſent impares, atq; ab illis multifariam opprimerentur, Turcarum depopoſcere ſubſidium, quorum armis validiores effecti, Danos pęnè ad internicionem dederunt; Danis verò Ioannes Huniades Hungarorum Imperio fretus, opem ferens, non tám illos ab imminenti retraxit diſcrimine, quàm ſibi celebriorem famam, ac opes comparauit, quippè qui Danorum agros ex poteſtate Turcarum ereptos, & ſibi, & poſteris ſuis perpetua poſſeſsione retinendos occupauit. Ianuenſes, qui cuncta maria quondam peruagati, relictis vbiq; victoriarum monumentis, cæteris nationibus quacumq; temporum differentia nauali gloria excelluerant, cum inteſtinas ſeditiones, ac diſsidia moliti ſunt, ſæuiſſimis factionum procellis vexati ſe ſe in Sfortianorum clientelam commendarunt. Memorandæ, horrendæq; Gibellinorum, & Guelphorum factiones in Imperio, & Italia maximè ſub Federico Imperatore à duobus fratribus propagatæ fuere; Quorum Guelphus Pontifici, Gibel Imperatori militabat tanta inſania, vt non ſolum diuerſa haberint inſignia militaria, ſed etiã colores, veſtitus, habitus ipſi, hominis inceſſus, digitorum concrepitus, & oris hiatus diuerſarum partium diuerſum paritèr ſenſum haberent. Apud Piſtorienſes duæ aliæ factiones commemorantur, Alborum videlicèt, & Nigrorum, ex quibus quot importatæ clades, mutuæq; quin etiàm profligationes, quæ non ſe tantum intra domeſticos parietes continuerunt, ſed poſteà etiam ad Florentinos, ac Lucenſes ſunt deriuatæ. Maximum Anglicani regni detrimentum nullus profectò ignorat, atq; ex factionibus, quas partialitates domorum vocant, ſiuè familia-

Ianuẽſes ob diſcordiã factionibus agitati.

ſum Lancaſtri,& Iorez,ortum habuiſſe quiſq; cognoſcit. Gallicæ etiam nonnè duarum familiarum Aureliç videlicet & Burgundiæ partes quàm maximè nocuerunt, cum horum factio iã inter Ludouicum Ducem Aureliacenſem, fratrem Caroli VI. Regis Gallorum, & Ioannem Ducem Burgundiæ eſſet inchoata,quot enim indè tumultus, clades, cædes ad ſexaginta vſq; annos protractæ?

Remedia cõtra hoc venenum.

Cum ergo hæ factiones ſint quædam perditorum hominum ad malum conſpiratæ voluntates,occultæ priùs, & poſteà paulatim ex quotidianis hominum incrementis patentes, conſilia quædam, ac ſecreta concilibula priuatorum hominum prohibeat Princeps,quæ ſub alterius mentitæ cauſæ ſpecie ſolent cõcedi. Heluetij ſancitis fœderibus ſuis Rebus publicis poſt expulſos Principes cauerunt, ne qui ex fœderatis cum alijs non comprehenſis ineant ſocietatem. Galliæ quoq; Reges Comitiorum habito conſilio prohibuerunt omnibus Regnicolis, & ſubditis,criminis læſæ maieſtatis pœna adhibita, ne ſocietatem, ſiuè linguam inirent cum alijs Principibus extraneis,neuè mutua ſermonis communicatione litteras darent, & acciperent ſine aperta Regis facultate. Præterea Nobilium contentiones, & partes,quas nunc dicunt partialitates legibus expreſsè latis prohibeantur à Principe; Hæ enim Populares omnes varias in partes facilè diuidunt. Mecenas Auguſti Cæſaris familiariſſimus Cæſari Auguſto amicitiarum omnium,ac ambitioſorum certaminum euerſionem ſuaſit,adeò vt nec nomina vana, nec quidpiam aliud,ex quo diſſidia oriri poſſunt,permitteretur, & ſi fortaſsè aliqua emergerent, ipſis exordijs comprimerentur. Arbitrantur quidam,legem illam Solonis, ad factionum,& cõiurationum remedia ſpectare,ea enim ſub capitali pœna in ſeditionibus, ac factionibus alterutram partem ſequi iubentur ciues,nàm ſi ob diſcordiam,diſſenſionemq; ſeditio, atq; diſſenſio Populi in duas partes fieret, ob eamq; cauſam commotis animis vtrimq; aſſumerentur arma,tùm qui eo tempore,eoq; ciuilis diſcordiæ caſu alterutri parti ſe ſe non adiunxerit, ſed ſolus, ac ſeperatus à communi ciuitatis diſcrimine ſeceſſerit, eum domo,patria,fortuniſq; omnibus carere, exulemq; tandem eſſe decreuit; Quam legem quidam non adaugendam,ſed ad finiẽdam ſeditionem pertinere arbitrabatur; Quià,ſi boni,qui principio coercendæ ſeditionis impares fuerint,Populumq; percitũ ira,amentemq; non deterruerint,ab alterutra parte temperare, ac regi cœperint,concordia per eos reſtitui,conciliariq; poteſt, dum ſuos,apud quos ſunt,regunt, ac mulcent, & aduerſarios magis ſeruatos cupiunt,quàm perditos. Nonnulli etiàm repeRiuntur, qui hanc quoq; legem ad priuatorum ciuium commo-

Solonis lex ad remediũ factionum excuſſa.

dum

dum ſpectare arbitrantur,ne, ſi ſingularis quis neutram partem ſequatur,exponatur prædæ, & inimicitijs vtriusq; partis, & factionis,& nimirum concordantibus vtrisq; factionis partibus, ſit vtriq; odio,& omnibus infenſus,tanquàm qui illorum malis lætetur. Quod etiàm accidit his,qui pugnantibus vicinis, ſpectatorem agentes neutram partem ſequuntur, ſi quidèm in fædere inter diſſidentes inito hi non comprehenduntur,& ità prędæ relinquuntur,vt,ſi ab alijs inuadantur, abſq; bellicarum virium præſidio relinquantur. Alij putant,illam legem populari ſtatui conuenire,in quo in medio ciuilis belli incendio neutram partem fouere periculoſiſſimum putatur, cum quædam tertiæ factionis ſuſpicio induci poſſe videatur. Alijs pluribus Solonis lex melior iudicio videtur in omnibus reijcienda, ſiuè de factione in Democritia,vel in alia ſpecie Reipublicæ ſuborta agatur, nā lex iſta oretenus ab ipſo Solone approbatur,factis verò reprobata videtur, ſeditione enim inter vrbanos, & agreſtes maritimos exorta,& neutrarum ſe partium fecit. Illud certum bellum non eſſe legitimum,quod inter ſe gerunt ciues, ideò qui ſe ſeditioſis minimè iunxerit, hoſtilitatis nequaquàm argui poſſe crediderim. Neutri detrahere debet in cauſa, & animo incerto. Aiunt gloriari ſolitum Q. Hortenſium, quod nunquā ciuili bello interfuerit; Quomodò enim vir bonus excandeſcentibus factionibus incendio mederi,ac opem ferre poterit? Eliget hic ſemper oppidum à bello vacuum,dùm hæc decernūtur,ea tamen conditione, ne ad turpem cauſam propenſior videatur.

Communiores ſeditionum Cauſæ afferuntur.

CAPUT XIX.

Duę ſeditionis Cauſæ.

PLato Philoſophorum præſtantiſſimus ſeditiones omnes in ciuitate oriri,vel ex nimia rerum copia, vel etiàm inopia affirmat, quemadmodum pariter in corpore Phyſico varia morborum genera, vel ex nimia cibi repletione, vel certè ex inanitione oriuntur. Opulentia enim deſſidiam, delicias,rerumq; nouarum ſtudium parit; inopia cum rerum innouatione illiberalitatē, & maleficia gignit;& in omnibus inæqualitatis opinio ſeditio-

num omnium habet radices. Nobiles, opulenti, immò plebei ambitionis, vel auaritiæ crimine trahuntur, & ideò non ſatis ſibi eſſe honorum, aut rerum, aut ab illis excludi queruntur, aut iniuriarum ducuntur vindicta. Hæ enim aliorum mentes ad commouendas factiones, ſeditiones, & tollendas Rerumpublicarum ſtatus protraxerunt, vt ex animo alij ſubrogarentur. In ciuitate, Principatu, ac vbiq; inter ſe longè paupertas, diuitiæ, virtus, ac vitium, nobilitas, ac Plebs diſſident, interdùm etiàm contẽtiones ex grauioribus, interdùm ex leuiſſimis cauſis enaſcuntur, quas demùm vniuerſum Reipublicæ excidium conſequitur. Nec dubium eſt, in ciuilibus diſcordijs Rempublicam ab vtraq; parte detrimentum capere, & labefactari, & quamuis Reipublicæ exitium expreſsè, vel directè non intendatur, ſummopere tamèn illam lædi preclarè conſtat. Omnia enim in bellis ciuilibus miſera; ſed miſerius nihil, quàm ipſa victoria, quam ſi etiàm meliores reportent, ferociores tamèn, impotentioresq; redduntur, vt etiamſi natura tales non ſint, neceſſitate tamen ipſa cogantur. Quomodò deſperatę vitæ homo, qui ſibi mortem conſciſcat, alijs parcet, ſi ſibi ipſi non parcit? Quomodò ab aliorum cæde manum temperabit, ſi proprijs manibus ſuam mortem affectat? Sic corpus ciuile tunc magis debilitatur, ac frangitur, dùm bellis ciuilibus ſibi ipſi crudeliter infert. Idq; ſanè duplici poteſt eſſe ratione, vel quandò in Principem, qui ſocietatis eſt caput, vel inter ſe populus arma mouet, vtrumq; enim pugnantibus eſt exitioſum, & extremam adueniet populorum perniciem; Hinc in Rebuſplicis miſerum eſt videre proſcriptiones innoxiorum ob diuitias, cruciatus virorũ illuſtrium, ampliſſimas vrbes fuga, ac cædibus vaſtari, afflictorũ ciuium facultates, quaſi prædam vẽditari, donari, ac proculcari. Quid etiàm naturę legibus turpius, quam cum eo bellum gerere, quocum familiariter vixeris? Sed, quod miſeriæ caput eſt, plerumq; diſcordiæ, & ſeditiones tàm crudeliter exardeſcunt, vt cum illis tandem omnis Reipublicæ ſtatus euertatur; Etenim per diſcordias ciuiles Reipublicę compagines ſtatim diſſoluuntur, & viam ad ſubijciendos iàm debilitatos facilem hoſtibus aperiunt; Sic nauis tabulatis compoſitè compactis, & coniunctis infinita propemodum maris pericula, ſyrtes, & cautes ſuperat, at vbi tabularum compagines reuulſæ, ac diſſolutæ ſunt, per rimas, ac fixuras paulatim penitrans vnda in profundum, & ipſam, & vectores, & nautas demerget, & ſicut rariores vndantium fluctuum guttæ, ſubmerſioni dant initium, & niſi citiſſimè iungantur aſſeres, interitus cauſa importatur, ſic leuibus quoq; ab initio cauſis, Reipublicæ niſi citò occurſatur, aut mutationẽ, aut ſubmerſionem adferũt; ſolent autẽ ex ſeditionibus, ac factionibus exoriri.

Seditionum ruinæ.

De

De cauſis ſeditionum proximioribus, maximè ex ſuperſtitione, ſiuè praua Religione prouenientibus.

CAPVT XX.

LAethalis omninò ſeditionis morbus eſt, qui ex prauæ Religionis ſuſpicione ſuam trahit originem: Ex infimis enim animi penetralibus eius ratio deducitur, & ad omnia fanda, infandaq; compellit, neq; deſinit, quamdiù mentes à ſuperſtitionibus obſidentur. Et certè à nulla re maius periculum Imperijs, ac ſceptris, quàm ab innouata, aut inſidioſè ſimulata Religione procedit.

Quare ſimulata Religio ſit Reipublicæ pernicioſa.

Principes enim huiuſcemodi maximè animos plebis commouent, & ficta pietatis ſpecie, quò volunt, impellunt. Eunus olim in Sicilia fuit natalium conditione ſeruus, qui phanatico furore ſimulato, dùm expenſas Syreæ Deę comas iactat, ad libertatem, & ad arma ſeruos, quaſi numinum Imperio concitauit, ſexaginta amplius millium exercitu coacto, palàm Regem ſeferens, Siciliam totam ſubegerat, niſi difficulter tantum ardorem Romana potentia compreſſiſſet. Quid Pſeudopropheta ille Aegyptius ſub Claudio? qui in Iudæa hax ipſa pietatis ſpecie ad triginta millia hominum ſibi adiunxit, cum ijs Hieroſolimā petijt, arcem, & Regni ſolium occupaturus, niſi à Floro Præſide, qui obuiam egreſſus erat, acie victus, cæſusq; morte ipſa furori ceſſiſſet. Non abſimile Marici illius periculum ſub Vitellio fuit, qui Galliarum aſſertor, & Deus (id ſibi nomen indiderat) concitis octo millibus hominum, proximos Eduorum pagos trahebat, maiora & ipſe auſurus, ni tumultuaria multitudo delecto milite oppreſſa, & diſſipata fuiſſet. Quid Elmahele in Affirica? is mira ſanctitatis opinione, conciliata gente, bellum ſuo, & Marocenſium Regi (Abrahamus tunc erat) palàm intulit, acie vicit, regno, & vita ſpoliauit. Nec diſſimilis fraudis, & fati in eadem Aphrica impius alius (Chimen Mennal vocabatur) qui rituum, & Religionis vanitate illectum Populum in Regem Feſſæ concitauit, pēdere tributum vetuit, deniq; per aperta cò adegit, vt Temeſinæ Regnum pacto ſibi traderet. Apud Turcas ipſos nonnè aliquoties res hoc prætextu mota? fuit Schætocu-

lis

lis quidam ſimulatæ ſanctimoniæ vir, & hac mente in ſolicitudinibus plerumq; agitans, cui ipſe Princeps Turcarum Baiazetes munuſcula parua mittere in ſpeluncam piæ quodam deuotionis affectu ſolebat. Is, vbi grauem, ac maturum aſpectum poſt ſeptem annos prodit, nouam ſerere ſectam conatus, aſſeclasq; ad ſe trahit, cum quibus opulentas aliquot Aſiæ ciuitates occupat, & diripit, ipſumq; Baſſam Natoliæ iuſto prælio vicit, immò paulo poſt Corcutem quoq; Baiazetis filium, mox alium Baſſam cum robuſtis copijs aduentatem, quid plura? Rẽ Turcicam ad ſummum aduocat diſcrimen, atq; in Perſarum fines deflectit, quorum Rex eidem pariter ſectæ erat addictus; Ea enim Sophilariorum ſecta eſt, quæ inter vtramq; gentem etiàm nunc præcipua belli cauſa eſt. Sed cum in via Carauanã quandam Perſicam (agmen viantium ità vocant) milites eius inuaſiſſent, ac diripuiſſent, pleriſq; viatorum cæſis, ità ægrè Iſmael Sophi Perſarum Rex id tulit, vt ipſum, perfectosq; eius omnes illicò trucipandos ſatellitibus ſuis obiecerit, reliquo eorum numero in ſeruitutem aſcito, atq; varia per loca diuiſo. Quid in Creta inſula? Iudæus nonum quendam moſen ſe terris adeſſe, delapſumq; è cælo effinxit, vt Cretenſes à diuturna ſeruitute liberaret, oppidatim ergò circum it, omnes ad relinquẽdas opes, amicos, & quæq; alia commonet, eorum ſe Ducem in promiſſam terram exibet, additq; veteris illius moſis exemplo, ſe cum eis facillimè mare ſuis pedibus ſuperaturum; Immenſa gentiũ multitudo, ętas omnis, omnis ſexus plus nimio credũt, & citiſſimè ad promontoriũ cõueniũt perfido illo viro Duce; Idẽtidem vocibus popularibus repetentibus; Itur in beatam terram, ipſe deſilire iubet, & in aquas deturbari, quod à plurimis inſana confidẽtia factũ, qui ſtatim merſi fuere, paucis eorũ ſcaphis piſcatorijs exceptis. Caput ipſũ ſceleris nunquã comparuit, ſiue homo, ſiuè humana ſpecie Genius malus fuerit. Iure itaq; eſt concludendũ, nihil in ſpeciẽ fallacius, quàm prauam Religionem, vbi Deorum numen prætenditur ſceleribus velamẽtũ.

Praua Religio bello exitioſior.

Quæ

Quæ mala, quantaq; ſeditiones ex Religionum diſsimilitudine emergant.

CAPVT XXI.

PLurima bellorum, calamitatum, ac ſeditionũ mala, aut à Religione, aut à Religionis prætextu eſſe videntur. Duplex etiàm hominum genus reperitur, quod Religionẽ iudicat, ſuisq; diſciplinis ità homines imbuit, vt facilè ad ſeditiones prolabuntur. Quidã multitudinem, ac varietatem opinionum, crebramq; mutationem importuno conſilio perpendentes, omnem penitus Religionem contemnunt, libros tamen criticos, ac certamina comparant, ac legunt, vt alienis litibus animos depaſcant, Religionem tanquàm inanes fabulas, & terriculamenta ad hominum animos perterrendos excogitata rident; Hi inani, terrenéq; inflati gloria conqueruntur communem tranquillitatem Religionis diuerſitate perturbari; Hos ego impios dixerim, & omnibus Hæreticis nefandiores; Praua enim hæreticorum mens in vnum tantum, aut plures, ſed non in omnes errores impellit, hi verò omnem veritatem omnemq; fidem ſpernunt, & planè Atheiſmum perſuadent, magisq; veritati obſiſtunt. Cuius cauſam duplicem dixerim; Prior rerum credendarum altitudo, ac myſteriorum profunditas; Altera, quiã omnis vera Religio leges, cerimoniasq; aliquas colit, quibus animi demiſſio, & patientia grauiter, & religiosè exercentur, quæq; libertati, ac ſuberbiæ humanæ, quæ ſuę dignitatis eſt retinentiſſima, repugnare videtur. Inter hos etiã illos recenſeo, qui certum Religionis cultum profitentur, ſed tantùm ſui commodi gratia, aliam verò Religionem, à qua capitaliſſimè cõſortes ſuos differre norunt, interdùm infeſtiſſimè perſequuntur, interdùm verò, tanquàm veram ſimulata mente fatentur; ità olim Bucinus, & alijs fecere; Alterum eſt genus hominum, vehemens, aſperum, Zeloticum, opinionum ſuarum tenaciſſime amans, propagandæ Religionis, cui adhæſit, auidũ; Huius generis ſunt ferè hodie Lutherani, qui voluptatem tuentur, & Caluiniani; Inter hos religio iactatur; diſcordiarum, odiorum, bellorumq; ciuilium funeſtiſſimam cauſam, ob id ſuas ſemper adhibuerunt vires, vt Principum penitùs diſſoluerent

Quomodo multitudo Religionis nomine cõcitetur.

Quænam in bello ſint diſcordiarum Cauſæ, & origines.

auctoritatem, maieſtatemq́; minuerent, quæ ſi reſoluta fuerit, Imperij fulcra tolluntur, Principatus nerui debilitantur; ex quibus impunitatis ſpe pacē rumpit audacia, & illecebra illa multos ſenſim trahit, vt iam auctoritatem in ſe habeant, opes, belli neruos, pacis ornamenta, atq; arma euertere, atterere, peſſumdare conantur, Eccleſiarum prædia, poſſeſſiones, ornamenta in prophanos conuertunt vſus, impediunt, ne ius dicatur, ne Iuſtitia vindicem, aut executorem habere queat; qui labor, quodq́; ſtudium à ſectarijs miniſtris in Germania fuit, vt omnia tribunalia, niſi, quæ ipſi erigerent, è medio tollerentur? qui igitur pax in hac Religionis diſſimilitudine ſeruari poteſt? quæ ſeditiones reprimi, ſeditionum tumultus comprimi. Hiſce abſq; tumultibus Regna, ac Principatus Religionem diuerſitatem ſuſtinere nequeunt. Vbi voluntates, ac leges inter ſe quam maximè diſſentiunt, ibi etiàm perturbatum eſſe Reipublicæ ſtatum neceſſe eſt; Bellum perpetuum ſpiritale erit, quomodò igitur eſſe poteſt pax temporalis, dum eam quoq; ſpiritale bellum affligit? Nempè leges Eccleſiæ ad concionem, ad myſteriorum celebrationem, ad preces, & ieiunia vocabunt; Quid faciet hic Princeps, ſi Caluinianum, aut Lutheranum nempè ad curiam, venationem, viarum refectionem, cædenda ligna, aliaq́; coget, quibus à templo penitùs auocetur? Hic, quem Dominum, repugnante conſcientia, habebit? ſi enim Principis auctoritatem ſubditus negligit, iàm pax politica interibit; ſi legem Eccleſiæ poſtponat, edicto Principis repugnat conſcientia. Quid tandèm ſupereſt, niſi vt arma expediantur. Si Principi parebunt, quia iuſta religio eſt non Dei, ſed purpuræ cultus, qui ab inuitis exprimitur. Quæ verò pax, ſi cogi ſe ſubditus ſentiat, vt opinioni Principis vitam, atq; ſalutem impendat? Experientia docet, Religionis diſſidia ſeditiones excitare, pacemq́; Reipublicæ perturbare. Non prauo duntaxat, ſed ſtulto etiàm conſilio triſtiſſimo euentu Reges Egyptiorum varia Deorum, & opinionum monſtra induxerunt, vt perpetuo diſſidio, & pugnis inter ſe dimicantes conſpirare nunquàm poſſint. Prauum planè, & Tyrannicum ſubditorum ſanguine, & quaſi gladiatorijs ſpectaculis ſceptrum ſtabilire velle, & maieſtatis cauſas, quæ ſalute, & incolumitate omnium inſtituta eſt, vitam populi, ſalutem euerti. Longè profectò amentes illi Principes errant, quorum Diadema ſine ſuorum ſanguine ſtare non poſſe ſibi perſuadent; Immò & miseræ gentes, quæ, ne conſpirarent, pugnare cogebantur. Tot corpora raptabantur, ne fatalis faſcia concideret, Religio mutata ſemper Imperia mutauit; Traxit primò Orientem, & Occidentem Religio, deinde orta ex diſputationibus bella ſeparauerunt. A Caroli magni tempore vix hæreſis aliqua, quæ bella

Recenſentur mala ex diuerſitate Religionis prouenientia.

non

Digitized by Google

non excitaret. Quas clades dedit Henricorum temporibus hęreſis ſimoniana? deindè Albigenſes, cæteriq; & Proauorũ memoria Huſſitę nonnè magis eccleſiam afflixerunt. Agreſtium in Germania accenſus furor, & ſuo ſanguine extinctus; Principum in Cæſarem bellum, Brandeburgica vaſtitas, Bella Argentinẽſia, Colonienſia, Belgica, Francica, Strigonoticæ crudelitates, Anglicanæ lanienæ, & Scoticæ, Suetica rebellio, Tranſiluanicę vaſtationes, Vngaricæ clades, Suinglianæ in Heluetijs acies, & funeſta modo bella, ac cruenta Germanica edocent, non poſſe conſiſtere pacem, immò turbari ciuitates, euertiq; Imperia, vbi Religionum extant diſſidia.

De extraneorum admiſſione præcipua ſeditionum Cauſa.

CAPUT XXII.

Ciuitas nõ ex qualibet multitudine conflata.

SEditiones ex vicinis populis in ciuitatem facile admiſſis ſolent exoriri; initio enim aduenarum animi cum ciuium voluntatibus malè conueniunt, donec eundem planè mẽtis ſenſum aſſumant. Quod ex morum diuerſitate, ex odio, & inuidia felicitatis aduenarum ſæpè contingit; Quæ omnia cũ aduenæ pati nequeant, contentiones, quę ſæpè ad conflictus rem deducunt, enaſcuntur, & ideò inter ſe confligantur, donec alterutri dominentur, & alios excludendo libero ſceptro potiantur. Neq; enim ciuitas ex qualibet coarceruata hominum multitudine conflatur, nec omnes, qui in vrbe ſunt, ciues ſunt, aut municipes. Ciuitas ſocietatem morum, legum, ac voluntatum habet. Peregrini, & aduenæ diù cunctantur, antequàm alienis moribus queant aſſueſcere, & ſuis magis applaudunt, & proindè ex prauis moribus, legibus, & voluntatibus oriri neceſſe eſt diſcordias, & ſeditiones, quæ fortioribus palmã dantes, in debiliorum perniciem, & ruinam Imperium confirment. Obſeruatum ſemper eſt vndiq;, omnes, qui inquilinos, & aduenas receperunt, fuiſſe ſeditionibus oppreſſos. Teutones, Belgæ cucullati fratres dicti in ciuitate Stocholmia, celeberrimo Sueciæ Imperio, quo ab æs alienum confugerant, tempore Regis Alberti ſeditionem maximam excitarunt, conditis enim in indigenas comitijs, quorum ſunt impatientiſſimi, Succos ad rixas, & ad lites adeò ferociter prouocauere, vt demùm apud

Non omnes, qui in Vrbe ſunt, Ciues ſunt.

Aduenarum receptores ſeditionibus iactati.

Regem

Digitized by Google

Regem delatos, vita, ac fortunis ſpoliarent: ex commercijs, ac negotiationibus origo odij emerſit, quorum lucra ad ſe ſolos alienigenæ transferre conabantur, nulla reliquorum ciuium æſtimatione facta, & tandèm Teutones ipſi imparatos, ac improuidos Senones adorti, partim necarunt, partim grauiſſimis affectos tormentis combuſſerunt; Mortuo Senono Segorgeorũ Rege, qui poteſtatem Græcis dederat condendi Maſſiliam vrbẽ, Regulum quemdam Compano eius filio dixiſſe memoriæ proditum eſt, quandoq; Maſſiliam finitimis populis exitio futuram, opprimendamq; in ipſo ortu, ne mox validior effecta ipſos opprimeret, & perſuadendæ rei aptam fabulam ſubieciſſe, canem aliquando partu grauidam locum à Paſtore precariò petijſſe, in quo pareret, quo iam habito, iterùm petijſſe, vt ſibi educare in eodem loco catulos liceret, vtq; conceſſo, peperiſſe, educaſſe, & adultis catulis fultam domeſtico præſidio proprietatem loci ſibi vindicaſſe: Hinc arguebat non aliter Maſſilienſes, qui tunc inquilini videbantur, & peregrini, aliquando Regni dominos futuros ipſos Regni Dominos oppreſſuros, vel eiecturos.

Timendi amici, & auxiliares copiæ.

Nec ſolum ab hoſpitibus, & peregrinis in regionem admiſſis mala imminent Reipublicæ, verùm etiàm ex amicis ipſis, ac ſocijs, & auxiliatoribus copijs, quæ ad vrbis præſidium ſunt introductæ, quippè quæ extraneæ pedetentim Ciuium occupant libertatem; nàm ſi auxiliares milites locis aſſueſcant, horumq; dulcedine capiantur, fortiores exiſtentes, incolas, & indigenas ſuis ſedibus pellunt, vt Eduis, & Aruernis in Gallia contingit, cum Secanis factionibus mutuò bellantibus, & contendentibus de Principatu; Aduocatus enim in auxilium Arioviſtus cum valida militum manu Germanorum, a Secanis, & Aruernis Eduis attritis, Secanorum ſibi agros vſurpauit, & ibidèm ſuas ſedes delegit.

Remedia ſeditionum.

Contraria fortaſſe hiſce ſeditionum tumultibus remedia erunt, vt videlicet Peregrinorum Magiſtratus non creentur, aut non admittantur, aut admiſſi minime opprimantur, delectus eorum habeatur in fide, ac probitate, antequàm de Republica negotium alliquod illis demandetur, aut priuſquàm inter Municipes, ac ciues computentur.

De

De Otio, & Oratoribus ſæpenumerò Euerſionum Cauſis, et remedijs.

CAPVT XXIII.

Reſpublica ex otioſa quadam, nimiaq; ſubditorum felicitate, ſatietate, atq; indulgentia ſolet turbari; negotioſus ſemper eſt animus, atq; ideò honeſtam aliquam ſuarum cogitationum metã ſibi proponit; vacuus enim nequit eſſe, quippe qui immortali donò donatus; corrupta tamen hominum natura ad malum potius, quàm ad bonũ proniores ſummus. Sic Appium Claudium crebrò dicere ſolitum accepimus, negotium Populo Romano melius, quàm otium committi, nõ quod iucundum quietis, tranquillitatisq; ſtatum non cognoſceret, ſed quod animaduerteret, præpotentia Imperia agitatione rerum ad virtutem capeſſandam excitari, nimia quiete in ignauiam, deſidiãq; reſolui. Cartaginienſium debellato furore, ſæpè in Senatu retulit Q. Metellus, ſe penitus ignorare, an celeberrimus ille victoriæ triumphus boni plus an mali attulerit Reipublicæ, idq; affirmabat, quoniam, vt pacem reſtituendo, profuerat, ità Annibalem retrahendo, nocuerat. Eius enim tranſitu in Italiam dictitabat, dormientem iàm Populi Romani virtutem excitatã, metuiq; debere, ne acri æmulo liberata, in eundem ſomnũm deuolueretur. In eadem planè ſententia Scipionem Naſicã fuiſſe conſtat, futurum enim aſſerebat, vt à potenti hoſte liberati Romani, vel otio, & ignauia torpeſcerent, vel in ſe arma mutuò conuerterent. Quod non multò poſt Carthaginis euerſionem euenit. Tribunicijs enim Graccorum coortis furoribus, bellorum ciuilium ſemina iacta fuere, & ſi alia deſint, milites ipſi otioſi, pace impetrata, rapinis, prædationibusq; aſſueti, ſolent ſeditiones tempore pacis excitare, obſident vias, ſpoliant viatores, ceſſantibus bellicis ſtipendijs, aliundè quærunt paupertatis leuamentũm, ſicq; furtis, & rapinis in gentes deſæuiũt.

Otium quã noceat.

Quamobrem prudentiæ Principis hoc datum, ne videlicet otioſa multitudo maximè militum, pace aquiſita, impunita ſit, aut ne in otio retineatur: ſolent enim mali quidam, non ſecus

Remedia.

quàm in corpore humano morboſi humores, & herbæ noxiæ ſatis permiſtæ, in Republica ſuccreſcere, quę, niſi euellantur, putreſcunt, & ſuffocant alios, & febres, tumultus ſcilicet interdum exitiales generant in Republica. Proindè illud ſit conſilij, ſiue in hoſtes mouerit bellum, vel Amicis, vel alijs cōfederatis auxilia militaria dari, ſiuè colonias deduci iuſſerit, vt eiuſcemodi hominibus omninò libera ſit Reſpublica. Quamdiù ſuos ſubditos bellis contra hoſtes exercuit Romanum Imperium, tamdiù etiàm tranquillitatem habuit, pulſis huiuſmodi otioſi hominibus in bellum, ad quod audaciores, & pernicioſiores ſolent confluere, maximè qui metu pęnarum ſine innouatione ſe defendere in patria nequeunt, & qui prędandi libertatem ibi ſe aſſequi poſſe arbitrantur. Gallia quamdiù contra vicinos, & exteros Italos, Hiſpanos, Germanos bella geſſit, purgata ab exuberante, & bulliente militum ſanguine, febribus, ſiuè tumultibus, qui exagitarunt, ac eius ſtatum concuſſerunt, caruit. Contra, vbi pax fuit cum Gallis ab externis hoſtibus imperata, ſanguis militarium hominum exuperans, craſſus, & infectus nimio calore ebullire, & ardere cæpit, & tumultibus, ſeditionibus, rebellionibus, factionibusq; omnes eius partes concuſſit, atq; ità Galli à bellis immunes ciuilia arma in ſe, tanquā Phrenetici, conuerterunt, eaq; exorta mala, quæ glorioſiſſimorū Henrici 4. & Ludouici prudentia, ac fortitudine fuere ſedata. Turpem, atq; horridam mali ſpeciem præuidens præſtantiſſimus Dux Pericles Athenis ſexaginta triremes emittebat, in quibus magnus ciuium numerus octo menſes nauigabat, eoq; modo torporem, otiumq; euitabat, naualem diſciplinam addiſcebat, vicinisq; populis timorem adijciebat, ne res aliquas nouas poſſent moliri. Romani, ſi quando Tribuni nouis factionibus Rempublicam turbarent, bello aliquo, ſiuè de induſtria, ſiuè caſu aliquo excitato parabant verſare ciues, & diſtruere, ne domi deſides intenderent Tribunorum concionibus, ac ſeditionibus; cuius remedijs vſum ferè ſempèr Medicorum more adhibebant, ad motus turbulentos extra vrbem propulſandos. Poſſunt & aduerſus otioſos inquiſitiones fieri, vel p̄ Politicos magiſtratus, vel per Cenſores; & ità mendici per vrbem vagi ad opus vel publicum, vel priuatum ſunt cogendi, & ſi laborem refugerint, ex vrbibus, & ſocietatibus ſunt pellendi, ſi verò redierint, fuſte cædantur, & contumaces adhuc ad triremes, vel aliud coactum opus violenter remittantur.

Ex otio ſeditiones oriūtur.

Quo remedio vtebantur Romani ad motus turbulentos extra vrbē propellendos.

Ad rebelliones, ac ſeditiones plerumq; etiàm concitarunt Plebem, & Populum oratores, ſiue Rhetores; Mouent enim hi animos publicè, & priuatim, ſæpius rationibus fictis, fuco orationis, doloſè ſectis, compoſitisq; ad finem, quam ſtatuunt, inductio-

ductionibus,& arte veritatem obtenebrantes,ſcrupulos inijcientes, magna extenuantes, difficilia facilibus lingua æquantes, praua,& impia ad victoriam traducentes,affectus mouentes, & animos à ſua ratione,veluti faſcinis remouentes,vt eo, quo velint,impellant ad bellum,vel pacem ad nutum ſuæ, vel alienæ voluntatis. Et certè nihil deterius eſſe poteſt in Republica ſeditioſis,& impoſtoribus Rhetoribus,& Concionatoribus, qui linguam habent venalem,vel ambitioſam, nihili plerumq; homines,quorumq; nihil intereſt tranquillam eſſe Rempublicam, timidiſſimi,inanes,nihil aliud ni verba, verùm illa ſeditioſa effundentes,dùm enim ad manus ventum eſt,in angulis, vel longinquis regionibus periculis ſe ſubtrahunt. Sic perniciofiſſimi non ſecùs,ac venti calidi,qui impetu tempeſtates in mari commouent,& paruam ignis,& iræ popularis ſcintillam in voraciſſimum conuertunt incendium, & cineribus ignes ſopitos in excidium vniuerſorum excitant; Tubarum, & Tympanorum inſtar in bellis ſunt hi pernicioſi viri; ſicuti enim non pugnant illa,ſed animos acrius ad pugnã commouent,itã hi licèt Reipublicæ nequaquàm infeſti eſſe videantur, eam tamen voce quam maximè perturbant, ac ſeditioſos ſæpè ciuium animos efficiunt. Norunt Germani, & Galli, quantum iacturæ paſſi ſint ex ſeditioſis cõcionibus,quot hinc fuerint clades, & ſtrages Populi ſecutę,quot vrbes rebelles extiterint,aut proditionẽ inierint, quot vaſtatę, Principes inuaſi, Rerũpublicarum ſtatus violati,mutati, abſoliti fuerint.

Nihil deterius eſſe poteſt in Republica improbis Rhetoribus.

Damna ex ſeditioſis Concionibus.

Remedium aduerſus huiuſmodi licentiam eſt, illis imponere ſilentium; aut ſi ſilere noluerint, exilio mulctari: Grauiſſimis etiàm poſſunt mulctari pœnis, vt & eorum metu alij linguam moderentur. Quod quidem à Gallis ſæpiſſimè factitarum vidimus.

De alijs ſeditionum cauſis, Inuidia ſcilicèt, Patrimoniorum Conſumptione; Imminutione dignitatis, Collegijs, & Societatibus, et inconſulta Principum liberalitate.

CAPVT XXIV.

* Inuidię, morſus Rempublicā vulnerant.

MVTVA Populorum Inuidia, ac liuor, fictusq; in Principem amor inter maximas ſeditionum cauſas ennumeratur. Malignũ ſanè vulgus limis ſēper oculis procerum felicitatem intuetur, & cum poteſt, aduerſatur; Erugo illa Rempublicam corrodit, quam frāgere, & ſternere nemo poteſt, deindè exanguē hoſtibus ſuis dilaniandā tradit. Talis erat in Anglia ſeditio ruſticorum, nō enim, tantùm ob oppreſſionem querebantur, verùm etiàm quià nobilibus impares omninò erant. Cantij omne iugum detrectabant, nobiles de medio tollendos dicebant ab eodem parente Adamo omnes ſine diſcrimine natos, pares omnes eſſe; Itaq; arreptis armis multos è Magiſtratibus, nobilibusq; interemerũt, bona eorum diripuerunt, Regem ad iniquas conditiones adegerunt, donec tandèm tantæ ſeditionis auctores pœnam ſoluere coacti ſunt. Huiuſcemodi fuere conuentus Athenienſium, cum vros claros, & optimè meritos exilio mulctarent.

Primorum paupcas nocet Reipublicæ.

Cauſa etiam ſeditionum eſſe ſolet, cum Potentes patrimonia abſumpſerũt; hi enim rebus nouis ſtudēt, aliquid ſēper mouere, & nouare conantur; cōmuni interitu ſuas volũt ſopire calamitates, rebus turbatis alacres ſunt, quià aliqua ſpes effulget, in pace illis turbæ ſunt, hinc tumultum, & incerta pericula malunt, quàm certiſſima propriæ domus incommoda. Certum itaq; ſtatuat Princeps, tot eſſe in Republica hoſtes, quot ſunt, qui nequitia, & libidine rem decoxerunt. Iulio regia ità pecunia opus erat, vt nihil haberet in bonis, omnia enim in largitiones effuderat. Catilinæ, & Cethego ex luxu probra paupertatis ad facinius incitamenta fuerunt. Damedes Athenienſium Orator ante opulentiſſimus, tandèm pauper Ciuitate pulſus eſt, ſepties falsè accuſatus. Verùm cùr externa quærimus? Curionem, Milonem, cæterosq; miſe-

ros,

ros, ac turbatores præſertim Iulium Cæſarem, & Antonium Triumuirum Hiſtoriæ exhibent, qui ex eo noua moliti ſunt, ex quo inſolitę paupertatis ſenſere flagellum, & ibi erubuerunt emendicare, vbi ante ſplendidè vixerant.

Euertitur etiàm Reſpublica; cùm paulatim eò vſq; res deuenit, vt poteſtas Magiſtratus imminuatur, & potentiores ſint illi, quos parere leges iubent. Illi enim non parent dicto, niſi animo collibitum eſt. Nihil aliud Imperium Conſtantinopolitanum euertit, quàm Principum ab Imperatore diſſidentium tanta potentia, vt eos in concordiam redigere nec Imperatoris ſufficeret auctoritas. Hac enim ratione contingit, vt ea ſit potentia diuitum, quæ vigorem magiſtratuum penitùs tollit. Athenienſium Rempublicam Magiſtratus ſortitò electi, & plebei perdiderunt. Turpe eſt eos eligi, vt præſint alijs, quorum cognatos, parentes, filios nemo pudoris cauſa auderet nomine appellare. Hinc veri Nobiles, & magno animo præditi contẽptu villum Præſidum, & qui vulgò ridentur, facilè conſpirare, & Rempublicam in ſuam transferre poteſtatem valent. Magiſtratus in honore conſeruandi

Collegia etiàm, ac ſocietates diſcordiarum, rixarumq; quaſi ſeminaria ſolent quàm ſæpiſſimè eſſe, cum non vt membra totius Reipublicæ, ſed propriæ quædam ciuitates magnæ ciuitati inſertæ plus poteſtatis ſibi arrogant, quàm bono communi expediat. Peritiſſimè Auguſtus omnia collegia præter antiqua abrogauit; Illicita enim ea ſunt cenſenda, quæ magiſtratus auctoritate non coaluerint, ideò diſſoluenda. Collegia vt plurimũ Reipublicæ pernicioſa.

Inconſulta, ac temeraria Principum liberalitas diſſenſiones quàm maximè fouet, cum alicui conceſſa, alterius ſæpè eſſe cẽſeantur, ac proindè lites eo vſq; deueniunt, vt ne donator quidẽ eas ſoſpire poſſit. Ludouicus Barbatus Flandriæ Comes poſt multa obſequia in Henricum Secundum Imperatorem, & conciliatum fauorem dono ab illo accepit Vallachiam cum alijs Zelandæ Inſulis, & materiam ſimùl diſcordiæ, rixarum, & bellorum inter Flandros, & Hollandos prębuit, quæ tàm aſpera, ac diuturna fuere, vt ſpatio quadrigentorum annorum per interualla durauerint, Hollandis ius ſuum, & liberalem donationem ad Ludouicum Cæſarem Ludouici Pij filium referentibus, Flandris verò à recentiore Henrici donatione nullatenus cedentibus. Hæ ſunt ſeditionum cauſæ, quibus niſi citò occurrat Princeps, facilè ruinis, & cædibus omnia corruent. Principũ pdigalitas ſeditionũ cauſa.

Digitized by Google

De ſeditionum improuiſa, & ex paruis rebus origine, et fortuitis caſibus.

CAPVT XXV.

NON de paruis, ſed ex paucis rebus ſeditiones oriri affirmarim. Syracuſis accepimus tumultum exortum ob duorum flagitia, quorũ alter adulterij, alter terroris criminis erat, ſed cum ſinguli factioſos, ac facinoroſos homines ſibi adiunxiſſent, ſeditionem, qua forma Reipublicę mutata eſt, concitarunt. Verùm corruptos tàm Magiſtratuum, quàm Populi mores indicat ſeditio; his pro adultero, alijs pro facinoroſo homine pugnantibus, in vitioſo enim Populo, cum peſſimus quiſq; in tumultum ſit primus, faccillimè ſeditio oritur. Hiſtreæ orta eſt ſeditio ob duorum fratrum in diuidenda hæreditate contentionem, cum enim locupletior frater alteri iniuriã intuliſſet, paternasq; etiàm opes detineret, frater pauper pauperes ciues in auxilium vocauit, alter locupletes; factaq; eſt pugna pauperum contra diuites, quæ nulla fuiſſet, ſi vel vmbra Iuſtitiæ in tribunalibus apparuiſſet. De ſeditionis Delphicæ hiſtoria vtrimq; recti ſpeciem fuiſſe conſtat. Mytelenorum enim ſeditio originem ex Iuſtitiæ neglectu habuit. Timophanes duas filias opulentas reliquit ſuperſtites, eas filijs ſuis poſcit Donander, fert repulſam, & Athenienſes concitat ad bellum. Parua etiàm res erat, quæ conſulatum Plebi communicaret, quod ſoror plebeio nupta à ſorore, quæ in patriciam domum venerat, irriſa eſt, quià ad inſolitum lictoris ianuam percutientis ſonum expauit, quæ ſanè irriſio ad ſeditionem nullam profectò habuiſſet vim, ſi in pacata Reipublicæ tempora incidiſſet. At iàm præceſſerant Tribunitiæ poteſtates de conſulatu Plebi communicando, quærebaturq; auctor, qui intermiſſa certamina inſtauraret. Philippus Macedo quam parua in ſpeciem cauſa interijt, quod contumeliam adoleſcenti factam non vindicaret, ſed ex magno vitio, & gubernationis errore; quod Rex bellis intentus, iuſti, & honeſti negligens erat. Ludicro certamine ad Caſtellum Tameſium ſub Othone 4., cum Venetum vexillum laceratum eſt, ingens ſeditio concitatur. Florentiæ cum adoleſcentes Donatus, & Corchius aliorum equos turbant ad choreas,

reas, magnam ciuitas ex tumultu calamitatem accepit. Cauſæ verò iàm præceſſerant, nàm Venetorum, & Italorũ animi exulcerati erant, & Florentinorum factiones quamlibet cauſam ſufficientem putabant inimicos opprimendi. Hæc igitur ſunt indicia Reipublicarum peſſimè conſtitutarum, cum ad minimum impulſum concidunt, lubrico ſteiſſe loco argumentum eſt. Pronæ enim ad lapſum ſunt, quæ ſubducto impedimento, aut addito in alteram partem quouis momento ruunt.

Seditionum cauſæ fortuitæ ſunt calamitates, vt fames, incẽdia, aliaq́; , quæ triſtes reddunt animos, multoq́; odio imbuunt. Cum in Republica malorum maximus ſit numerus, calamitatibus aſperantur, & ferociunt, vt agreſtes beluæ, non cicurantur, ſic irritati in magiſtratum, aliosq́; facile Imperium faciunt. Inter cætera incommoda, vndè ſeditiones orintur, eſt fames, cuius rei cauſa eſt, quod ea, corporibus exãnanitis, humores, commouet, maleuolos reddit, & biliofos; Hinc igitur animorum amarities, querelæ, ac tumultus oriuntur. Ingens, Claudio Imperatore, fames in Romano Imperio fuit, vndè Romæ excitati tumultus. Hinc immanitas, qua ſe ſe mutuò curarunt. Id in obſidione Hieroſolimitana factum eſt, cum ipſæ matres liberos coxerunt. Iàm Ciri exercitus in Scythia in ſuos hoc modo ſæuierat: Cambyſis exercitus decimũ quemq́; forte delectum comedit. Seditioſi milites Carthaginenſium ſola fame domiti ſunt, cum ante tamen captiuorum, atq́; ſeruorum corpora abſumpſiſſent.

Fames, incẽdia, & ſimiles caſus ſeditionũ occaſiones.

Altera cauſa eſt, cur diuturna fame tumultus emergat, quià videlicèt prouidentia Principis maturè colligi fruges, aut aliũdè aduehi poſſe ciues arbitrantur; Itaq́; Octauius, & Antonius, multiq́; alij ob famem periclitati ſunt. Improbi verò ciues ea occaſione ad inuadendam Rempublicam abuſi ſunt, vt Spurius Melius, alijq́;. Prudenter itaq́; Tiberius, alijq́; Principes annonæ curam in ſe ſuſceperunt, ne, quod fieri poteſt, miniſtrorum incuria omitteretur. Nunquàm maiori in periculo fuit Senatus Vniuerſus, quàm cùm Pompeium nollet præfici claſſi contra Piratas; Plebs enim tanta iracundia exarſit, vt ad delendum Senatum properarit, Cauſa erat, quod Piratarum potentia impedita nauigatio famem peperiſſet.

Cauſæ, cur ob famẽ tumultuentur Milites.

Bellicæ clades etiàm domeſticas ſeditiones commouent, vel timore, vel contemptu. Cum in Caſtris Mithridatis nuntiatum eſſet, Duces eius à Lucullo cæſos eſſe, tantus de repentè terror exercitum inceſſit, vt, relicto Rege, caſtris egrederentur, ſublataq́; Imperij reuerentia ex alieuo raperent, quãtum quisq́; poſſet, Regis ipſius precioſam ſuppelectilem diriperent, præfectũ occiderent, vt eius precioſam veſtẽ acciperent.

Bellorũ clades ſeditionẽ mouent.

E con-

Côtêptus ſe ditionũ ſæpè cauſa. E contemptu ſeditionem ſemper timeat Princeps, ſi clades bello nuncietur, ſi grauis ſit, periculoſa, ac reparatu difficilis; Principe enim periculo cõſtitutũ, afflictũq; ſubditi infra ſe putant, ſi verò ante oderant, vehementer exultant, durumq; ſeruitutis iugum excutiunt. Vrbe a Gallis incenſa, eius contemptu Latini, alijq; bella mouere. Poſt cladem Cannenſem ſociæ ciuitates a Romanis defecerè; ſublata Principis auctoritate, & metu, odia liberrimè prorumpunt, & cum ex aduerſa parte ſperant, cò inclinant.

Sublata Principis auctoritate, odia prorumpunt.

De Generalibus contra ſeditiones, ac perturbationes Principatus remedijs.

CAPVT XXVI.

Remedia varia. NE ſuperiorum omnium ſeditionum perturbationibus vexetur Princeps, tria adhiberi poſſe remedia arbitror, quorum primum, & maximum eſt in præcautione, & prouidentia, ne ipſæ ſeditiones accidant; Secundum in matura emendatione, priuſquàm motus ſuccreſcentes vires acceperint, ad perniciosiorem perturbationem deuenerint; Tertiũ in pœnis, & ſupplicio, exemplar ſeditioſorum, quo alij deterreantur. In præcautione virtus, ſapientia moderatoris Reipublicæ laudabilior eſt, quià ei melius, & vtilius eſt intacta iura ſeruare, quàm poſt vulnera remedium quærere. Et melius eſt principijs occurrere, quàm poſteà exitium vindicare. Proindè ſagacem eſſe, & in præcautionibus vigilantem Principem, ſiuè vnus, ſiuè plures fuerint, expedit. Neq; ità ſecuri, & in vtramq; vt dicitur, aurem dormire debent, vt arbitrentur, inter quietos, pacatosq; etiàm Populos tumultus ſæpè, & repentinas furias excitari non poſſe, optimorum Nautarum exemplo, qui, dùm mare eſt pacatius, eo magis de futura, eaq; ſubita præcauenda tempeſtate cogitant. At non licet inuenire Rempublicam, quę non alat inuidiam, contentionemq;, quamquàm interdùm contentiones illę ſint Reipublicæ non ſemper noxię, ſed ſalubres, vt interdùm exitiales, non ſecùs, quàm in corporibus ſtupidis aliquandò febres vtiles ſunt, quæ in alijs, ſi continuæ ſint, etſi in phrenesim demigrent, exitiales fiunt. Mortiferum planè venenum in ſe continet ſcorpio, læthalius Aconitum, illud tamen

Vigilantia Principi neceſſaria.

Cõtentiones aliquandò Reipublicæ ſalubres.

ebibitum

ebibitum aduerſus ſcorpionum ictus validiſſimum habet remedium, Ità dum venenum cum veneno colluctatur, ſeruatur homo. Itidem duorum ciuium peſtilentium rixa nunquàm Reipublicæ ſaluti profuit; ſic conſeruata aliquandiù Reſpublica Romana, diſſidentibus Tribunis cum Patricijs, & lacedemoniorum diſſidentibus Ephoris cum Regibus. Et in hoc forſan verum eſſet, quod Aulici in ore habent, nihil Principi aduerſus ſubditos vtilius, quàm ſi in commune non conſulant, nempè ſi leuiter citra arma, & coniurationes, & odia cruenta inter ſe finitima oppida, aut Prouinciæ diſſideant, ne conunctæ coniurare poſſint. Quemadmodùm Cato conteiunculas aliquas, aut diſſenſum inter ſeruos callidè ſerebat, ſuſpectam habens, metuensq; nimiam eorum concordiam. Societas noſtra lapidũ fornicationi ſimillima eſt, quæ caſura, niſi inuicem obſtarent, hoc ipſo continetur. At quandò diſſidium in factiones tranſit, diuiſo Populo in partes, tunc ſocordia pernicioſiſſima eſt, quæ vix tolli abſq; vtriuſq; partis pernicie poteſt, aut ſine ſubuerſione, vel aliqua inſigni mutatione Reipublicæ.

Remedium aduerſus ſcorpij ictus

Remedium præcautionis primum eſſe poteſt, vt rectæ, & inuiolabiles ſint leges, quæ ad Religionem ſpectant, easq; Principes obſeruent, diligenterq; à ſubditis obſeruari ſtudeant, Religio enim ſincera, Deiq; cultus primum debet eſſe Principatuũ, Rerũq; publicarũ omniũ, & totius humanæ vitæ fũdamẽtũ. Hoc poſito fundamẽto diſcordiarũ omniũ occaſiones euertit Princeps, ipſasq; rixas diſcordias, torporẽ, contẽptũ, iniurias, calũnias, caritatẽ annonæ, vſuras, & ſimilia; Priuatis arma adimat, quę rebellionum ſunt Inſtrumenta, & rebellibus animos addunt ad facinora pertentanda; Neq; ſanè difficile eſt opus, ſi permittantur arma, vt pacis tempore arma inermes opprimant, aut non proſpicientes, improuidos, & incautos aggrediantur; Qui enim apud ſe ſeruant arma, ad diſſidia procliues ſæpè ſunt, quibus etiàm, ſi careant, facilius poteſt imperari, & facillime poſſunt coerceri, quotieſcumq; ad noua tentanda ſeditioſam mentem conuerterint. Curet poſtea, vt quos præſtantiores, & præcipuos, & proniores ad factiones, tumultus, ac ſeditiones viderit excitandas, beneficijs, fauore, & largitione in ſuas partes adducat, ſubtiliterq; cauſas, quæ ad ſeditiones poſſunt impellere, inquirat, nùm verbi gratia, quià pauperes ad ingentes diuitiarũ cumulos aſpirent, an quia nobiles leni ambitionis aura agitentur, an odio in aliquos, & quam ob rem concitentur. Et pauperes quidem pecunijs venari oportet, Ambitioſi dignitate, & honore trahendi, ideò irritati ſatisfactione aliqua placandi, antequàm in factiones, & coniurationes prorumpant, aut ſi eas iàm parauerint, poterunt his remedijs ad diſſolutionem earum quãdoq;

Primum remedium.

Secũdum remedium.

doq; impelli. Etenim plerumq; adhibita hæc remedia magis videntur potentiora, quàm ſi ſæuiori vindicta vtatur Princeps, ne exaſperati animi maiorem in deſperationem, ac audaciam compellantur. Seuientium, furentiumq; canum latratus obiecta offa faciliè comprimuntur. Pro quibuſcumq; exiguis, & parui momenti rebus innouationes minimè faciat, non enim ordo omnium rerum eſt turbandus, ſed tantum pro neceſſarijs & quę dilationem pati non poſſunt, & extremam perniciem in mora minitantur. Natura inquieti, & ambitioſi animi nouationibus prætextu emolumenti melioris ſtudent, vt turbatis rebus præſentibus, prædæ, & ambitioni ſuæ ſatisfaciant, quos vbi detexerit Princeps, ab officio ſubmotos, nulla data ſuſpicionis ſignificationes, in aliud officium, aliumq; locum, vbi nocere nequeant, transferat, & iis ſuſpectos ſemper animo hæreat. Quemadmodum Alexander Magnus Ptolomei dexteritatem ſuſpectã habens eum obſeruabat; Melius tamen Domitianus illo timore noluit angi, ſed Orphicium, & Acilium Gladrionem in exilium, quaſi nouarum rerum molitores amandauit.

Alia remedia ante ſeditiones. Potentiſsimis hiſce remedijs affines ſunt Populorum traductiones, ac veluti tranſplantationes. P. Emilius Macedonibus omnem rebellandi materiam ſubtracturus primores gentis cũ vniuerſa familia in Italiam tranſportauit. Auguſtus Cæſar Sueuos, & Sicambros in Italiam emiſit, & in proximis Rheno agris collocauit. Io. Comnenus Triballos à ſe victos in Oriẽtem traduxit. Carolus Magnus Saxorum rebellium toties nobilitatem, partim in Italiam, partim in Belgium, partim in Daciam traduxit; Vnde origo ciuitatibus Saxonicis in Tranſiluania. Philippus Tertius, Hiſpaniarum Rex, Maurorum maximam copiam Hiſpania triremibus Caroli Auriæ in Aphricam tranſportauit. Et quamquam non deerant, qui factum carperent, tot hominum millia ſacro baptiſmate abluta, quorum laboribus Hiſpania creuerat, bonis exuta, ac ſeminuda in peregrinas eiiecta oras, tanti tamen apud Hiſpanos ea non fiebant, vt propterea Reges, Regniq; ſalus periculo eſſet exponenda. Molucus Sciriſus Mauritaniæ Rex ante prælium cum Sebaſtiano Luſitaniæ Rege commiſſum, ducibus ob proditionem ſuſpectis milites ſuos ademit, & totidem, qui ſub alio Duce ante meruerant, reddidit.

Suſpectarum vrbium mænia deicere ſolebant Græci; quem pariter morem Athenienſes apud Chios, Thebani apud Athenienſes inſecuti ſunt. Idem etiàm à Ciro præſtitum Xenophon tradit, & Romanos idem conſilium ſecutos fuiſſe memorię proditum eſt. Henricus Secundus, Angliæ Rex, omnium magnatum arces mænibus nudauit, & ſuperiori ſeculo Leo X. Ponti-

ſex præcipuarum vrbium muros, quos Vrbini Dux munierat, ſolo æquauit. Sultani Egyptij infinitam hominum multitudinem Cairum incolentium ſuſpectam habentes prealtis foſſis vrbem diſtinxerũt, ademturi hoc modo infido Populo coeundi facultatem.

Remedia cõtra Ciuitates, à quibus ſeditionẽ Princeps timet.

Remedia in ſeditionibus ipſis.

Seditionibus exortis alia erunt adhibenda remedia; alia ſeditionum initijs apta remedia, alia, poſtquàm coaluerunt, & vires acceperunt maiores. Satim ergo, vbi apparuerint, & extulerint caput, comprimenda ſunt, ſi fieri poteſt, initia; Nam ſæpè leuioribus remedijs facilè primi motus reprimuntur, & omne malum germinans in ſemine eliditur. Inueteratum fit plerumq; robuſtius, & mora damnoſa eſt. Qui timent incendia, prouident, vt etiàm minimæ ignis ſcintillæ extinguantur, conſumptæ enim, licèt paruæ, maiores aſſurgunt in flammas. Qui tempeſtatum procellas formidant, in mari, aut terra ad prima ſigna, vel leuia veſtigia ſibi, & ſuis proſpiciunt, &, vt norunt, cęlo quãuis ſereno, tenuiſſimam etiam nubeculam, ventum procelloſum prædicere, ſibi cauent. Sic Princeps ex nimio diſſidio poſſe in Republica maximum tumultũ, niſi caueatur, exitioſè oriri præuidens, celeriter, vt illud extinguatur, intendat. Quotiès ex incenſa feſtuca domi nonnunquàm vniuerſa depaſcitur flammis vrbs, & lignum ligno additum fomentum igni tribuit, cũq; ardentiorem reddit, ſic ex domeſticis odijs, & priuatis neglectis à Magiſtratu publica concitatur pernicies, & ſocijs factionum alij ſocij accedentes, acerbiorem reddere poſſunt. Viſibilia equidem mala ſunt hæc exordia, quę à prudentibus, & vigilantibus Principibus facilè poſſunt iudicari in morbos acerbos, & perniciem publicam, ſi non curentur, reſpicere. Corpus enim Reipublicæ exemplo corporis Phyſici non eſt in ſuis morbis ſine ſyptomatibus, criſibus, & diebus decretorijs, dum ad interitum properat, vel ad ſalutem, quæ poſſunt Principi, tanquàm Medico, cognita eſſe, vt illis ſuccurrat in temporę. Sunt ſigna proximæ futuræ tempeſtatis, cum Bruta animantia ſolitum naturæ morem relinquunt, cum mergi è maris littoribus, aut ſtagnis retrahuntur, cum abſconduntur fumicæ, lumbrici ex terra diffugiunt; Ità cum audent facinoroſi, tacent integri, ſapit vulgus, deſipiunt Princeps, Sacerdotes pro terrenis digladiantur, perniciem humanæ vitæ præſagiunt, ac ſignificant.

Ex domeſticis, & priuatis odijs neglectis publica pernicies oriri ſolet.

Vt ſæuientes ſeditionum impetus facilius ſedentur, maximè inſignis cuiuſdam viri auctoritas, atq; integritatis vitæ reuerẽtia prodeſt. Nota ſunt exempla Lucij, Valerij Publicolæ, M. Oratij, & Menenij Agrippi. Iulium Cæſarem ferunt exercitus ſeditionem vno verbo compeſcuiſſe. Quoties vocando (vt alias etiam commilitones ſolebat) qui ſacramentum detrectabant,

Vir auctoritatis ſeditionem ſedat.

bant, eos ſedauit, & in fidem reuocauit. Erat olim Florentia vniuerſa in duas factiones diuiſa, quarum vna a Monachis Monialis, altera à Rabie, quâ ferebatur, rabioſa dicebatur. Ventum eſt ad arma, & victi Moniales, quos inter erat etiàm Antonius Soderinus, ad cuius ædes dicipiendas quam celerrimè accurrentes greſſu victores fratrem Epiſcopum Volaterranum domi repererunt, qui tumultu cognito, epiſcopali induſtus habituque, leçq; loco Pontificia adarmatus mitra prodijt, & cum reuerentia vultus, tùm grauitate, atq; eloquentia eos continuit, ne domum fratris diriperent. Admirabile profectò prodigium; ac efferatos homines vi, & armis inuictos apta oratione mulcedem. Aptam videlicèt hic eam intelligo, quę, quamuis horrida, & militaris, animos tamē valeat temperare, & humanos mores grauitate ſua, & pondere verborum inſtillare; Illa enim vmbratilis ex Declamatorum, & Phyloſophorum ſchola deridiculo potius erit. Fortaſſis etiàm interdùm erit conſultum virum auctoritate præſtantem, bonum, prudentem, multitudini turbidæ in ſpeciem Ducem ſe præbere, qui pro Imperio cædes, rapinas, & cætera ſeditionum mala prohibere, aut ſaltem mitigare poſſit. Iàm grauiter per vniuerſas Aquitaniæ partes tumultus increbuerat, cùm ſeditioſi in vrbe Burdegala Georgium Chaſſaneum Curiæ Præſidem, virum grauem, & qui gratia apud Principem valebat, ſibi Ducem violenter elegiſſent, ille arrepta ſenſim auctoritate probos ciues, ac ſi in ſocietatis fœdus eſſent adſciti, turbulentæ multitudini, ac ſeditioſæ immiſcuit, vt hoc modo intentatæ per dolos rapinæ, ac cædes frænarentur, & proditorum hominum audacia comprimeretur. Quamquàm non diù fallebat Caſſaneus, tamen ille in quoſlibet frementes Imperatoris vſus iure præcipuos ex ſeditioſis, opportuna arrepta occaſione, quaſi minùs dicto audientes, per commilitones confodi iuſſit. Ità paulatim motus vtcumq; ſedatus eſt, donec Memorantius a Rege cum exercitu miſſus ſeditionem vlturus veniſſet, atq; omnia pro ea, quam ampliſſimam obtinebat, poteſtate cōpoſuiſſet.

Principis Conſtantia.

Adhibenda eſt etiam auctoritas inflexibilis Principis, qui cum ratione conſtanter, & intrepidè iubeat, exemplo Iulij Cæſaris, qui inter milites ſeditiones ciuiles ſic comprimebat, vt celeriter ad officium redirent, non tàm indulgentia Ducis, quàm auctoritate; non enim vnquàm ceſſit tumultuantibus, atq; etiàm ſemper obuiam ijt, & nouam quidem legionem apud Placentiā totam cum ignominia miſſam fecit, ęgręq; poſt multas, ac ſupplices preces, nec, niſi exacta de ſontibus pœna, reſtituit. Tertium ſeditionum remedium eſſe diximus, dùm illæ iàm conſpicuæ ſunt, in pœna conſiſtere, quę minuenda, ac temperanda eſt,

Pœna reorū ſeditionē ſedat.

iuxta

iuxta ſeditionis ſpeciem, aliquandò in multos, aliquàndo in paucos animaduerſione vtendum eſt, vbi periculum magnum imminet. Cum autem populi ſalus in diſcrimen venit, imminuenda eſt ſecuritatis ſpes, vt maioribus ſanandis malis ſinceră ſufficiat caritas. Tiberius Gracchus cum turbulentiſſimam legem Agrariam contra decretum Senatus tuliſſet, vt nulli plus quàm quinquaginta ſibi iugera poſſidere liceret, nouasq; alias leges non minus pernicioſas ferre contenderet, Duce Scipione Naſicâ, cōcurſu Populi facto, interfectus eſt. Vt & C. Gracchus Tribunus Plebis Rempublicam ſeditione vexans, Duce Opimio Conſule, ſerui manu cæſus occubuit. Sic in Hieroſolymitana ſeditione ob auream Aquilam templo detractam, quam in Romanorum honorem Herodes collocarat, Rex aliquos comprehenſos Carnificibus laniandos tradidit, & duos Sophiſtas Iudam filium Sophorei, & Matthiam filiū Margali, qui illud perſuaſerant, occaſione legis patrię cum quibuſdam alijs viuos cremare iuſſit. Iuſtiſſimum enim eſt, vt nefariæ ſeditionis auctores pœnam luant, & vndè orta eſt culpa, ibi pœna conſiſtat.

In vſu tamen maximè eſt, ſi tanta vis non extet Principi, vt tolli queant ſeditioſorum auctores, eoſdem bonis potius, quàm pœna affectos velle, ac ſpe veniæ exaſperatum furorem lenire; dū enim veniam ſperant, ſe planam, ac facili viatcam conſecuturos confidunt, facilè & retrorſum vela dabunt, & Reipublicæ poterunt conciliari. Si verò illi concitatos deſtituant, omnia mox tranquilabuntur. Ventorū enim flatibus poſitis, placidū ſtagnat mare. Nec contra Principis auctoritatē eſt vnius improbi ſalute publicam pacē firmare, ciuilia bella tollere, & vt multi boni ſeruentur, nonnulli etiā non boni non damnentur. Si verò auctores, vel nimium fauentibus rebus tumidi, vel metu ſuppliciorum ad debitum officium à Principe reduci nequeant, inter ipſos diſcordiæ, & diffidentiæ occaſiones quærendæ ſeditioſos exarmant. Nimis vſitatū eſt, hoſtiū Duces reddere ſuſpectos ſacrilegij; cū Periclis ductu, atq; auſpicio Athenięſes bellū Peloponēſiacū geſturos ſcirent, & viri virtutem metuerent, ſacrilegium hoſtibus exprobrarunt, eiusq; ſe, ni expiaretur, futuros vindices profeſſi ſunt. Hoc tamēn non in eum finē dicebant, quod Atheniēſes moueri poſſe ſperarēt, ſed vt Periclē, cuius mater & ſceleri, quod obiectabatur, participauerat, inuiſum Populo redderent. Eadem arte Annibal, cum in agros Romę vicinos ignem immiſiſſet, & ad Q. Fabij ſegetes ventum eſt, cæteris omnibus clade, & incendio vaſtatis, ijs tantùm abſtinere iuſſit, ac etiàm cuſtodes adhibuit, qui indè capere quicquam prohiberent.

Seditioſi, ſi non puniri poſſint, donis leniantur.

At ſi rebelliones in longius protractæ ſæpius inualuerint, crudeliusq; excidium intentarint, ad lenitatem nonnulli volue-

Remedia ſeditionibus in ſequentibus

te pro ſummo remedio Principi eſſe declinandum, priuatibus quibuſdam, vt ſupra dictum eſt, mulctatis, & reuocandum eſſe morem, quo eiectis Tyrannis Athenienſes facilius conuenerũt, lata lege, quę obliuionis plebiſcitum vocatur, nempè quo omnẽ memoriam diſcordiarum ſempiterna obliuione abolendam cẽſuerunt. In longobardorum, ſiuè Inſubrum oppidis reconciliandis hoc etiàm remedium ſecuro conſilio adhibuere Federicus, & Henricus VI. Imperatores; eodemq; planè poſt fatalem miſerumq; Iulij Cæſaris interitum vſi ſunt Romani, vt ſibi Bruti ſectatores, & Caſſi reconciliarent. Verùm ſi nulla penitus virtus in hiſce comperietur remedijs, ſi omninò ad arma, & ad vim decurrendum ſit, acriter ibit Princeps in rebelles, eorumq; Duces, maximeq; ſi erunt ſeditiones militares, extremo afficiet ſupplicio. Alexander Magnus de tribunali deſilijt, & in mediũ ſeditioſorum agmen ſe immiſit, notatosq; qui feroçius locuti fuerunt, ſingulos manu corripuit, nec auſos repugnare tredecim aſſeruandos cuſtodibus corporis tradidit. Quis crederet, ſauã paulò ante concionem obturpuiſſe ſubito metu? Legiones ob quemdam ab Hordeonio Flacco in carcerem cõiectum in Germania tumultuabantur, cum tribunal legatus Vocula mira animi firmitate, ac conſtantia conſcendit, prehenſumq; militem, ac vociferatum duci ad ſupplicium iuſſit, & dum mali pauebant, optimi quiq; iuſſis paruere. Aphonſus Vaſtius ad Tunetanam expeditionem profecturus, quoſdam, qui præter ſi nauſeam maris, & longinquæ nauigationis incommoda reformidantes, cõceptam de victoria ſpem malignè extenuare, ſtipendij tenuitatem deteſtari, conſternatamq; multitudinem, vt ſigna deſererent, ſeditioſis ſermonibus cæperant, inuolutos ſaccis profundo maris, inſpectante claſſe, mergi iuſſit. Sed nimium violenta hæc remedia non, niſi deſperatis cæteris, adhibeantur. Non ſemper eò veniunt res, quò hominum mens direxit. Multitudo ſæpè, ac ſemper excuſata eſt, quę non tàm conſilio, quàm impetu, & alieno ſcelere abripitur. Sat videntur ſeditiones ſedari à Potentũ auaritia, aut ſęuitia ortas illorum deditione, qui tam immaniter Populi indignationem mouerunt. Illud tamẽ ſemper præ oculis habeat Princeps, cum aliquid ei a Subditis petitur, quod ſui natura non omninò iniquum, aut improbum ſit, ità concedere videatur, vt non vi, aut metu coactus appareat: aut eſt ſanè cedendum, præſtat enim aliquandò vitare, ac declinare ictum, quã ſauciari. Senatus Romanus cum Populo poteſtatem creandi Tribunos militares conceſſiſſet, omnes Patritij creati ſunt, nec tàm in executione, quàm iure tuendo plebis ſe acrimonia exercuit. Quod ſi Princeps, cum vnum aliquam largitionẽ vel videt, ſuoq; beneficio Populum allicere velit, etiam aliorum co-

natum

Quãdò Princeps acriter ſe habere debeat in rebelles.

[illegible]

[illegible]

natum irritum reddet. Multò enim plures & de publico dare poſſunt, quàm priuatim. Xenephon gregali obmumuranti equũ conceſſit, & in montem pedes excurrit. Indignati commilitones, atq; periculo animati Xenephõtem hortati ſunt, vt ad Ducis munia ſe ſe ſeruaret, obtrectatoremq; execrati ſunt.

Illud ſanè inter tot omnium gentiũ ſeditiones, motusq; notandum, rariſſimè meliorem fuiſſe Reipublicæ conſtitutionem. Qui enim contra Magiſtratus, ciuesq; inſurgunt, ſi vincuntur, manet antiqua Reipublicæ forma, ſi vincunt, cũ deteriores ſint victis, peius illam adminiſtrant. Ideò cum hæc ſit ordinaria ſeditionum clades, curandum eſt Principi, vt, ſi fieri poteſt, quã citius opprimantur.

Nũquàm ob ſeditiones melior fit Reſpublica.

De alijs coercendarum ſeditionibus rationibus

CAPVT XXVII.

VArias ſimul adnectere ratione, quibus ſeditionibus diuerſi occurrũt Principes, benè nobis viſum eſt, non quod mordicus apud omnes teneantur omnes, ſed vt ex ijs aptiores excerpantur, quæ ad rem opportunæ viſæ fuerint. Quædam dolo, & crudelitate omnia miſcent, quod certè abſurdum eſt; non abs re fore tamẽ cenſerem, ſi pro ſalute publica ſimilia imitatione ſint gerentur. Cum ſuſpecti Catinenſes apud Pompeium eſſent, cũq; ipſe Pompeius, ne præſidium reciperent, vereretur, ab eis petijt, vt ęgros interim apud ſe refici paterentur, fortiſſimis deinde ſub languentium ſpecie miſſis, ciuitatem occupauit, cõtinuitq;; moderatè quidem, quod non occiderit; ſimulatè, & fraudulenter, quod fortes pro ægris miſerit. Simulatè, & fraudulenter Cæſar, qui ſeditioſos exauctorauit, deindè, auctoribus cęſis, exauctores recepit. Improbè penitus, & fide punica Hanno quatuor millia ob non ſoluta ſtipendia tumultuari aggreſſa primò promiſſis feſellit, deindè Romanis perdidit, nàm delationis iniuriam liberalitate compẽſaturum pollicitus, ad quietem, & ad obſequiũ eos traduxit. Quo facto ad prędã dimiſit, ſimulq; per Procuratorem ſpecie transfugæ Octacilio indicauit, Gallos exituros prędatũ. Ab illo poſitis inſidijs omnes trucidati ſunt, & Hanno ſeditionis periculo, & ſtipendij ſolutione liberatus, ſed maiori ſcelere perfidiæ fuit deuinctus.

Varia ſtratagemata ad ſeditiones tollendas.

Solẽt etiàm Principes fictis litteris ſeditionibus, tùm ciuicis, tùm caſtrenſibus obuiam ire. Solent etiàm Duces ipſi conſilia,

Ficta litteræ

 inſidias,

inſidias,proditiones,perfugia,pannicos terrores confingere,vt miles ad omnia paratus ſit. Quis vnquàm Alexandri Magni mentem ad tàm vilia ſe abieciſſe dixiſſet,quæ planè ab eius fortitudine diſcrepantia videbantur? Quid cum ſecreta ab omnibus ſuis per literas in Macedoniam miſſas diligenter rimatus eſt? Periculoſa res eſt,& quæ Regem ad nefandam animi crudelitatem vocat. Nefaria ſunt,quæ Tyranni in hoc genere fecerunt. Auguſtus matronarum adulterijs polluebatur, quem tamen fœdius excuſabant eius Amici,quod cum multis inſidijs peteretur, ſecreta virorum per illa flagitia exquireret. Sæuiori in hac parte genere crudelitatis vſus eſt Dionyſius,nàm muſicas fęminas,& Meretrices conſcripſit, & ijs tortis,quod amatores de tyrãnide dixiſſent,periculosè locutos,deindè occidit; Mortuum ſe etiam,& ægrum aliquàndò finxit, vt voluntates hominum exploraret,famã deindè ſparſit,ſe à militibus occiſum, deindè,qui ex ea re gaudium ſenſerant,interfecit. Idem quoq; fecit,cum in extremò periculo ſe verſari diuulgaret; multis enim lętantibus egreſſus cum ſetellitio eos interfici mandauit.

Diſſimulatio

Ad impediendam crebrò ſeditionem profuit eam diſſimulare,aut oſtendere ſe ipſis fidum. Fedoricus, intellectò Samniatenſes ad rebellionem ſpectare,ſignificat, ſe theſauros,& captiuos apud eos collocare velle,loco theſauri miſit arma tecta,pro captiuis milites fortes vinctos,qui occupatum oppidum in Federici ditionem redegerunt.

Turbulentos,ac ſeditioſos viros adiungere plurimũ eſſe pręſidij cenſetur,ità fecit Dionyſius,cum veteranos pręſidio priuare vellet,ſeditio concitata eſt,at ille profeſſus eſt, ſenioribus ſe in cuſtodiendis munitionibus vſurum,tumultum in pręſens cõpoſuit,deindè verò,poſtquàm præſidia diuiſit, diſtractis ſtipendia ademit.

Luxum concedere.

Improba quoq; ratio comprimendarum ſeditionum populos in luxum frangere,quod multi Regum fecere. Vbi Xerſes iuſſit Babylonios delicijs vacare, arma ponere. Crœſus Lydos,Phalaris leontinos eodem vinculo voluptatum cõtinendos eſſe putauit,atq; neq; ſecura ratio eſt, nàm eo vitæ genere corruptis moribus multi ſua dilapidant,ideòq; res nouas moliri cogũtur. Accedit,quod molles fiant,& pauperes,vt nec opera, nec pecunia Principis difficultatibus valeant occurrere.

Hæ ſunt rationes quędam coercendarum ſeditionum,quibus plures Principes vſi fuere,non tamẽn vnquàm in vſum deducẽdis,cum iniquæ ferè omnes, ac fraudulentæ omninò eſſe videantur.

PRIN-

PRINCEPS

COMITIS LVDOVICI CARACCIOLI

De Prudentia Militari Principis

Liber Decimus.

De vi hoſtium, ad quam depellendam neceſſaria Militaris Principis Prudentia, Et quàm damnoſum Bellum.

CAPVT PRIMVM.

OMISSIS, quæ fuſius de ſuprema Dei Optimi maximi prudentia, qui ſæpè regna,& prouincias euerſas velle videtur,tractari poſſent,ea hic afferam,quę ſolùm ad extrinſecas quidèm cauſas, ſed ſecũdas,& inferiores ſpectant.Inter eas igitur,quibus euertitur Regnũ,ſiuè Principatus, indignata vis hoſtium adnumeratur, quæ, vt penitus fracta concidat, militaris prudentiæ conſilia neceſſaria omninò dicerem. Mihi tamẽ de illa tractanti objicitur,belli inexpertum ſecura de bello pręcepta dare minimè poſſe. Obtrectantium conuicio planè ſatisfiet,ſi à viro à Politicis verſato belli conſilia poſſe emanare dixero. Nimium enim à vera ſapientia,ac ratione abeunt,qui omnia experientiæ, nihil ſtudio,diligentiæ, atq; ingenio tribuunt, cum aperta ratione conſtet,experientiam vtilem certè, at omnibus abſolutam numeris nunquàm eſſe;quinimmò ipſa experientia ſine aliquibus præceptis,nec capi, nec conſeruari poteſt. Quamobrèm non meo nixus ingenio,nimiaq; fiducia,ſed ijs, à quibus hæc deſumo,opus tentare audebo. Militarem igitur prudentiam ad depellendos,debellandosq; hoſtes adeò neceſſariam eſſe aſſero,vt ſine hac vix Princeps eſſe poſſit. Vtrumq; itaq; in Principe vellem,& experientiam,& prudentiam politicam; ea enim prudentia armata,iſta roborata experientia quid non poterit? Duo

neceſſaria conſtat eſſe, vt omnis ſeruetur Principatus, quorum ſi alterum deficit, ad interitum quæcumq; potentia ruit, in hoſtes videlicet fortitudo, & domi concordia. Quid illa fortitudo militaris valebit, ſi ope, & conſilio militaris prudentię fuerit deſtituta? Patriæ libertas, ciues, atq; adeò ipſi Principes virtutis bellicæ præſidio ſeruantur.

Bellum quid ſit.

Hæc militaris prudentia circa bellum verſatur, extrinſecum videlicet, & Reipublicæ inteſtinum. Illud definio vim, ac arma in Principem, aut Populum alienum auctoritate publica illatū. Hæc autèm vis intelligitur illata à ſummo Principe, vel Republica; ſi enim à parte, vel à paucis inferatur, nullo Conſilio iubente, latrocinia ſunt potius, quàm bella. Huius belli, ceu teterę beſtiæ, innumera inſurgunt mala, nullum tamèn eo grauius eſt, ac commiſeratione dignius, quàm quod tàm magna decora, & triumphi de hominum cæde. Ferarum mutuos laniatus, venationesq; cernimus, ſed partis ijs, ceſſat crudelitas. Homini occidiſſe hominem glorioſum eſt, & ſatis cauſæ videtur eſſe, vt tā ſacrum occidatur animal, ſi victoris nomen occiſori comparetur. Quot enim gentes cuiuſcumq; expertes culpæ, ſed crudeliſsima ambitione perierunt? Non inficior eos, qui iuſtorum bellorum adminiſtri fuerunt, quiuè pro patria vulneribus pectora obiecerunt, meritis præmijs decorandos; verum hanc humani generis calamitatem illacrymor, quòd pro virentibus laureis folijs integræ nationum gentes pereant, quodq; triumphāli deſiderio nefandiſſima exoriantur bella, ampliorią; gloria tribuatur multorum hominum occiſio, quàm aliorum ſalus.

Deteſtandū Bellum.

Bellorum etiàm iuſtiſſimorum malum eſt commune, quod in illis iaceat diſciplina, vitia increbeſcant; cùm enim in bello maximi labores, continua ſint pericula, voluptatum, ac omnium vitiorum dulcedine ſtolidi militum animi detinentur, ne caſtra deſerantur. Hinc mores nulla res æquè corrumpit, atq; militia, in qua impunè ſcelera quæq; committuntur, & malorum omnium licētia debacchatur; feros itaq; animos, & ad nefanda quæq; adſpirantes bellum gignit. Quæ in Republica, & bene conſtituta Ciuitate maxima cenſentur eſſe flagitia, in ipſis caſtris iocis quodammodò attribuuntur. Quæ perfida malorum facies in occupatis vrbibus ſolet adeſſe? ità multò ſunt miſerabiliores, qui victoriam ſceleribus ingentibus contaminant, quā illi, quos trucidarunt; maiora enim ferè ſcelera committuntur,

Quę malitia mores corrūpat.

dùm capitur vrbs, quàm ea fuerint, quibus deuaſtari meretur. Tantæ impietatis non dubium ſignum eſt, quod in præſenti periculo inter ſtrages morientium de ſalute cogitationem ſeriam non ſuſcipiunt. Ille Cynicus Diogenes Philippo exprobrabat, ſtultitiæ ſe illius ſpectatorem eſſe, qui tàm multa poſſidens,

omnia

omnia in diſcrimen mitteret, idq́; nulla cogente neceſsitate. Quid enim cogitari magis inſanum poteſt, quàm tot Regnorum dominium ad incertum iaculum, ſcopi inſtar, propoſitum eſſe. In incerto humana quæq; verſantur, at quid bello vnquã incertius. Breuiſſimo temporis ſpacio regiæ opes, & certis partę triumphis ſæpè euertentur. Quod verò grauiſsimum eſt, in bello peccare bis non licet, quin & illud ordinarium eſt, vt quorum Principum eſt labor, eorum non ſit fructus. Id verò grauiſſimum eſt Principi, quod à ſuis militibus frequenter bonis exuitur, atq́; in ingentes traducitur calamitates; Multò id antè in Italia quieto, placidoq́; rerum ſtatu legimus contigiſſe; militum enim turmæ oppida, atq́; arces occuparunt, ac diripuerunt. Quin & Franciſcus Sfortia, bellator inclitus, Mediolanum, pro quo pugnauerat occupauit. Eodem modo milites pleriq́; in Italia eo tempore affecti erant. Non alienas minus, quàm proprias vires timeat Princeps. Nec laudem Victor, quam optat, conſequetur. Nihil tàm malignitatis capax, quam bellum. Damna ſemper eueniunt, & ob damnum ſemper Principes culpantur; Ideò hinc ſeditiones facile ineuntur, quibus Princeps impar eſt, cum foris hoſtes, domi tumultuantes inſurgunt; quorum hi Principi vires ſubducunt; illi frangunt. Experientia docet etiàm, eos, qui ſpectatiſſimi triumpharunt, victrice inuidia, oppreſſos. Cæca inuidia eſt, nec aliud quicquam ſcit, quàm detrectare virtutes, honores, ac laborum præmia deprauare.

In hominũ vita bello nil incertius

Et triumphatores inuidia opprimũtur.

Cur igitur laudis ſpectatur decus, cum aliquandò Senatum, Populumq́; videas obtrectare victori, immò quò ſplendidius gloriæ effulget lumen, eò acrius maligna coarceruare verba, lites nectere, exilia decernere. Facilè exorditur bellum, difficillimè ſedatur. Ampliſſimæ Syluæ arbores ſcintilla è ſilice excuſſa ità accenduntur, vt latius effuſa incendij flamma nulla poſſit vi reſtingui, cum per denſa arborum victrix ramos, ſtipitesq́; fuerit depopulata. Ob interceptum canem Scotos, & Pictos inter, primùm rixæ, deindè cædes exortæ ſunt, randèm Rege Crachynto decertatum eſt iuſto prælio. Et hæc ſpectant; vt amicam ſuadeant pacem, quæ ea eſſe debet, vt vera, ſinceraq́; dici poſſit, nec ſub eius nomine crudelius belli lateat incendium. Bellum hoc ſanè ſuprema omnium paupertas conſequitur, ærarium exhauritur, ſubditi ſpoliantur, militibus malè dilabuntur, vaſtitate, ac incendijs viuendi adminicula aſſumuntur. Raro victor eſt beatior, victus ſemper eſt pauperior; Paupertas verò illa flagitiorũ omniũ origo eſt, quæ ità latrocinia ſuadet, vt ipſis belli calamitatibus amiſſa recuperentur; Quod ſi quidpiam accidat, vt bellum ſuſcipiendum videatur, id ſecum Reſpublica perpendat; finito bello, nihil melius, quàm pacem ſe eſſe conſecuturum.

Belli cõmes Paupertas.

ſecuturum. At verò pax eſt, quæ ciuiliter agendo, & parua diſſimulando damna retinere poteſt. Auream planè hic Senecæ ſententiam inſeram; felicior (inquit) eſt pax nunquàm laceſſita, quàm multo reparata ſanguine. Deniq; in hoc bello deteſtabile omninò eſt, quod non modo, vbi bellum ingruit, innocentes, ac noxij iuxta cadunt, ſed boni plus etiā patiuntur; cum enim mali parui vitam, nihili conſcientiam æſtiment, ad omnes inferendas iniurias ſunt procliues; at boni, cum iniuriam nec inferre, nec rapere malint, damna ſua perferre coguntur. Quod ſi mali malis coniurant, modicum quibuſdam detrimentum videri ſolet, ſed errant illi quidem, quamquàm enim in cæde improborum non magna cenſeantur, hoc tamen ipſum damnoſū improbum eſt, alienæ furia ipſum fruentem cadere, qui incruenta morte ſublatus ſaluari poterat. Accedit aliud, quod deterrere omnes a bello debet. Ducis ſolius penè decora ſunt, ſolius nomē Principis inſcribitur. Quid miles poſt victoriam ſperet? tot commilitonum iacent millia, & illi quidèm cum laude, ſed tamen ſine nomine vulgus; multò maior pars oberrat, egens, mutilato corpore, & triumpho ſuo cum ignominia ſuperſtes, & deniq; dùm Princeps per vrbem vehitur curru ſublimis, captat plauſus, conſpici deſiderat. Ex his itaq;, quemadmodum belli incommoda manifeſtiſſimè patent, ità pacis apertiſſima bona eluceſcunt.

An Bellum licitum ſit

CAPVT II.

SI quis feriò, atq; ex animo ità bello aduerſaretur, vt illud omninò improbaret, & tamquàm Reipublicæ cladem ſuaderet, eum Reipublicæ proditorem non immeritò dicerem; cum enim natura nobis inſeruerit defendendi vitā, hoſteſq; repellendi quemdam impetum, ſine quo vita degi non poteſt, negari non poteſt, quin aduerſus latronē, furem, adulterum ſit iuſta defenſio. Neq; fides, neq; vlla lex diuina naturale ius vnquàm ſuſtulit, quin potius defenſionem contra aduerſantes impetus ſerpentum, ſcorpionum, aliarumq; beluarum, ità contra impios latrones permiſit. Peiores enim hoſtes ſunt, qui malitia, & cupiditate, quam qui natura ad iniurias inferendas aguntur. Si igitur

Bellum aliquandò licitum eſt.

Dauidi

Digitized by Google

Dauidi contra Vrſum, & Leonem inſurgere licet, eosq; diſcerpere, cur non etiam funda Goleati frontem pertundat, cum ille canis veluti mortuus Dei viuentis agminibus maledicat. Quod ſi priuatis etiam contra iuſtam vim repugnare poſſe permittitur, multò magis Principi illi conueniet, cuius præcipuum munus defenſio ſubditorum eſſe cenſetur? Quis Parens non affligit anguem filio inſidiantem? Ecquis vnquam Paſtor timidum agnum è lupi faucibus non liberat? & pariter Princeps non defendit Ciuitatem, cui hoſtis barbarus in fortunas, in corpora auri cupiditate, libidine, crudelitate graſſaturus imminet? Bella igitur ſuſcipienda, vt vlla abſq; iniuria quietè, placideq; viuamus; nec modo honeſtum eſt, ſed etiàm neceſſarium, cum vi vis illata propulſatur; legem hanc belluis natura, mos gentibus, prudentibus ratio, neceſſitas omnibus impoſuit. Infirmus ac vacillans ille Reipublicæ ſtatus eſt, qui militarem artem paruipendens, ſoli quieti, ac otio ſe dedit; nàm cum magna cupiditate ad aliena rapienda feruntur homines, vbi obſtaculum non vident, eò ruunt; ſi igitur Princeps bellicoſus non eſt, aut Duces ignauos habet, hoc ipſo bellum expectet. Signum eſt peſſime Rempublicam conſtitutam, ſi in ea neglecta ſit ratio militaris; vbi enim nulla bene firmatæ ſunt leges, valida etiam arma eſſe non poſſunt. Rei itaq; militaris cura Principi eſt neceſſaria, omnis regio peragranda, montes, flumina, vrbes, portus conſiderandi, nã inermis inter armatos tutus eſſe non poteſt, & ſicuti inermẽ omnes infeſtant, armatum metuũt. Hęc rei militaris virtus præſtat cæteris omnibus; hæc nomen Populo Romano, ęternamq; gloriã peperit; hac terrarũ vniuerſus illi Imperio ſubiectus eſt; omnes vrbanæ res, omnia hæc præclara ſtudia tutelæ, bellicæq; virtutis præſidio inhærent. Quàm cordi fuerit res militaris fortibus viris, & amantibus Reipublicæ Regius monet Vates, qui triginta fortes præter exercitus habuit. Oraculũ tandẽ diuinum eſt, niſi militiã colant Principes, ſi vrgẽs ſe ſe & obtulerit occaſio, regna interitura.

Bella ſuſcipienda, vt ſine iniuria in pace viuamus.

Quã præſtãs res militaris

An cuiq; bellandi facultas ſit

CAPUT III.

EA, quæ de bello præcepta traduntur, ad tria poſſe capita reuocari cenſeo, ſuſcipiendi videlicet, gerendi, finiendi bellum; Horum ſi quid neglexeris, aut perperam adminiſtraueris, aut vix vnquàm bonos ſortieris euentus. Equidem in vnoquoq; eorum multa animaduertuntur, vt qui rectè bene'q; perſpexerit, ſiuè rexerit, tunc totam ſe bellicam artem edoctum iri facilè perſuadebit. In ſuſcipiendo bello tàm multa maturo debent conſilio perpendi, vt ad explicanda me minimè ſuffecturum credam, licet aliqua ſaltem tetigero, vt ex dicendis, quæ deinceps ſequantur, cætera facillimè innoteſcant. Se ſe in primis conſiderandus offert Auctor, cauſa deindè, finis, & modus, quę omnia ſummè perpendenda arbitror. In primis igitur Auctorē belli perpendamus, cuius an ſit auctoritas legitima, accurratè videndū eſt; cum enim Principum varia ſit poteſtas, alijq; ſuperiorem nullum habeāt, alij ità mittantur a Regibus, vt Prouincias gubernent, vt tamen rem bellicam non attingant, meritò quæritur, in cuius poteſtate ſit bellum decernere; Conſtat autem belli indicendi ius in ipſa Republica eſſe, quæ perfecta eſt, quæq; ſibi ſufficiens eſt, vt ſe ipſam ab aliena auctoritate, & potentia tutari poſsit; ad hoc autem neceſſarium, vt arma inferre poſsit, cum alio modo ius obtinere nequeat. Cùm enim Romani à Vientibus, aſsiduis, & anniuerſarijs hoſtibus impetuntur, cum Faliſci, & Fidenates impetum faciunt, cum cōtra Samnites ſocij opem implorant, cum Tarentini aduerſis inſultant, Legatos violant, opus erat, qui decerneret, bellandum eſſe; neq; enim iniuriæ illæ tolerandę erant, ne prorſus Reſpublica amitteretur; Ius autem belli in perfecta Republica ex eo docetur, quod læſa repetundarum agere ſatisfactionemq; exigere poteſt. Priuati Iudicem adeunt; hic nemo Iudex, niſi pars læſa, quæ ideò ſuperior eſt, quia, qui iniuriam intulerunt, hoc ipſo obnoxij ſunt læſis, crimen enim ſuo effecerunt, vt iudicium ſubire debeant. Quemadmodum enim priuatus, cum in alieno dominio crimen admittit, Iudici ſubditur, in cuius Prouincia peccauit, ità quoq; cum Reipublicæ damnum infertur, ipſa iniurioſos iudicare poteſt, itaq; in alios bellum decernit, & boni communis impedi-

Quæ aduertenda in bello, vt iuſtum ſit.

menta

menta remouet. Cum autem bellum ſit actus iuſtitiæ vindicatricis, eoq; ad Magiſtratum pertineat, conſtat omninò, Iudicem illius, qui iniuriam fecit, eſſe eum, qui paſſus eſt; alioqui nullus Index, nullum Iuſtitię præſidium illi eſſet. Reges, & Principes ius belligerendi habent, & Senatus, ſiuè ſummum Concilium. Interdùm tamen ea poteſtate Regni legibus carent, & fortè id expedit, ne velox Regum indignatio bella pænitenda, & Populo luenda ſuſcipiat. Romani Imperij antiquiores Reges ex auctoritate Senatus bellum ſuſcipiebant, poſtea eadem poteſtate Senatus vſus eſt, donec res ad Populum deuoluta fuit. Inuitus enim decreuit bellum ſuo periculo tolerandum. Spartiatæ, qui peſſimè Rempublicam conſtituerunt, quorum animus ad vnicam ferè rem, ad bellũ videlicet erat intentus, Regibus ſuis ius inferendi belli cuicumq; conceſſerunt, neq; vlli ius intercedendi, aut prohibendi fuit. Quæ res eos in maximũ calamitatũ diſcrimen cõiecit, dũ ſolo vnius arbitrio bella concitant. Melius Romulus, Regesq; poſteri ad Patres, ad Populum aliquandò retulerunt. Tarquinius ſuperbus ad ſe reuocauit omnia. Itẽq; Iulius, & Auguſtus. Principes, qui ſuperiorem agnoſcunt, itẽq; Reſpublicæ ab alio dependentes bellum defenſiuum ſuis auſpicijs abſq; ſupremi Magiſtratus licentia agere poſſunt; non enim minus iuris habet ſe, ciuesq; ſuos defendendi, quàm quiuis priuatus, at quisq; ſe contra Inuaſorem armare, vim vi depellere poteſt. Princeps verò, cui ſuperior aliquis Princeps eſt, vel Reſpublica, quæ alij paret, bellum offenſiuum priori alteri ordinariè indicere non poteſt. Dupliciter hoc poteſt fieri, vel enim alteri Principi eiuſdẽ Reipublicæ membro, vel extero bellũ indicet; Principi, qui eiuſdẽ Reipublicæ eſt, non poteſt bellũ indicere, quià vterq; Iudicem habet, qui rem diſceptet. Quemadmodùm igitur Ciues non vi, & armata manu, ſed iure res repetunt, ità Nobiles, Comites, Duces de controuerſijs differentes ſupremum audire Iudicem eſt; alioqui tota Reſpublica conturbaretur, & fortiter opprimeret imbecilliorem. Neq; externo Principi inferre bellum poteſt Princeps, ſi ſupremus Magiſtratus non conſentit, quamuis id facilius concedi poteſt; ſi enim externus liber, abſolutusq; eſt, nec vllum ſuperiorem agnoſcit, eum ad ſui tribunal Regis nequit perducere, quem ille nõ agnouit. Si externus Princeps etiàm dominium habet apud eum accuſari, & per eum ad ſatisfaciendùm poteſt cogi; quod ſi ille noluit, nec ſic quidèm Princeps ſub alio conſtitutus, bello aduerſarium ſine cõſenſu Regis ſui petere poteſt. Ratio ex ipſa mẽbrorum inter ſe vnione, & ordine petatur, qui aliquod membrum abſq; conſenſu, & voluntate capitis moueri prohibet. Ordinariam negaui poteſtatem, extraordinariam tamèn permitto;

Bellum eſt actus Iuſtitię vindicatricis.

Principis ordinaria, & extraordinaria poteſtas quænam.

mitto; duplicem autem extraordinariam admitto; primam nimirum, cum circumſtantiæ ſunt, vt, niſi anticipetur bellum, in magno rerum diſcrimine verſentur omnes; deinde cum longè alter Princeps ſuperior, & cauſa, & occaſio frequenter concurrunt, nec conſuli Princeps poteſt, tum enim ius indicendi, & gerendi belli inferioribus committere ſolent. Poſterior hæc ratio nullam penitus continet difficultatem; penes inferiorem enim arbitrium belli, & pacis ex commiſſione ſuperioris. Hac ratione Prætores Indiarum bellum gerere poſſunt, ſocioſq; defendere communi lege, & poteſtate officij, quod gerunt. Priori modo aliqua eſt difficultas; belli enim offenſiui facultatem Iuriſperiti negãt, & Theologi. Vnicũ ego certũ caſum excipio, cũ ea videlicet rerum eſt conditio, vt præuertendus ſit hoſtis. Abigunt prædam, & belli cauſam dant Turcæ. Dux, cui fines commiſſus, repetit res, irridetur; interim alicuius inſignis vrbis occupandæ opportuna ſe ſe offert occaſio, quæ mirum, quantum emolumenti bello ipſi ſit, quæq; in hoſtium poteſtate manens, quia in ea arma ſunt, & opes; in magnum periculum adducere poteſt Chriſtianos. Hunc dico rectè facturum, ſi occaſione huiuſmodi lege vtatur, nam ad ſui defenſionem neceſſaria hæc eſt offenſio, aut ſanè perutilis. Ad inculpatæ tutelæ defenſionẽ priuatus etiam, dùm in latronum incidit manus, cum ſe alioqui facilè periturum videt nec vitam alia via conſeruare valet, ſi opportunitatem aliquam adeſſe cognoſcit, poteſt anteuertere. Contra hoſtes internos multis Principibus data eſt poteſtas belli gerendi abſq; ſuperioris mandato, & ſcientia; ſunt enim illi ſubditi, quos coercere Magiſtratus poteſt, & debet. Primò quidem in legibus, & pœnis legum, quod ſi potentiores ſint, quã vt legibus valeant adſtringi, bello ſunt domandi. Deindè quia plus eſt in his periculi, niſi celeriter compeſcantur. Deniq; hoſtis externus non irritatur, ſi ſuos ſubditos Magiſtratus coerceat, ſed magis, ſi ſeditio inualeſcat. Magiſtratus autem particulares, ſi cum ſupremo conferantur, quaſi priuati cenſentur. Olim in tã vaſta, ac potẽti Romani Imperij ditione nulli vnquã licuit Principi, aut Regi ſubditos aduerſus alios bellũ excitare; nedũ Præfectis, & Procõſulibus cõtra Collegas; cũq; id fieret, ciuile, & nefariũ bellũ cẽſebatur. Ac neq; hoc tẽpore, vel in Regno Galliæ, vel Hiſpaniæ permittitur; meritòq; ideo dedere pœnas Pizzarri, qui tumultus, ac bella ciuilia inceperunt. Nunc verò quot in Germania bella ſæpè inter ſe Principes commouent, & ſuperioribus etiam temporibus commouerunt? adeò vt quidam licitum eſſe contendant, vt illius Regionis Principes abſq; vllo Cæſaris conſenſu cæteris poſſint bellum indicere. Qua de re

Belli offenſiui facultas denegata.

Nulli Principi, aut Regi ſubditos apud Romanos licitum contra alios bellum gerere.

ſic ſtatuo; Illam poteſtatem, ſi data eſt Principibus; pernicioſam eſſe, nam perindè eſt, ac ſi in corporis exiguis morbis ante fomenta, & faciles medicorum operas ferri, flammęq; vis adhibeatur. Deindè ius illud conceſſum exercituum, Principum, Ciuiumq; facultates exhaurit, dùm contra proximiores Populi ſe egregiè muniunt. Illud tamen certum eſt, cum bellum abſq; Principis auctoritate geritur, ab ipſis, qui intulerunt, atq; etiam hæredibus damna eſſe neceſſariò reparanda. Nā licet legitima ſit cauſa, non tamen ius habent tantis detrimentis alios afficiēdi; ſic nec priuato licitū eſt furē, quāuis in crimine deprehenſum punire, ſed publicę tradendus eſt iuſtitiæ. Centuriones militesq; ſua auctoritate hoſtē aggredi nō debēt, nec incēdijs vaſtationibus graſſari, niſi a Principe facta ſit poteſtas, vel ſpecialis, aut cōmunis, quia hoſti noceant omni modo, quo poſſunt. Grauiter itaq; delinquunt, cū hoſtilibus agris, vicis, oppidis, inuito duce, ignē inijciūt, nō enim ſunt Iudices, ſed publicæ Iuſtitiæ adminiſtratores, nec plus illis licet, quàm permiſſum; Miles igitur, qui hoſtem, cui vitam Dux conceſſit, occidit, homicida eſt; & qui vrbem incendit, inuito Principe, incendiarius eſt; & ad damni tenetur reparationem, cum nec Iuſtitiæ arbiter vltra modum a Magiſtratu præſcriptum tueri poteſt. Vt capitale eſt exercitum ſucceſſori non tradere, aut vi, aut inuito Magiſtratu retinere, ità quoq; capitale eſt inuito Magiſtratu pugnare.

An, cum bellum abſq; auctoritate Principis agitur, dāna illata inſtaurari debeāt.

Quæ cauſæ belli ſint Iuſtæ.

CAPVT IV.

ECquid vnquàm grauius, deformiusq; flagitium reperietur; quam iniquè bella gerere? Si enim homicidium, furtum, incēdium, adulterium diuina damnantur lege, quanti criminis reum eſſe arbitrabimur eum, qui tot hominum myriades trucidarit, regna deuaſtarit nihil tot vrbibus intactum a libidine militari ſeruarit. Quamobrem bellorum cauſæ diligenti ſtudio ſunt perpendendę, ità vt prima quæſtio ſit, iuſtum ne bellum paretur; altera, an maius ex bello Iuſto commodum, quam ex pace iniqua emergat. Prima per Theologos & Iuris peritos decidi poteſt; altera vſq; ad victoriæ fructum incerta manet. Ipſi Athenienſes de belli Iuſtitia differentes Philoſophos, & Oratores audire conſueuerunt; Si autem Iniuſti belli aliqua ſit ſuſpicio, victoriæ licet ſubſequatur faſtus, felix tamen diù eſſe non po-

Quid primò ante bellum quærendū. Quid ſecundo cogitādū

Athenienſes de belli iuſtitia Oratores audiebāt

Victor improbus felix diu eſſe non poteſt.

teſt. Neque vnquam inſigni laude dignus ille videtur, qui alieno ſanguine ardentem bellandi ſitim explebit. Ad certum vſq; tempus iniquitas quidem aliquandò inualeſcit, eò vſq; grauior pœna increbeſcat. Iniuſtè plurima impotenter, ſuperbeq; ſuſcepit, ac geſſit bella Alexander, verum ipſe tandem cum matre, liberis, & vniuerſa familia debitas ſoluit pœnas; quæ ei omnino non eueniſſent, ſi in Macedonico Regno, paterna hæreditate ſuſcepta, reſediſſet; militesq́, ac centuriones ad tam ſublimem gradum non euexiſſet.

Quanta diligentia ſit adhibenda, vt perſpectū habeatur, an cōſtet belli Iuſtitia.

Magnam vero eſſe diligentiam in diſceptatione neceſſariam, vt conſtet belli Iuſtitia, rerum ipſa magnitudo declarat. Iudex enim ſedet in grauiſſima cauſa, qui vniuerſi regni fortunas, vitamq́; multorum ſummum in diſcrimen adducit; non enim ſatis eſt hoc loco leuis quædam, & perfunctoria cogitatio, quæ non intrinſecus totius cauſæ æquitatē exploret; non enim error niſi difficilis excuſat auctorem. Non ſolum autem per ſuos Conſiliarios, ſed & amicos Princeps rem examinabit, & ſi partium iura ſint obſcura, fauendum eſt reo, non actori. Si bellum alicui Principi, aut Reipublicæ indicatur, cauſam perpendere oportet; ſi autem aduerſarij iuſtam eſſe cauſam cognouerit, illi ſatisfaciendum eſt; ſi autem, omni diligentia adhibita, dubia adhuc ſub Iudice cauſa pendet, nec quid certò decernendum ſit, apparet, ad accuratiorem exquiſitionē ſe poterit offerre; ſi tamen bello petatur, ſe defendere poteſt. Nec milites, præſertim centuriones aliqua inquiſitione recti, & æqui excipio, ſi enim apertiſſimè bellum non iniquum erit, & clare ius omnibus innoteſcat, militare omnes poſſunt. Si iniuſtitia clara eſt, nec eam poſſunt diſſimulare, nemo nomen militię poterit adſcribere. Si dubia eſt cauſa, milites, qui ſubditi ſunt, ſtipendijsq́; certis addicti vaſalli, vaſtare [illegible] poſſunt, detrectando enim Sacramentum, vires hoſtibus adderet, & Rempublicam perderent. At ſane in dubio patriæ potius, quam hoſtibus præſidium afferre oportet. Deniq; moris non eſt inconditam multitudinem ad Iudicium cauſa aduocare. Milites, qui ſubditi non ſunt, pendente adhuc in dubio cauſa, militare non poſſunt, cum illud bellum ad eos minimè pertineat, & ſponte rei dubię ſe immiſcere nequeunt. Deinde ſine vlla neceſſitate exponentes ſe periculo iniuriam inferēdi alteri Principi, ab æquitate iuſtitiæ deflectunt, at ceſſando periculum illud euitant. Vt plurimum tamen boni, ac pij milites hæc non delinquunt. Nam qui bella gerunt, cauſas ſpecioſiſſimas exquirunt, quę planè imperitæ multitudini non modo æquæ, ſed neceſſariæ quoq; videntur. Deinde cum Princeps boni nominis eſt, meritò præſumunt eum iniuſta bella non ſuſcepiſſe, cauſam accuratè examinaſſe, & à prudentibus eam, vitæq; integritatis viris comprobatam eſſe.

Digitized by Google

Prima igitur belli cauſa iuſta communiter cenſetur, ſi cuipiam iniuſtum inferatur bellum; duobus autem modis iniuſtè contra aliquem arma mouentur. Primo cum innocentibus infertur; Secundo cum belli alterantur condiciones, & alia geritur ratione, ac inceptum fuit; bellum enim quod initio fuit iuſtum, non acceptata ſatisfactione, redditur iniuſtum. Ottomanicam videlicet nauim contra fœdus capiunt Veneti; Turca bellum indicit, Veneti nauem, merces, damna omnium reſtituunt, pro honore, & auctoritate Imperatoris læſa ſe ſatisfacturos eſſe promittunt, idq; ad arbitrium ipſius, ſi æqua iubeat, vel arbitrorum, ſi eos dare vellet. Si omnino in propoſito pertinax Turca bellum moueat, dediq; ſibi Rempublicam nobiliſſimam vel Imperio iubeat, vel armis cogat; meritò virium omniũ adhibito conatu obſtatur, cum tanti non fuerit comiſſum crimen, vt crudeliſſimo hoſti tradere ſe deberent, ſimulq; cum libertate veram etiam Religionem deperdere.

Duobus modis iniuſtè bellu. infertur.

Bellum iuſtũ eſt cum iniuſte illatũ repellitur.

Si tamen nõ ſit coeptum.

Altera cauſa eſt raptarum rerum detentio. Nam, vt priuati Ciues, qui ſub Iudice ſunt, cum eis aliquid àblatum eſt, id iure repetunt, aduerſarioq. diem dicunt, ita Reſpublica, cum fruſtra repetitum res ſuas legatos miſit, bellum parat, & indicit. Multiplex vero eſt repetendarum rerum cauſa iuxta varietatẽ, ac modum auferendi; furto enim, vel rapina poſſunt auferri, vel non reddi, quæ depoſita erant, vel ius negatur ciuibus, vel hæreditas detinetur.

Bellum iuſtũ cum ſua repetuntur.

Iuſtum etiam bellum eſt, cum deprædationibus vicina fertur, agitq; hoſtis; tale cum Illiricis geſſit Populus Romanus, & Gallis, & Barbaris deinceps gentibus. Nam ideo magni diuitesq; impetuntur; annoſæ enim quercus euelluntur auſtris, quia frondibus, glandibusq; onerantur, ſalices immunes ſunt.

Quodnã ſit bellum iuſtũ

Depredationes bello ppelluntur.

Bellũ etiam committitur, cũ ius ciuibus negatur, aut negotiatores detinentur: Qualia in partibus ad ſeptẽtrionẽ vergentibus, multa priſcis tẽporibus fuerunt, & atrocia prælia. In hiſce cauſis nõ modò magnitudo damni ſpectanda eſt, quæ interdũ bello digna non eſt, ſed hoſtium etiam propoſitum bella quærentium, qui, ſi primis non occurratur iniurijs, ad nouas etiam maiores inferendas audatiores reddentur; ac tũ maioribus damnis acceptis, animis debilitatis, cum fidentioribus depugnandum erit.

Comercium violatũ bellum mouet.

Infertur etiam aliquando bellum vltionis cauſa, cũ videlicet, quacunq; in re hoſtis læſit; nec bellatur, vt res recipiantur, quippe quæ vel ablatæ non ſunt, vel abſumptæ; ſed vt improbi puniantur, atq; hac ratione tutior ſit Reſpublica. Vltionem quidem de priuatis inimicis ſumere nemini fas eſt, ſed tamen Princeps iniurias ſuas inultas præterire nõ debet, ſiuè ſibi à priuatis, ſiue ab aliq Principe inferantur; ſi. n. gladiũ ad perfidię vl-

Bellum iuſtũ in vindictã.

tionem euaginatum tenet, eo ad ſui honoris defenſionē vtatur.

Bellum quādo pro Religione iuſtū.

Bellum etiam geri poteſt, cum Religionis cultus deperditur, & Deus blasphematur, quod duobus fit modis. Primo, ſi externi improbè viuunt, Deumq; contumelijs afficiunt, licet alijs deindè non noceant; Deinde, cum dolo, & fraude in ſimilia pariter flagitia alios allicere conantur. Si tamē ſibi tantum improbi ſunt, & blasphemi, nec aliqua religionis noſtra fit irriſio, bellū contra eos eam tantum ob cauſam ſumere nequaquam licet, cū Reſpublica de alienæ Reipublicę ſtatu iudicium exercere non poſſit; peccata autem punire, Iudicis munus eſt. Cum verò per vim, aut fraudem ſua vitia inferre Reipublicæ conantur, iuſtam etiam dant belli occaſionem; ita contra Antiochum, aliosq; ad Idolatriam vi impellentes, iuſtiſſima bella Macabei geſſerunt.

In ſocios hoſtiū iuſtū eſt bellum.

Non iniquum etiam bellum cenſetur eſſe in eos, qui hoſti in bello iniuſto opem ſuam tulerunt; Eam ob cauſam Romani Picentes, & Salentinos, quia arma pro Tarētinis geſſerāt, domuerunt, contra Philippum Macedonē bellum decreuerunt, quod ſibi fędere dominantem in Italia Annibalem adiungerēt, quamuis & Athenarum preces eò impellerent. Secundi belli Macedonici contagio traxit Illiricos; Et huius fere catenæ replicato nexu, dum omnes conſcios perſequitur, Romanus orbem ſibi ſubdidit, cauſas præbentibus Populis, aut exquirente Romano. Verum ad hoc bellum, quo hoſtium ſocij impetuntur, vt iuſtum ſit, duo requiri neceſſe eſt. Primum vt aliquā verè tulerint opē, non modo fauerint. Alterum eſt, vt ſubditi hoſtiū non fuerint, belliq; cauſa illis aperta non fuerit. Si enim dubia belli cauſa ex fędere ſocios, arma, commeatus pręſtare debuerunt, cum innocentes iudicandi ſint, peracto iam bello nequeunt vexari. Nō modo iuſtiſſima, ſed etiam ſpecioſiſſima cauſa bellandi eſt, cum ſocij defenduntur. Itaq; Populus Romanus precibus Campaniæ motus non pro ſe, ſed, quod ſpecioſius eſt, pro ſocijs Samnites inuadit. Qua quidem in re hoc animaduertendum cenſeo, vt ſociorum cauſa ſit iuſta.

Violatio legatorū iuſta belli cauſa.

Præter ſupradictas belli cauſas iuſtiſſimas quidē, aliæ etiā adnumerantur; legatorum enim iniuria grauium bellorum cauſa fuit, eaq; iuſtiſſima, quia eſt contra ius gentium; ſi enim ſecurus eſſe nequit, Pacis, & Reconciliationis ſpes abſcinditur. Tarętini legationem Romanam de cęſis ciuibus ferentem querelam, per obſcœnam, turpemq; dictu contumeliam violant; ſed victi magnis prælijs, nequicquam impiam cauſam tutati Pirrho, flagitium ſeruitute luerunt, ſimulq; Picentes, & Salentini in ditionem venerunt. Legati quidē ſacroſancti, & penitus immunes, ita tamen, vt pręter legationis munus nihil aliud agant, nec moliātur in eos, ad quos miſſi ſunt, & iuſſi abſcedere, cōfeſtim pareāt.

Crebro bellorum externorum cauſę,ſicut & ſeditionum fuerunt,mulierum raptus,impudicitiæ vindicatę. Troianum bellum,Dardaniæ gentis excidium, etiam ex adulterio natum eſt, & ex ſcortatione Miſſiniacum,quod Græciam in partes diuiſit. Lauiniæ raptus Turnum pariter ad arma euocauit; & Romana arma primum ob raptas ludis equeſtribus virgines inter generos,ſocerosq́; fuere. Iuſtè bellum intulere Veientes, Ceninenſes,Sabini,ſed quia generoſa quadam audacia bellum gerebát, Romanorum armis ceſſere.

Violatio mulierum iuſta belli cauſa eſt.

Bellum Troianum ex adulterio natum.

Quæ iniuſtæ ſint bellorum cauſæ.

CAPUT V.

IMprobum quorundam prudentum Politicorum iudicium inter iniquas bellandi cauſas ante alias adnumero; eo enim ſuam Rempublicam prudenter inſtitutam, egregieq́; moratã arbitrantur,ſi barbaros ſeruituti ſibi ſubdere potuerint. Homines ita diſtinguũt illi,vt alios natura ſeruos vocent; ad parendum videlicet; alios verò ad imperandum natos. Quid hac ſententia fallacius, quid humano generi infeſtius? Hinc enim ſuperbiſſima Grecorum ſapientia ius putabat Barbarorum nationes Imperio ſubdere, iuſtumq́; eſſe bellũ, vt deteriores parerent melioribus;ſe ſe vero meliori natos conditione dictitabant,cum tamen plurimas nationes barbaras innocentius,modeſtiusq́; Græcis vixiſſe preclare conſtet. Verum magnum aliquod ſe pręſtitiſſe abitrati ſunt, cum Lydos,Sarmatas,Scythas,Indos in poteſtatem redegerunt,& ſe vti ſapientes, ſtultorum,vt putabant,Dominos fecerunt. Ac primum quidẽ nimium hoc arrogans eſt,tantum ſe extollere, tantumq́; alios deprimere,vt ad ſeruitutis vſq́; iugum innocentes deducantur. Deniq́; primum videndum,an ille, qui in barbaros ad ſeruiendum natos bellum ſuſcipit,vt legitimè eos gubernet, ipſe quoq́; animum,domum,Rempublicam ex virtute regat, alioquin ipſis Barbaris erit iniquior. Sed quomodo iuſta belli cauſa? Erudiendi potius ſunt Barbari,& monendi,quam debellandi, cum illi ſeruiant,qui ius vitę necisq́; in eos habeat, quia callidior illis eſt. Non autem eſſe naturæ illam,ſed inſtitutionis diuerſitatem Gentes omnes docuerunt. Romani initio barbari fuere, deinde Hiſpani,Galli,Germani, nunc verò cultiſſimi omnium habentur,& in Africam,Aſiamq́; immanis quæq́; barbaries videtur demigraſſe.

Barbari potius admonendi,quam debellendi.

Fæminarum cauſa plurima etiam iniqua bella geſta ſunt, & ſi raptus abeſſet. Darius Perſa Tantino Regi Schytharum bellũ intulit ob filiam matrimonio negatam, quod fuit tyranicum, cũ ſubditum quidem cogere poſſet, vt inuitus filiam ſibi locaret. Vſitatum quidem fuit in vetuſta barbarie rapere coniuges, aut earum cauſa bellum inferre. Subtilior ars Procerum Francorum, qui Regem ad bellum contra Carolum Audacem incitabant, vt neceſſitate adſtrictus cuipiam Burgundicarum nationũ opulentiſſima addita dote filiam nuptui daret. Antonius non Cleopatræ quidem cauſa bellũ geſſit (eius enim amoribus fruebatur) ſed elatæ nimis, ſuperbientisq; fœminæ ambitione ad bellum committendum violenter fuit adactus.

Fæminarum cauſa bella pleraque iniuſta.

Raptarum coniugum cauſa bellum inferre vſitatum.

Pleraq; etiam iniuſta bella ex temeraria opum, & honoris cupiditate naſcuntur. Quod ſi aliæ cauſæ quoq; ſint iura, hæ tamen ſe comites iungunt. Opum quidem cupiditas in primis Romanis tectior fuit, in alijs gentibus conſpectior; vti in Perſis, qui per totam Græciam legatos miſerunt terram, & aquam in ſignum ſubiectionis petituri. Inquietos, turbulentosq; viros gignit auaritia, ac longinquas etiam nationes ob vectigalium cupiditatem ſuis annecti æquum cenſet. Xerſes, poſt Atticorũ ficuum guſtũ ſe eam terram occupaturum ſacramento iurauit, quæ tam ſuaues fructus produceret, idq; non gulæ titilamento præſtitit, fructus enim poterat emere, ſed auaritiæ ductus fame; licèt enim tantas opes, tantamq; potentiam quantum nemo alias ante habuerat, poſſideret, non tamen animum præſentibus contentum frenauit, ſed ad ampliora potius iniuſtiſſimè ſtimulauit. Auaritia, etiam & luxuries iam Gallos ad Italiam inuadendam ſollicitauit; nam, qui in ea fuerant, cum Popularibus vinum exhibuiſſent, eius dulcedine ad expeditionem omnes concitarunt, ſed, volente Deo, pleriq; ſanguinem pro hauſto vino in terra infeliciter quęſita effuderunt, & qui aliena nimis cupidè appetiuerunt, ſua omnia, vitamq; deperdiderunt. Eadem amęnitate, ac felicitate poſtea longobardos eadem Italia incitauit; in Pannonia enim cum eſſent, audito Italiam pomis dulcibus, ſucculenta carne, generoſo abundare vino, temperato frui cęlo, omniumq; rerũ varietate affluere, magnis huc agminibus contenderunt. Hiſpania verò duorũ Populorũ auaritiã in ſe, & in ipſos mutuò armauit. Etenim Hiſpani (tum gens ſimplex) in abditis terræ viſceribus occultas opes, ac diuitias penitus neſciebant, deinde Romanis quærebant; ſed ea re inflammari Carthaginenſes contra Romanos arma mouent, quæ nõ, niſi excidio Carthaginis, quieuerunt, & dum Hiſpanico auro, & ſuffuſionibus inhiant, mænia ſua diruerunt.

Bella ex cupiditate iniuſta.

Alienum rerum appetitor ſuarum amiſſor.

Sæpiſſime, vt diximus, ex auri cupiditate bellum oritur; verũ

in

in eo ambitio, & libido dominandi, cum integræ victoriæ laude pertinatior eſt. Cur enim cum vitam pacti hoſtes omnia dedere parati ſunt, non accipiuntur preces, ſed inſtat exactor vindictæ, donec deſperatio veniæ miſeros eò adigit, vt res ſuas perdere, ſeq; inſuper malint, quam crudeli ludibrio hoſtium ſe ſe offerre? non ne; quia ſuperbia ad glorioſum aſpirans victoriæ triumphum auaritiæ præponderat? Hæc igitur bellandi cauſa ea eſt, quæ prior fortaſſe animos Principum accendit; quamuis quemq; ſuæ cauſæ in infeſtiſſima rapiant prælia; Principatum tamen obtinet dominandi libido. Ninus id primus feciſſe dicitur, domitis proximis, cum acceſſione virium fortior ad alios tranſiret, & proxima quæq; victoria inſtrumentum ſequentis eſſet, totius Orientis populos ſubegit. Cæteras bellandi iniuſtas cauſas hic prætermittam. Cum ex ſatis ſuperq; dictis preclarè conſtet, quæ nam aliæ dici poſſint iniuſtæ.

Libido dominandi iniuſta belli cauſa.

Finem Belli iuſtum eſſe oportere hocq; etiam iuſtè gerendum.

CAPVT VI.

INiquè licet, ſceleratéq; geratur bellum, in ipſius tamen finis ratione boni aliquid ineſſe poſſe apertiſſimè conſtat. Quemadmodũ in iuſto bello iniquus etiam finis reperitur. Quamobrem vtroque modo bellum factum malum afferam. Belli generatim finis eſt pax; ecquis hoc inficiabitur? ſed in eo controuertuntur, quia alteri alter pacem ſuam imponere nititur, commodam ſibi, moleſtam ſocijs. Bellum ita iubet ſuſcipi Cicero, vt per ipſum tantum ad perfectam pacem, quietemq; poſſe quemquam aſpirare credatur: Bellum, cuius finis non eſt rectus, ſi alioqui iuſtum eſt; vt, cum Romani ſpecie Græcos adiuuant, animo Macedoniæ Imperium deſtinant, iuſtum quidem eſt, ſi cauſa Athenienſium iuſta ſit, iniuſtitiæ tamen ad mixta cupiditas, vt malum ſit, efficit; neque enim tam ſociorum commodum, quam Regnum Romanorum cupiditati propoſitum eſt. Hinc pariter fit, vt quam maximè delinquant etiam Principes, & milites, quibus iuſta licet bellandi ſit cauſa, infeſtæ tamen ſuæ voluntati obſequuntur, & publica commoda bellorum cauſa negligunt. Ac primo contra caritatem peccant, cum vindictæ, non iuſtitiæ deſiderio commoti meritas pœnas

Belli iniuſti finis poteſt eſſe bonus, & iuſtus.

Damna ex Principũ iniuſtitia.

nas

nas exigunt. Hinc ſumma in corpora immanitas, incendia, contumeliæq; naſcuntur. Nec æſtimant hoc rudes animi, ſed emulatione mutua, vel cladibus exaſperati belligerantur. Deinde, quamuis peccent, non tamen damna reſtituere tenentur, non, quia meritò non intulerunt ſed quia modo non licito. Parum eſt iuſtum eſſe finem, iuſta eſſe, ac neceſſaria bella, niſi etiam iura belli ſeruentur. Habent enim & arma ſuas, quamuis legibus aduerſa, leges. Primo quidem bellum ex iuſto aliquando, ſi non iniuſtũ, fit ſaltẽ illicitũ atq; execrabile, cũ per milites geritur, quorũ auxiliũ expoſcere propter ſcãdala, quæ poſſent occurrere, minime licebat. Deinde hinc fieri poteſt, vt iure merito Principes, ac Reſpublicæ poſſint, ac debeant eos, qui ante iniquam cauſam fouebant, adiuuare, & iudicare cauſam iſtam iuſtam effectam fuiſſe alterius partis vitio; Si tamen de ſcandalo pars admoneatur, & pro illatis iniurijs compenſatio debita curetur.

Auxiliares copiæ aliquãdo bellum iniuſtum faciunt.

Si enim Chriſtianus Princeps cum alio bellum gerat item Chriſtiano, milites verò Turcas, Tartaroſuè, aut alios infedeles, & Barbaros inducat; non dubium, quin grauiſſimus ſit error, iuſtiſſimam licet ob cauſam bellum ſuſceperit. Huius autem aſſerti firma eſt ratio, quamuis enim aliena pars peccarit, atq; ad ſatisfactionem obligetur, non tamen tenebitur ſe barbaris in poteſtatem tradere, quod non ſine ſummo non modò corporũ, ſed animorum detrimento fieri certum eſt. Neque verò vllus Princeps, aut Reſpublica ab vllo Principe, aut Republica eam penam exigere poteſt, cum nullum tale ſit delictum, cui commenſurata ſit huiuſmodi pœna, vt Turcæ portam aperiat, ſummoq; diſcrimini ſubditos committat. Poſſunt etiam Chriſtiani Principes obſiſtere, & contra eum, qui infideles fœderum conteẽptores, cõmuneſq; omniũ Chriſtianorũ hoſtes aduocauit, inſurgere, ſi huiuſmodi ſcandali periculũ immineat. Non enim hoc modo iniquæ cauſæ patrocinabuntur, ſed commune periculum auertent, quod non modo illis, quos contra vocantur barbari, & vicinis Principibus, ſed ipſis quoq;, qui vocantur, in perniciem verti ſolet. In ſeditionibus in ſubſidium euocare barbaros, quã maxime in vſu eſt; & hac via Heruli, Alani, Gothi, Vandali, Longobardi Imperium occuparunt. Paleologus contra Marcum Craconiacum Bulgariæ Principem, cuius fiducia proceres eius rebellarunt, Amurathem vocauit, qui lætus occaſione primum pro Paleologo vicit, deinde ingentem Græciæ partem in ſuam redegit poteſtatem. Bellum iuſtum geſſit Paleologus, ſed poſtquam barbaro, & periuro milite vſus eſt, ſe & Regnum perdidit, & hoſtem validum Europæ immiſit, qui dulcedine allectus etiam nunc Italiæ, Germaniæ, & Hiſpaniæ clauſtra

Princeps Chriſtianus cũ Chriſtiano iuſtum bellum gerens, ſi milites infideles in bellum inducit grauiſſime delinquit.

ſtra armis pulſat. Hanc ob cauſam cauendum eſt, ne Principes magni animi,& celſi eò per vicinorum iniurias redigantur, vt ad hoſtem communem ſe ſe applicent. Ita Baiazetes, victis Chriſtianis, Paleologum ad extremam ſui perditionem adegit; ille tamen, diuina patrocinante manu, inuocato Tamerlane liberatus eſt, & Baiazetes parucidij, & crudelitatis pœnas dedit, caueę incluſus, & per ludibrium circumductus. Præterea, vt in ipſo bello iuſtitia ſeruetur, & omnia damna inferre licet, quæ ad puniendos reos, ſatiſfactionem, & ſecuritatem Reipublicæ firmandam pertinent; cum vltra eos terminos progreditur vindicta, bellum iniuſtum eſt. Hoſtium deinde damnis non eſt æſtimanda compenſatio, ſed victoris commodo. Damna enim hoſtium ingentia eſſe ſolent. Quæcumq; enim in prælio miles capit, iure belli retinet, quod ad ſatisfactionem nequaquã pertinet. Aequa plane lex eſt, vt quæ in prælio capta ſunt, iure capientium eſſe cenſeantur; Ducum enim liberalitas ad excitandos militum animos pernecceſſaria eſt.

Ad excitandos milites Ducum liberalitas neceſſaria.

Iniuſtè etiam tum bellum geritur, cum occiduntur innocentes, quamuis alioqui iuſta aliqua cauſæ ſpecies eſſe videatur. Duobus modis occidi innocens nequit. Primo ſi quis innocens eſſe cognoſcatur, ille directè, & per ſe ſine graui peccato non poteſt occidi. Ex ipſa natura habetur cauſa, cum nulli pœnæ ſit ille obnoxius, qui à culpa eſt immunis. Cauſa belli eſt iniuria; qui verò longe ab iniuria abeſt; belli expers eſſe debet: pareſt autem ratio ſubditę ciuitatis, & externæ; nam ſi Theſſalonica deliquit, non tamen Theodoſius eadem pęna inuoluere iuſtos, & ſeditioſos potuit, nec plus iuris in exteros habet, quorum Iudex factus eſt, nec alia ratione, quam illorum noxa patiatur. Innocentes autem præſumuntur Pueri, mulieres, clerici, niſi pugnarint, aut pugnantes iuuerint. Innocentes etiam aliquando integræ exercituũ partes eſſe poſſunt; quicumq; enim ſui Principis rationes iuſtam ob cauſam ſibi defendendas eſſe arbitrãtur, quamuis arma gerat, dummodo ſit ignorantia inculpata, innocentes cenſendi ſunt; idcoque occidi non poſſunt. Innocentes tamen occiduntur per accidens. Hoc verò, vel ideò, quia præſumuntur nocentes, vt cum omnes, qui ſunt militari ætate poſt victoriam occidantur, quia armis, conſilijs, & quocumq; alio modo iuuiſſe iudicantur; vel quia militis non ſunt partes ſingulorum cauſas audire, aut diiudicare. Hinc Deus paruulis duntaxat parcit, & mulieribus, ſi viri ęquè innocentes deteriorē ſanè non ſubirent conditionem. Deindè quamuis plurimos culpę expertes eſſe conſtaret, cum tamen abſq; illorum cæde bellum committi non poteſt, poſſunt occidi; cum enim replicatis tormẽtorum ictibus in vrbe male agatur, eidẽ plane periculo

Bellum non iuſtè in innocentes.

Innocentes aliquãdo integrę exercituum partes eſſe poſſunt.

tũ nocẽtes, tũ innocẽtes ſunt expoſiti. Poſtremò cũ militũ furori diripienda Ciuitas conceditur, paſſim nullo diſcrimine obuij ſternuntur, & concedere tamen prædam totius vrbis Imperator poteſt, quamuis præuideat multos innocentes eſſe perituros; immò ſi innocentes mænibus imponantur, ius ſuũ perſequi poteſt. Bellum itaq; ſi eſt gerendum, iuſte gerendum conſtat.

Verum, ſi Hoſtis ſatisfactionem offerat pugnandum ſit.

CAPVT VII.

An, oblata militis ſatisfactione, ſit Principi bello abſtinendum.

VARIE agitatur hęc quæſtio; nam quęritur, ſi hoſtis qui iniuriam intulit ad meliorem frugem conuerſus, dicat nolle factum, & præterea ad prudentis iuditium reparare damnum velit; an pars læſa eam acceptare ſatisfactionem teneatur, & quocumq; bellico iure abſtinere. Deinde quæritur etiam, ſi liberum ſit Principi vel acceptare ſatisfactionem, vel eos bello perſequi, quid ſuadendum illi, ſiue quid magis expediat. Diuerſimode in priori quæſtione ſentiunt Doctores. Nonnulli enim, oblata ſatisfactione belli, iubent abſtinere, cum nondum ſanguine fuſo ſacratum eſt. At ſi præliatum fuerit, ſi murum concuſſerit aries, alij putant contempta ſatisfactione bellandum, alij à bello abſtinendum affirmant. Ego verò, diſtinctionibus adhibitis, propoſitiones haſce apertius explicabo.

Prima igitur ſit Propoſitio, Iniuria tum conſertur, vel cum diripiuntur fortunæ, vel cum operibus vis infertur, vel cum per calumniam fama, ac bonum nomen læditur; aliquando etiam omnia iſta ſimul coniunguntur. Deniq; cum Diuinæ Maieſtatis honos ſacrilegijs infidilitatis vel hæreſos crimine læditur.

Secunda ſit Propoſitio, In his facillima compenſatio eſt fortunarum ablatarum, & honoris. Pecunia enim, pecoraq; reſtitui poſſunt, aut æqua pretia rependi. Honor etiam recantatis ſæpius conuitijs, & confeſſa calumnia, redintegrari poſſe videtur.

Verùm duo ſunt, quę hanc rem arduam, ac difficilem reddũt. Primum eſt, quòd non modo res ablatæ ſunt reſtituendæ, verum etiam ea, quæ conſecuta ſunt detrimenta, compenſanda. Hoc enim eſt, quod in Iudicio ciuili decernitur, ut ſumptus, damna,

lucri

lucri ceſſatio omnem omnino ad æqualitatem rependantur, quod etiam in bello requiritur. Alterum eſt, quod poſtquam omnia reſtituta ſunt, pœna nihilominus iniurianti, & quidem duplex infligenda eſt, nempè vt rependat iniuriam paſſo aliquid pro contumelia, quam intulit, deinde nonnihil pro timore ſollicitudine, ac moleſtia, quam ſuſtinuit expoliatus, dum re ſua caruit. Hoc autem acto, nouam adhuc pœnam expoſcit Reſpublica ob publici commodi conſeruationem. Quamobrē, poſtquam reddita ſunt furta, & recantata eſt calumnia, furtum furca, calumniam exilio, carcere aliauè ratione plectit. Itaq; Reſpublica, quæ læſit, commodo ſatisfacere ſecundum leges debet. Hoc enim ipſius parentis naturę ius eſt, vt ęqualitas inter eos conſtituatur, qui aliena iniuria facti ſunt inæquales. Neque hic alia lex eſt priuatorum, & regnorum inter ſe. Quemadmodum enim in eodem Regno, vel ciuitate iuſtitiæ æqualitas ſeruanda eſt à Iudice, ita in humani generis conſortio, cuius membra ſunt Regna. Inter Regna etiam æqualitas conſtituēda, vt ſi vnum alteri per iniuriam quidpiam abſtulit, per Iuſtitiam reſtituat, hac tamē moderatione ſeruata, vt ſatisfactio recipiatur, nō alia Reſpublica opprimatur; ſeruandæ enim ſunt leges quę apud priuatos ad reſtituentis commodum ſunt inſtitutæ.

Damna cōpenſanda, & pęna infligēda peccanti.

Tertia ſit Propoſitio ob pudicitiæ violatæ, & ablatæ vitæ damnum difficillimè reſarciri; nam cum adulteria, raptus, violentiaq;, & cædes morte puniantur, nulla alia ſatisfaciendi videtur eſſe ratio, quam vt vniuerſa Reſpublica, quę talia commiſit facinora tota ſe morti offerat; & colla ſecuribus ſubmittat; omnes enim ſunt homicidiæ, adulteri omnes, raptores; atque ſatisfactio nihil aliud videtur, quam plena deditio liberum ad victoris arbitrium.

In Pudicitia ablata difficillima reſtitutio.

Quarta ſit Propoſitio, ſatisfactionis moderatio, vt iuſtitia ſeruetur, cum inter diuerſas Reſpublicas agitur, non ſecundum leges ſcriptas, ſed ius naturale, & ius gentium facienda eſt. In quo primum facilior redditur in fama & fortuna lęſa; neq; enim ad flagra, neq; ad furcam trahere quemquam eſt neceſſe, cum naturali iure pœna mortis illis non ſit decreta flagitijs; imo nec omnium quidem gentium legibus furtum capitale ſit. Quando autem pudicitia contaminata eſt, quamuis raptus, & adulteria diuina lege ſupremam mortis ſententiam acceperint, non tamen opus eſt, vt ſe dedat ad gladium Republica; iudiciales enim ſunt illæ leges, & Hebræorum, non omnium gentium; & quamuis pars læſa poſſit ſanguinis expetere pœnam, ſi habeat reum in poteſtate, non tenetur tamē Reſpublica talem reæ mortem tradere. Itaq; quamuis Rex, vel Princeps aliquis auctoritate Senatus, iuſſu Populi, omnium conſenſu alium Principem ali-

Quæ ſatisfactio moderata ſit.

quorum cæde, aliiſue modis læſerit, ſi verè ipſum Populum, Senatoresq́; pœniteat, ſi omni modo ſatisfacere ſint parati, non debet ab illis exigi, vt omnes ſe dedāt arbitrio læſorum in mortem, aut vincula, ſed contentus debet eſſe ille, qui læſus erit, pœna aliqua mitiori propter multitudem, & plurimos innocentes, immò vel ipſe iudicare, vel ad ſanioris conſilij arbitros, rem committere. Huius rei cauſa eſt, quia bellum tum non eſt neceſſarium, non autem gerendum ſine neceſſitate. Vel enim pugnat Princeps, vt damna ſua compenſet, vel vt de iniuria debitam ſumat vltionem. Si vt damna compenſet, iam damna opum, & honoris redduntur, pudicitiæ verò, & mortis damna irreparabilia ſunt; compenſatio autem fieri debet ex æquo, & bono. Iniuriam cum agnoſcunt, & ſatisfactionem offerunt conuenientē, eam acceptare debet; cum autem ſit grauiſſima pœna mortis, & ſeruitutis, poſſitq́; minor exigi, iniuriam facit, ſi ad tam graues, & prauas conditiones vniuerſam voluerit Rempublicam reuocare. Deinde Iudex eſt in hac cauſa ob delictum alterius; ſed ſatisfactio offertur, non amplius vt iudex, ſed tanquam pars cum parte agit, & licet adhuc Iudicis partes gerat, audire tamen etiam tenetur tāquam pars, aut Iudex partem maxime moueor, Ad leniter agendum putem, quia alioqui nullus eſſet omnino bellandi finis, cum in armati hoſtis arbitrium nemo ſe facile credat. Quod ſi Rex læſus exigat, vt omnes ſe morti offerant, aut deditionem faciant, vt liberum vitæ, & necis arbitrium penes ipſum ſit, aut ſane, vt data vita ſe illi omnes ſubijciant; Reipublicæ formam immutent, id arbitror iniuriantibus faciendū, ſi magna damna intulerint; agros vaſtarint, vrbes diripuerint; hæc enim æqualitas eſt compenſationis. In minoribus id non facient, vt ſi legatos irriſerunt, tantam ſatisfactionem nō oportere fieri cenſeo; & ſi fiet, & iniquè exigi crediderim.

Quinta Propoſitio, cum iam bellum geritur, ſi labente acie hoſtili, veniam, & ſatisfactionem offerunt, caritatis eſt parcere, non tamen ex iuſtitia id facere tenetur; iam enim malefactorem in ipſo actu deprehendit, nec, niſi effugij cauſa, preces offert. Si poſt aliquot prælia vtrinq́; facta adhuc ſatisfacturum pollicetur, audire, & acceptare tenetur, modò ne fallendi temporis cauſa, & doloſe, donec in promptu ſint auxilia, id agatur. Nam, qui verè ſe offendiſſe dolet, & ad ſatisfactionem paratus eſt, iam aditum ad innocentiam ſibi aperit, ac proinde ob cauſas, quas antea attuli, pro Republica debet accipi ſatisfactio.

Sanius tamen conſilium ſequetur Princeps, ſi cum primum ſe hoſtis erraſſe cognouerit, & pro magno delicto paruam ſatisfactionem obtulerit, eā accipiat, immò ita agat, vt ipſe ſua clementia pœnam leniat, nihil aſperum, aut contumelioſum impo-

Bellum non gerendū ſine neceſſitate.

Venia petenti hoſti concedenda.

Satisfactionem paruā accipiet Princeps etiam aliquādo pro delicto magno.

nat, damno eorum, quorum intereſt, quoad fieri poteſt, conſulat, potius tamen pacem, quam bellum ſe velle demonſtret, ipſe de ſuo ſatisfaciat, ſubditosq́; doceat pro cōmuni bono incommoda quædam toleranda eſſe. Imminens, ac periculoſum bellum, quod cum deſperatis eſt futurum, facilè effugiet; qui ſi extrema viderint, acerrimè reſiſtent pro vita, & libertate pugnaturi; deinde omnes eorum miſerti, vt poterunt, ſuccurrent, eumq́; qui ad tam graues neceſſitates adegit, execrabuntur. Quod ſi omnia deſint, in cuiuſcumq́; Potentioris ditionem, & ius ſe ſe dedent. Fidenates, cum miſericordiam victoris deſperarent, igne ſe cremarunt. Sanguntini ſe ipſos interfecerunt, & plus operæ fuit in vna Ciuitate, nec ea populoſa, quam in vaſtiſſimis Aſiæ Regnis ſubiugandis. Et illud pariter in animo obuerſetur multos innocentes, multos neceſſitate, multos leuitate, plerosq́; errore peccaſſe.

De Conſilijs, quæ bellum præcedunt.

CAPUT VIII.

Poſtquam Princeps maturè de bello inferendo tanquam iuſto conſultauerit, opus eſt facto, ſed ante neceſſarium eſt inire rationem, num ærarium neceſſarijs ſufficiat ſumptibus, num militum numerus aduenrāti hoſti commodè poſſint opponi; aliter enim de pace, non de bello cum hoſte tractandum eſt. His maturè conſideratis, haud prodeſſe moram exiſtimarim, ſupernacaneaq́; verba ob opere remouenda. Et meritò ſæpius acriter orationibus ſuis oſtendebat Demoſthenes, non verbis, & deliberationibus abſq́; executione, ſed armis coercendum Philippum. Celeritate in bellis opus eſt.

Concludendum etiam eſt, num expediat bellum, aut liceat, aut poſſit moueri, & iuſtæ ne cauſæ ſint, & viribus adſint. In hoc conſilio bona expendenda, quæ ex victoriç ſpolijs emergunt, & cum incōmodis, quæ indè naſcuntur. Armorū et vſus cū cōſilio eſt temperandus; quidam enim præcipiti nimium vtūtur conſilio, qui, dū inferre pericula volunt, nō cauent, cū nō imminētia ſint expēdēda diſcrimina à fortunç vi, ancipitiq́; Marte immiſſa, quæ certa ſçpè pro incertis cōmutāt, & quodcūq́; belli genus facile patiſtur aſſumi, licèt deindè çgerrimè deſinat, nec in eiuſde Ira conſilio temperanda;

 pote-

poteſtate initium ſimul cũ exitu poſſit eſſe. Quicumq; ignauus etiam bellum exorditur, non ita verò, niſi victorum arbitrio deponit. In hac de ineundo bello conſultatione conſiliarios ipſos perpendat, qui videlicet ſint, qui ſuadeant, quiuè diſuadeant. Sunt in Aula furiæ, facesq; belli, quibus in pace durius ſeruitium eſt, quo tempore coguntur probis legibus obtemperare, & à quibus in belli licentia ſe liberant. Sunt inquieti, qui nec ipſi quieſcunt, nec vllam alijs quietem permittunt. Sunt exules, qui in eos, à quibus pulſi ſunt, merito metu pœnarum conctante in Principem in arma impellunt, Patriæ, & auitarum poſſeſſionũ recuperandarũ cupidine, paruiq; hi penſi habent, quid iuſtũ, quid facile ſit. Id ſolum firmiter in animo tenent; quo pacto alium moueant. Nuncijs, litteris, precibus vrgent, mentiuntur, peierant, omnia in expedito eſſe; veniat modo, tentet, audeat vincere, nomine, & authore opus, cunctos ab hoſte defecturos; & citra ſanguinem plenam victoriam ſecuturam. Tali perſuaſione Philippus Macedoniæ Rex à Domitio Phario Illiriorum Rege, Sebaſtianus Luſitanus à Mahumote Mauritano, & Athenienſes ab Egeſtanis exulibus inducti perierunt; poſtremò Carolus VIII. Galliæ Rex ab exulibus Regni Neapolitani, deſperatum illius ſtatum, amicos ac clientes ſuos iactantibus ad damnoſam ſibi poſteriſq; expeditionem impulſus eſſe ſcribitur. Sunt etiã qui ſub inani publicę cauſæ ſpecie, vel ſe ipſos de inimicis vindicare, vel diteſcere ſtipendijs, & ſumptibus Principum, & ex rapina in ſubditos cupiunt. Sunt plures, qui de bello peragendo conſilium facilè dant, ſed periculum ſubire poſtea detrectãt.

Conſultatio accurata.

Rectè Princeps quidam, cũ magno numero Conſiliarij de bello conſultarent, iamq; Senatus conſultum pro bello ſubſcribendũ eſſet, clam conſtituit, vt ex oppoſita ſenaculo turri per vitreas feneſtras in conclaui iacularentur milites, ſine periculo eorum, qui adeſſent; ſed ingenti pauore cum volitare ſpeculariũ fragmina viderent, omnes diffugere, tuta quæſiuere; tum monere Princeps, vt in periculo interriti conſiſterent, ſed fruſtra. Vicit timor verecundiam, & ſolus in periculo, vt putabant, Princeps deſtituitur. Ille ciuiliter timori ignoſcens, Nemo, inquit, bellũ ſuadeat, præter eum, qui belli periculum non reformidat, leones ore, animo; lepores in ſummo periculo me reliquiſtis. Hac in re nihil periculoſius Principe, qui cum homo ſit, damna contumeliasq; more Romano, ideſt ęgro animo, &, vt excelſæ mentis videatur, iracundo fert. Conſiliarius fidus ſententiam non pro affectu, ſed ſalute Principis dicet. Irato enim Principi Cõſiliarius pacatus maximè neceſſarius eſt; nam ſecum affert cõſilium, quale paratus Princeps ipſe probaret. Hac in re plurimi ſanè decipiuntur, cum ad gratiam occupandam, irę Principis

Irato Principi Conſiliarius pacatus neceſſarius.

adulantur,

adulantur, quam mox Princeps ipſe poſiturus eſt. Non enim ſemper in eadem voluntate perſiſtunt Principes; iratorum enim voluntates euaneſcunt celerrimè. Conſilium bellicum verò in his conſtituo, vt quantum iuuentus Marti feroci exuperat, tantũ omnes caſus prꝑuidere, atque euoluere, Senatus ſui muneris eſſe arbitretur.

Vti verò bella gerentibus perquam neceſſaria ſunt conſilia, ſic æquum magis eſt cuſtodiendum ſilentium, ne occulta in apertum deducantur. Inde enim irrita fiunt Ducis decreta, qui contrarijs cõſilijs prꝑueniuntur, & inde in clades maximas cõijciuntur exercitus. Vix enim fieri poteſt, quin ſint in exercitu aduerſariorum exploratores, & intercepto conſilio eius; reliqua, quę bonum Imperatorem decent, parum proficiant. Iubetur itaq; ab ijs, qui militarem artem tenent, Dux, aut Imperator tria diligenter obſeruare. Quorum illud non immeritò, vt perfectũ eorum, quæ eſt facturus, ſilentium ſeruet, nec voce, aut vultu detegat; conſultet tamen, cum quibus oportet, ac ſi non decreuiſſet. Alterum, vt diurna, nocturnaq; itinera præclarè cognoſcat, & quomodo ea non tantum per terram, ſed etiam per mare perficiantur. Deinde, vt temporis opportunitatem ex rerum circunſtantijs agnoſcat, poſſitq; illam cum iudicio conijcere. Poſtremò, vt conſilia, & naturam hoſtis intelligat. Quemadmodum enim, ſublato gubernatore facilè nauis in poteſtatem hoſtium venit, eodem modo, ſi quis rationibus, atq; conſilijs Ducẽ è medio ſuſtulerit, ſtatim quoq; exercitus hoſtiũ obijcietur rapinę, & profectò ad Ducem pertinet noſſe, qualis ipſe Aduerſarius, vel eius comites, vel optimates ſint, vtrum temerarij, an cauti, audaces, an timidi, militaris diſciplinæ gnari, an ex vſu temerè pugnantes. Sub ſignis, atq; acie bellandi arte excellebant Romani; ideo Equi incurſionibus, ac populationibus meliores increpãtur apud liuium, quod in aciem rem commiſiſſet; quia equitatu bene meliores erant Romani, in campis patentibus, quales ſunt inter Padum, & Alphes parum feliciter cum eis congreſſi ſunt. Sic ad pedeſtria bella imperita omnino Hunidarum gens erat, equis tamen habilis; ſic Sarmatis nihil ad pedeſtrem pugnam olim magis ignauum, vbi per turmas aduenere, vix vlla acies obſtitit. Celtiberi viribus longi hoſti inferiores, prudenter in cunei formam aciem diſpoſuerunt, quo pugnæ genere tantum valebant, vt quacumq; parte impetum factum ſuſtinere hoſtes non potuerint. Annibal in montanis locis cum hoſte pugnaturus, Hiſpanorum potiſſimum delectum habuit, qui præruptis aſſuetiores montibus, & ad concurſandũ inter ſaxa, rupesq; aptiores, ac leuiores cùm velocitate, tum habitu corporum, campeſtrem hoſtem grauẽ armis, ſtatoriũq;

Siletium in bellorum expeditionibus.

Tria dux aut Imperator in bellũ expeditionibus obſeruare debet.

Militum perpedendi mores.

facilè euicerunt; de Gallis, eorumq; ſimilibus haud difficulter victoriæ triumphum ſibi promittebat, vt quibus natura corpora, animosq; magna magis, quam firma dediſſet, & qui effuſo agmine aduentantes in certamen plus terroris, quam virium adferrent. Neq; verò minus neceſſariam eſſe arbitror contrariæ partis Ducis conſiderationem, vt ei, ſi non melior, æqualis certè opponatur. Scipionem Annibal eo ipſo, quod aduerſus ſe Dux potiſſimum lectus eſſet, preſtãtem virum credebat. Fabius eligendi Duces cura intentus monet, vt Annibali parem declarent Imperatorem. Nouerat enim Annibalem Fabius, ſed & Annibal Fabiũ, ſed & Marcellum nouerat, quem nuper victum, cum certamẽ inſtaurare accepiſſet; nimirum, inquit, cum eo hoſte nobis agenda res eſt, qui nec victor, nec victus quamcumq; ſemper refugit quietẽ. Hæc igitur omnia benè ante omnium ſibi proponat, quiſquis bellum aliquod eſt aggreſſurus; ne demum in ipſo bello minus præuiſę difficultates occurrant.

Quæ paranda ſunt à Principe tempore ſuſcipiendi belli.

CAPVT IX.

IN ſuſcipiendo bello decreta ſatis aperta communiter traduntur, quæ ad illud committendum neceſſaria omninò eſſe exiſtimarem. Tria enim conſiderationi, ſeu potius deſiderio occurrunt, Apparatus, Viri, & Conſilia. Si hæc Principi iuxta neceſſitatem in promptu erunt, iuſtis belli cauſis conſociatus, victoriam ſemper poterit ſperare. Non enim vt iuſtam hic foueat cauſam, vt ſecum vires ſuas perpenderit, ſatis arbitror; verum vt rectè ſecum ipſe inſtrumenta, quæ vſui venire poſſent ad tantam regendam molem, conſideret; quibus ſuam defenſionem, ſiuè amicorum inire haud turbulento conſilio, viribusq; ſatis tutis valeat. Verum enim verò Apparatum dico, res omnes neceſſarias ad ſummã omnẽ belli, vt ſunt hęc, Pecunia, Commeatus, Arma. Niſi enim hæc iam ante, & ex præparato habuerit Princeps, fruſtra eum de bello cogitaturum cenſeo. Prouido itaq; cõſilio, huic, antequã inchoetur bellũ, de copijs, expẽſisq; ſollicitus debet eſſe tractatus, maximè de Pecunia, quæ adeò neceſſaria, vt quemadmodum à Phyſicis hominum ambulatio ſine neruis denegatur; ità pariter Princeps inſanienti ſapientiæ

Pecunia, Cõmeatus, & Arma inprõpto habenda.

ſine

ſine pecunia bellum poterit proſequi,quę ipſi bello eſt quaſi anima,& oraculum. Pleraſq; res belli confici conſilio,& vt pecuniarum,haud quemq;fugit,& bellum eſt non in armis maximè, ſed in impenſis,& ſumptibus,per quos validiora fiunt , atque vtiliora arma. Immo ſi Princeps vſum pecuniæ prudenter nouerit adhibere , ſæpe omnes militares vexationes à ſemetipſo detruſurum,certi iuris eſt. Eduardus Angliæ Rex, Burgundiæ Ducis ſuaſionibus,potentiſſimum aduerſus Ludouicũ XI. Galliæ Regem exercitum collegerat. Hic ſtatim ſuis artibus animũ applicuit,quibus nimium pollebat, vt omnes Angliæ Regis Miniſtros magna auri copia ſollicitarent; qua ſanè ſumma, & ſemetipſum cum Rege conciliaret,huicq; regreſſum omnino ſuaderent. Quare factum eſt,vt Ludouicus Bertaglienſis Anglus, qui pacem non tantoperè exoluit,ęgreq; tulit, Nobili cuidam Gallo dixerit,Anglum Regem fortè poſſe irrideri, cum pacem ſibi admodum infenſam amplecti cogitarit , vbiq; ſemper ab illo eam victoriam reportatam fuiſſe,quæ tantum a Regis manibus ſola blanditiarum,auriq; copia,ac vi ablata fuerit. Hic ſub nouem annorum inducijs,& quadam matrimonij ineundi inter ipſos Regum filios promiſſione,& quadam pecuniæ ſumma, in Angliam reiectus,quam maximum ſibi dedecus aſciuit , ita vt res in adagium venerit,bella etiam blanditijs, & pecunijs geri, & finiri.

Bellum nõ tam armis, quã conſilio & pecunia bene geritur

Nec minus Annonę fœcunditatem neceſſariam dixerim,ſine qua non modo victoria referri , ſed nec vita agi poteſt. Nam qui frumentum,neceſſariumq; commeatum non apparat,nullo armorum vſu debellatur. Cæteris infortunijs poſt aliquod ſaltem tempus conſulitur,at pabulatio, & annona , niſi ſubito in promptu ſit, nullum remedij commodum ſentit. Paranda igitur ea,& quidem in vſum duplicem,militum, & præſidiorum. Illi dum in agmine verſantur,& caſtris,ne fame langueant;Iſta, vt contra obſidiones in longum ſæpè protractas annuis copijs firmentur. Philippum II. Hiſpaniarum Regem tam prouidè ſuis rebus conſuluiſſe accepimus,vt in conſcribenda illa claſſe, quàm Angliam verſus ſub Medinæ Ducis auſpicijs immiſit, nil deſideratum reliquerit,vt in ea quæcumq; armorum, annonæ, commeatum, militum , Ducumq; peritiſſimorum copia fuerit ſuppeditata. Cæſar præſtantiſſimus Dux in commeatu ſanè maxima vſus eſt diligentia. Corbulonem , quem meritò cum quouis Egregio Duce compararim,memoriæ proditum eſt, licet pertranſiret amicorum fines , magnam tamen annonæ copiam comparaſſe, cum ſuppetias ferre Ceſonio Peto à Volgeſe obſeſſo contenderit. Præter alia enim exercitum ſequebatur ingens Camelorum copia aſſueta bellis,onuſta furmenti, vt ſimul

Annona paranda.

mul hoſtem,famemq́; depelleret. Omnia itaq́; paranda prius, quam geratur bellum,nec tantum, quæ militibus ſunt neceſſaria,animaduerto,verum etiam,& quæ victum equis, cæteriſq́; animalibus ſuppeditent. Illud tamen non omiſſum velim, hoſtibus impeditum commeatum ſummum eſſe negotium. Id ſi vſu venerit,nihil magis poſſe illos perterrere,quam, ſi viderint interclusos commeatus,fameq́; pereuntes crediderim. Commeatu intercepto,fames pugnat,vires omnes eneruat, vitam ipſam proſternit,& hoſtem ad extremam deducit vel deditionẽ, vel cladem.

Ex cõmeatu intercepto fames ,& dãna in bello.

Illud etiam cõſiderabit Princeps malam temporum,& annorum intemperiem poſſe, & fuges conficere. Proponat itaq́; qui eas ſeruet, cuſtodiatq́; parum referret eas non habere ſiue confectas admodum,vt aut vſui non deſeruirent, ſiue militem debilitarent,aut conficerent;ſumma ideò opus erit commeatus copia;neque verò tam immodicam dixerim, vt æquè opus eſſe pecunia,& militum manu non cenſeam.

Neceſſaria magis annona, & milites, quam pecuniam.

Nonnullos ſcio credere pecuniam magis neceſſariam, quæ abundè ſuppeditata omnes propemodum belli ictus propellat. Non tamen ideò tam exactam exiſtimo pecuniæ conquiſitionẽ, quam validam militum manum,commeatuſq́; copiam, qua alantur. Opulentam prædam hoſtium nimirum aurum argentumq́; ſibi facilè parare poterunt milites. Quod ſi aut imbecilles,aut inepti abſq́; commeatu, quæ eorum vis? Macedones Perſianos auri, argentiq́; diuites ſibi ſubdidere. Heluetij inopes, mendici ſola virtute militari conquiſiuere ſibi immenſas Burgundiæ Ducis opes. Franciſcus Sfortia priuatus eques, nõ tam opum,quam militum tenax,decoratus gloria, preualidaq́; militum manu ſeptus,Mediolanenſis ditione potitus eſt. Italia vndiq́; auro referta incurſiones Caroli Octaui perfugere haud potuit, qui tam feliciter eam inuadere vndiq́; fuit gloriatus. Nec Alfonſo Neapolitano Regi tam præſto fuit aurum vndiq́; partum,vt ab ingruentibus Gallorum iniurijs eum tueri potuerit. Nec quis obijciat Annibalem poſt multas partas victorias a Carthaginenſibus ingentiorum pecuniarum vim exquirere, Galloſq́; ſæpè de victoria deſperaſſe ob nimiam opum Ludouici XII. tenuitatem;immò plura reportaſſe incommoda, ſæpeq́; Florẽtinos,Venetoſq́; ſuam ſalutem auri copia redemiſſe.Haud me latet ad belli ſuperandas difficultates pecuniæ vſum plurimum conducere,immò maximi fieri, ita vt Princeps non bene munitus hac tanta vi,potiuſq́; de morte ſit cogitaturus, quam ſalutem ſperaturus. Neq́; quies gentium ſine armis, neq́; arma ſine ſtipendijs,neq́; ſtipendia ſine tributis haberi queunt. Auguſtus militare ærarium inſtituit,vt perpetuò,ac ſine difficulta-

Quinam pecuniæ copia victoriã deſperarunt.

Quinã auri copia ſalutẽ ademerunt.

ſe ſumptus ad alendos milites ſuppeteret. Non expectandum belli tempus, vt pecunia congeratur: ſi tempore belli tributa ciuibus ſoluenda decernantur, ac ſimul pendantur, in tumultuoſas rebelliones facile populus conſpirabit; quod non ita fortaſſe eueniet, ſi multò ante ad ingentes belli ſumptus opportuna ſit congeſta pecunia. Verum tamen hoc aſſererem, ſemper exercitum illum, qui grauiſſimo auri pondere onuſtus eſt, ſæpe illius, qui verè norit diſciplinam militarem, prędam fore; diuitię enim viros deſides, egeſtas induſtrios, rebusq; aptos efficit. Ideoq; cum belli neruos pecuniam dixerimus; Duces, & milites cor eſſe agnouerimus; Diſtinguendum tamen putarim inter offenſiuum, defenſiuumq; bellum. Illud enim ſatis ſe ipſum alit; at in hoc ſumma pecuniæ copia opus exiſtimo, vt ſaltem tempus hoſtem debilitet, aut abſumat, aut opportunam nobis offerat occaſionem eum delendi, aut expellendi. Rarus conflictus, minorq; exercituum parſimonia maiorem auri neceſſitatem ſemper ſecum conuehit. Diutina bella ſine ſummá auri copia, ſi geruntur, difficile tamen finiuntur.

Arma, quæ curanda.

CAPVT X.

ARMA ſunt, quæcumq; ſuadent vel neceſſitas, vel vtilitas: iſta, quæ ex longo vſu didicit, & experientia, quod in bellis contra hoſtem expediat: illa, quæ improuiſum repulſura impetum obuia quæq; pro armis habet. Nec enim fas inermem militem hoſti obijcere, ne patriæ cladem potius, quàm tutamen paremus. In milite membrorum vicem gerunt arma, quæ a natura belluis ſunt tradita, cum prudentiæ commodo careant; homini autem dedit arma, quibus vtatur. Natura cornua dedit tauris, vngulas dedit equis, hiatum dentium leoni; viris autem ferrum, quo taurorum infringit robur, domat equos, leones euincit, quodq; magis arduum videtur, obſiſtentis ferri aciem retundit. Pacis itaq; tempore ingens armorum vis eſt comparanda, cùm facilè poſſit haberi. Ipſarum Campanarum æs in arma funditur, cum id ſuaſerit neceſſitas.

Quęcumq; ad bella faciunt inſtrumenta, arma eſſe dico, ſiue ijs ab hoſte defendamur, ſiue ipſum offendamus. In duplici Arma quid.

Arma quibus nos tutamur, & quibus alios lædimus, quænam.

igitur ſunt differentia; vel enim ijs nos tutamur, vt eſt ſcutum, galea, ocræ; vel hoſtem lædimus, vt gladius, haſta, ſcopulus. Hæc aliter quoq; diuiduntur; vel enim muniunt corpus, manibusq; ſingulorum tractantur; vel machinis aguntur, & violentius agunt, multorumq; viribus indigent, vt aries, teſtudo, tormenta maiora. Inter hæc media pono equos, elephantos, camelos, canes, quibus veluti armis nonnulli interdū in fuere vſi; ſunt verò arma animata, aut ſemiarma; aut ſemimilites. Arma defenſiua, ſiue tegmenta priora ſunt offenſiuis. Optimi enim Ducis partes ſunt ſuos primum in tutò collocare, deinde hoſti nocere; ſi enim mutuis plagis concidantur, nullius eſt victoria. Fortior itaq; eſt qui munitior, qui duriſſimo armorum chalybe ſe munit, quaſi incus aſſiduè percutientis mallei ſonitum non metuit. Dum clauum Nauarchus regit, tempeſtates ſpernit; miles benè tectus inuadit hoſtem, & arte intrepidè vtitur, ars autem omnes rerum difficultates abſorbet. Arma, quibus hoſtem offendimus, multiplicia ſunt; neq; enim res vlla eſt, qua nō in hominum perniciem homines vti poſſint, & non aliquando vſi ſint. Nō gladij modo, teliq; mucronibus homines cōfectos, ſed puluinis quoq; & roſis ſuffocatos legimus; turbæ et clangore, timpanoq; pugnamus; horumq; ſtrepitus quoties hoſtem in fugam concitat? Capilli erant, vti gladius, adeò, vt minus ridiculum Theſei inſtitutum videatur, qui capillum radi voluerit, ne anſam hoſtibus præberet, quod Alexander Magnus ſuos in barba iuſſit imitari. Chartaginenſium fœminæ capillos pro nectendis machinis, & nauium funibus dederunt. Aquilienſes verò in neruos arcuum impenderunt.

Arma defenſiua cuæ, & qualita.

Defenſiua arma conuenientem habeant figuram, iuſtamq; cū corpore proportionem. Gallos à Romanis tanto facilius profligatos accipimus, quod ſcutis ipſorum oblongis, ſeu anguſtis vaſtam corporis molem contra pilorum ictus tegere non poſſunt. Sit igitur maxima Principis cura videndi, quo, & quali armorum genere ipſius ſubditi vtantur, tum etiam, ſi opus videatur, ex peritorum hominum conſilio ea corrigendi. Romanorum exemplo, qui licet vicini ingentis animi virtute floruerint, ac iudicio, armorum tamen formam a Samnitibus accepere. Vt autem vnico verbo plura complectar. Armorum defenſiuorum ea debet eſſe ratio, ea forma, ac pondus, vt ſicut ipſa milites defendunt, ita & ipſa a militibus defendi poſſint.

Offenſiua arma cuę, & qualia.

Offenſiua tantò meliora erunt, quantò ſunt è melioris notæ materie compoſita, quanto tractatu faciliora, ac quanto longius hoſtem lædunt. Tractatu debent eſſe faciliora, ne eorum pondere grauentur milites, agiliterq́, hoſtem valeant inuadere. Optima in eis requiritur materia, vt milites eis fidere

poſſint,

poſſint, vtq; ipſa tanto diutius durent. Eminus debet offendere, vt tanto maius hoſtibus inferant damnum, antequam etiam ad ſimul conferendas manus deueniant. Qui telum eminus, ſiue a longe, vt, exempli gratia, globum miſſilem e ſclopeto contra hoſtem explodit, fieri poteſt, vt æquali temporis ſpacio tribus vicibus ſclopetum exoneret, dum hoſtis interea, cui tam longè tam attingens telum non eſt, vix duabus vicibus explodendi habet ſpacium; Sic ergo fecit, vt ille alteri tertia parte præualeat, licet æquali ſint numero, ille tamen tria habere millia, cum alter tantum duo habeat, exiſtimetur.

Hinc eſt, quod Vegetius ſcribit Martio Barbulorum legionẽ, quos Diocletianus, & Maximianus poſtea Iouios, & Herculeos nominarunt, multas, ac præclaras Romanis Imperatoribus victorias peperiſſe, dum certo quodam teli genere tàm homines, quam equos eminus ſæpius inflictis vulneribus petebant, priuſquam non modo ad manum, ſed ad iactum poterat peruenire. Hac eadem ratione Parthi Romanos ſagittarum nimbis oppreſſos, priuſquam pila expedire poterant, ſuperarunt. Eodẽ teli genere potiſſimum Angli Gallis ſæpè ſuperiores euaſerunt. Hanc ob cauſam equeſtrem eorum militiam, qui longis ſclopetis vtũtur, inſtitutam puto, quorũ opera Rex Catholicus in Belgio ſæpè feliciter eſt vſus. Germani vero equites, qui breuibus, & vix ſpithamæ longitudine, licet quinis, ac ſenis ſclopis inſtructi fuerant, nihil vnquam præclare in prælio effecerunt; vt quorum ictus ob machinulæ breuitatem, antequam ad hoſtem pertingerent, euaneſcerent; certè ad Rentium a Franciſco Guiſiæ Duce ſola Lanceariorum opera in fugam acti, ac profligati ſunt. Eam ob cauſam Ihicrates Athenienſis militibus ſuis haſtas duplo longiores, vt & gladios multo longiores fieri iuſſit. Quę cum ita ſint, pacis tempore maximè curet Princeps, vt egregios habeat arte fabros, qui arma naues, machinas conſtruant, in publicaq; armamentoria reponant, quibus belli tempore commodè exercitus vti poſsit. Quæ maxima cura fuit Demetrio, ſed maior Dioniſio Syracuſarum Domino, qui pro apparatu bellico contra Chartaginenſes conuocauit in varijs regionibus fabros omnis generis ad gladios, clypeos, galeas, naues fabricandas. Multæ Ciuitates obſidionem tolerare potuiſſent, ſi annona, aut ea, quę pro bombardis requiruntur, nempè glandes, & puluis ſulphureus non defeciſſent. Itaq; Princeps, antequam egeat, diligenter pręcauere debet, vt talia cogãtur, & conſeruentur. Difficile enim, atq; arduum opus eſt hæc ſubito parare; parata verò non ſolum ad bellum valent, ſed etiam bellum aliquando remouent. Nemo enim prouocare audet, & ei Regno, aut Principatui iniuriam inferre tentat, aut

Princeps pacis tempore debet habere fabros armorum.

Populo, quem intelligit promptum, & expeditum ad vindicandum in armis ſtare.

De militum neceſsitate ad bellum gerendum.

CAPVT XI.

TRIA eſſe, quæ ad gerendum bellum maximè neceſſaria poſuimus, quorum ſi alterum deficeret, inutile, immò noxium foret bellum, quod vtiq; Principem incautum, deſidemq; non opprimeret tantum, ſed & omninò euerteret. Apparatum Pecuniæ, Commeatuum, Armorum neceſſarium duxi. Nunc magis opus eſſe viris affirmo, qui ſuis viribus & hoſtium infringunt robur, & illatas iniurias fortiter retorquent. Hos intelligo armatam multitudinem aptam pugnare, vel repugnare. Hanc diuido in milites, & Duces. Milites iterum duplices, Pedites, & Equites. Illi iã grauiter armati firmo quaſi pede prçliabãtur, aut leuiter ſparſi dimicabant; qui pede firmo obſiſtebant pugnando, erant legionarij; vti Velites, qui velociſſimè pugnabant. Equites verò erant Romanorum tempore leuis armaturæ, non cataphractorum more; validum enim ſui exercitus robur in ſolis peditibus ponebant; ſingulç quçq; legiones quaternis millibus peditum conſtabant, equitibus ducentum; aut ſi quando ingens aliqua vrgeret neceſſitas, quinis millibus peditum, trecentisq; equitibus. Neque hos graui armaturæ pondere onerabant, vt facilius equum aſcendere, deſcendereq; poſſent. Thoraces ideò antiquitus ferreos non habebant, vnde ad deſcendendum ex equis, celeriterq; inſiliendum apti erant, in prçlio tamen minus tutò, quippe qui ferè inermes verſabantur. Hinc poſtea thorace vti cæperunt, qui tamen eos non ita grauiter premebat, vt ſemper, quandocunq; eis libuerit, ex equo deſcendere, & pedeſtres pugnare non valuerint. Vtriſq; ſanè opus eſt, a quibus omne bellicis conſilijs robur; & ſine quibus, quamuis egregia, inualida ſunt conſilia quæque & tentamenta Ducum.

Armorũ genera.

Sed vtris magis, ambigitur. Sunt qui peditum commodum ipſis anteponãt equitibus; his enim ſolum campi, illis verò colles, vrbes, plana, & abrupta ſeruantur. Hi cominus maioribus, eminus certioribus feriunt viribus; nullam enim equi tractandi

ſentiunt

ſentiunt agitationum,quæ à certo ictu, aut ictu impediat. Noctù præterea equites decertare nequeunt, pedites verò tam diù, quam noctù ad prælium ſunt aptiſſimi. Additur & illud Græcorum,Alexandri, Romanorumq; potentiam in peditibus maximè emicuiſſe, qui etiam parcioribus ſumptibus aluntur. Reperiuntur autem, qui equeſtres copias magis vſui eſſe exiſtiment, quam pedeſtres; facilis enim illis eſt & impetus, & receptus contra hoſtes,qui neutiquam peditibus ſunt permiſſi. Poſt hinc per equitum manum impediuntur, aut hoſti commeatus, aut parantur habenti;quod haud fieri poſſet,niſi equitum copia alijs militibus præpolleret. Equites inſuper aut terga repentè inuadere,aut hoſtium latera opprimere poſſunt,vt citiſſimè diſſipato hinc inde exercitu,facilius victoria comparetur. Annibal ideò ſummum in Cannenſi pugna commodum ex equeſtribus copijs reportauit. Verum ita dicendum arbitrarer, ſane pedites in oppidorum expugnatione meliores, minorisq; ſemper eſſe expenſæ,quam equites. At ſi de bello, & prælio agendum ſit,iuxta plurimorum peritorum ſententiam,eum, cui ingens equitatus copia ſit, ſuperiorem etiam in victoria futurum affirmarem. Huius aſſertionis multæ poſſunt afferri cauſæ,qui equitatu præualet,ſuam, & hoſtium ditionem in manu habet, commeatus liberè conuehit, omnes hoſtium excurſiones pabulationesq; inhibet. Ottomani omnẽ regni ſpẽ in Timariothis repoſitam habent,qui eorum eſt equitatus,maximeq; hoſti nocere poteſt cum magno numero, cui nemo valet obſiſtere. Eodem Tartari,& Hunni olim plurimum valuerunt. In oppugnationibus hoſtium, alijsq; ſtatarijs prælijs etiam deſcendere ab equis, & pedites pugnare ſolebant. Quem vſum nunc hac licentia militari haud facilè Dux aſſequetur. In ipſis prælijs, cum equitatus infringitur vis,pedites quacumq;deſtituti ſpe ad ſolam fugam ſe vertunt. Veruntamen ſi plura geſta prælia obſeruentur,ſæpè etiam comperimus non tanti ponderis fuiſſe equitatum,vt inquiunt, quo eum certam victoriam reportare aſſeremus. Certè equitatus Gallorum victoriæ contra Aluianum fuit cauſa,& origo. Pugna apud Tarum facta inter Italos, & Gallos ſummum equitum vigorem patefecit. Attamen in pugna Cirnionenſi Gallorum equeſtres copiæ clam manum cõferere volebant, in aciem peditum ſuorum impetum fecerunt, qui diſperſi,miſerrimam cladem in ſe euocarunt. Apud Seminaram Atrienſis Dux,qui Gallo inſeruiebat,equitatuq;præpollebat,a Petro Nauarro deuictus; qui peditibus abundabat, ac profligatus eſt. In Ticinenſi clade, in qua Rex Galliæ captus eſt,equitum agmen primum terga dedit. Ideò, ſi conſulendus ſit Princeps,varie hunc poſſe ſiue peditibus, ſiue equitibus vti cen-

cenſuerim, prout ſua exigat potentia, aut ditionis ſuæ amplitudo, ſiue anguſtia. Si plana omnino & ampla, equitatum prodeſſe plurimum arbitraretur, qui in anguſtijs nimis, & montuoſa, ſummo erit incommodo. Ideò deſtructa militari Romanorum diſciplina, cum nullæ per totam Italiam extarent munitiones, ſolumq; victoriá eſſet in habendis liberis agris, in maiori vſu ſemper fuit equitatus, vt Franciſci Sfortię, Bracij, Picinini temporibus. Et cum pro ſui defenſione editis in locis oppida ſtruxerint, non tanti fuit illę habitus, quanti peditatus ſat inſtructus a Vitellis fratribus, quem armarunt haſtis longis, jam in vſu ab Heluetijs habitis præ rupta, montuoſaq; loca incolentibus.

De Militum primo delectu, an ſubditi, an mercenarij externi, an auxiliarij deligendi.

C A P V T XII.

SVfficientem militum numerum bellum acturus Princeps cogat ad ſua ſigna, quem ſanè vel ex ſubditis, vel ex amicis, vel ex fœderibus ſibi vel auxiliaribus, aut ſtipendiarijs, ſibi poteſt colligere. Auxiliares conducti ex diuerſis locis, nec diſciplina inter ſe, nec voluntate conueniunt. Quamobrem in auxiliaribus conducendis accuratè eorũ, quos aduocat, cognoſcat, num ſint probæ fidei, an illis ſe tuto comittere poſſit, & ſuos; ſiquidem huiuſcemodi milites lucrum potius, quam belli cauſam ſectantur, & ita facilè ab hoſtibus vel maioris ſtipendij expectatione, vel donis poſſunt corrumpi. Aliundeq; periculum imminet, ne diſperſis in fugam hoſtibus ipſi auxiliares inſidientur dominis, qui eos aduocauerint, ſi maiori numero inueniantur. Id apertiſſimè experti ſunt Romanorum Imperatores, vt verbi gratia, Valentus, qui cum Gothos in Fracciam ſecedere permiſiſſet, atq; omnes ferè ſtipendiarios milites ſibi feciſſet, vt rebelles, & finitimos debellaret, tandem illi Occidentis Imperium occuparunt, atq; Orientis ditionem deprædati ſunt. Sic Turcæ a Grecis Imperatoribus in auxilium euocati Imperium Orientis occuparunt. Saxones Deo, hominibusq; inuiſi aduocati à Britannis, vt expugnarent vicinos Pictos, & Scotos infeſtos ab iiſdem tyrannicè oppreſſi ſunt, & ibi imperarunt ferè per trecentos, & amplius annos. Noſtro etiam æuo Carradinus Piſata fuit,

Auxiliaris copiæ non tutæ.

fuit, qui aduocatus ab incolis Zillie, ſeu Cæſarienſibus Mauritaniæ (nunc Algeri) ad expellendos ab Arce Hiſpanos, eos quidem inde expulit, verum Selinum Principem ciuitatis necauit, & ſe ipſum Regem conſtituit. Cum et Saladinus Dux Tartarorũ veniſſet in auxilium ab incolis Babiloniæ petitus, (quã dicunt hodie, Cairo) vbi ſuperſtitionis & impietatis Mahumetanæ Magnus Pontifex Califus dictus degebat, ad pellendos Chriſtianos, qui in illa regione morabantur, eos quidem ex tota ſyria fugauit, ſed viribus pollens Califum necauit; atq; imperandi poteſtatem ſibi vſurpauit, tenuitq; ope, & auxilio Tartarorum, vſq; dum Sultanus Selinus vi ſublatum Imperiũ adeptus fuit. Exitioſa ſemper ſunt conſilia externa; & ſi recte perpendantur omnia, plurima regna occupata, inuaſáq; ab exteris auxilijs comperiemus. Chartaginenſes a Gallis, Hiſpanis, Luguribus, Balearibus, Græcis, Græci a Philippo Macedone; Britanni ad Angloſaxonibus, Hierbſolymitani a Saladino; Hiberni ab Anglis, Apuli a Romanis, Itali a Gallis, & Hiſpanis; Demetrius. Paleologus Peloponnenſis Princeps, Conſtantinopolitani a Turcis, Friſij Occidentales a Saxonibus; aut oppreſſi, aut inſidijs appetiti ſunt. Marcus Tullius gloriatur, Populum ſocijs defendendis in id faſtigium, in quo eunoerat, conſcendiſſe; & Alcibiades apud Thucididem, Athenienſes, auxilia ſocijs & externis ferendo, ad tam ſublimem potentiæ verticem conſcendiſſe affirmat. Gothi aduerſus Herulos a Zenone Auguſto in Italiam miſſi cum omnium Populorum ſeruitute eas opes ſibi pepererunt, quæ tot cladibus concuſſæ, vix tãdem conciderunt. Longobardi ab Harſete acciti, optimatum expulſis familijs, ſedes ibi ſuas, adeoq; ſuperbum condiderunt Imperium, vt Harſes, ſi diutius vixiſſet, ſub ea mole oppreſſus concidiſſet. Nec leuia detrimenta accepere Pontifices Romani ab Anglis, cum eos mercede conductos bellum aduerſus Romanæ ditionis occupatores gerere iuſſerunt, ſcilicet tam validis illorum copijs, vt quocumque loco conſtitiſſent, impunè debaccharentur, amicis plerumq; quam hoſtibus grauiores, & promiſcua præda raptoq; viuentes. Sed primorum temporum geſta reperimus? Mediolanenſes, mortuo Philippo Principe decreuerunt ſtipendium contra Venetos Franciſco Sfortiæ, qui ad Carauagium, deuictis hoſtibus, ſe illis adiunxit, vt Mediolanenſes ſuos Dominos opprimeret. Eius Pater Sfortia cum Ioanniæ Neapolitanorum Reginæ ſtipendia mereret, repente illam inermem deſeruit, ſic, vt ne Regnum amitteret, in Arragonum Regis ſinum coacta fuerit ſe conijcere. Si quis obijciat Venetorum, atq; Florentinorum Imperium his armis retractis Imperatoribus fuiſſe propugnatum, nec illud etiã præfectos in ſuam

Exitiora ſẽper ſunt cõſilia externa Quinam in bello aut oppreſſi, aut inſidijs apetiti.

Auxiliares copiç aliquã do inſidæ.

poteſtatem redegiſſe. Reſpondeo Florentinos ſuam quandam fortunam in ea re fauentem maxime habuiſſe, quandoquidem ex eorũ Ductoribus, qui ſtrenui eſſent, & a quibus ſibi metuendum fuiſſet, nonnulli aduerſis prælijs ſunt vſi, nonnullis fuit repugnatum, reliquos ambitio aliò traduxerat. Qui infeliciter bellum adminiſtrauit, is fuit Ioãnes Acutus, cuius fides amiſſa victoria cognoſci non potuit; at nemo non fatebitur, ſi victoriam reportaſſet, Florentinorum rem ſuo arbitratu fuiſſe adminiſtraturum. Contra Sforzias Brachiani ſemper ſteterunt, mutuo ſe ſe obſeruantes; Frãciſcum ambitio totum in Galliam Ciſalpinam pertraxit; Brachius verò contra Sacerdotum Rempublicam, atq; Neapolitanum Regnum ſe conuertit. Imperium belli gerendi Florentini detulerunt Pauolo Vitellio viro inſigni prudentia, qui maximum ſibi nomen pepererat. Is, ſi Piſas expugnaſſet, nemo inficias iturus eſſet Rempublicam Florentinorum eius Imperium fuiſſe ſubituram; nam ſi in hoſtiũ partes ſtipendia facturus tranſiſſet, nullus erat euadendi locus; ſi verò eum retinuiſſent, illius iuſſa capeſſere cogebantur. Venetorum ſi progreſſus examinentur, faciliime quis intelliget eos tutiſſimè, ac feliciſſimè tunc ſe præſtitiſſe, cum ex Veneta gente collecti eorum exercitus bella gerebant; cuius moris tenaciſſimi fuerunt, antequam ad terreſtres expeditiones ſua ſtudia conuerterent; quo quidem tempore patritiæ gentis, & vrbanæ plebis inſtructi armis fortiſſimè ſe geſſerunt. At vbi primum terreſtria etiam bella ſuſceperunt, hanc virtutem neglexerunt, moresq; Italos ſecuti ſunt: atq; incontinenti, augendi Imperij initio, tum quod non ita longè Reipublicæ fines protuliſſent, tum etiam, quod in magna eſſent exiſtimatione, non erat, quod valdè à ſuis præfectis foret ſibi timendum; at longius dilatatis Imperij finibus, quod Carmagnola exercitus Imperator factus eſt, tunc eius erroris ſpecimen ceperunt; nam cum acerrimum illum Ducem agnouiſſent, poſtquam eius ductu Mediolanenſiũ Ducem verberaſſent; illum verò remiſſiorem in bello gerendo factum cernerent; nullius amplius victoriæ eo ductore ſe fore compotes ſunt rati. Quarè ne difficulter parta facilè omnia perirent, cum miſſum facere nec volebant, nec poterant. Vt ergò ſe ipſos ab eo tutius cauerent, nonnullis excitati ſuſpicionibus eum interfecerunt. Declararunt deinde ſuarum copiarũm Imperatorem Bartholameum Bergomatem, Robertum Sãſeuerinatem, Comitem item Pitiliani, & id generis alios, quibus Ducibus ſummopere timendum erat, ne detrimentum potius, quam emolumentum ſuæ Reipublicæ importarent. Id quidem in eo, quod geſtum eſt ad Vailam, bellum accidit, vbi vnico cum hoſtibus congreſſu id totum perijt, quod trecentorum annorum

ſpatio

ſpatio plurimis laboribus fuerat comparatum. Hæc ſunt pericula, quæ facilè illi ſubeunt, qui externa auxilia ad ſe vocant.

Mercenarij vt plurimũ infidi.

Mercenarij etiam vt plerumq; infidi, quibus, cum venales habeant manus, ibi maxima merces, amant non iubere, non regi, cunctaq; ex libidine agere, in propinquo maximæ rei diſcrimine, & pauidi etiam in ipſa pugna, ſine pudore flagitij, ſine Imperatorum cura terga vertunt; quia nulla fide, nulloq; tenentur affectu, vt ſerò velint alieno Imperio ſanguinem ſuum commodare. Sunt hyrundines ærarij, populatores prouincialium, quos a populatoribus vindicare deberent, ſoliti omnia tanquam externa, aut vrbes hoſtium vrere, vaſtare, rapere; inſatiabiles laborum ſuorum exprobatores, cum nihil tamen, aut parum inſeruiant, & quantum poſſint, a periculis ſe remoueant.

Aliquando bonum habere exteros milites.

Quorum igitur debet eſſet electio? Certè, ſi ditio Principis ampla, & patens, plures incolas habeat, qui bellicæ artis diſciplinæ ſint gnari, ita vt aliorum opem tum ad defendendam ipſã regionem, tum ad alienas Prouincias inuadendas non expoſcat, tunc ſapientius iudicarem, vt minus, quam fieri poſſet, exterorum ope vteretur, cum ſatis diſciplina vigens, militumq; numerus ei quocumq; belli tempore ſemper opitulari poſſit. Minus, inquam, quam fieri poteſt, nam aliqualem ſaltem manum exterorum voluerim, quæ alijs adiumento eſſet, qui ſimul cum aliorum viribus aliquod ſaltem ſubſidium Reipublicæ afferre valeant. At ſi anguſti regionis limites fuerint, maximè aliquam externorum copiam prodeſſe crediderim, quæ ſaltem proportione ipſi regioni reſpondeat; Quid enim vnius ditionis militares vires poſſunt, ſi præſertim eæ ſint virorum, qui domeſticis aſſueti negotijs, vxori, liberis, quotidianis lucris dediti, nullam aliam habent exercitationem, niſi eam, quam quotidiè præ manibus tractare voluerint. Id ſemper ſiue ad offenſionem, ſiue ad defenſionem profuturum exiſtimarim. Nonne in Belgis exteros, Germanos, Gallos, Anglos, Scotos, Hibernos, Italos, Epirotas militare conſpicimus, & in Italia nonne ſemper ab exteris hucusq; bella geſta fuere? Quid in Mediolanenſi ditione valuiſſet vnquam Hiſpanus, niſi extera etiã arma ſibi aſciuiſcet? Quid cæteri Principes? Eorum certè refellerem ſententiam, qui ſuam omnem ſpem in ſibi ſubditis populis volunt collocare. Omne Imperium cuicumq; ſubdito eſt Imperium. Nihili propemodum faciunt ſubditi, an legitimo, an vero aduenticio Principi ſint ſubiecti: e re ſua non exiſtimarunt pro aris, focis, liberis arma ſumere. Et ſi fortaſſe arma pro Principe acceperint, quid diſciplina proderit, quę iam ab omni, ob defectionis metum, exercitatione erit deſtituta?

Verum ſi externa ſunt exquirenda ſubſidia, ex illa tantum ac-

 cerſat

ceſſat Princeps gente,cui iura,& fœdera publicè, priuatimq; ſancta conſeruantur. Itaq; nemo Chriſtianorum Principum Turcas,Tartaros, Moſcouitas in auxilium vocet. Conſtantinus in Græciam decem mille Turcarum vocauit, qui deinde victores excedere recuſarunt. Ibiq; multarum calamitatum ſeriem Imperio Conſtantini procreauere hoſtes, qui antea fuerãt auxiliares. Hiero Siracuſanus, cum ita mercenariorum inſolentiam intumeſcere videret,vt nec retineri,nec dimitti ſine periculo poſſent, militari vſus aſtutia omnes occidit. Crudele hoc quidem,& durum,attamen pro ipſorum meritis. Cauendum eſt etiam Principi,neita,vt dixi,externis ſe credat auxilijs, vt non plus ſui roboris, ſuarumq; virium in caſtris habeat. Certè enim inter maiora mala,quibus implicari poteſt Principatus,eſt alieno firmari robore,& externo in fundamento propriam, & domeſticam Imperij molem ſtabilire, & ex militari manu exterorum præparare ſibi coronam,& ſceptrum. Et ſi in alia re ab externis non vexetur Princeps nationibus in auxiliũ vocatis,certè hoc nõ minimũ eſt,quia eis concedit occaſionem ſcrutandi vires noſtras, ad quas poſtea euertendas hoſtili animo maiori numero redeuntes, & loca,& vrbes, earumq; munitiones,& mores obſeruatos facillimè inuadunt; & rurſum ſe accommodant commoditatibus in perniciem aduocantium, & bellandi modum, & defendendi artem detegentes minori cum negotio aggrediuntur.

Quæ auxilia ab externis petenda.

Non deſunt, qui iudicant etiam non expedire Principibus vti in bello ſubditis,eo, quod armorum tractatione ferociores ciuium animi euadant,atq; inde facillimè ad rebelliones excitentur;omnia enim ſibi cum robore enſis, & armorum pollicẽtur,vt exempla extant in Gallia,& Belgio. Variæ ſententiæ ſuis nituntur rationibus, & certè vndiq; imminent cum commoditate aliqua pericula coniuncta. Officium,& munus Principis erit, ſolerter omnia perpendere, & conferre,& quod magis conuenire, & tutius videbitur, eligere, & minus damnoſũ ſequi; alioquin vix fieri poteſt in rerũ naturæ varietate, maxime in adminiſtratione Principatus euitare omnia incommoda.

Ordinarios milites quoſdam pro Principatus conſeruatione alendos eſſe.

CAPVT XII.

AD vrbis defenſionem aliquos ſemper a Principe alendos milites dicerem. Non ignoro gentem precederę gentem in bello, & plagam cæli non tantum ad robur corporum, ſed etiam animorũ facere, itẽ Principi a ſubditis ſubeſſe periculum, ſi eos armet. Veruntamen non ignoro etiam, ſimilitari bene inſtructi arte, & prudentia delecti præponantur, celeriter manum bellis aptam poſſe aggregare, nec vllum poſſe eſſe periculum, niſi fortaſſe ſint Tyranni, qui ſubditos metuentes, neq; bonos eos, neq; opulentos, neq; fortes, neq; animoſos, neq; in vniuerſum bellicoſos, fieri vnquam patientur. Legendi itaq; milites (neq; id repugnat iam ſuperius expreſſis) ſed cum iudicio, prudentiaq;; quorum duo genera exiſtimarem; nonnullorum qui aſſiduè, & velut ex numero, arteq; militent: nonnullorum verò, qui ratò, qui vè domi ſint. Priores illos non aliud eſſe volo, quam legitimos quoſdam, præfectosq; milites, &, vt ita dicám, verè Martis alumnos, qui lecti in hanc vnam ſpem, formentur omni armorum tractatione, diſciplina caſtrorum, vſuq; militari. Hi táles omnino Principi neceſſarij, quippequi in pace decus, in bello præſidium, Principem non minus in curia, quam in caſtris defendant. Sed neceſſarij haud multi, non ſolum, quia ſumptus vitari reor (immenſi enim faciendi eſſent in aſſiduum illum frequentemq; militem) ſed quia turbæ omnino ſunt dãnoſæ. Nam profecto, vbi multi ſimul militari præcipuè animo coeunt, facilè ſunt ad res nouas proni; tum ingenio ſuo, tum, vbi vires reſpexere, ſecuritate. Neceſſaria tamen aliqua ordinarij huius militis copia; vt plurimum enim conſurgunt bella, & diu durant, itaq; opus eſt celeri remedio, & perſeuerante. Hinc totam Imperij molem conſpicatus Auguſtus, ordinarios milites conſtituit, ſeruatumq; eſt ſucceſſoribus. Huic militi, tanquam pro omnium ocio, acquiete ſolicito, honos eſt habendus, qui bonæ eſt exercendus diſciplina, nec ipſi quies, aut ocium concedendum; alioqui Principibus grauis, contra ſubditos inſolens fieret, nam animos ad inferendam iniuriam maximè cõmouet.

Quale genus militum habẽdũ a Principe.

mouet. Cum autem de vita periclitetur, omnia mereri ſe putat, ſi quicquam non extorſit, hoſtibus atrocior eſt. Exercendum etiam hunc putarim pacis tempore, alioqui ocio celerrimè clangueſceret. Ageſilaus in Gymnaſio milites exercuit, & virtutis præmia propoſuit. Philippus quoq; Macedones exercuit diligenter, cum armis ſæpè trecenta ſtadia conficiebant, arma omnia, commeatum, vaſa ad victum ferebant. Diuerſis inſuper in locis militem etiam habendum crederem, tum quia pluribus præſidio, & minus grauis eſt, tum verò ne conſpirare poſſit. Vires enim ſuas, niſi cõiunctas videt diſperſus miles, facilè coitionis animum auertit. Interdum tamen ad virtutem, & peritiam demonſtrandam conueniant, vt ex peritiorum oſtentatione, mutua concitetur æmulatio. Dubium autem eſt, quot ordinarij hi milites debeant eſſe. Si regionem Mediolanenſem Regnumq; Neapolitanum intueamur, vnamquamq; ditionem ab vna ſaltem veluti legione, pluribusq; equitum turmis cuſtodiã reperiemus. Difficilè profectò certus aliquis poteſt definiri numerus; res enim tum a temporum differentia, tum etiam a varijs cuiuſcumq; Regni finibus dependet. Communiter tamen Politici ſic præſcribunt; In mediocri aliquo Regno vnam legionem videlicet ſex millium peditum, cum tribus equitum alis; in magno equitum numerum paulo grandiorem, quam pro modo peditũ, quia e ſubſidiarijs militibus, pedites facilè explẽtur, & boni reperiuntur. At in equite aliter eſt, in quo tractu, & mora opus, vt exerceatur, doceaturq; equo, & armis.

Non ſufficit ordinarius miles.

Hoſce ordinarios appello milites. Alios ſubſidiarios vellẽ, vt his ſemetipſum firmaret Princeps. Palam eſt ex quam illam manum non eſſe ſatis ad omnem vim hoſtilem repellendam. Nos nõ aliud eſſe volo, quam paratas ſemper auxiliares aliquas copias ad nutum Principis expeditas; & hoc ob finem duplicẽ, ſiue, ſi ſe offerret occaſio, prioribus ordinarijs iungantur, ſiue, vt in oppidorum præſidia diſtribuantur. Hi ab ordinarijs differunt, quod hi toto genere vitæ milites ſunt, hi duntaxat armis ſueti, vt belli tempore & arma induant, & extra belli tempus res ſuas agant. Eandem hanc operam præſtant hi, quam Mercenarij, immo meliorem, quod non ſolum reuerentius, & æqualius Principi parebunt, ſed minus impendioſi erunt. Illi longinque accerſendi, & cum diſpendio ſæpe expectãdi, hi in ſua ſede vulgo euocati edicto, adſunt. At vnde parandi ſint, plures ambigunt. Sunt qui, vt Princeps validas militum copias habeat, ante omnia delectu opus eſſe exiſtimant, qui fiat præcipuè magis ex ciuibus, artificibusq;, quam agricolis. Neque enim viri omnes ijs, vel animi, vel corporis dotibus ſunt præditi, vt belli incommoda, & erumnas, frigus, æſtum,

famem,

famem, ſitim perferre, totos dies laboribus exigere, integras noctes inſomnes traducere, fluuios natando traijcere, foſſas tranſilire, muros aſcendere, pedem cum hoſte, vel vno, vel pluribus conferre; repentinum comprimere impetum, debacchanti incendio ſe ſe opponere, miſſilium globorum imbrem, tædasq; ardentes, calcem viuam e muris deiectam, ſuſtinere poſſunt; vitam deniq; mille periculis exponere, ac mortem quaſi vltrò prouocare audeant. Non ideò fidendum agricolis, quia inopes, mendici, addicti ei domino, cui famulantur, magna liberorum manu ſtipati, obærati, aſſiduis corporum defatigationibus oppreſſi, ſiti, fame laborantes, victum ſibi ſolo pane, varijs leguminibus confecto, quæritantes, nihil aliud penſi habentes, quã vomeres, aratra, ligones tractandi, inepti ad armorum vſum, & ad effugienda arma nimium faciles, cum ex ijs ſolam experiantur moleſtiam, ignari, quid honoris ſecum bellica virtus afferat, & quid ſecum trahat furoris ira, mites in ſuis agris, pratisq; delitias habent; qui ad exploſionem cuiuſcumq; tormenti adeò perterrentur, vt terga vertere ſemper ſint parati; quos nullum imperium Ducis, nullum quoduis commodum, nulla deniq; pietas cohibere poteſt. Vbi non eſt quædam naturalis ferocitas, vbi non bellicus quidam vigor, vbi non quædam laudis appetitio, vbi deniq; non inſitus ille honos, quem tanti faciunt milites, ibi neceſſe eſt ignauia, & timiditas ſuccedat. Et quomodo Agricola his dotibus prædìtus eſſe poterit, ſi ex habitu pecorum, iumentorumq; ſpiritus generoſos non haurire ſolum, ſed nec noſcere poterit?

Agricolæ non boni milites.

Ego certè Vrbem fugerem, nec tamen oppida derelinquerem duplici de cauſa. Primum; quia omnino aptiores cenſeo oppidanos, qui aliquibus commodis fortunę vtantur. Deindè quia magis ſecuritati, ac quieti Principis conſulitur. Nam ab armis ferociorem, & magis exultantem Populum fieri non eſt negandum, qui locis, & mænibus fretus rebellionem fortaſſe machinari potuerit. Longè certè hic metus ab oppidanis abeſt, tum quia natura mitiores, tum quia verè ſparſi, & deducti non temerè conſentiant, & coeant in vnum. Nec per omnes pagos plures, quam quini, deni, viceni (vt erit incolarum frequentia, & infrequentia) deſcripti habeantur.

Ex oppidanis eligēdi milites.

Non ideò omnes deſcribendos ſuaſerim; cum enim aut inuiti deligantur, aut ex vna domo ferè omnes, tum & iniuſtum erit, tum ipſi Principi damnoſum. Non omnes eò deducat Princeps, vt militiam ſubeant inuiti; deligat, qui ſuæ ſecundent voluntati, honoremq; arbitretur militiæ decus; gratijs, priuilegijsq; foueat, non pauperrimos aſſiduis delectibus fatiget, qui ſi frequentes erunt, frequentes & horum excoriationes,

tiones,

tiones, Principi, ſubditisq; exitioſæ. Non bene aratra cum armis conueniunt; illa totum requirunt hominem; hæc plures homines, vt aruis inſeruiant, & militiæ eodem tempore, nequaquã fieri poteſt. Infeſta armorum tractatio nullibi agrorum culturam expoſſit; vt ſe ſæpè ſubtrahat, ruſticus ſemetipſum pignori dat. Hinc furta, rapinæ. Et ſi fortaſſe illius ſit naturæ Princeps, vt ingentem militum numerum velit, caueat, ne adeò tam ſpecioſa deſcriptione intumeſcat, vt laceſſitus plura, quã ſuæ ſuſtinent vires, aggrediatur. Qui numerum potius, quam militũ robur ſpectarunt, Imperium ſæpè amiſere. Non tam grandem itaq; peditum numerum exigo; ſat exercitatum, exiſtimationisq; anxium ſumme voluerim. Alexander Magnus triginta peditum, & quattuor equitum millibus totum Orientem ſubiecit. Annibal Italiam, & Romam ipſam oppugnaturus, ſeptem Hiſpanorum millia domum remiſit, quadam in ijs cognita timiditate, exiſtimans videlicet eiuſmodi homines plus conſilijs ſuis obfuturos, quam profuturos. Comes Albericus de Cuneo Italici peditatus virtutem, ac laudem, quæ euanuerat, immò in infamiam quaſi commutata fuerat in integrum reſtituit, delectis ſibi magna diligentia copijs quibuſdam (quas Sãcti Georgij ligam appellauit) quibus Anglos, Brittanos, & alios Trãſalpinos Populos Italia, iamdiù ab ipſis vexata, ſubmouit. Georgius Caſtriota, ſeu Scanderbegus in omnibus bellis, quę cum Turcis plurima fœliciter, proſpereq; geſſit, nunquam vltra ſex equitum, & tria expeditorum millia ſub ſignis habuit, quibus non ſolum ditiunculam ſuam egregiè tutatus eſt, ſed præclariſſimas etiam victorias contra Amurathem, & Mahumetem Turcarum Tyrannos eſt conſecutus. Hi ſint itaq; ſubſidiarij milites, qui pedites ſint. Nam equites ex nobilibus deligi ſemper cõſueuim, tum vt hæc onera refugiãt pauperes, ditiores ſubeãt; tũ etiã quia aptiores magis ad hunc vſum, quã reliqui ruſtici.

Militum potius virtus quã numerus perpendendas.

dele-

Delectum magna cura habendum.

CAPVT XIIII.

MAgna cura militum delectum habendũ arbitror; non enim paſſim, aut temerè oblati ſunt adſumendi. Quælibet regio tum ignauorum, tum fortium ferax eſt. Quamobrem illi ſeria inquiſitione reijciantur; hi verò aſſumantur, ſi tamen ſtrenuam generoſamq; militiam voluerit Princeps. Boni, robuſtiq; militis notas quinq; facio. Patriam, ætatem, Corpus, Animum, Vitam. Nomine Patriæ intelligi palam eſt locum, vbi quis natus, aut educatus iam fuit; quem haud temerè in delectu conſidero. Omnes itaq; nationes, quę Soli ſunt vicinæ, nimio calore ſiccatas, amplius quiddam ſapere, ſed minus habere ſanguinis compertum habemus; ac proptèrea conſtantiæ, ac fiducię nihil in pugna cominus facta habere, ob metum videlicet vulnerum, cum ſe in venis exiguam ſanguinis copiam continere cognoſcant. Contrà ſeptẽtrionales populos remotos à ſolis ardoribus inconſultiores quidem, ſed tamen largiori ſanguinis copia affluentes, ad bella promptiores eſſe opinantur. Nonnulli igitur Tirones volunt de temperatioribus plagis legendos eſſe, quibus & copia ſanguinis ſuppetat ad vulnerum, mortiſq; contemptum, & pariter adſit prudentia, quæ & modeſtiam ſeruet in Caſtris, & non parum proſit in dimicatione, & conſilijs. Quamuis non inficias iuerim regionis naturam ad militem legendum idoneam, parui tamen eſſe momenti ipſa hiſtoriarum monumenta docẽt; quæ enim loca barbaras olim gentes tantum producere videbantur, nunc in meliorem mutata frugem, fortiſſimorum virorum feraciſſima ſunt. Qui ſolis ardoribus magis accedunt, timidi vocantur; cum parum habeant ſanguinis, qua tamen veritate indicatur, penitus ignoro. Iſraelitæ viri fortiſſimi erant; & a ſolis calore ſicci. Chartaginenſes prudentiam, audaciamq; in prælia attulere, & Africorum ſole torrebantur; certè a ſole venientes, & meridie, Romanos Italica hyeme vicerunt, etiam pugna ſtataria. Quod verò de ſanguinis copia philoſophantur aliqui, neſcio, an verè Philoſophi probent. Qui fortudinem, audaciamq; non in multo ſanguine collocant, ſed calore, ſpiritibuſq;, nec metuunt vulnera tam propter ſanguinem, quem Qui milites meliores.

ſiſtere

Digitized by Google

ſiſtere facile eſt, quam propter mutilationem, mortemq́;. Neque verum aſſeritur ſeptentrionales prudentia, & caſtrorum diſciplina deſtitui. Olim credo ita fuiſſe cum barbari eſſent, at nunc conſtantiſſimi in acie, in caſtris modeſtiſſimi ſunt. Itaq; in omni gente fortes deligẽdi, quos deindè diſciplina firmet, ac formet; ſed non tamen de vrbibus, vt iam dictum, ſed de pagis, oppidiſue. Aptior ſemper eſt ruſtica gens, non eam, inquam, quæ ſumma rerum inopia oppreſſa in campis degit, ſummisq; defatigata laboribus; eam ſemper dixerim, quæ in pagis vitam ſuam ducit, quæ ſibi, & ſuis manibus quæritat victum. Hæc ſolis patiens, vmbræ negligens, balneorum neſcia, delitiarum ignara, ſimplicis animi, duratis ad omnem laborum tolerantiã membris, cui geſtare ferrum, ferrum ducere, onus ferre naturalis quædam conſuetudo eſt; & ſi qui ex ciuibus ſupplcantur non incongruum erit; ingenio ſunt exactiori, & ad omnia magis habiles; & cum omnia ſumma egeant induſtria, prudentia, dexteritate, ad hæc omnia facilius ciues educuntur.

Etas militis.

Aetatem cõſidero, pubertatem ſcilicet incipientem, quia celerius imbuitur, & perfectius diſcit, quæ à pueris imbibit; corpus exercitio aptius eſt, tempus habet vniuerſa diſcendi. Vix tamẽ antiquitus minor anno decimo ſeptimo legebatur, niſi neceſſitas cogeret, nec maior annorum quatraginta ſex tirocinio imbuebatur.

Corporis etiam proportio notanda eſt, quam nonnullos proceram voluiſſe ſcio, & inter cæteros Rex Pyrrus fuit, qui delectori ſuo fertur dixiſſe. Tu grandes elige, ego eos fortes reddam. Mediocrem quandam ſtaturam vellem, ſic tamen, vt ex cultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum ij eligantur, quibus nempe dura ſunt corpora, ſtricti artus, minax vultus maior animi vigor..

Magis etiam animus eſt cognoſcendus, vt videlicet tirones non corporibus tantum, ſed etiam animis præſtantiſſimi deligantur, quibus inſit audacia, militaris confidentia, quibus ſudor, puluis, & alia talia ſint epulis iucundiora, qui tandem nihil pręter vilis famæ opprobrium metuant.

Quod genus hominũ eligendum.

Vita deinde eſt perpendenda, ideſt, quod lucri, aut artis genus ſequantur illi tyrones; nam ad mollitiem, & duritiem, ignauiam, aut ferociam haud leuiter hoc facit. Ego piſcatores, aucupes, dulciarios, linteones, omnesq́;, qui aliquid tractaſſe videbuntur ad gynecea pertinens, longe a caſtris repellẽdos arbitrarer, quin etiam opificum vulgus, minimè militiæ idoneum genus putarem. Sed nec damnati Iudicijs, quiq́; genere, & vita infames. Quamuis etiam fuerint, qui plurimam ab improbis vtilitatem eſſe exiſtimarunt, cum bella geruntur. Primum enim

Non eligẽdi Infames.

vrbes

vrbes fæce inutili,noxiaq; purgantur,& remanet id , quod eſt ſincerius,& purius. Deinde improbos, inquietos volunt conſultius eſſe occumbere in acie,quam bonos,quietos , frugiq; ciues. Minori igitur Reſpublicæ incommodo pereunt mali,remanent meliores, quibus deinde defendenda vrbis cura poteſt tutius committi. Rigorem Ducis,inquiunt,ac aſſuetudinem audaces efficere; interdum etiam bello pietatem addiſcere , cum bonos morum doctores ſortiti,inter incerta pericula ſalutis admonentur. Ego verò horum aliquam partem admiſcendam dicerem; verum non tam magnum numerum , cuius exemplo commoti reliqui poſſent corrumpi , ſed eos potius præclaram diſciplinam edocerent, qua inſtructis rectius militaris ars progrederetur.

Non inuiti demum, immò ad militiam proni ſunt eligendi. Qui enim inuiti ad nomen reſpondent; qui in ergaſtulis latent, pollices ſibimet ipſis præcidunt, ne militare cogantur , ad domeſticos lares ſemper aſpirant, vbi in delitijs malunt , quam inter belli labores periclitari. At verò qui ſponte bello ſe dedunt,in ſolo morantur bello , in victoriæ belli præmio ſuã omnem ſpem collocant. Potentiſſimi Reges , quibus ius cogendi erat,tantum voluntarios habere maluerunt. Xerſes magnus ille Rex,cum tot populos in bella cogeret , ne inuiti nomina darent,ſollecitus erat; nam meminerunt fatalem Perſis Græciã fuiſſe. Vulpinam igitur induit, & dimiſit paſſim , qui diuulgaret Principes Græciæ proditūros eſſe patriam , omnes ad ſpolia vocari,non ad pugnam. Hæc ſunt , quæ perpendenda duco in quocumq; militum delectu habendo, quæ ſane, ſi Princeps ſecũ ipſe conſiderarit, perutilem ſemper ſibi militiam erit habiturus.

Non eligendi inuiti.

Quam accuratè militaris diſciplina ſeruanda ſit.

CAPUT XV.

Militum delectus cuiuſcumq; bonæ diſciplinæ, precipui decoris, ac fundamẽti Imperi expers , quid tandem prodeſſet? Qui bom milites eſſe poſſint, delectus inuenit, tales verò efficit , ac ſeruat diſciplina. Illud planè certum, natura paucos viros fortes procreatos eſſe, plures verò ſtrenuos redditos inſtitutione, ac induſtria. Romanus Populus præ cæteris hanc ita excoluit, vt Imperium illud grande, virtutis potius merito ſit adſcribendum , quam fauentis fortunæ beneficio. Non enim Romanis initiũ armorũ ipſum bellũ fuit, nec ſolum,

Romani diſciplinę militaris ſeruãtiſſimi.

cum

enim vſus, aut neceſſitas fuit, manus mouerunt feriati, ſed tanquam cogniti armis, ab exercitatione nunquam ceſſerè; nec expectauerè occaſiones. Exercitationibus autem illis, ſiue ſimulatis etiam bellis nihil a vero vſu fortitudinis, & audaciæ abibant, ſed quiſque quotidie miles omni alacritate tanquam a bello exercebatur. Quo fiebat, vt facillimè, & pronè ſine laboris ſenſu pugnas tolerarent. Neque enim vel confuſio eos cõſueto ordine amouebat, vel diſſipabat, vel attoniti reddebantur metu, vel labore defatigati. Quamobrem Princeps omnibus Imperij neruis ad reuocandam priſtinæ militiæ diſciplinam debet conniti.

Diſciplinam itaq; militarem appellarim ſeueram militis informationem ad robur, & vires. Huius munia, exercitium, ordines, pœna, & præmium. Exercitationem intelligo, quando electus miles ad arma, & ad opus edocetur. Id ipſum nomen ita ſuadet, & ipſa res, & ratio; cum enim ad omnes artes perficiendas vſu aliquo, & exercitio opus ſit, cur id in iſta militari eſt negligẽdũ, ſine qua quælibet aliæ artes nulla ratione eſſe poſſunt? Athleta, Venator, Auriga viliſſimæ mercedis gratia, vel obſcuræ plebis fauore aſſiduo ſtudio artes ſuas aut ſeruare, aut augere contendunt; quanto magis militem, cuius eſt manibus ſeruanda Reſpublica, ſtudioſius oportet ſcientiam dimicandi, vſumq; rei bellicæ aſſiduis exercitijs cuſtodire? & vt melius, ac promptius; frequenti exercitatione manus in bellum aſſueſcere, cui cõtingit non tantum glorioſa victoria, ſed etiam amplior præda; quemq; ad opes, & dignitates ordo militiæ, & Imperatoris iudicium conſueuit euellere? Scænici artifices, vt inanem vulgi laudem captent, ab exercitijs non recedunt. Miles ſacramento lectus, vel tyro ille ſit, vel vetuſtus ab armorum tractatione ſe remouere vnquam debet, cum illi pro ſalute propria, ac publica libertate ſit decertandum.

Diſciplina neceſſaria.

Aſſidue igitur curet Princeps militarem exercitationem, quæ varia admodum pro ipſa rerum varietate eſt. Seruandi in itinere ſunt ordines, cuſtidiendi in acie. Concurſitationi aſſueſiant iuniores, vt alacriores maiori vi impetum in hoſtem faciant, vt loca opportuna celeriter, cum vſus aduenerit, occupent, vel aduerſarijs idem molientibus præoccupent, vt fugientium tergis acriter inſiſtant. Alia exercitatio equitandi, in longum tempus conſcendendi, & deſcendendi, pugnę inſtar concurrendi maxime, vt ſeruare ordines diſcant. Ordinum ſeruandorum cura prima Romanis fuit, nec immeritò; illis enim turbatis ſpes quoq; victoriæ turbata cedit, & non, niſi per miraculum, reſtituitur. Nec denſari ita debent, vt locus pugnandi deſit, nec laxari, vt perrumpi poſſint. Ad hoc quoq; aſſueſiant, vt exercitus

formam,

formam ex tempore mutare poſſint. Vt muniant caſtra, ſunt etiam edocendi, quòd non per calones, aut lixas eſt faciendum, ſed totius exercitus moribus labor omnis perficiendus. Natationi ſe exerceant, non enim pontibus ſemper fluminum littora coniunguntur: Inundant aliquando campi, quos, ſi velint euadere, ſolo natatu euadent. Equos non per plana modo curſitantes, ſed etiam per ſaxeas, & abruptas rupes, profundasq; valles exerceant. Huiuſcemodi exercitatio a pueris maximè valet. Venatione, & equitatu a teneris annis iuuenes exercebant Perſæ, gladioq; ſemper accincti, pharetraq; onerati, & equis hærentes in ſumma pace bellum meditantur, nec bellum deinde timebant, quod ſibi in pace fecerant familiare. Item, & ediſcere debent militari modo progredi, vt in pace bellicum laborem, & incommoda quæq; conſtanter ferant. Exerceantur etiam ad rectè collimandos telorum iactus in metam. Hic enim vſus maximè apud antiquos floruit, cum iaculando tertia, vel quarta pars ſaggitariorum exercertur.

Varia militũ exercitia.

Iam pars altera diſciplinæ eſt ordo, qui multipliciter in militia eſt ſeruandus. Primum in digerendis copijs per legiones, cohortes, centurias, quia acies diſtentior, & ex pluribus partibus conſtans facilis partienti, quacumq; opus ſit, facilis iungẽti, item ad Imperia facilis, cum miles ſcilicet centurioni, centurio tribuno obſequitur, & ita ex ordine Imperium Ducis ſimul omnes copiæ ſentiunt, & parent. Iam id quoq; videndum, vt ſupra dictum, vt in itinere, vel acie omnes milites incedendi ordinem ſeruent. Grande certè in his rebus momentum; & ſæpe integri exercitus periere a tali aliqua confuſione, quippequi pecudum more potius ad lanienam ibant, quam inſtituti arte ad bella.

Ordo ſeruandus.

Pars tertia, Coerctio, quæ mores ſcilicet militum coarcet, & frenat. Hanc maximè maiores noſtri voluerunt, ideò milites lectos boni Imperatores ſeuere, & conſtanter conformabant ad virtutem, & fortitudinem militarem. Antiquitus morum diſciplina fere in cibo, potu, alijſque voluptatibus moderandis, erat conſtituta. Parabilem habebant cibum, laridum, panem, interdum dimidiari, interdum totius menſis cibaria ferre cogebant. Turcæ hac in re adeò præſtant, vt ſi cętera adiungerent, inexpugnabiles omnino fierent. Vino abſtinent, cum orizæ eſt copia, facile carent. Quod ſi oriza deſit, puluere, quem ex ſalita carne commolita ſecum ferunt, ſe ſe ſuſtentant; in aquam enim calidam immittunt, pulueremque indè corporibus roborandis efficacem conficiunt. Vinum cum milites peterent, fortis Imperator Nilum oſten-

Coercendus miles.

debat. Modeſtiam Priſci in cultu omnino exigebant, vt horridi potius, quam ornati viderentur. Qui nimis ſpectate veſtiuntur, pluuiam timent, cauent & veſtibus, & corpori. Chares, cum ſordida tempeſtate videret milites ſegniter opus facere, quod veſtibus parcerent, iuſſit eas commutare inter ſe, & cum nemo alienorum veſtimentorum rationem duceret, celerrime perfectum eſt opus. Item, vt ab effrenata animi libidine ſe coerceant milites (minimi enim iuditij ſunt, facilè voluptatibus franguntur) ac abſtinentia vtantur, ſuadeo, qua a vi, rapiniſque abſtinere purumque animum ſectari debeant. Viuere enim debent cum prouincialibus iure ciuili, nec inſoleſcere debet animus, qui ſe ſentit armatum, quia clypeus ille exercitus quietem præſtare debet paganis. Nemo pullum alienum rapere, ſegetem nemo demere, annona ſuá ſit contentus. An rideor? vt nunc mores ſunt, credo. Iurabant iam liberi, & ſerui ſe nihil furto ablaturos e caſtris, ſi quid inuenirent ad Tribunum allaturos. Pœna furti erat, fuſte percuti. Tiberius militem, qui Pauonem ſuſtulit, capite puniuit. Peſcennius ab vnius Gallinacei direptionem decem commanipulones, qui raptum ab vno comederant, ſecuri percuti iuſſit.

Pænæ, & premia.

Pars vltima diſciplinæ, exêpla, quo nomine, Pænæ, & Premia telliguntur, quæ præcipuè nerui diſciplinæ ſunt. Præmio ad bonum homines excitantur, Pœna a malo cohibentur. Illud ad nobiles, ac generoſos animos promouendos magnam vim habet; hoc viles, & rebelles coercet. Illud inſtar calcaris eſt, hoc freni. Porrò Præmia vel honorem, vel vtilitatem reſpiciunt. Honoris duplicia ſunt. Aut enim viuis conceduntur, aut vita functis dantur. Quæ mortuis impendi ſolent, ſunt Statuæ, orationes funebres, ſuperba malusolea. Ita magnus Rex Macedonum Alexander in eorum qui in prælio ad Granicum flumen ceciderant, honorem, magnificentiſſimos ſtatuas erexit. Apud Romanos primus funebri oratione laudatus fuit publicè M. Brutus in bello contra Tarquinios occiſus. In eo Græcorum mos a Romanorum abibat conſuetudine, quod apud illos ij tantum publicè laudabantur, qui pro patria pugnantes obijſſent; apud Romanos verò ciuium togati, ſiue pacis artibus clare, nec viri modo, ſed & fæminæ laudabantur. Lycurgus nulla in re ciues ſuus eloquentiam exercere voluit, quam laudandis ijs, qui pro patria dimicantes occubuiſſent, & vituperandis ijs, qui e fuga profugiſſent. Poſt naualem ad Naupactum victoriam, Ioannes Auſtrius Miſſanæ magnificum extruxit tropheum, e quo arma eorum, qui in eo prælio

præ

præ cæteris ſe fortiter geſſerant, eloquentiſſimi Elogij addita forma, ſuſpenſa viſebantur. Nec vita tantum functis, ſed viuis etiam laudis præmia conceduntur, ſtatuarum potiſſimũ, quæ in publicis locis erigebantur. Hoc ipſum ſecuti Romani Conſules, atque Imperatores poſt prælium, vniuerſo adſtante exercitu, eos laudibus extollebant, quorum virtus dignior eſſe videbatur. Sic Scipio Lælium, Maſſiniſſam, alioſq; multos ob res fortiter geſtas, non ſemel commendauit. Statuæ etiam viuis ex marmore, ære, equeſtres, pedeſtres, armatæ, togatæ pro meritis cuiuſq; nonnunquam ponebantur, vt Cleliæ a Romanis, quod Regis Porſonę fruſtrata cuſtodes Tiberim tranaſſet, ſoſpeſq; Romam redijſſet. Summo etiam in honore præ cæteris habebantur coronæ. Ciuica, quæ dabatur ei, qui ciuem ſeruaſſet, hoſtem occidiſſet. Obſidionales e gramine intertexta, cum exercitus obſidione liberatus. Muralis, qui murum; Caſtrenſis, qui caſtra hoſtium primus aſcenderat, & etiam Vallaris dicta. Naualis, qui primus nauim hoſtium tenuiſſet. Roſtrata, qui nauale aliquod magnum decus peperiſſet. Ciuica e quercu. Obſidionalis e gramine aliæ ex auro; hæ tamen maximi fiebant, eoq; Auguſtus Princeps prudentiſſimus in cæteris præmijs, aureis torquibus, armillis, & ſimilibus liberalis, coronas eiuſmodi, ne vileſcerent, raro admodum tribuebat. Olim etiam in vſu erant præmia, quæ honori aliquod etiam commodum immiſcebant. Huiuſmodi fuere coronæ aureæ, torques, phaleræ, agri, boues, mancipia, ſtipendij duplicatio, ad ampliora officia promotio; qua vna ratione Romani ad excitandam militum virtutem egregiè ſunt vſi; ſiquidem omnia militaria munera, quibus tam dignitas, quam emolumenta annexa erant, non niſi optimè meritis demandabantur. Chriſtiani Principes luculentos admodum habent modos virtuoſas actiones præmijs compenſandi, vt ampliſſimæ variorum ordinum ſacræ militiæ dignitates, quæ commendæ, vel Prioratus nomine ſunt inſignitæ. Sed præ cæteris Rex Chattolicus, qui in Hiſpania, ex ordinibus equeſtribus Sancti Iacobi, Sancti Ioannis Alacantræ, Calatrauæ, Montegiæ maximos percipit redditus, qui in bene meritos diſtributi, inſignes olim Hiſpanis contra Mauros pepererunt victorias, adeoq; vt ad Africam bellandam ſatis forent, ſi in eum vſum conferrentur. Non parum quoque animi illud militibus additurum eſt, dum certo ſciunt membro aliquo mutilatis, & impotentibus neceſſariorum ſibi non defuturum victum; bellum enim, non tam mortis, quæ cita eſt, & dolore ferè caret, quam mutilationis metu plurimi perhorreſcunt; facilè autem Princeps metum hunc remouebit, ſi eiuſmodi milites ſibi curæ eſſe oſtenderit. Ecquis enim ciuem, & ſocium e

bello multis confectum laboribus reuerſum, a Principe ſumma excipi beneuolentia, ac liberaliter ſuſtentari videns, ſimile aliquod tentandi deſiderio non incendatur? At ſi eundem quis videat mutilum a Principe deſertum, inopem, pannoſum, mendicum, deniq; quid ei animi eſſe putamus? quomodo non concidet animo in fratris miſeriam, Principis agnoſcens, & deteſtans auaritiam, & militiæ abhorrens pericula? Nunquid omnem militiam deteſtabitur? Id præclarè Romanis fuit cognitum, qui ꝑ emeritorũ militum alimentis agros, & opulenta decreuerunt prędia; vt in hiſtoriarum munimentis varijs confirmatum exemplis habemus. Quod ſi non ipſorum tantum militum, ſed vxorum quoq; liberorum, ſororum, propinquorum curam Princeps habiturum ſe demonſtrarit, non dubito, quin ipſius cauſa quæuis pericula, & mortem ipſam alacriter ſint ſubituri.

Vtilia in regendis Imperijs quam maximè ſunt præmia: pænæ verò neceſſariæ. Ipſa ſibi virtus precium eſt, at vitium, ac malitia, niſi pænis coerceantur, omnia peruertunt, & diruunt, quæ virtus ipſa multò ante labore compararat. Quocirca a legiſlatoribus plurimæ de improborum pænis, paucæ de bonorum præmijs leges latæ ſunt. In militia, ſi bene meritos meritis non afficias, amoris, ſi malos non punieris, obedientiæ, ac debiti obſequij planè expertem te videbis: nihilq; iure militari tam pernicioſum poteſt contingere, quam ipſius obedientiæ contemptus. Quare optimi quiq; Imperatores ſeuerè Imperium adminiſtrauerunt, & varijs pœnis diſciplinam militarem, & reformarunt, & conſeruauerunt. Genus pænæ mulcta erat, & vt daretur pignoris capiendi, poteſtas erat pęnes Tribunum. Eadem quoq; in hodiernis manet, licet vix rarò cum vtilitate adhibetur, cum peſſimus quiſq; rerum omnium egentiſſimus ſit. Si vigilias neglexiſſet, fuſte cædebatur, acutis ferri mucronibus obijciebatur, obruebatur ſaxis, ſecuri percutiebatur; qui ordinem reliquerat, ſortitione interdum debito ſupplicio afficiebatur. Decimatio enim hæc Romanis vſitata, quæ aliquando in viceſimationem, & centeſimationem mutabatur.

Varie militares pænę.

Capite item puniebatur, virgis cędebatur, diſcinctus ſtare ante Prætorium, aut foſſam fodere iubebatur, tunica indutus ad omnium ludibria. Iulianus Cæſar inductos muliebri veſte deduxit, ratus viris eam pænam morte grauiorem futuram. Charondas, qui arma pro patria non cępiſſet, in foro tres dies in veſtibus muliebribus ſedere iuſſus eſt. Militiæ genus præterea in pænam mutare cogebatur; equites ad pedites, pedites ad funditores reijciebantur. Stans cęnam capere iubebatur.

Nunc

Nunc quoq; ſtare multas horas grauati magnis bombardis coguntur, ſi quid deliquerint, inter impedimenta iter facere pœne erat genus; extra caſtra, & oppida hibernare, ſepultura priuari, ſub crate necari, flagitiis confici, vt nunc bombardis, non minor pœna habetur. Vis ſæpè pœnæ ipſam culpam longè maximè ſuperauit; huius tamen rigoris honeſtus finis erat diſciplina. Vetus eſt Clearchi dictum, Imperatorem potius, quam hoſtem metuendum. Miles detractauis pugnam, capite plectitur. Caius Vatienus, ne militaret, ſiniſtræ manus digitos abſcidit, & bonorum publicatione punitus eſt. Traiani tempore pater, qui filiū bello inhabilem fecit, deportatus eſt. Huidius Caſſius iuſſit in crucem tolli centuriones, qui paucis militibus Sarmatarum tria millia incautius agentia occiderunt, ſuo iniuſſu, quia aliquos latere poſſe dolos, atq; inſidias dictitabat. Attilius Regulus exercitum fugientem cædi iuſſit. Cato militem relictum, qui ſoluta claſſe tolli petebat, ſupplicio affecit. Titus Scaurus filium, quod loco ceſſiſſet, in publicum venire conſpectum
prohibuit: is nimmia obrutus iniuria, mortem ſibi
conſciuit. M. Curius legionem, quæ bellum
detrectauerat a cæteris diſiunctum, ſtramē-
ta ſecare iuſſit, ſigna eius, nomenq;
aboleuit, & pro ſuplemento in
alias legiones tranſcripſit.
En ante omnium ocu-
los, qua neceſſi-
tate ſint pœ-
næ, qua vtilitate præmia. En
exercitationum cōmo-
da. En ordinis mi-
nimè cuſtoditi
incōmoda.

Digitized by Google

Ducum neceſsitas, & vtilitas in bello expenditur, & vtrum ipſi adeße Princeps debeat.

CAPVT XVI.

NON eſt, cur demonſtrare contendam vtilitatem, ac neceſſitatem Ducum in bello; ſuperfluus certè labor hic eſſet. Anima nempè exercitus, & vita ipſi ſunt, adeò vt verè ſcriptum ſit, militarem ſine duce turbam eſſe corpus ſine ſpiritu. Absq; Ducis prudentia exercitum vaſtam quandam belluæ molem ſine capite dicerem. Poliphemum, monſtrũ horrendum, informe, ingens, cui non modo corporis, ſed multò magis rationis lumen ademptum ſit, appellarem. Quamobrem & Demedes Alexandri exercitum Cyclopem appellauit, quod omnia certè adeſſent illi, deeſſet prudentia, qua immenſa propemodum illa moles regeretur. Exercitus ſine Duce, leo eſt ſinè oculis, Dux ſine exercitu firmo, caput ſine corpore. Cæſar cum Hiſpaniam contra Petreium, & Afranium Pompei legatos peteret, vado, inquit, ad exercitum ſine Duce, cum in Theſſaliã contra Pompeium; vado ad Ducem ſine exercitu; nam firmas legiones habebant legati, Pompeus Tirones. Duces bonos plus valere mediocri exercitu, quam bonos exercitus ſine Duce, Scipio, Pompeius, Gracchus, Pelopidas, Epaminũdas, alijq; docuere; nam bonus Dux celeriter firmat, & ſuam virtutem inſtillat militiæ, & paulatim mediocrem quemuis militem Imperatorio animo informat. Hic ante omnia quærendus, qui alacer, qui prudens, qui innocens, qui honoris cupidus ſit, qui pietatem colat, qui temperans, laborumq; patiens, qui ſeueritatem multa commoditate reddat tolerabilem, qui beneficus, liberalisq; ſit, qui diligens ſit, occaſionem arripere non ingoret quãcumq; agendi, vicendiq;, qui neque iunior, neq; Senior, qui eloquens, qui illuſtris, & generoſus, qui fortunatus, in magnaq; exiſtimationes & militum, & hoſtium ſit.

Horum Ducum duo ſunt genera; Primarij videlicet, qui iam fuere expreſſi, qui Principis gerentes vicem ſummæ rei imperant. Secundarij verò qui Imperantis alterius nutu, ſiue iuſſu imperant. In prima claſſe quiuis etiam Princeps in ſuo loco. In altera ij, qui ab his conſtituũtur, & deinceps reliqui. De prioribus illis, videlicet de Principe, cũ bellum eſt, an eũ pugnę diſcrimini adeſſe, an e remotiori parte ſpectare melius foret, ſæpe ambigitur.

Sunt,

Sunt, qui valde conducere putant Principis præſentiam. Sylla dictator, cum contra Archelaum Mitridatis Ducem maximè laboraret, relictus a militibus cunctis, concurrit in ordinē primum, & in partem hoſtilem animos ſuorum confirmauit. Alexander Magnus ſua præſentia vnumquemq; pugnantium ad egregia facinora impellebat, dum ante proprios oculos ea peragi videbat; & ita imbelles etiam ad Regiam promerendam gratiam, & conſequenda præmia allicebat, ac timore oppreſſos audaces reddebat, vel exēplo, vel metu, ne notati a Principe proditionis ſuſpicione, iuſſu eius, qui liberam habet vitæ, & necis in eos poteſtatem, ſupplicio dedantur. Poſt Philippi obitum, Argei Regis Macedoniæ ſuccedente in Regno Europę filio admodum paruo, ab Illirijs contemnentibus infantiam Regis Macedones prima acie fuſi ſunt; altera verò pugnaij Regem ſuum adhuc in cunis iacentem, ante aciem ſtatuerunt, & certamē repetiuerunt, tamquam victi fuiſſent, quod bellantibus ſibi Regis auſpicia deeſſent, & ita generoſiori animo reaſſumptis viribus, ac reſtaurato prælio, ingenti Illiricorum cæde facta, vicerunt, Regemq; Macedonibus non virtutem defuiſſe oſtenderunt. Eodem exemplo Franci, qui pro Clorario alacriter, & ſtrenuè pugnarunt contra Childebertum duorum Regnorum Regem, cum viderunt Clotarium adhuc in cunis, & ab vberibus matris fredegundis pendentem, agmen, & exercitum præcedere, militarem concepere animum, & infantis Regis aſpectu, in hoſtem irrupere feroces. Eſt enim Princeps in Exercitu veluti numen quoddam, ex quo fortes, ac generoſos quoſdam ſpiritus haurire videntur milites. In rebus etiam arduis præſens Princeps diligentius negotia Reipublicæ, veluti ſua, quam abſens, proſpicit; Et nemo eſt, qui eius audeat refugere Imperium; ſed e contra, eo abſente, Præfecti Duces, dum certant inter ſe, quis alteri ſuperior ſit, in ſumma rerum diſcrimina exercitum conijciunt, alijs pugnandum eſſe, alijs ſubſiſtendum, alijs obtemperandum, alijs minimè pertinaciter afferentibus. Sunt, qui Reipublicę expedire Principem non intereſſe pugnæ, affirmant, ne cum eius interitu ipſa pariter Reſpublica omnino pereat. Mortuo Principe fieri non poteſt, quia mutatio quædam, aut innouatio ſequatur. Alterum etiam addunt periculum, ne ab hoſtibus videlicet captiuus deducatur, & Regni facultates pro eius redemptione exhauriantur, vt alios in Gallia, & in alijs Regnis contigit. Moſcus anno 1381. arcem Liuoniæ Neuruſium trecentis millibus obſedit. Præfectus arcis bene collimato iaculo, cor Ducis traiecit, & totus exercitus in fugam coniectus eſt. Iuſtinianus Imperator, & ſi nunquam Conſtantinopoli digreſſus fuiſſet, Ducum tamen, & Pręfectorum conſilio, prudentia, ac fortitu-

An Princeps intereſſe debeat bello.

dine

dine Italiam a Gothorum, & Africam a Vãdalorum dominatu liberauit, Perſarumq́; temerarios inſultus compeſcuit, felicibus annumeratus Imperatoribus, non ſua, ſed Beliſarij, Harſetis, & aliorum virtute, quorum opera vtebatur. Eodem modo Carolus VI. Francorum Rex Auriaci Biturigum ſemper commoratus, optimorum Ducum virtute Anglos Regno eiecit; ex quo facto meritò ſapientis nomen promeruit.

Diſtinguendum eſt. Mihi verò diſtinctionem aliquam adhibendam dicerem. Hoc primum ſit, Principem non debere vlli bello, vel expeditioni, niſi graui, & difficili, intereſſe; eiuſmodi enim expeditiones ſuſcipiuntur, vel ad defenſionem, vel ad offenſionem, & Imperij propagationem. Defendendum autem eſt, vel Imperium vniuerſum, vel membrum eius ſeparatum, & longinquum. Si hoſtis domi Principem magnis viribus oppugnaturus propius accedat, ipſi in aciem prodeundum eſſe cenſeo: ſummam enim præter auctoritatem, quam ſibi hoc modo pariturus eſt, tam nobiles, quam plebeios animos ita commouebit, vt cateruatim ipſum ſecuturi ſint; tum tanto Regis exemplo omnes excitati ſubditi pro Rege, ac Regno ad extremum vſq; ſpiritum decertandum violenta quadam neceſſitate cogentur: idq; non in ijs bellis ſolum, quæ defenſionis cauſa ſuſcipiuntur, ſed etiam, quibus aliena oppugnantur, maxime valet. Præterea Imperium defendere, ac conſeruare tantum omnium intereſt, vt Princeps nequaquam pati debeat hanc laudem ſibi ab vllo quocumq; præripi, niſi ipſe amittendi Imperij periculum ſubire velit. Quod planè Childerico Galliæ Regi accidit. Galliam inuaſerat Ademar Hiſpaniæ Rex pluſquam quadrigentis Saracenorum millibus, obuia quæq; ac præſertim amœniſſimos Santonum, & Pictauorum agros ferro, ac flamma vaſtans; Childerico interea, tanquam altero Sardanapalo domi in delitijs ſeſe volutante. Tam turpis ignominiæ, hoſtiumq́; iniuriarum impatiens Carolus Martellus, valido collecto exercitu, in quo tam Nobilitatis, quam Populi ipſe flos erat, Barbaros fortiter aggreſſus ingenti prælio ad trecenta ſeptuaginta quinq; eorum millia interfecit, ac penæ ad internecionem omnes Saracenorum copias deleuit, eaq; victoria Gallorum animos ſibi ita deuinxit, vt Regiam ad ſe poteſtatem deinde accerſeret, penes verò Childericum nomen, & vmbra tantum eſſet. Hinc demum factum eſt, vt Childerico mortuo, Pipinus Caroli filius concordi Procerũ, ac Populi ſuffragio ad Regium decus fuerit euectus. Non neceſſe tamen affirmo, Principem ipſum prælijs ſemper intereſſe. Sat erit quidem, ſi ab exercitu, aut loco, in quo committitur pugna, non longe abſit. Vt verbo abſoluam, illi operam dabit Princeps, vt conſeruatio, & ſalus Imperij, aut vnicè, aut magna ex parte ip-

ſius

ſius vigilantiæ conſilio, ac fortitudini debeatur. Id primi Imperatores Romani ſeruauere, ab iiſq; fortaſſe etiam noſtra ætate. Turca, cæteriq; inſigni virtute Principes morem hunc accepere. Nam ſi præſens ſit, & rem præclarè, feliciterq; gerat, ad eum omnis laus, atq; gloria pertinet. Si per bene alios rē gerat, tunc quia videtur ſummum laudis decus eſſe penes eum, qui negotio interfuit, nunquam putare poteſt ſe parta victoria ex animi arbitrio frui poſſe, niſi illius laudem extinguat, per quem res tam bene geſta eſt; atq; ea ratione iniuſtus, ingratusq; videatur. In hos autem errores ſemper incidet, ſi per imprudentiam aut negligentiam domi otioſus maneat. Idem in bellis offenſiuis, quæ tamen grauia ſunt, ac Principis cura digna, nec in regionibus valde remotis gerantur, obſeruandum eſt. Quanto enim vicinior bellantibus erit Princeps, ex bene fortunato, feliciq; illius exitu tanto maiorem beneuolentiam, ampliorémq; virtutis gloriam conſequetur. Sic Legionis, Caſtelle, & alij Hiſpaniæ Reges omnibus ferè contra Mauros expeditionibus interfuerunt, & in primis Ferdinandus Rex Arragoniæ cum vxore ſua Iſſabella Caſtelle Regina ei expeditioni, qua Granatenſis Ciuitas fuit expugnata, & ad Chriſtianam fidem redacta. Quod ſi in remotioribus partibus ſit committendum prælium, nequaquam velut cor, ac ſedem ſuæ ditionis, vnde vires omnibus membris ſunt diſtribuendæ, deſerere debet Princeps, Imperatoris Tiberij monitus exemplo, qui tumultuantibus in Germania magno cum periculo legionibus, quamuis pleriq; ad furorem earum compeſcendum Imperatoris præſentia, ac maieſtate opus eſſe dicerent, adduci tamen non potuit, vt in Germaniam proficiſceretur, firmus animi tam contra inanes inſapientis vulgi voces, quam aliorū quorūcumq;. Tanto enim Principi nullo modo conuenire dicebant, vt citra ſummam neceſſitatem Imperij ſedē, vndè reliquorum membrorū gubernatio pendet, relinquat. Othomanidæ Turcarum Sultani haud facilè maritimis expeditionibus ſe committunt. Inter omnes ſolus Solimanus Rhodi oppugnationi ipſe interfuit, exiguo illo maris ſpacio, quod eam inſulam a Continenti ſeparat, traiecto.

cam tranſtulerunt. Idemq; Annibal negabat Romanos,niſi in Italia opprimi,ac non niſi ſuis ipſorum armis poſſe ſuperari. Suum hoc confirmabat aſſertum,quod Italia opulenta Prouincia,& commeatus,& militem eſſet ſuffectura. Sin Italia, velut fonte virium,quis ceſſerit,perinde falli, ac ſi quis amnes non ab ipſis fontium primordijs deriuare, ſed concretis iam aquarum molibus auertere,vel exſiccare velit. Addebat ſe nunquã victum,priuſquam terris eorum ceſſerit, reuerſo Cartaginem ſtatim cum loco fortunam belli mutatam. Longe ſane falluntur,qui exiſtimant Populum aliquem,cui nullum aliud onus incumbat,quam belli extra patriam gerendi,cui domi tutò, ac ſecurè procul ab omni periculo degere,cui domi, ac foris negotiari,cui terram colere ſine vllo impedimento,ac deprędationis periculo liceat,vnquam manus daturum, aut ſuccubiturum. Neq; enim vlla ab eis poſſunt tam grauia exigi ſubſidia,aut cõtributiones,quibus ita exhauriantur,deijciantur, ac frangantur,quam ſi quotidie hoſtem ab portas, iam capta oppida,iam pagos direptos,atq; incenſos,iam ſuos captos,aut cæſos,aliaq; eiuſmodi belli ſeria viderent,aut ſentirent. Prætereà,ſi nonniſi graui regionis incommodo, vel modicus numero cogi nequit exercitus,quid erit, ſi duo exercitus,tuus videlicet, & hoſtilis in vna, eademq; regione reſideant. Si vtrinq; profectò ſpectentur rationes,quantum ſubditorum abſumantur bona, quantoq; ſumptu militares Iniuriæ redimantur,facilè apparebit, quanto vtilius ſit hoſtem aggredi,quam ad latus ſuum fouere. Hoſtem ab aliquo loco auertere,vt ille fortius alibi magis vexetur, defenſionis quandam ſpeciem eſſe affirmo; cui vires non ſuppetunt,ad hoſtem e caſtris depellendum;ad aliquem ſaltem locum occupandum,aliquando ſuppetunt;quemadmodum, & facilius eſt quædam vincere, quam victa tenere. Illud pariter accedit commodi, quod qui bellum aduerſario infert, eus onera a ſe in illum reijcit, dum ex eius agro habet alimenta:multum etiam commodi eſt alienos deuaſtare fines, ne proprij flammis dedantur. At inquiet quiſpiam, qui regionem ſuam exercitu,ac præſidijs eductis priuarit, nunquid alijs in illã ipſam tentandi aditum recludit? Reſponderi poteſt, ſi hoſtis ſeriò noſtra inuadat,rectè facturos,ſi domum redeamus. Quemadmodum Annibal quoq; Scipione omnibus viribus Cartaginem oppugnante,relicta Italia in Africam eſt reuerſus. Sed neque præſidijs ita nudanda eſt patria,vt non quantum ſatis ſit virium,ad tutelã relinquatur; ſicut Agotocles in Africam traiecturus Hiſpaniam, Africamq; validis præſidijs firmauit. At ſi denuò reſpondeatur, Romanis bellum in Africa gerentibus, Annibalem nihilominus mirum in modum progreſſum fuiſſe, ac

Hic multæ rationes excogitantur.

Plurimis obiectionibus reſpondetur.

ac parum abfuiſſe,quin totam Italiam occuparit,adeo vt ſi cum Aſdrubale,cuius copias Claudius, antequam ad Annibalē perueniſſet,deleuerat,coniungere ſe potuiſſet, diuerſio iſta Romanis parum vtilis futura viſa fuiſſet. Reſpondeo illa ipſa diuerſione ei intercluſa fuiſſe auxilia; quæ alias ex patria ſibi facile comparare potuiſſet. Et ob hanc ipſam cauſam,omnibus, qui alienum ſolum ingrediuntur,cauendum eſt, ne nimis lōgè progrediātur,vt liberum ſemper receptum habeant, atq; a ſuis ſubminiſtrata auxilia accipere poſſint. At qui,inquies, etiam Annibal in Italiam deſcendit,nec tamē operæ precium fecit, ſiquidem poſt multas victorias tandem cum damno, & ignominia recedere coactus eſt. Ex vno planè,atq; eodem conſilio diuerſos poſſe rerum emanare euentus reſpondeo. Obijciantur tibi ante oculos duo,quorum alter fortiter prælietur, fortiter ſe ſe ab ictibus tuetur alter,vterq; ſanè generoſe, victoriam tamen reportet alter,neceſſe eſt. Reperias duos Princeps ſibi hoſtiliter aduerſantes, vtroſq; rerum ad munus ſuum pertinentium æquè peritos. An propterea alter alteri minus præualere poterit? Quæ verò cauſæ fuerint, quibus in Romanorum Imperium victoria,in Chartaginenſes verò excidium inclinarit,non eſt huius loci explicare. Verum iterum fortaſſe obijciet quiſpiam. Qui domi eum inuadit,a quo ipſe quoq; domi oppugnatur,nunquid pari cum illo eſt conditione? facit enim id, quod alter prior fecit; vterq; viuit alterius facultatibus, vtriq; diſſipatæ ſunt vires. Cur verò illi,qui prior alterum oppugnarit,ad ſua potius defendenda domum redire debeat, quam alter domi manere ad rerum ſuarum conſeruationem? Reſpondeo,quando in ſuis ipſorum regionibus mutuo ſe ſe oppugnant, æquales quidem vtrinq; dici poſſe;at quandiù in alterum ſolum bellorū ingruit tempeſtas,ſumma ibi eſt inæqualitas. Qui enim hoſtem itidem,vt ille fecit,domi oppugnat,æqualem ſe ille, immò aliquando ſuperiorem reddit,dum ad ſui, ſuarumq; rerum defenſionem tantum eſſe virium,animiq; demonſtrat,vt etiam ad alterum oppugnadum ſuperſint,& vt ſuos erigat;ac confirmet,ſic aduerſæ partis ſubiectos terret, ac conſternit. Porrò ad alium oppugnandum quoq; induci ſolent Principes, cum ſcilicet inter alterius ſubditos aliquos habent rebus ſuis ſatisfacientes, aut ſi ipſi ſubditos nouerint inter ſe diſcordes. Quibus tamen rebus non temerè eſt fidendum;ſiquidem illi ipſi ſæpè, qui omnem fauorem atq; opem fuere polliciti, reſiliunt facilè, ante alios ſe ſe opponunt,ac publico imminente diſcrimine, diffidētium animi conciliari ſolent. Ita cum Hiſpaniæ Regnum Carolus V. eſſet adeptus, aduerſus Primates plebeia gens inſurrexit,qua occaſione a Gallis accepta, Nauarriæ Regnum aggreſſi

ſunt,

ſunt;quam inuaſionem conſpicientes ciues omnes ad commune velut reſtinguendum incendium accurerunt. Si vero nulla militari arte offendi poterit hoſtis,operam dabit Princeps, vt alicuius potentiſſimi aduerſarij vires in eum concitet, atq; immittat, qui, quod ille haud facere poteſt, ferociter faciat, & aliò hoſtilem in ſe conuerſum impetum auertat. Genſerius Vandalorum Rex a Baſilio Patritio ingenti victus nauali prælio, rebus ſuis quid peius metuens, Oſtrogotis, ac Viſigothis perſuaſit, vt Imperium inuaderent; ſicq; ſuæ proſpexit ſecuritati. Vbi tamē cauendum, ne ſæpe peius accidat, vt Ludouico Sfortiæ accidit, qui vt Arragonenſium vim, ac potentiam effugeret, ſe ipſum Gallis prædam obiecit.

De Itinere militari, Caſtris, & excubijs

CAPVT XVIII.

DEliberato iam a Principe bello, aut cōtra alterius ditionem mouet arma, aut depopulandi, ſiue deuaſtandi animo, aut munitam aliquam arcem occupādi, qua capta, aut ſibi conſulat, aut alia loca ſibi cedere credat, quibus illa prouincia, ſiue ditione potiri ſe poſſe exiſtimet. Hoc autem haud fieri reor, niſi prius iter conficiatur, fluminum fiat tranſitus, vallum ſiue caſtra muniantur oppida capiantur, ſiue prælia aliqua fiant, quibus, aut victoria ſuperſit aggredienti, ſiue agreſſo.

E caſtris ſuis diſcedunt milites in hunc modum. Cumprimū ſignum datum eſt, tabernacula ſua detendunt, & ſarcinas componunt omnes. Sed nec detrahere, nec conſtituere cuiquam tabernaculum fas, priuſquam Tribunorum, aut Imperatoris erigatur, deponaturuè. Cum verò ſecundum ſignum ſonuit, iumentis imponunt ſarcinas. Cum tertium, præcedere oportet primos, & moueri tota caſtra. Ad primum agmen plerumq; ponunt extruordinarios, his ſuccedit ſociorum cornu ſiniſtrum. Poſt iſtos ſequuntur agmina prædictorum. Horū agmen ſuccedit prima legio, vaſa, atq; impedimenta a tergo geſtans; tum ſecunda legio, quam ſubſequuntur iumenta, & ſociorum item impedimenta, qui ad tergum locati ſunt. Vltimum enim in agmine eſt ſociorum cornu ſiniſtrum. Equites porrò interdum a tergo ſunt, quiſq; ſuæ parti; interdum ad latera iumentis ade- *Iter militare.*

Ccc quitant.

quitant,continentes,& coercentes ea, & ſecuritatem item præſtantes. Cum autem ſuſpicio a tergo eſt, reliqua quidem eodẽ modo manent,atq; ordine;ipſi tamen extraordinarij pro fronte tergum vertunt, eoq; traducuntur. Alternis autem diebus altera legio,& alterum cornu præcedunt,eadẽq; rurſus ſequuntur,vt commodi ſcilicet, quod ex aquatione, aut pabulatione integra,& illibata euenit,æqualiter omnes participes fiant,mutantes ſemper ordinem, vt alternatim primi incedant. Alio quoque agminis genere vtuntur temporibus non tutis,cum patentes habent locos. Triplicem enim ducunt Phalangem, ſiue Aciem æquidiſtantem,Haſtatorum,Principum,Triariorum, iumenta primorum manipulorum omnibus præponentes; poſt autem primos manipulos iumenta ſecundorum, poſt ſecundos tertiorum, atq; hoc modo ſemper alternatim iumenta collocãtes. Ita agmine conſtituto,ſi quid hoſtile incidit, producunt manipulos ex iumentis,& impedmentis in hoſtium aſpectum. Cæterum, quam breuiſſimè armati omnes decertandi accipiũt ordinem, niſi quod euoluere Haſtatos oporteat, & iumenta,ac ſubſequentem ijs multitudinem habere opportunum locum ad diſcrimen. Cum verò,vbi figenda caſtra,proprius acceſſerint, præeunt Tribunus,& Centurionum illi,qui ad hoc munus ſemper electi ſunt. Verum crebro iſta fuere mutata occaſione locorum,hoſtium,auxiliorum. In duas verò partes diuiditur hiſce temporibus exercitus, priorem videlicet, quæ vſitato vocabulo, Vanguardia,appellatur, poſteriorem, Retroguardia. Quod ſi maior numerus ſit militum,mediam adiungunt, quam appellant,Battaglia, ita peditatus diuiditur. Equites verò diuerſimodè periti duces diſponunt. Itinerum, cum in propinquo eſt hoſtis,maiora ſunt,quam aciei pericula. In acie omnes animis,corporeq; armati ſunt,locus cognitus, hoſtis ante oculos;contrarium in itinere contingit; quocirca ita Inſtituendum eſt,vt cautiſſimè omnia caueantur. Ratio itineris fere eſt,aliarum rerum bellicarum,vt aliud faciat, aliud hoſti facturus videatur Princeps,qui exercitum ducit. Cum prouincia quædã inuaditur,omnino agendum,vt initio alijs locis occupetur, & muniatur,vt in eo pedem firmare, & ad alia ſe extendere queat. Hoc non modo vtile,ſed caput rei quodamodo eſt; nam in eum locum ægri,commeatus,prędę deponi poſſunt;deinde,ſi ſupplementa mittantur,habent,quo ſe recipiant, Hoſti damnum infertur,& auctoritas munitur. Deniq; ſi prælio vincatur, tutum receptum habet. Ante annos viginti,cum ſubito Rhenum Dux quidam traieciſſet, cum nihil pacati in ea Prouincia haberet, & quoddam oppidum hoſtis muniuiſſet, quod obſidionem expe-

ctaret,

ſtaret, Rhenum ponti iunxit, & munitiones temporarias excitauit, vt in omnia paratus eſſet: quæ res vti improuiſa fuit hoſti ita etiam maximè incommoda, Duci verò peru ilis; nam tutò ſic a flumine rece dens, Lingam, aliasq; vrbes celeriter occupauit; poſteà cum Beriam in poteſtate haberet, priores diruit munitiones, pōtemq; abſcidit. Curuum eſt vſus in itinere, & prælio; ſed vt iungantur, & Valli inſtar ſint, per trabes, & catenas necti ſolent; eis ſi bombardę minores, quas vſus militaris falconettas appellat, imponantur, hoſtem arcent, tutiſſimè tergum, & latera claudunt, a duobus equis trahi poſſunt. Cuiq; ita omnia perpendenti, militia hodierna accuratior videtur, & ad cauendum circumſpectior. Hæc enim ratio itineris ſeruatur; qui expeditionem ſuſcipit, dum cum exercitu proficiſcitur, alium colligere debet; ſi enim vincat, facilè proſequetur victoriam, aut recens lectum militem dimittet; ſi vincatur, fęderatos, ſubditosq; in officio continebit, deuictiq; prælij fructum eripiet. Nunc peculiaris Magiſtratus eorum, qui ductorum, & curſorum, atq; illorum, qui viam, locaq; circum explorant, curam gerit. Magiſter Machinarum tormenta, atq; ad illa pertinentia ordinat, cui ſubſunt Cuniculárij. Præpoſitus ſupremus commeatus curam habet, proprium eſt illi vexillum, vt inueniri facile queat. Iter ita fere ſuſcipiunt, vt exploratis vijs, miſſisq; pręcurſoribus, pręcedat prius agmē, cui in pٖiculo quędā cāpeſtria tormēta adduntur; deinde tormenta ſequuntur hoc ordine. Antecedunt currus onuſti, palis, ſarculis, ligonibus, omnibus, foſſorum inſtrumentis; deinde minora, maioraq; tormenta ſequuntur, & parimodo fabrorum inſtrumenta, poſt quæ plumbum, puluis, funes, & horum quaſi præſidia Lancearij equites, & bombardarij, quos claudunt currus, quibus globi vehuntur; currus demum Magiſtri Machinarum, omniaq; ad Machinas pertinentia, & commeatus; & vt vocant Hoſpitale, ægri, & ſaucij curribus deuehuntur; Ducis deinde currus, & impedimenta vehuntur. Deniq; reliqui milites, ordine, quo pericula, & locorum ſitus requirit. In media autem acie proced t Dux, tum, vt tutiorem habeat locum, tum etiam, vt facilius per omnes partes valeat curſitare, & ſaluberrima dare mandata. Cum in itinere vię diuerſæ occurrunt, cuſtodiri ſolent, donec impedimenta tranſierint; ſi ſyluam tranſeant, cum pręmiſſis ſclopetarijs inſident, vt iter tutum ſit. Vix hodie flumina tranſiri poſſunt, niſi ſtratagemate, & furtim; nam bombardis vti in flumine vix poſſunt. In montibus caſtra ponere conſultum non eſt, quia facilè commeatus impeditur, in campo amnis, aut ſylua, aut Collis, aut palus commodo eſt. Prouerbium militare eſt, Nullam eſſe opportunitatem, vbi commodior aliqua elucet. Præcipua ergo

Curuũ vſus

Iter cōmeatuum.

inquirenda;metandorum caſtrorum locus,ad quem difficilis eſt acceſſus,facilis diſceſſus , & commodiſſimus. Equitatum ita collocant,vt non videantur munitiones, donec opus perfectum ſit;ſi pagi intra caſtra ſunt,in ædibus non degant milites, facilè enim clam inuaduntur,& incenduntur. Verum huic rei facilè attenditur. Cura Caſtrorum ingens eſt, cum ea congrediuntur,conſiſtunt primi agminis omnes in ordine, donec medium agmen ingrediatur; medium agmen conſiſtit, donec impedimenta omnia intrarint,tum omnes ad corporis curam vertuntur, exceptis excubijs ; excubiæ diſponuntur , quà putatur,vel vi ,vel dolo hoſti acceſſus eſſe : ſi ad ſyluam, vel dumeta caſtra ſunt,multi procubitores collocandi ſunt , vt remotiores moneant alios per ordinem,omniaq; Duci indicentur. Excubiarum hodie lex eſt,vt conſiſtant,donec vi pellantur,nec pugnent ; & ſi fortiores , ſi impugnentur , ſe tueantur , & ſuis omnia indicent , ſi verò inferiores ſe eſſe cognoſcant ; ſeruatis ordinibus,retrocedant. Cum per varia loca inuadere hoſtis poteſt,multæ, fortesq; excubiæ conſtitui debent. Hinc manifeſtè conſtat , qua artis peritia munienda ſint Caſtra. Pabulatoribus præmitti equites ſolent, qui eos tueantur ; cum periculū eſt,tertia pars exercitus excubat,& in extremo diſcrimine dimidia;inter ordinarias excubias extraordinariæ pariter ponuntur , quæ paruæ appellantur ; Et duplices diſponuntur procubitores , vt vndiq; ſecuritati ſit proſpectum. Interdum prope hoſtium caſtra collocant equitum excubias, quas ob periculum vocant perditas. Nocte emitti ſolent exploratores, quibus teſſera non datur,ne ſi captiuus fiat aliquis, hoſti indicare cogatur. Si noctu redeundum eſt, miles vnus ad procubitores præmittitur,qui ex cubitorum præfecto id indicat, ingreſſuris in caſtra comes additur ex eis,qui teſſeram nouit,vt intromittatur. Id ſeruari ſolet interdiu, cum redeunt peregrè equites,ita vt maior ſit cura excubiarum, quā olim. Maximè tamen animaduertendum eſt , longè errare illos, qui regionem aliquam ita fluminibus,ſyluis, montibus alijsq; rebus munitam putāt, vt hoſti patere aditus nequeat . Aceto perfregit alpes Annibal. Quamobrem accedenti hoſti,armorum vi eſt reſiſtendum.

Ingreſſus,& cura Caſtrorum.

Quam

Quam vtilis, quamq; neceſſaria Valli munitio

CAPVT XIX.

PRinceps ſi in hoſtili ſolo caſtra ponat, ea ſtatim vallis, foſſisq; cingat, licet ibi ad breue tempus conſedere voluerit. Vnam ex pręſtantioribus artibus militaribus, fortiſſimam Valli munitionem eſſe cenſeo; Quam tanti facio, vt qui hanc bene norit, ſemper victorem futurum exiſtimem. Tria itaq; dicent perfectum Ducem, ſcire quidem recte caſtra metari, hoſtiles euitare inſidias, pręlijq; tempus pernoſcere, in quibus omnibus, cum Alexandri Farneſij peritia ſummoperè emicuiſſet, dignis meritò laudibus eum ſemper celebrauit recens militum memoria. Paulus Emilius caſtra hæc portui comparat, a quo ſi ſoluatur nauis per Oceanum factura iter, in hunc tandem procellis ventiq; furoribus diutius vexata, ſe recipit. Qui victor eſt, ſi vaſtaſi caſtra contingat, iam victoriam amiſit, & prædam ſe potius hoſtibus, quam formidabilem præbuit, hincq; victus, ſuam cladem deplorabit. Sæpiſſimè vſu venit fugatos exercitus ſe in caſtra recepiſſe, e quibus egreſſi poſtea victoriam tandem receperunt. Ingens profectò Caſtrorum eſt commodum, quę tamē ita velim extructa, vt ad ea difficulter hoſti detur aditus; ſi enim diuerſimodè fiant, nec ratio loci ſeruetur, ſummum afferre poſſunt detrimentum; quod certè euitari tam facilè non poterit. In ijs conſtruendis ea omnia perquirantur, quæ vſui neceſſaria eſſe ducuntur, hęcq; ita munita deſiderantur, vt mutuo quęcūq; latera ſe ita adiuuent, vt ſi hoſtis nimium accedere velit, ſuo damno ſe id feciſſe cognoſcat. Neq; verò cæli clementiam contēnēdā eſſe dicerem, vt videlicet milites magis conſeruentur; nec ligna, aut aqua tātum abſint, vt horum egeſtate premātur milites, nec ita ea montiū ſuppoſita iugis, & altiores apices, & aſtris dominantes immineant, & quid interius lateat, explorent; nec ea, quorum frequens eſt vſus, a longinquis regionibus conuehantur; nec amnis, aut flumen, quod ſui irrigatione nimiū frequenti caſtris poſſit damnum inferre; cui tamen, ſi propinqua hæc fuerint, dum ſuſpicio inundationis abſit, ſumma eis ineſt vtilitas. Colles ſyluarum non longinquos laudarim; dum tamen non tam hi propinqui eſſent, vt facilis eſſet militi fuga; aut ab hoſte improuiſa aliqua aggreſſio oriretur. Præte-

vbi locāda caſtra.

rca valli extructionem eam eſſe volunt pertiſſimi artis milita-ris,vt nullus ceſpes terræ ſit, qui ſuas defenſiones non habeat. Iulius Cæſar, cum contra Gallos potentiſſimos hoſtes bellum ſe gerere videret,qui exercitus frequentiores conſcribere poterant,ſitus ſemper eligere ſtuduit, quibus vires ſuas fouendo ab ſtoſtibus præclaras victorias poſſet reportare. Inſignis ille Farneſius ſuperioris ætatis heros Alexãder belli fulmen dicere cõſueuerat,cum,qui bene caſtra poſuerit,ab hoſte nunquam cogi poſſe ad prælium,ſed tantum, cum res bene agi comperiatur. Certum eſt inſigniora quæq; prælia,ipſorumq; victoriam,quam Cæſar in Hiſpania de Petreio, & Afranio conſecutus eſt, non aliundè proceſſiſſe, quam quod Cæſar munitiones diligenter curauerit,quorum præſidio ſuos hoſtes ſæpe abſq; vlla ſanguinis effuſione in poteſtatem redegit. Et ſi verè omnes clades repetierimus, eas ex alia cauſa non fuiſſe factas comperiemus, quam rectæ caſtrametationis inſcitia. Nonne Rauennati prælio confederatis ex eo ſolum illa accidit clades, quia hi deſides fuere in Caſtrorum inſtructione,aut munitione, aut artem optimè non calluere,cum ſolum ante caſtra forum perduxerint,nec tantam terram erigere ſciuerunt, vt Gallus hoſtis ſemper eum continuis tormentorum ictibus non fatigarit,qui tandem proximè accedens,eos ad pugnam coegit,in qua victor euaſit, licet iam commeatus egens, numeroq; iam illis inferior. Monitos itaq; velim Principes, qui Martis honores ſectãtur,vt,cum primorum Ducum exemplis,& documento, caſtrorum ſummam cognoſcant vtilitatem, vnam ſaltem adoleſcentum legionem inſtituant,quorum peritia non in haſtis,& ſclopetis ſolum, ſed etiam in ligonibus,paliſq; tractandis conſiſtant, curentq;, vt omnibus his inſtrumentis æquè inſtructi inter militaria documenta exerceantur,in dirigendo, ac delineando opere aliquo, quod ad militiam ſpectet,nempè foſſas, valla, propugnacula deſignent,ac moderentur,vbi collocanda caſtra, quomodo vè in caſtris aptæ diſtribuendę ſtationes,quibus feſſi milites quieti reparare poſſint. Hęc eſt ſententia Scipionis Ammirati viri ciuilium,militariumque rerum peritiſſimi,quam ſi rectè percipiẽt Duces,nullo negotio Romanorum more aduerſus hoſtiles inſultus ſe ſe in tuto conſtituent. Hodie valli vicem obtinere volunt currus in orbem diſpoſiti, quibus vſos fuiſſe Stephanum Battorium, & Hunniadem aduerſus Turcam, alioſq; hac tempeſtate in Belgio Duces, Alexandrum præcipuè ſtrenuiſſimum Principem ſcimus. Sed quotuſquiſq; non videat hoc munitionis genus infirmum, & hoſtili impreſſioni, & fraudi obnoxiũ eſſe? Maximè, ſi in Imperij finibus ſit, quibus in locis caſtra ſic excitaſſe Romanos, vt non tam caſtra, quam

Hiemoneantur Principes.

fortiſſima

fortiſſima oppida viderentur, non vno in loco apud Cęſarem, alioſq; conſtat.

De Fluminum tranſitu.

CAPVT XX.

Sæpè accidit, vt Princeps aliquam prouinciā migrans belli gerendi cauſa, flumina aliqua traiicere cogatur, in quorum tranſitu nō leues oriuntur pugnæ. De his itaq; dicendum, vt qui hęc tranſire voluerint, rationem non ignorent. Quattuor modis flumina trāſeunt exercitus, Ponte, Naui, deducendo in riuos flumine, & natatu. Nam ſi vado tranſire licet, noua arte nihil opus eſt. Tum ſolummodo aduertendum eſt, ne tenuem riuum noctu hoſtis obſtruxerit, vt intumeſcente vnda, meabilis non ſit, quod in obſidione Oſtendana Batauí præſidiarij fecere. Alterum periculum eſt, ſi murices proijciant, qui facilè turbata aquā fallunt. In fluminibus itaq; tranſnatandis grauis eſt moleſtia. Difficilè eſt, inquam, cum hoſtis eſt in propinquo; nam pontem facere maioris eſt laboris. Naues facilè repelluntur tormentis, fixis ſudibus nando tranſire vix hodie licet. In eo igitur vniuerſum verſatur ſtudium, & cura, vt diuerſimodè tranſeant, ac ſe velle tranſire ſimulent. Labienus in tranſgreſſu fluminis quodam in loco ſtrepitum edidit remis, vt pertranſire videretur, dumq́, hoſtis ad obſtandum ſe parat, alio loco tranſiuit. Id quoq; fecit Sinam Baſſa anno 1594. Cum enim pluribus locis Danubium ſe tranſiturum ſimulaſſet, vno in loco tranſijt remoto a caſtris Chriſtianorum, & ſimul partem impedimentorum illis eripuit. Stolidè omnino Tartari anno 1594. Danubium tranſierunt vna manu caudā equi tenentes, altera gladium, ſed cæſi ſunt, cùm tranſiſſent; periculum illud eſt, quia equi facilè grauantur, & ſi periculum ſentiant, calcitrant. Impetum fluminis equis, vel elephantis ſiſtere ſolebant. Cæſar equites ſupra, infraq́; diſpoſuit, vt impetum fluminis frangerent. Annibal in Pado Elephantos diſpoſuit. Si ibi dureſcat, cautè trāſeundū, palea ſuper glaciem ſpargenda, inſuper effundenda aqua, vt concreſcat, ne iumenta, aut milites miſerrimè in lubrico cadant. Sic Iulius II. Eridanum feliciter traiecit. Tartari idem flumen concretum gelu tranſire maximè formidabant, ita q́; boum multitudinem cum tabernaculis reliquerunt, & quaſi metuentes redierunt. Vngari, qui ex altera

Quomodo tranandi fluuij.

parte

parte erant, armenta traduxere, quod vbi didiciſſent illi, cognito exercitum tranſire poſſe, ſecuti ſunt, & Hungariam vaſtauere. Cum ergo difficillimum ſit tranſnatare flumina, idcircò in eo labore multiplex inuenta eſt induſtria. Pompeius exercitum produxit, & reduxit ſæpius in caſtra; quo facto, cum hoſtis ſe ludificari putaret, negligens factus eſt, & Pompeius ſubito impetu tranſijt. Iucundo ſtratagemate Lacones per diſpoſitam Charthaginenſium claſſem ſyracuſas nauigarunt. Decē naues Punicas habebāt captiuas, eas veluti victrices primas agere tetrarū, a latere iunctis, ac puppi religatis alijs, qua ſpecie, eluſis Pœnis, tranſierunt. Nouarum ſępè rerum magiſtra eſt neceſſitas. Metellus, cum naues ad tranſportandos in Sciciliam Elephantos deeſſent, iunxit dolia, & tabulamentis conſtrauit. Annibal Elephantem ſub aurem a milite vulnerari iuſſit, eumq; flumen tranare, quem vltionis percupida bellua eſt cōſecuta, reliquisq; audendi exemplum fecit, alioqui nulla vi ad tranſnatādum cogi poterant elephantes. Non tot poſſunt excogitari artes traijciēdorum fluminum, quot varia iam in vſu habita a pluribus Ducibus fuere, quæ exprimere non huiuſce operis cenſeo.

De Caſtris clam mouendis.

CAPVT XXI.

EXercitus, qui aliquam prouinciam aggrediuntur, neceſſe arbitror ſępe caſtra metari; ſæpe etiam caſtra mutare. Decreto enim itinere, & traiecto flumine, poſtquam iam valla muniuere, ſæpe etiam contingit caſtra clam mouenda; quod ex pluribus cauſis vſu venire rei periti militaris arbitrantur. Aut enim iam electum ſitum, parum commodum eſſe cognoſcunt, cum ad victum neceſſaria deſint, ſiue quia perniciosum credant aerem, ex quo lethiferæ exoriantur infirmitates, ſiue quia ſuppetens aqua minime ſit, ſiue laborioſa nimis eius conuectio, ſiue quia illuc commeatus difficilè aſportentur, ſiue quia his omnibus ab hoſte cognitis, facilius ipſe concitetur ad prælium, ſiue deniq; quia tantus illos oppreſſit timor, vt in fuga ſalutem ſibi tantum poſitam arbitrentur. At nihil magis Duces illos offendit, qui caſtra ob hoſtium metum mutare cogitarint, quam immenſus ille timor, qui ſane quam debiles, infirmæq; ſint eorum vires, ipſa

palloris nota aperte demonſtrat. Quapropter noctu nequaquã mutentur caſtra, niſi eum milites aliò pergerè cupientes, mutationem eo tempore factam ſibi tutiorem arbitretur. Qui vero ſolo perterriti ſunt timore, fugam abſq; timpanorum, tubarũq; ſigno, arripere cõſueſcunt. Et ſi Annibal fortiſſimus Dux abſq; vllo ſtrepitu a Caſilino caſtra mouens ſeceſſit; non metu vllo Fabij eum ſeceſſiſſe credimus, ſed, vt meliorem eligeret ſitum, ad quem facilius commeatus accederent, & ne hinc inde profundiſſimis vallium anfractibus intercluſus conferre manus cogeretur. Quamobrem ad militares aſtutias compulſus eſt. Verum in his caſtrorum mutationibus ſæpè accenduntur, ſæpè extinguuntur ignes. Nec, quid ſatius ſit, rectè opinor. Sunt qui exiſtimant hanc ignium conflagrationem plurimum prodeſſe: flamma, quæ noctu elucet, intuentium aciẽ ita percellit, vt qui poſt eam ſubſident, haud quaquam conſpici queant; nec fruſtra creditur longè abeſſe hoſtem, cum plura lumina non lõgè abſint; & ſane hæc terrori ſemper fuere quibuſcumq; caſtra aggredi conantibus. Cæſaris equilibus id aliquando contigiſſe comperimus, dum in Borueſiorum caſtra irrumpere contenderent: hoc enim auerſorum luminum artificio feliciter vſi, ſe in tutum receperè. Qui vero contrariæ adhærent ſententię, plurimis obnoxios inſidijs illos exercitus eſſe volunt, qui ſolo fulgore ſibi etiam munientes e nocturnis tenebris nullam hauriunt vtilitatem. Ille enim hoſtis, qui tacite fugientes conſpicit milites, conceptam victoriæ ſpem, in tenebris poſitam eſſe minimè putat. Ab omnibus itaq; conatibus, quos lux non aſpicit, ſummoperè cauet. Sed Aſdrubal cũ a Metauro abſceſſit, lumina accẽdi iuſſit, hunc ſolum fulgorem hoſti ſemper obfuturum credens. Attamen iuxta militaris artis peritos dicerem, viam ſibi tutò patefacturum eum, qui potentia ſuperiorem hoſti metum iniijciet, atq; inſidiarum artes in tenebrarum præſidio aptiores eſſe oſtendet. Quod ſi huius vires ita debiles ſint, vt hoſtis nequaquam eius aſtus timeat, luminum accenſionem ſemper profuturam crediderim, quæ videlicet ſuaderent eum haud immorari in caſtris.

Ignis extinctio aliquibus melior.

Non in eodem ſemper loco ponenda eſſe caſtra dicerẽ: Quod etiam ipſo exemplo monuit Iulius Cæſar; tantum enim itineris ſpatium eum confeceſſe legimus, quantum tuendæ valetudini mutatio loci conferret; & id quidem ſapienter, cum ex nimia cunctatione facilè corrumpatur aer; vndè perniciosiſſimus naſcitur morbus, qui non aliter, niſi frequenti caſtrorum mutatione, poteſt euitari. Hoc bellicum conſtitutum adeò receptum vbiq; eſt, vt non ſit quiſpiam mediocriter militari inſtructus diſciplina, cuius curæ hoc maxime non ſit. Hoc autem ſemper

dixerim,

dixerim, dum mutare firma caſtra contigerit ; at ſi hæc ſubita ſint, exercitusq́; maximè ad pugnam parati, dum erit opportunitas, mutare ſemper & vtile erit, dum tamen & facultas ſit, nec commeatuū deſit copia, nec fugæ ſit ſimilis hęc caſtrorum mutatio, verum potius ſit more militari, aut hoſtem perſequendo, vel ad prælium cogendo. Hoc idem facere Fabius Maximus. & Annibal, hic, vt Fabium ad pugnam prouocaret, ille, vt quocūq; pergeret, Annibal inſequeretur.

De exploratoribus in Exercitu neceßarijs.

CAPVT XXII.

ADuerſariorum ſcrutari conſilia, ſuaque cęlare ſummum ad victoriam momentum habet. Næc quiſquam fere bello victus eſt, niſi cui hoſtium machinamenta penitus fuerint ignota. Maxima victoriæ pars in hiſce cognoſcendis conſilijs conſiſtit. Itaq́; mittendi exploratores, ſed cautè, ne intercepti, & torti ſuppliciorum vi ſua manifeſtare conſilia cogantur. Heraclides ſpecie transfugæ naualia Rhodorium incendit. Diligenti itaq́; ſtudio, & nouis interdum adhibitis ſtratagematibus exploratores cognoſci debent. Cum in Exercitu Charetis exploratores eſſent, iuſſit vnumquemq́; proximum apprendere, & interrogare ordinem, vexillum, manupulum, contubernium, ad quæ cum reſpondere non poſſent, deprenſi ſunt. Theognis, cum iuberet omnes ſuos armis indui, exploratores deprendit; *ſed cum inter lixas & negotiatores latent, illi quoq́; ſunt examinandi, nam ab aliquo ferè noſcuntur. Litterarum notæ occultæ; ſiue in baculi corpore, ſiue alio modo ſcribantur, iam depræhenduntur. Tutiſſimum eſt, antequam ſeiungantur, de notis conuenire. Olim Chartaginenſis in tabella, quæ cera obducta erat, ſecreta Romanorum perſcribebat in patriam ; & Demaratus Græcus de expeditione Xerſis monuit; nouacula enim abraſo capilamento inſcriptas vertici litteras, eiſdem renatis tectas ad amicos miſit. Scytala laconica inſigni artificio fit, vterq́; lignum eiuſdem modi, ac magnitudinis habet, charta oblonga inſtar loci circum ligatur, deinde inſcribitur litteris, eam, qui accipit, ſuo ligno circumligat, & reddit eandem litterarum coniunctionem, quæ in priori ligno erat. Ex quo nequit hoſtis ſenſum vllum

cogno-

cognoſcere, niſi lignorum magnitudinem cognouerit, qua fit, vt nullo negotio congruant litteræ. Callidiſſimus Regum Philippus litteras Antipatro ſcripſit, Thracias rebellaſſe, veniret, omiſſis ijs; quas cum Athenienſes intercepiſſent, arcana Macedonum accepiſſe rati, & ſecuri claſſem abducūt, & Philippi Duces tranſeunt, nullo penitus obſtante. Maximè etiam decipitur hoſtis, ſi ficta Imperia ad duces mittantur, quæ tamen cognoſcere, ac vera a fictis diſtinguere non erit difficile, adiecto aliquo ſigno inter eos ſolos noto. Ad explorationem omnis nunciorum, litterarumq; ratio pertinet. Nunciorum emittendorum, & reddendarum litterarum varios modos edocuit neceſſitas. Pontius Coruinus per Tarpeiam rupem ſe dimiſit, & tranſnatato Tyberi, Vceos peruenit; deinde incolumis Capitolio ſe reddidit. Campanorum miles baltheo incluſam epiſtolā ad Pęnos attulit. Sed verendum eſt, ne detegantur litteræ; itaq; melius per ſubornatos mittuntur, per eos, qui ferrum, ſtramen, poma, ſimiliaq; caſtris inferunt. Per ignotos etiam, & viles facilè deferuntur litteræ. Ericus Succiæ Rex Angliæ Reginam litteris baculo incluſis ambijt; ſed eas intercepit Daniæ pręfectus. Explorandi inſignem rationem ſecutus eſt Scipio; nam cum Lælio ad Syphacem legato ſeruorum loco, lectiſſimos Tribunos, & centuriones miſit, qui equum dimiſſum conſectati per caſtra, omnia munimenta viderunt, & Scipioni, facilis victoriæ triumphum comportauere. Chartaginenſes Hamilcarem ad Alexandrum exulis ſpecie ire iuſſerant, & eius conſilia ad ſe referre. Id quoq; cum Romanis factum. Cato ex hoſtibus vnum exceptum, tortumque interrogauit de hoſtium conſilijs (quod conſilium ſæpe anceps eſt, & dubium) cum apaucis tantum ſint nota. Verum hoc in re ſumma ſagacitate, ſummaq; prudentia opus eſt. Cum per columbas litteræ mittuntur, cauendum, ne in hoſtem incidant. Quod Sultano contigit, Ptolomaidem obſidentibus Chriſtianis. Cum vero accenſis flammis ſignum datur, contrarij ignes ſunt excitandi, vt dubitent hoſtes, quorum illi ſint. Ita Palateenſes, cum a Lacedemonijs obſiderentur, fecerunt. Varia hac ſignorum mutatione falluntur ſæpè hoſtes. Arabes, cum fumo interdiu, noctu ignes adeſſe ſignificarent, id cōtinuos dies fecere, ſed cum hoſtis adeſſet, conſultò ſigna omiſere, quod illis ſignū erat hoſtes latere, ſic arbitrati omnia ſecurius egerunt.

Stratagemata ex exploratione.

Varia explorandi conſilia.

De Acie inſtruenda.

CAPVT XXIII.

INter alia, quæ rei militari maxime fauent, ſumma ſit inſtruendæ aciei cura; vt enim lapides temerè cogeſti aquam non continent, nec murum efficiunt, ita nec viri fortiſſimi hoſtiles nequeunt vires vel retorquere, vel infringere, niſi eorum optimus ſit ordo: maximè enim conſiderandum, qua parte pugnam aggrediaris. Philippus cum Illiricorum frontem robuſtam, infirma cornua cognouiſſet, ea aggreſſus profligauit. Aciei ratio certa conſtitui non poteſt, multo minus eadem ſemper ſpacia, ſed ex vſu, & eo quod hoſtis facit, aut commodo ſuo facere poteſt, diſponenda. Scipio, cum videret Annibali eſſe octaginta Elephantos, ordines conſtituit, & magnis interuallis, vt belluas excipere ſine noxa, & fruſtrari poſſet. Sulla, cum curribus abundaret Archelaus, palos defixit, vt hærerent, ordines laxos fecit, in quos equites, quia hoſtilis aciei ordinem turbarent, immiſit; nec tamen antiquus Romanæ militiæ vſus in contrario eſt: ſicuti enim varia eſt noſtræ ætatis pugnandi ratio, ita longè melior, longeq; firmior. Romanæ aciei ars prima erat, vt feſſi, aut victi velites ſe in ordines Haſtatorum, hi in Principum interualla reciperent; nunc verò a peritis non admittitur ille receptus, ſed in locum feſſorum alij, atq; alij ſubmittuntur. Multò fortaſſe prudentius id egiſſent Romani, ſi ita ſtatuiſſent, vt, ſi premi vidiſſent Haſtatos, ſubmiſſent Principes, his Triarios. Nam qui turbas, & ordinum conuulſionem arbitratur orituram ex procurſu eorum qui in ſecunda, tertiaq; acie verſantur, non ſatis attendit grauiorem oriri ordinum turbationem ex receſſu, & quaſi fuga cedentium, aut pulſorum, quam procurſu pugnantium, & ſuccurrentium; plus enim rationis, & animi eſt in pugnaturis, quam in fugientibus, antrorſum.n. procedunt illi, fugientes retrorſum. Quin ad animos erigendos, maioremq; excitandum ardorem plus valet, ſtanti, & pugnanti, quam cædenti præſidium afferre. Quin, & illud obſeruandum tormentorum noſtrorum rationem alium ordinem aciei requirere. Ante Aciē enim ducenda ſunt, & magna cura diſponenda, atq; etiam vitanda. Hoc ſanè conſtat, ſi in rectè collimandis tormentis ſumma adhibeatur ars, in manu ferè victoriam eſſe; fortiſſimi enim militum, nunc ſclopis

Modus aciei Romanæ.

vtuntur,

vtuntur, illis præcipue, quos Moſchettos appellant, & raro cominus pugnatur, niſi cum altera pars in fugam vertitur. Itaq; nunc temporis iaculatores in acie ſunt præcipui. Prius autem natura eſt, vt eminus, quam cominus pugnetur. Hinc Machinæ, & Moſchetti, qui ſunt grauiſſimæ armaturę, initio deplodũtur. Olim interdum ſagittas illudebant celeri procurſu; id nunc fieri non poteſt, ſcutis, & loricis non impediuntur Bõbardæ. Nunc tormentorum vſus ad latera aliam aciem requirit. Cum timetur, ne hoſtis aciem circumambiat, in longius extenſa fronte ad latera reuocandi ſunt milites. Inter pugnandum verò contrahendi, ac repentina euibranda ſpicula. Olim equitatus diffundebatur, nunc continetur, & cautiſſime emittitur.

Quod ad longitudinem primæ frontis aciei, & laterum latitudinem ſpectat, dum explicatur acies, duplex eſt ſententia, & prior quidem quadratam aciem cæteris ordinibus longè excellere affirmat, in qua videlicet totidem milites in lateribus collocentur, quot in prima fronte conſiſtunt. Altera quadraturam hanc non ita abſolute laudat, quinimmo ratione ſoli aciei formam conſiderat, & pediti in fronte poſito trium pedum ſpacium, a latere verò ſæpè ſeptem attribuit. Et hic ordo ſanè tũ ob quadraturam æquilaterum elegantior, tum quod maiorem pugnantium numerum, & copiam referat, priori commodior videtur. Iuxta illam mille milites in trigeſimam, & vnam feriẽ diſtribuuntur, quarum quælibet triginta, & vnum militem continet. Iuxta hanc quatraginta nouem a fronte, & viginti a latere ponuntur; quæ quidem diſpoſitio altera procul dubio præſtantior eſt, nec tamen adeò frequens, vt hoſtium temporis, & loci circunſtantias, quæ diligenti ſtudio ſunt perpendenda, certum de eo tradi queat præceptum. Si, verbi gratia, exiguam militum manum emittere Dux cupiat, vt plures ij appareant, ſatius erit, ſi in longitudinem diſponantur. Quod ſi cum peditatu gerendum ſit prælium, opere pretium eſt, vt quadratum agmen in plures turmas diuidatur in longitudinem diſponendas, quibus vndequaq; peditatus aggredi queat. At vbi numeroſæ hoſtium copiæ ſuppetant, putarim quadratam aciem præferri, cum tutiſſima ſit ſemper, & valida, teſte Thucidide aduerſus hoſtium inuaſiones iſta aciei denſitas, iuxta quam formam, ſi Galli agmina ſua ſuperiori ætate in expeditione contra Germanos diſpoſuiſſent, tantam cladem cum exiſtimationis ſuæ iactura non retuliſſent. Eoſdem Gallos hac aciei conſtitutione diuerſis prælijs a Carolo V., Imperatore cæſos fuiſſe, nonnulli tradunt Authores. Verum aduerſus ingentem quidẽ, ſed

Forma aciei

inermem Turcarũ exercitum multo longiora potius, quã latiora agmina conſtituenda eſſe affirmarem, vt ſcilicet a fronte plures, pauciores a latere manus conferant; ideoq; nec quadratum, vel ſoli, vel armorum conſideretur. Quocirca ſumma ratio ineunda a Duce Belli, vt acies pro numero ſui, & hoſtis exercitus, proq; temporis, & loci circumſtantia diſponantur. Præclare prudens ille Romanæ Militiæ ſcriptor dixit. Si acies diſponatur ſapienter, eam plurimum in bello iuuare, ſin imperitè, quamuis optimi bellatores ſint, inſipienti ordine frangi.

De cauſis committendi prælijs.

CAPVT XXIV.



LEuiſſimi ſanè conſilij ingenijque eſt triumphalis gloriæ ardore, laureiq; ſerti deſiderio, ſerti inquam, infructuoſis intertexti folijs per dubios præliorum euentus, publicam ciuium ſalutem præcipitare. Non ita certè inanis huius gloriæ accidus fuit Auguſtus Cæſar, vt hiſtoriarum monumenta teſtantur. Prælium enim, aut bellum ſuſcipiendum omnino negabat, niſi cum maior emolumenti ſpes, quam damni metus oſtenderetur. Immò Iulius Cæſar prouidebat, vt potius in offendendo hoſte aliquid omitteretur, quam cum aliquo militum detrimento offenderet. Accuratè igitur committendi belli cauſæ expendantur.

Vbi victoria certa ſperatur, non detrectandũ prælium.

Cum itaq; certam victoriæ ſpem præ manibus habeat Dux, vt nullo modo ancipitem pugnæ caſum vereatur, quis tunc talem præliandi opportunitatem effugiet? Male enim ageret ille Dux, qui, cum certam ſibi poſſe victoriam comparare cognoſceret, in caſtris varios belli euentus perpendens, commodũ tanti honoris non ſibi pararet. Nec incongruum dixerim, vt qui dilatandi Imperij ſpe, aut conſeruandi ductus ſibi oblatam occaſionem proſpiceret, hanc ſaltem non foueret, hanc non amplecteretur, vt ſibi magnam auctoritatem, ac potentiam cõ-

pararet,

pararet, quę minimè ab eo Duce paratur, qui præclaram gerendi occaſionem nactus, hanc potius fugiat, quam amplectatur.

Si ignominiam iam ante acceptam delere quis poſſe opinetur armorum conflictu, quid ei diſsuadebit pugnam, & præliũ? Non euentibus belli ditiones, ac Imperia ſubijcienda aſſero; at ſi exiſtimatio, quæ tanti ponderis eſt, aliqua lue aſpergatur, quis eam deterget, niſi ſolus conflictus, & prælium?

Pręliandum vt exiſtimatio ſeruetur.

Contra perfidos Imperij euerſores, rebelles non eſt hoc iniuſtum, quin potius animi, & corporis infirmitati adſcribetur, ſi ſe ſuaq; arte armorum ſuorum viribus non tueatur.

Vt rebelles puniantur.

Inconſulta non erit, quæcumq; captabitur prælij occaſio, ne oppidum aliquod ob deditionem hac lege pactam, ſi intra certum tempus præſto non ſit auxilium, in hoſtium veniat poteſtatem. Recreantur auxiliorum expectatione obſeſſi. Quamobrẽ optimi Principis, Ducisq; partes ſunt prælium etiam audere, vt ſui obſidionis tædio releuentur.

In obſidionibus.

Cum rei pecuniarię, atq; annonæ ſumma ſit inopia, quid gerendum? Cunctari, ſe ipſum conficere quid laudis eſt? immò quid non damni? ferro igitur tentanda eſt via, quæ ſæpè quò difficilior videtur, eò aptior ad gloriam. Quis euentus bellicos ignorat? Quoties ſumma rerum deſperatio ad ampliſſimum gradum pugnantium animos euexit? Quoties ſibi metuentes cladem ſupremum hoſtibus excidium intulere?

In egeſtate commeatus.

Si aliter effugiendi ſpes mala ſit, non incongrua erit prælij cauſa. Nunquam illius Ducis vires in caſtris langueant, qui quaſi in anguſtijs deprenſus ſuam incolumitatem in Caſtris ſitam exiſtimat. Solum culpæ attribuetur, ſi ſe intercludi paſſus eſt.

Deſperatio.

Plura ante oculos habenda a Principe Duce, a quibus ſi tantillum declinarit, ſua maxime lædetur auctoritas. Si duorum exercituum vires longè proſpicit coniungendas, vt ſibi bellum inferant, leuitati minime adſcribetur, ſi ſtatim alterum inuadit. Nec minus cenſuerim improbè facere, ſi & pręlium committat, quando periculum ſit, ne vires illius longiori mora atterantur, & omnia ſociorum auxilia coniuncta habeat, vel numero, vel virtute militum ſuorum tuto conſidere poſſit. His ſi munitus aut ſit, aut aliqua harum parte, dubium minime reformidet certamen; immò alacriori animo certiſſimum ſemper victoriæ triumphum ſperet.

Duorum hoſtium coniſſctio.

Eſt & illud conſiderandum, an ſi dilatione prælij, hoſtium vires incrementum capturæ ſint, ſit & illud committendum. Comittendum ſemper dicerem, cum magis præſtet cum paucis, quam cum pluribus confligere. Ferdinandus Aragonius Calabriæ Dux, Gallicis, & Sfortianis copijs, quæ iam in ditionem Eccleſiaſticam venerant; prælij copiam non ſemel fecit, quod ſciret earum numerum breui valde auctum iri. Sed Galli ſuorum expectantes aduentum, locis munitis ſe continuere; & propterea magna eſſet ſtultitia cum eo hoſte manus conferre, quem breui ſcias deditionem facturum. Anno M. D. XXV. Franciſcus Primus Francorum Rex Ducatum Mediolanenſem oppugnaturus, Ticinum obſedit. Ibi Borbonius vna cum Neapolitano Prorege, & Marchione Piſcariæ, non tam numero, quã veteranorum militum virtute ſuperior, prælium cum eo commiſit, has quidem ob cauſas. Primo, quod in Cæſarianis caſtris eò pecuniæ inopia deueniſſet, vt exercitus breui tempore dilapſurus, & ſeceſſionem facturus videretur, vnde ſiue a prælio abſtinerent Cæſariani, ſiue funderentur, Principatum ſummo in diſcrimine ponebant. Deinde idem Rex Albaniæ Ducem cum validis copijs ad Regnum Neapolitanum oppugnandum miſerat, quod quidem Regnum omnibus præſidijs deſtitutum magno periculo futurum erat, niſi ad Ticinium prælio facto, ac parta victoria hoſtis reuocatus eſſet. Cum deniq; Rex ipſe in caſtris eſſet, Cæſariani eo capto non minora victoriæ ſuæ emolumenta, quam ſtragi damna propoſita videbant; & ſane prædicti Regis captiuitas Caroli V. Imperatoris rebus plus vtilitatis attulit, quam Mediolanenſis Ducatus amiſſio damni fuerat allatura.

Viriũ hoſtilium auctæ.

Ex his facilè cognoſci poſſunt cauſæ; ob quas prælium ſit euitandum. Quando itaq; clades plus nocitura, quam victoria profutura eſt, præliari nunquam oportet, videlicet, ſi prælio inferior vna cum exercitu, Imperium quoq;, ſiue ditionem ſit amiſſurus, ſuperior verò nullum aliud, quam cædendis hoſtibus lucrum facturus. Quando vires, neq; numero, neq; militum virtute hoſtium viribus pares fuerint. Quando debilitandi, vel etiam frangendi hoſtis eſt ſpes, ratioq; probabilis exercitum eius non diù ſub ſignis manſurum. Cum hoſte quoq; deſperato, feroci; & militibus formidabili non facilè confligendum, nec in loco hoſtibus, quam nobis opportuniori. Abſtinendum quoq; a prælio non negarim, quando noua ſociorum ſubſidia expectantur. Quando deniq; vel pacis, vel induciarum ſpes ſe oſtendit. Boni ſemper eſt Imperatoris non minus fugiendi, quam vicendi hoſtis artem tenere. Antigonus Rex retrocedẽs

Variæ cauſæ detrectandæ pugnæ.

cum

cum exercitu,conſueuit dicere. Non equidem fugeo, ſed opportunitatem a tergo poſitam perſequor.

De Pugnantium aſtutijs.

CAPVT XXV.

SI dolo bono, vel ſtratagemate comparari poteſt victoria, cur armorum vi decertandum, cur ſine cauſa tantum ſubeundum diſcrimen? Salua fide, & dignitate, omnia ſtratagemata licita ſunt, fugiẽda omnia, q̃ perfidia ſunt admixta. Sunt tamen alia belli ſtratagemata, alia præliorum; prælij generalia quædam ſtratagemata, ſemperq́; cũ fieri poteſt, tenenda. Romanorum varia ſtratagemata fuere, quibus ſe hoſtibus formadibiles reddiderunt, quorum hoc primum, vt non facilè bellum inirent, aut nouam tentarẽt prouintiam, niſi in ea, aut vicinia amicos haberent, quorum opera vti poſſent; Campanos Amicos contra Samnium defenderunt; fuitq́; & cauſa Samniorum delendorum. Tuſciam opera Camertinorum, Siciliam per Mamertinos occuparunt; in Macedoniam duxerunt Athenę, in Aſinam Rhódij, in Siriam fratrum Iudeorum contentio; in Egyptum Regia ſoboles. Eadem ratione in vtraq; India maximas regiones Hiſpanus occupauit, cum ſemper magno ſtudio, pretio, ſpe pararent aliquos, qui externa peroptarent Imperia. Turca etiam, dum cæteris ſubſidiũ fert, omnes ſubuertit, nec nõ In Aſia talia molitur facinora. Etiã in media Europa habet amicos, quibus ſi fauendum eſſet, etiam in bello forſan non minus experirentur Turcam perfidum hoſtem, quam nunc ſibi amicum perſuadeant. Alia fraus eſt, vt induciarum pacis mẽtio inducatur, donec vires paratiores ſint, aut, vt hoſtium animi concidant, & pacis dulcedine allecti, curam belli omittant. Vſitarum quoq; eſt belligerantes adiuuare, ita vt debiliora ſubſidia mittantur, donec vtraq; pars fracta victori ſe ſe ſubmittat. Princeps, qui non ſua tantum ſed aliena potentia bellum ſuſtinet, in auxiliatoris ſui eſt poteſtare, qui pro libito non ſolum Ingenium Principis torquebit, ſed, & ſi libuerit, eiuſdem liberati inſidiabitur. Bellum non magnopere quidem timendum eſt, ſi multi in vnum conſpirant; qui enim

ſuſtinere primos impetus poteſt, faciliori deinde negotio alios vel eludet, vel ſuperabit. Itali iam in Venetos conſpirauerè; Illi Ludouicum Mediolani Ducem muneribus ſibi aſciuerunt,& facilè omne periculum diſcuſſerunt. Sic cum Germaniæ Principes contra Carolum Quintum conſpiraſſent, primo impetu profligatum eſt bellum. Cum fuga ſimulatur, vel totius exercitus,vel partis,magna adhibenda eſt cura, ne aliqui militum veram eſſe fugam arbitrentur, trepidatioq; oriatur. Annibal boum cornibus faces,& fœnum impoſuit,eosq; per ſiluam agēs, cum Romani attoniti nocturni ignis diſcurſum aduerterēt, ipſe aliò euaſit. Simili etiam ſtratagemate violentius Hiſpani Pœnos perculerunt,nam accenſos currus bobus raptatos in Amilcaris exercitum immiſerunt, ordinesq; turbarunt. Optimè cautum ſtratagema eſt,vt aduerſariorum ſtratagemata caucantur. Ignarus inſidiarum Archelaides,ſuos tamen inſtructos ire iuſſit,ratus ibi eſſe inſidias,vbi re vera erant;itaq; eos facile diſſipauit. Alioqui & illi,qui inciderunt, & qui ſubſidio veniunt, pari in diſcrimine verſantur. Repente euulgari quędā ad excitandos militum animos,terrendosq; hoſtes, vt Verbi gratia, hoſtium ducem perijſſe,& hæc ſimilia interdum ſolent. Quintius,cum cerneret alterum cornu cecidiſſe,vic iſſe alterum,proclamauit, atq; ita ſuorum animos ad alacritatem concitauit, hoſtium verò timore oppreſſit. Eduardus Anglus Philippum Pulchrum fraude ab oppugnando Belgio retraxit, ſorori enim eius perſuaſit,Galliæ Principes conſpiraſſe,vt eum in acie deſererent. Cum igitur prælio decertandum eſt,aſſidua animi penſitatione noua moliatur ſtratagemata Princeps,id enim optimè agitur,quod hoſtis non expectat,qui ex improuiſo deluſus facilè animo concidit,& aut turbatur, aut vincitur. Epaminundas, pulureo excitato nimbo, cum equeſtris certaminis diuturnam feciſſet expectationem,inopinantium hoſtium terga ſubitò inuaſit. Cladem tegere,& diſſimulare prudenter, victoriæ nomen attulit. Titus Lucennius ſuorum cadauera noctu humauit; hoſtes autum,cum altero die multo plures ex ſuis cæſos viderent,continuò fugerunt, & ita perfectam victoriam cadauerorum nocturna ſepoltura attulit. Interdum hoſtis fallitur, dum ſibi conſuli putat. Milites Eumenis impedimenta hoſtium directuri cum magno periculo erant,quibus cum perſuadere nō poſſet,vt conſilium mutarent,hoſtes monuit,vt melius cuſtodirent. Ingenij,& prudentiæ ex naturæ conſideratione fuit ſtratagema Creſi,qui Camelis equos oppoſuit,quorum illi odorem ferre non poſſent. Pyrrhus quoq; elaphantos equitatui, e regione locauit,vt belluarum terrore equos,equitesq; impleret. Omnia Priſcorum ſtratagemata ennarare non eſt animus, cum

Stratagematum vſus.

ſatis

ſatis longo volumine comprendi non queant; nonnulla tamen attuli,vt innoteſcant. Illud certum Principem Ducem horum omnium præclare gnarum,ſemper victoriæ ſpem habiturum.

De Militaribus incurſionibus, et excurſionibus

CAPVT XXVI.

PArato,conſcriptoq; exercitu, aggrediendi, bellandiq; artes excogitantur, quibus, ſi feliciter vti queat Princeps, quid non detrimenti ſuo hoſti afferet? Incurſiones præ cæteris artibus vehementer quidem hunc opprimunt. Duobus autem modis hæ fiunt,ſiue ab vtraq; parte ſit cōſcriptus exercitus,ſiue ab altera tantum; quod ſi vtraq; exercitum collegerit, commeatus impediendi,aut regionis depopulandæ cauſa fiēt incurſiones; verum ſi vaſtanda erit regio,duo erunt exercitus, qui ex vno latere hoſtem inſiſtant;ex altero verò,& hunc opprimunt diruendo, vaſtandoq; agros. Si verò altera tantum pars ſuo exercitu regioni dominetur,ſicuti ad incutiendum metum aptiſſimæ erunt incurſiones,ita ſuis ad arma capeſcenda animum reddent. Cleomenes per omnem regionem diſcurrebat, ita tandem rebus ex ſententia geſtis,deuaſtata prouincia, perterritis Argiuis, ſuis vero ad futura bella audacioribus factis,ſecurus domum reuerſus eſt. Tartari in Poloniæ Prouincijs,non peditum, ſed leuis armaturæ equitum vi his vtuntur,atq; ob id nationibus omnibus aptiores eſſe videntur;quemadmodum Perſis Turcæ in expeditiſſimas excurſiones,& acerrimi,& velociſſimi animi. At vnde haberi poſſunt remedia? Si commeatus in munita importentur loca,& ea quæ minime importari valeant, ne hoſti ſint vſui,concrementur, facile hæ incurſiones euitabuntur. At ſi hoſtis animus tantum ſit valido pugnantium exercitu, agros deuaſtare, non ita impetum hunc repelli poſſe dicerem. Duo proponūtur,quorum alterum eſt,ita incultam,horridam, abruptamq; ragionem reddere,vt hanc pertranſire ei perarduum videatur. Verum id nequaquam fieri poſſe arbitrarer, niſi Imperium ſit admodum vaſtum,quod tantam in finibus non perhorreſcat ſolitudinem, aut equitatus copia ei non ſuppetat,qui has incurſiones valeat cohibere, aut hoſtis ſatis propinquos agros non habeat, vt quæſito incommodo conſulere poſſit. Cum verò breues,atq; anguſti ſunt ditionis termini, deſertum eum

Ob quā cauſam fiant excurſiones.

nequa-

nequaquam reddet, immo munitionibus ſatis tutis omnes hoſtis aggreſſiones ſemper coercebit, ni fines lati adeò fortaſſe ſint, quibus nõ tot poſſint erigi munimẽta ad propulſandos hoſtium ictus, qui ſi minus lati eſſent, tutiſſimè ſemper opinarer defendi, eo quod & Principi ſuppetat ſemper cõmeatus, & hoſtis longe repelli poſſit. Hoc idem fecere Moſcouitæ Tartarorum incurſionum nimis pauidi. Hoc idem ſenſere Auſtraici Turcæ incurſionibus expoſiti. Quamuis hoc minimè ſuppetens remedium nonnullis videatur, quæ enim incurſiones, equitatus copia fiunt maximè leuis armaturæ non ita facile a munimentis, aut arcibus euitantur; cum nimis expeditus hic, quocumq; vult, abſq; vlla imminentis periculi formidine aduolet. Chinenſes ideò cum à Tartaris ſe aliter tueri non poſſe vident, murum extruxerunt, vt omnes incurſionum moleſtias a ſe longè propulſarent.

Fiunt ſæpe etiam excurſiones tum temporis potiſſimum cum in conſpectum vtriq; exercitus educantur; ex his autem ad prælia vt plurimum deuenitur, ſuperatisq; militibus afferunt cladẽ, licet non tanto detrimento, quanto afferre videntur prælia. Huius verò rei cauſa eſt, quod in prælijs omnibus viribus pugnatur, & vtriusq; partis vires magis perſpectæ habentur. Verùm dubium fit, an cum tantę ſint hæ excurſiones, an, inquã, ante, an poſt prælium ſint faciendæ. Et quidem ſi ante prælium fieri admittatur, ſatis exercitus erit miles ad pugnam, dum excurſionibus militi robur additur; Aliter tamen eſſet dicendum. Si enim infeliciter hæ vſu venirent, ſatis efficax militi metus incutitur, & ſpes hoſtem debellandi defloreſcit, hoſtiumq; numerus potius, quam diminuatur, augetur, peritiaq; hoſtis, dum varijs pugnis tentatur, ſatis conſpicua emicat. Spartani, cum in Boetiam, ſæpe de ſuis viribus periculum facientes ingrederentur, minime expertos ad militarem diſciplinam aptos reddidere Thebanos, qui poſtea infenſi Spartanis hoſtili animo magnas intulere clades. Ego verò exiſtimarem, ſi Princeps militorum ſuorum virtutem perſpectam habet, excurrere facillimè poſſe, ac ante prælium pugnare. Verum, ſi illius omnino ſit anceps, tentandas pugnas ſaltẽ aliquo commodo fateret. Deguſtata victoria paulatim animus, & mox conſtantiæ ſtudium excreſcit.

Quãdo facĩdæ excurſiones.

De

De Prælijs, ſiuè Certaminibus publicis Direptionibus, Captiuis, et alijs huiuſmodi.

CAPVT XXVII.

SAEVA quidem, ac cruenta nimium ſunt prælia, cum ſiue omnes exercitus vires, aut harum maior pars in apertũ campum educitur. Hic ſanè ingenti opus eſt animo, dum ſe ſe omnes communi diſcrimini opponunt. Hi conflictus, qui totis viribus fiunt, & collatis ſignis rerum omnium ſummam cõplectuntur. Cum enim eæ omnes ſemel tantum vni objiciantur periculo, facilè, & debellari poſſunt, & dominium deperdi; id quod certè alijs conflictibus non vſu veniret, cum diuturnius tempus exigatur. Et ſi non contingit hoſte prælio diuicto rerum ſummã non euerti, id ex victoris inſcitia fieri ſæpè cenſemus, qui victoriæ gloria imprudenter nimis abutitur. Hoc planè expertus eſt Annibal, quando Cannenſi pugna Romanos deuicit, ita vt meritò ei exprobrari poſſe videretur, vincere eum ſcire, ſed victoria vti neſcire. Aut credimus ex nimia deuicti potentia, quæ nondum proſtrata, facilè ſuas poſſit vires reſumere, vt ſæpe reſumpſerunt Romani, qui plurimis prælijs nullo bello victi ſunt.

Euentus prę liorum.

In his conflictibus plura eueniunt, quæ Principi nota eſſe debent. Si forte victoriam conſequatur, non quorumlibet hoſtiũ prædia deuaſtari permittat, ſed aliquando quidem victrici militum inſolentiæ id permittat, eam vero aliquando prudenter coerceat. Si captiuos habuerit hoſtes, eorum corpora militari furori diuexanda nequiaquam committat: ea enim ipſe, ſi pecunijs ad magnos publicosq́; ſumptus indigeat, æquis pretijs venditabit. Omnia quoq́; quæ vel abigi, vel auferri poſſunt, vt ad ſe conuehantur, curet. Dignoſcat etiam pro temporum ratione, an omnia, an partem, an omnino nihil retinere debeat. Nec enim æquum eſt cum publicis opibus, rebusq́; bellicis ſatis amplis tantam militibus voluntatem concedere, prǽſertim cum ex deuictorum opibus, locorum ve vbertate lautiora poſſint eſſe commoda. Certè ſpolia, & quamcumq́; ex hoſtibus prædam

Prędę diſtributio.

ſuam

ſuam ſibi comparat virtute miles, eam lex iubet publicã omnẽ eſſe; nec ſolum gregarius miles, ſed quæſtor eam accipiens ab Imperatore in ærarium publicum, ſiue pecuniam ex ea conflatã refert. At hoc non ſemper contingit, cum pleramq; partem miles, partem Princeps vindicet. Si captiui aliqui fuerint, hos victor Princeps ne interficiat. Iniuriam enim tum naturæ, tum humanitatis infert legibus, cum victoria perfidè abutens, & ſuperatis hoſtibus, iracundiæ indulget; præterquam quod non ſatis fortunæ omnia alternantis genium attendit, qui deuictis hoſtibus, vltra in eorum vitam ſæuit. Non huius certè ingenij Scandarbegus ille Turcarum virium debellator fuit, qui ſimul ac victoriam aliquam adeptus erat, nullum vnquam captiuis afferri detrimẽtum patiebatur, ad incertos ſemper, & mutabiles fortunæ caſus intentus. Cui vnquam hæreditaria fuit victoria, cui certus triumphus? ad noua igitur conſilia, noua ratione opus eſt. Nec quod vnus Imperator heri vicerit, ideò captiua ſpolia ſibi ſpondeat. Hoſpes eſt victoria, huc, & illuc proprij expers domicilij vergit; & quamuis virtute, conſilioq; maximè paretur, & retineatur, plerumq; tamen, vbi diligenter omnia, prudenterq; egeris, multum adhuc momenti fortuna, multum caſus ſibi quidam ſolent vendicare.

Non ſæuiendũ in victos.

Sepulturę præterea honore decorandos eſſe occiſos exiſtimo, ſiue enim vicerit, ſiue victus fuerit Princeps, militũ occiſorũ funeribus, & exequijs proſpiciat, neq; incuriam, aut occaſiones, aut temporis, aut loci, aut metus nomine prætexat. Sancta enim hæc, & religioſa circa eos, qui ſic abeunt, pietas eſt, eiuſq; neceſſaria inter ſuperſtites demonſtratio. Etenim vnuſquiſq; militum ſibi ante oculos obijciat, eodem modo, ſi fortè in bello cecidiſſet, ſe ludibrium, ferarumq; prædam futurum; & inſepultum. Se remanſurum præſagiens, mortiſq; honore carere non ferendam putat contumeliam. Nuſquam non laudatiſſimi Romanorum mores; nam eccè, clade aliqua accepta, ſolet ti ſane ſtudio curabant, vt interfectorum corpora humarentur, vel cõburerentur. Vnde laudatus Germanicus, quod ſuorum etſi alioqui defeciſſent, corpora cremari iuſſerit. Philippus etiam Macedonum Rex eadem fuit in mortuos pietate, quẽ legimus, Athenienſibus, quos alioqui ſibi infenſiſſimos expertus erat, ad Cheroniam profligatis, captiuos ſuperſtites remiſiſſe, & bello conſumptorũ corpora ſepulturæ tradidiſſe.

Sepultura occiſorum.

De

De Cladibus acceptis ſarciendis.

CAPVT XXVIII.

HINC inde ſępe ineunte prælio exercituum vires debellari contingit. Boni igitur, prudentisq; Ducis officium eſt, cum cladē ſuis illatam viderit, non animum ſtatim deſpōdere, ſed accuratè quodlibet ſubterfugere periculum, atq; rationes ſecum inire, quibus ſe, ſuosq; in tuto collocare, & meliori ſe committere fortunæ valeat, Varronis exemplo, qui fuga ex Cannenſi clade elapſus a Senatu commendatus eſt, eiq; gratiæ actæ, quod de Relpublicæ ſtatu non deſperaſſet, vt eius Collega. Nemini fruſtra deſperandum eſt; cæca enim fortunæ vis, quoq; illius ſe vertat gratia, incertum eſt: plernmq; per inflexas, ac tortuoſas vias benigna accedit, ac meliora iubet ſperare, in bellis præſertim, vbi fortunæ poteſtas maximè apparet; ſiquidē ingētes militū copiæ vnica tantū voce, vel falſa quadam ſpecie in fugam fuerunt coniectæ; plurimos etiam exercitus hoſte ſuperatos, ipſius hoſtis virtutes conſpeximus. Teſtis eſt præclarus militiæ Dux Conſaluus Ferrandus, cuius potiſſimum virtute Ferdinandus Arragonius Mauros Regno Granatenſi exegit. His contra Gallos miſſus Neapolim ſuę prioris fortunæ nōn immemor ſibi victoriam pollicebatur, vnde remiſſius rem gerere, hoſtemq; cōtemnere cæpit, veluti nominis ſui fama percuſſum. Quo factum, vt manum cum eo conferens, magna clade affectus fuerit. At ille cautior inde factus ſic poſtea ſe ſe geſſit, vt Gallos diuerſis pręlijs profligarit, & tandem Regni finibus magna cum ſua laude depulerit. Verum non immeritò hac conſiderandum arbitror, quando dicatur ob cladem illatam tale vulnus Imperio infligi, vt deperditum, debellatumq; dicatur. Non tam facile poſſunt vires, nec refici, vt ſi lethale illud vulnus fuerit, poſſit ſola prudētia Princeps mederi. In bellis ciuilibus vnicus tātū cōflictus affert, arripitq; victoriam, & ſæpe huius vnius iactura rerum ſumma euertitur. Ita Cęſari cum Pompeio pugnanti accidiſſe legimus, idem Bruto, & Caſſio aduerſus Octauianum, & Antonium bellum gerenti. Nec aliam rationem duxerim, niſi quia in ciuilibus bellis Duces non agnoſcuntur Princeps, quorum voluntati adhæreant ij', qui ſuas partes iam fuere ſecuti. Non ſunt ideò propenſi ad alia experiunda belli incommoda, quemad-

Nunquā animo cedendū eſt.

Clades in vno loco maior eſt, quā in alio.

quemadmodum ij,quibus iam deſtinatum ſit Imperium. At in alijs bellis ſi Princeps,cui vires adeo non ſuppetunt, bellum in ditione patiatur,etiam receptum, in quo ſuas vires poſſit reficere,non habeat, facilè eſt, vt vnus conflictus eius ditionem euerſam ad internecionem extremā deducat; ſi verò extra Imperium coflictetur Princeps,non ita facilè id eueniet,maximè ſi è ſua ditione copias educat,& inter hunc,& Principis illius cum quo pugna ſit,intercedat ditio Potentioris,qui neuter ſit, vtriuſq; amicus. Principibus verò, quibus ampli ſanè fuerint ditionis limites,vnica tantum clades vix poteſt eſſe terrori, periculoq; quin & alias copias congerere poſſit,cum opportunæ nō deſint vires noui conſcribendi exercitus, belliq; renouandi. Quod a Romanis contra Pyrrhum,& Annbalem, a Dario contra Alexandrum inſtauratum legimus. Hæc ſunt, quæ breui de ſarciendis cladibus tradi poſſunt.

Fugere interdum licitum eſſe,nec Hoſtem in fuga intercludendum.

CAPVT XXVIIII.

CVM decertatur prælio, fuga ſæpè arripitur, ſæpè etiàm,cum & alia geruntur, aliquandò neceſſe ſibi fuga conſulere; aliquandò autem ad fallendum hoſtem terga vertuntur, atq; ideò vel ficta eſt,vel vera. De hac igitur dicendum, quam duplicem pono, vel totius exercitus,vel partis. Cum toti exercitui diſcrimen aliquod in bello iuſto imminet, heroica fortitudine decertandum potius,quàm fuga deponendum animum dicerem: in ipſa enim ſummum dedecus. Fortitudo autem,quamuis laudatiſſima ſit, non tamen ea eſt, vt ſemper Imperatorem ad prælia cogat,& ſemper in armis ponat, quod prudentia negauit; poterit ergò prudens Princeps negare pugnandi copiam,etiàm copias infirmiores ſubducere, ne viribus inferior cum hoſte congrediatur; Illa enim cautione minori eſt Reipublicæ detrimento, quàm præcipiti prælio. Nec prudenter adeundum periculum, cum nullus ferè victorię nitor affulget. Antigoni igitur veſtigia ſectetur Imperator, qui ſemper publicum commodum inani gloriæ præponebat; cedens enim dicebat,ſe victoriam retro poſitam quærere; Honeſtius quidem ſit detrectando prælium,ſed,ſi ſubduci poteſt ſine periculo exercitus,etiam in ipſo prælio ſubduci poteſt,& ita ſubduci,vt etiam

Aliquando fugiendum.

fuga

fuga extremæ interneciori conſulatur. Verùm, ſi omninò pugnãdum ſit, nunquàm ſtatuat Princeps, vt diſſolutis ordinibus, effuſa fuga exercitus ſe proripiat; nàm in pugna pauci, in fuga plerıq; omnes pereunt. Nobilis fuit inter Campſonium, & Selymum fuga, vtrinq; cecidere, ſed fuga plures, quàm prælium abſtulit. Prouerbio fertur, maiorem eſſe fugiendi, quàm pugnandi artem, verùm ingenioſè fugere, atq; alibi quærere victoriam, laudis eſt. Fugæ itaq; conſilia, cum eam neceſſitas facit, ſaluberrima ſunt. Aurum Tryphon diſperſit, vt milites moraretur. Sertorius, & Viriatus ſpargi milites voluerunt, & in locum condictum conuenire. Multi hoc modo ſeruantur, nàm ſi hoſtis quoq; ſuos ſpargat, id non abſq; ſui periculo efficit, vbi milites conuenerint, facilè diſperſum aggredi, & trucidare poterunt; nunquàm autem perſequẽtes ſparguntur, niſi victoriam amittere velint. Afranius Cæſarem fugiens, cum euadere non poſſet, caſtra muniuit, id cum Cæſar faceret, & pabulatum miſiſſet, itineri ſe dedit. Magna dexteritas, eoq; maior, quod ea Cæſar deceptus eſt. Philippus in Epiro victus inducias ſepeliendis mortuis petijt, & ſic euaſit, inani pietatis ſpecie ad victorum ſalutem abuſus. Pœni claſſe victi ſe in vado hærere ſimularunt, idq; omne, quod hærentes ſolent, effinxerunt. Romani vadoſa loca rati ſtetxerunt, & ſpatium fugientibus dederunt. Quod enim fugientibus ſaluberrimum erat, hoſtes euitabant loca, per quæ ipſi fugam arripiebant. Demetrius Phalareus, cum hoſtes tergum inuaderent, omnes currus oppoſuit, & incendit, hoſteſq; moratus eſt, donec euaderet. Ammianus Marcellinus, cum nec fugere, nec latere poſſet, equum, cui lumen impoſuit, per planiciem ad dextram miſit, eum inſectantibus Perſis, ipſe ad leuam in montium vertices cum ſuis euaſit. Quorundam etiam ignobilis quidem, ſed tamen callida fuga viſa eſt. Nicolaus Picininus ſacco incluſus per armatas hoſtium copias à Teſchino milite ferebatur, & rogantibus reſpondebatur, panem ferri. Cum recedendum ab hoſte, quia fortior, id primò agendum, ne huiuſcemodi fuga timori, ſed prudentiæ adſcribatur, alioqui milites fugiunt, & effuſi præcipites ſe dedunt curſui. Ità demum fugiendum, ne talem hoſtis diuerſionem cognoſcat, & ex credito in alijs pauore ſibi animum addat, & fiduciam; qui verò tantum receſſit vt ſyluam, montes fluuium tranſierit, facile reliquum iter conficiet, nàm poſito præſidio morari hoſtem poterit, donec ad deſtinatum locum venerit. Ignes interdùm aliò dirigunt, qui nauigant; ipſi ſine lucerna aliò curſum tenent. Federicus Marabotus Guelphus, cum Auriam fugeret, atq; quæſitam deſperaret euaſionem, noctu ſuas triremes monuit, quò eſſet nauigaturus, lucernam deindè ſcuto appoſuit, quæ in lit-

Quomodò fugiendũ ſit,

tus eiecta eſt, quam hoſtis perſecutus, effugiendi oportunitatem conceſſit.

Hoſti nõ impedienda eſt fuga.

Hoſtis præterea fugam minimè impediendam eſſe exiſtimarim; Quid enim glorioſius Duci vnquam eſſe videtur, quàm hoſtis terga fugientia conſpicere? Fugientibus facilem parandam eſſe viam prudenter Scipio dictitabat. Themiſtocles etiã Xerſem de fuga admonuit, ne tantam multitudinem inter viſcera Græciæ contineret. Eadem Alphonſo Arragonio mens, qui fugienti argenteum ſtruendum eſſe pontem cenſebat. Iphicrates etiam ſenſim ſecutus eſt fugientes, nec ad flumina vrgebat, ne deſperarent. Cauſam eam cenſeo, quia neceſſitas, cum peritos, & fortes premit, omnia penetrat, & rarò victi ſunt; quã extrema neceſſitate pugnarunt. Improba correptos rabie efficit deſperatio; qui timoris ſunt expertes, aut ſanè vincunt; aut magna clade vincuntur; fugientibus ideò cautè inſtandum, ne ex neceſſitate reſiſtant; ancipiti enim oppreſſi malo memorabile edunt prælium; neceſſitas ſæpè deſperationem, deſperatio furorem adiungit. Id ſatis apertè Romanorum Patrum prudentiã demonſtrauit; Gallos enim tranſuehere, & cõmeatibus iuuare voluerunt; Gallis etiam per agrum Pomptinũ data eſt fugiendi poteſtas. Lucius Martius Pœnis deſperationẽ repugnantibus, cum eſſent circumuenti, fugæ ſpatium dedit, & fugientes ſine periculo concidit. Hiſce igitur poſitis, quis forti prælio fugientes inſectabitur? Emori enim libẽter cupit quiſq; ſi ſine dubio ſcit moriturum. Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. Suis legibus ſtatuerat Lygurgus, ne fugientes hoſtes vnquam occiderentur; ſeruarunt hoc optimi militum Spartiadæ, qui fugientem potius, quàm obſiſtentem hoſtem conſpicere volebant.

De Naualis rei ratione, & Bello.

CAPVT XXX.

CLaſſium peculiarem rationem habendam, Magni Pompei conſilium fuit, cum omnia fere in eius manu ſint poſita, cuius ditione, ac Imperio mare teneatur. Hinc Romani claſsẽ magnã, aut claſſes habuere. Nemo bello laceſſere, aut inferre audet iniuriã ei regno, vel Populo, quem expeditum, & promptum ad reſiſtendum, vindicandumq; cognouit. Apud Miſſenum, & Rauennam ſingulæ

legiones

legiones cum claſſibus inſtitutæ erant, ne longius à tutela vrbis abſcederent,& cum ratio poſtulaſſet,ſine mora, ſine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirent; Nam Miſſeni claſſis,Galliam,Hiſpanias,Mauritaniam,Aphricã, Aegyptum,Sardiniam, atq; Sciciliam habebat in proximo; Claſſis autem Rauennatium Epirum,Macedoniam,Achaiam,Propontidem,Pontum,Orientem,Cretam,Cyprum directa nauigatione petere conſueuerat. Maris ergò dominium plurimum ad potentiam facit. Hiſpani aiunt,Regnum ſine portu, quaſi focum ſine flammis eſſe;& ſanè appatuit in Luſitaniæ haud amplo Regno,quomodo maris dominio Indias Luſitani occuparent,hodieq; tueantur.

Claſſis, & Maris Imperium quantũ conferat.

Hius claſſis naues ſiue triremes nonnulli minores, agileſq; magis probarũt,quia & minores vento aguntur, tam facilè in ſyrtes non impingunt,& facilius maiores circumire, ab hiſq; cauere poſſunt. Turcicę naues in conflictu contra Auſtriacum innoxia tela emiſerunt, quia proræ earum multò altiores ſunt, ſed tamẽ,ſi verum fateri volumus,magnas naues, cum in anguſto loco non decertent, maioreſq; militum copias contineant, maiori vſui,quam minores,eſſe arbitrarer,eoq; magis,ſi armis eminus ferrie valeant. Auguſtus contra Sextum Pompeium,& Antonius altis nauium propugnaculis vſus eſt,& victoriam cõtra Turcas Magnæ Chriſtianorum naues, quæ ante ſemilunam noſtræ claſſis hoſtilem claſſem lacerarunt, magna ex parte reportarunt; Ideò ij milites, qui nauibus minoribus inſident depreſſioribus,non ità graui armatura preſſi eſſe debent, cum hoſtium naues conſcendere debeãt,vti ij,qui in altis nauigijs, ſiuè triremibus collocantur,cum hi omni periculo obſiſtere debeãt, & legionis armatæ ſpeciem habere. Nautici exercitus ſumma exerceantur ſollicitudine, vt remos ducere, clauum moderari, ancoras iacere,& reducere,funes collocare,vela pandere, contrahere,naues conuertere, obliquare vela, malum conſcendere, è carcheſio ſpeculari,ac demũ; ad omnia rerum diſcrimina imperterritum ſeruare animum præclare addiſcant, cum præter communia belli mala ſatis ipſa æquora ad terrorem faciant; Decertantium enim inter ſe ventorum pugnæ,vortices, aeſtus, promontoria,syrtes, & ſi quæ huiuſmodi ſunt alia, quo metu cuiuſcumq; animos non percellunt? faces noctu accenduntur, vt omnia facilius pateſiant;facem ſemper præfert Prætoria, & Viceprætoria,ſed cum abeſt, dupplicem exhibet facem Prætoria;hoc omnes imitantur, ne vicinitate impingant. Cum turbo exoritur,replicato maioris tormenti exploſione, bis ſignum datur,opus non eſſe, vt ſequantur naues Pretoriam. Scripto autem conſignata habent mandata,quo in loco, ſi diſperſi ſunt,

Naues grandiores etiã meliores.

Claſſiũ præcepta.

Eee 2 con-

conuenire oporteat. Si hoſtes noctu appareant, nauis, quæ eos animaduertit, ſignum dat; Nauium etiam teſſera magna cura datur. Ad occaſum ſolis, ſimulq; ortum naues omnes veniunt ſalutatum Ducem in Prætoria, accipiunt autem veſperi teſſerã, quod ſi tempeſtatis violentia impediantur, conſcriptas habet quisq; Nauarchus totius hebdomadæ teſſeras, quæ diſtribuuntur.

Quid maritimo certamine periculoſius, cum & ipſe Pontus infeſtiſsimus ſit hoſtis? naues facilè perforãtur, & intenduntur, in naues inimicas inſilendum eſt, ibiq; pugnandum; Naues ipſæ interdum inter ſe implicantur, ſeq; impediunt; & victa victricẽ trahit. Naualis pugnæ ordo eſt, vt in medio ſit poſita Prætoria, illiq; iungantur maiores naues, alias obtineant minores, quod ità intelligo, niſi hoſtis in lateribus firmiores habeat. Id magnoperè curandum eſt, vt fortes ſint illæ, quæ primæ indignatis ventorũ flatibus obſiſtunt: nimia enim eorũ vis fragile quodq; lignum percellit; leuiores vero aliquali procedant ordine; In his autem ità vela temperentur, ne velocius ferantur, quàm grauiores. Duobus modis maximè hoſtis læditur tormentis, & harpagonibus, quibus nauigia coniungantur. Olim tormenta, quibus nauigijs damnum inferretur, non erant, concitata ſolum roſtra impingebant in latera; nunc alia inuenta eſt ratio, parata enim in hoſtiles naues tormenta tàm graues habent emiſſiones, vt ipſis fulminibus nequaquam cedere videantur, modò malum, antennas, gubernaculum tangere poſſint. Olim igne pugnabant quam maximè. Caſſius onerarias accenſas in hoſtium claſſem immiſit, & accendit. Contra tormenta minora ſe muniunt craſſis aſſeribus, interdùm duplici funium ſepimento, quorum diſtantia vnius pedis eſt. Summis aliquandò incommodis conflictantur, ſiuè dum iunctis, & connexis inter ſe manibus decertant, ſiue cum ignes Aduerſariorum naui inijciunt, ſimul enim & ipſę periclitantur, ne ſimul exurantur; Imbellis omnis turba ad reparandas naues, & curandos vulneratos adhibetur; Periculum ex eo augetur, quod, cum ad manus ventum, vna nauis vnam, aut vnam duę aggrediuntur; ſimul itaq; tot acies, quot naues. Cum maritimus conflictus habendus eſt, vexillum è Prætoria præponitur; ſi aliundè nauis appareat, ea nauis, quæ proxima eſt, vexillum ſuſpendit; ſi Duæ, duo, monetque Præfectum nauis. Cum exploratoriæ naues indicant à ſe videri quidpiam, ſi velit Præfectus eas inſectari, meliusque explorare, vexillum in prora ſuſpendit, & ſanè in mari multa per vexilla demonſtrantur, quod longiſſimè per æquor ſe viſus protendat, qui in campis exten-

ſis

ſis arborum ramis,dumetis,alijsq; rebus impeditur. Cum alliſit nauis,aut hæret in syrtibus, ter tormentum explodit, & è carcheſio quiſpiam vibrato vexillo ſubſidium expectat. Si in claſſem hoſtilis nauis ſpeculandi gratia irrepat,eiusq; rei ſit ſuſpicio,certi,aut varij coloris vexillum, quale omnes naues habent,è Prætoria extollitur, quod cum ſpeculatoria nauis facere nequeat,mox deprehenditur,latere tamen poſſet, ſi ante huiuſcemodi vexillis inſtructa fuiſſet. Maritimam ſemper oram tenere ſummi eſt commodi,huc,illucq; pro ſui arbitrio excurrere Dux poteſt,eoq; magis,ſi leuiores habeat triremes. Eſt & ſumma vtilitas,ſi maris æſtus poterunt euitari, hi enim motu nequaquam retardantur,nec remorum impulſu. Ideò,ne claſſem hoſtis ad littus appellat,ſummoperè curabit. Sæua quidem, ac horribilis maritima eſt conflictatio; nō ſolo enim ferro pereunt milites,ſed vel rapido vndarum fluctu merguntur,vel voraci flāma comburuntur. Nec tormenta ſuam vim minorem, immò maiorem patefaciunt,vel vnius enim tantùm exploſione ſæpiſſimè concutitur nauis, ac ſimul cum Duce milites omnes miſerrimum faciunt naufragium. In triremibus tamen magnam militum copiam minime laudarim, præterquam quod nautæ, alijq;à ſuo munere detrudūtur;quò magis eę leues ſint,minusq; onuſtæ,non tardo motui ſubijciuntur, quin etiam facilè quoſcumq; tormentorum ictus euitare poſſunt.

Vſus Claſſis in itineribus & in varijs caſibus qualis ſit.

De Victoria in Conflictibus parta.

CAPVT XXXI.

QVamuis victoriam ſempes partam exiſtiment ij, qui quoquomodo hoſti ſuperiores euadant,eam tamen intellexerim,quæ ab aliquo parta à periculis non fuerit ſeiuncta; Verùm ex omnibus, aut maiori parte comparatis nonnullæ omninò extant perfectæ, nonnullæ verò minimæ; Interdùm in prælijs vſuuenit nullam ab vtraq;parte quęſitam,& partam victoriā, cū aut impedimenta deſeruntur,aut fugę ſe dat exercitus vterq; vt inter Romanos,& Volſcos accidiſſe, ex hiſtorijs accepimus; tantus enim vtraq;cauſa tenuit pauor,vt,relictis ſaucijs,& magna parte impedimentorum,ambo exercitus ſe in montes proximos reciperent. Sæpè etiam fit, vt penes vnum ſit victoriæ pars,penes alium altera, quare anceps adhuc illa ſit. In Pelo-

ponenſi bello hoc idem accidiſſe Græcis tradunt hiſtoriæ, dum vtraq; pars ſibi victoriam adſcribens trophæa erigebat. Noſtra etiam ætate in Tari pugna parem laudem,paremq; victoriæ gloriam ſibi tum Galli,tùm Itali aſciuere. Sæpè altera tantum pars eſt ſuperior,ſed altera non tàm deiucta, vt aliqua ſaltèm militum non ſuppetat copia, quibus facile ſe inintegrum poſſit reſtituere. Id genus fuit victoriæ à Gallis quæſitæ penes Rauennam contra confæderatos,ab ijſdemq; etiam contra Venetos penes Vaialam,eaq; quæ tanta gloria a Confæderatis Principibus penes Leupantum parta fuit. Interdùm etiam altera pars euadit ſuperior,ſed ſine magna clade, quæ tanta non eſt,vt facilè vires diſtractæ poſſint colligi. Huiuſmodi victoriam cõtra Burgundum Ducem penes Granſonem ſibi compararunt Heluetij. Ingens aliquandò eſt clades, quæ plenam omninò victoriam non abſq; ſuorum ſanguine hoſti parat. Victoria a Pyrrho contra Romanos reportata cruenta admodum fuit; quarè iure merito dictitaſſe fertur, ſi alia pugna Romani ſuperandi forent, omninò ſuum exercitum pereundum. Sæpè & hoſtis alium profligat, & incruenta eſt victoria. Similem obtinuit Annibal in Cannenſi pugna contra Romanos, & in qua ſeptuaginta millia peditum, & aliquot millia equitum perierer ex peditibus verò Annibalis quinq; millia, equitibus verò ducentum tantùm deſiderati ſunt.

Victoriæ etiam Victoribus aliquando nocent.

Ambigitur ſæpè,an hoſtilibus armis victoriam cedat ille,qui pugnæ certamen detrectat. Cedentis confeſſio, ac detrectantis certamen pro victoriam ſæpè eſt habita. Quapropter detrectatio pugnæ ab Annibal facta P. Cornelio Scipioni victoriam adſcribebat,non tamen hoc ſemper affirmarim,cum hoſtis prælium valeat detrectare non ob virium infirmitatem,verùm quia haud falsò opinetur,difficile victoriam ſe poſſe nanciſci, nulla ſe prælij periculo ſubijciendi cogitatione ductus, aut ſaltem aliqua ſpe incenſus hoſtem ducendi,vbi commoda,& facilis ſit victoriæ reportatio,vti Annibal, qui cum ſe ſuperiorem equitatu agnoſceret,pugnam ſemper protraxit, vt P. Scipionem in vaſtos Lombardiæ campos pelliceret. Ideò ſic aſſeruerim, ſi poſt detractationem pugnatur,caſtraq; clam mouentur;ſemper fore victoriam;at ſi in ijſdem caſtris conſiſtat hoſtis, niſi poſt longũ tempus interiectum nequaquàm victoriam dicendam. Quid verò poſt victoriam agendum ſit Principi fuſius infra tractabimus. Nunc tantum illud non prætcribo, quamuis clementiam ſemper ſuaſerim,cum ſeueritas, & ſæuitia nimium de Victoris laude detrehat,nec rigor alios deuincendos facile ad deditionẽ perducat, cum exteris ſemper clementiam ſeruandam; at in rebellibus rigorem, cum his magis opituletur Principis Maie-

ſtas

ſtas, quam clementia, quæ ſuo calore nimios paruę ſecuritatis effectus producit.

Seuiendum in rebelles non vero in omnes victos.

De Vrbium aquiſitionibus, ac præcipuè de oppugnationibus.

CAPVT XXXII.

MVltiplex quidem eſt occupandarũ Vrbium, arciumq́; ratio, vti rei militaris periti tradũt. Se ſe in primis offert proditio ad plurium ſanè aquiſitiones valdè efficax; hæc autem apta ſi fiet, ſumma ſemper Duci bellum gerenti commoda affert; Si enim ijs, qui in Vrbe degunt, cum hoſtibus ſit aliqua ſocietas, ſi nouæ parentur machinæ, & ſcalę, quibus pateat in hanc ingreſſus, ſi tormento illo, quod vulgò vocitatur (Petardo) quatiantur Vrbis portæ, facilæ capietur Vrbs, & incruenta erit victoria, dùm ſolo dolo belli vires exercentur, & hæ aquiſitiones dicuntur (ſorpreſe) ſi vero ſola vi mænia quatiantur tormentis, horumq́; ruinas conſcendant milites, erit oppugnatio, quæ ſane ſemper erit obſeſſio, cum fame obſeſſi ad deditionem cogantur.

Modi capiẽdæ Vrbis.

Duas verò obſidendarum Vrbium, vel arcium ſpecies pono; vnam, cum nimis Vrbi accedit Aduerſarius, aggeremq́;, vt ſemetipſum muniat, conſtituit, ne auxilium præbeatur, ſummis viribus obſiſtendo, alteram verò, quandò Aduerſarius opportunis locis præſidijs ordinatis, deditionem ſperat a fame, quando omnes commeatus prohibuerit. Equidem illas obſidtones ſtrictas, niſi à magnis Principibus fieri poſſe iudicarem, cum ingẽtem militum manum exigant, quam certè haud exigendam putarim, cum Princeps etiam infirmarum virium, ſolum opportunis remedijs caſtra firmans, non tam propè accedat, vt parua militum copia hęc firmare, tueriq́; poſſit. Harum vtræq́; ſi bene perpendantur, non tàm faciles præſcribunt rationes Vrbis capiendæ, plures certè important ſumptus, nec tam citam belli expeditionem, ni aut obſeſſi deſperatione ducti aliquã eruptionem faciant, qua obſidentibus aliquam cladem infligant, aut mora morbos, ac peſtilentias obſidientibus afferat, quæ certe niſi motis caſtris poterunt euitari; quod quanti ſit obſidenti Duci, neminem ignorare arbitror.

Duo modi obſidiendi.

Principi vrbem aliquam oppugnaturo plurima certè animaduertenda exiſtimo, quæ tamen omnia percurrere non eſt

animus,

animus, licet ea tantum exponam, quæ magis ad aliquam cognitionem neceſſaria videbuntur; cætera enim ad militarem artem ſpectant, quam perfectam omninò in medium adducere, nec mei eſt voti, nec propoſiti. Princeps igitur aliquam Vrbem primariam oppugnaturus diligenter caueat; ne vllas hoſtium arces à tergo relinquat, ſed proximis, & obuijs quibusq; occupatis ad longiquiores velut vno tractu procedat. Carolo VIII. Rege bellum in Italia gerente in conſilio fuit deſceptatum, quanam via in Neapolitanum Regnum ducendæ eſſent armatæ militum copiæ, vtrum per Aemiliam in Brutios, aut per Hetruriã, & territorium Romanum recta Neapolim verſus eundum; eorũ tandem vicit ſentẽtia, qui Hetruriam, & Pontificiam ditionem, vndè hoſtis facile nocere poterat, minimè à tergo relinquenda cenſebant; Quocirca Rex virium ſuarum metu, Florentinis primum, deinde Pontifice quoq; ad ſuas partes traductis, prædictum regnum tantò facilius occupauit. E contra cum Paulus Quartus Pontifex, Henricus Secundus Rex Franciæ, & Hercules Ferrariæ Dux contra Carolum V. Imperatorem, & filium eius Philippum fœdus iniſſent, & ab Gallorum Rege Dux Guiſciæ valido cum exercitu in Italiam miſſus; propoſita de belli gerendi rationibus conſultatione, Pontifex, qui Neapolitanus erat, & ſuos honoribus, & emolumentis cumulandi ſpem conceperat, ſuaſit, vt in Neapolitanum regnum vis fieret; Ferrariæ Dux è ſuis finibus Parmam oppugnare volebat, Galli verò Inſubriæ primum inuadendæ, & Mediolani expugnandi auctores erànt, quod ob vicinitatem facile defendi, & indè etiam impetus in regnum Neapolitanum commodiſsimè fieri poſsit. Cũ autem Pontifex, cui Rex in omnibus gratificari volebat; ſententiam obtinuiſſet, Guiſius, relicto à tergo Mediolano, in agrũ Neapolitanum profectus, re infecta, ac non ſine damno rurſus indè diſcedere coactus eſt, qui, ſi Mediolanum inuaſiſſet, pluriũ conſenſu non difficulter Vrbem occupare potuiſſet. Poſt occupata, ac firmata quæ occurrerunt, munimenta, in primariam regionis Vrbem ſtatim eſt vis conuertenda, ſiquidem caput cætera membra facile ſequuntur. Ferdinandus Rex Neapolis dicere ſolebat, ſi Ioannes Dux Andeguauenſis poſt victoriam ad Sarnum partam, ſtatim Neapolim ipſum oppugnaſſet, facilem ipſius, ac totiùs regni occupandi rationem habuiſſet. At, dùm in minorum gentium oppidis oppugnandis tempus cõterit, Ferdinandus iterum copiarum reliquias collegit, quibus Gallos poſtea profligauit, regnoq; eiecit. Illud ipſum eſt, quod in celeberrimo illo Cartaginenſium Imperatore nonnulli deſiderarũt, ad quem poſt Cannenſem victoriam diù cunctantem, nec Romam, vti factum oportebat, ſtatim exercitum ducentem Maherbal

Nõn reliquẽda munita caſtra a tergo exercitus ad expeditionẽ aliquam currentis.

Digitized by Google

hibal dixiſſe fertur; Vincere ſcis Annibal,ſed victoria vti neſcis. Principis igitur vi ad primariam Vrbem conuerſa, diligenter cauendum, ne commeatibus vllus detur in obſeſſum locum aditus,quin immò vallis,foſſis,aggeribus, exercitu cingēda mænia, totis viribus retinendus hoſtis,ne exeat, ſecreta quæq; intelligenda, &, ne demum ſubitis eruptionibus exercitui obſidenti damna inferrantur, prohibendum. Hæc autem intelligo, cùm iàm ingreſſus Dux proprijs oculis diligenter ſitum perluſtrarit, quamq; partem aggredi magis expediat, conſiderarit.

Quomodò accedēdū ad munition é.

Idcircò diuerſis modis accedit Princeps ad ipſam munitionem ſecundum eius defenſionem qualitatem, & diuerſa hominum Iudicia; Vndè aliquandò, quamuis in longinquo caſtrametatus eſt, accedit paulatim munitis defenſionibus tectus, aliquandò primis caſtris accedit pluteis,aut prægrandibus vtribus terra replectis tectus. Quod plerumq; fit, cum præſentiſit locum non eſſe maioribus tormentis inſtructum, à quibus aliquid ſit periculi, aut Præfectum non eſſe defenſioni parem;quibus accedere poſſet,ſi ille,qui Vrbem muniuerat, per incuriam, aut imperitiam aggerem aliquem,aut foſſam, aut ſimile quidpiam reliquiſſet,quo hoſtis accedens ſe tutari poſſet.

Quomodo oppugnāda Ciuitas.

Quod ad aggeres tormentarios (Batterias vocant) duos faciendos eſſe affirmo, præcipuum videlicet alterum, ex quo murus ità concutiatur, vt milites per eius ruinam ingreſſum in locum obſeſſum habeant; lateralem alterum, ex quo ab vtroque latere obſeſſis defenſiones adimantur, vt illi detecti, & hoſtium ictibus expoſiti, ſi ſe defendere velint, cū detrimento, ac periculo pugnent; Et hæc prima, vt ità dicam (Batteria) primo aduentu eſt ab ijs currenda, qui artem militarem, modumq; arctandi ciuitates, ac munitiones ſe percipiſſe videri volunt. Huic autem ruinæ defenſores nouos aggeres opponunt, e quibus ingredientem hoſtem per latera excipiunt cum alijs inuentionibus, quarum ſolertia humano metu excitata eſt inuentrix. Curſorij aggerens diuerſis quoque modis fiunt, aliquandò enim multiplici producuntur ambitu, relicto ad tranſitum militum ſpacio, quibus eorum defenſio demandata eſt, in quo & foſſores ſe exercere poſſint; Aliquandò autem diuerſis ramis extenduntur, ac brachijs ità directis, vt ſe inuicem operiant. Cuniculis quoque ad offenſionem vtitur Princeps, aliquando ſubterraneis, aliquandò ſaltem in ipſam terræ ſuperficiem depreſſis, nempè cum ad murum, aut vallum, eiuſque latera perfoſſam accedendum eſt, ſed quibus obſeſſi quoque actis cuniculis obuiam progrediuntur,hoſtiſq; conatus irritos plane reddunt. Con-

Quomodo ſuper muri ruinam aſcẽdendum.

Concuſſis,& verberatis mænibus ſiuè cuniculis,ſiuè replicatis ſæpius tormentorum ictibus, parat ſe Dux ad aſcenſum ſuper ea. In quo quam cautè procedendum ſit, qui præclare militari peritia ſunt inſtructi, non ignorant, cum huiuſcemodi aggreſſiones plurimorum militum ſanguine magis rubeſcant, quàm cæteri conflictus, qui aperto marte committuntur. Quamobrem Spartani contra hoc bellandi genus maximè repugnabant; nec libenter vnquam tanto diſcrimini vires ſuas permittebant exponi. Diuerſimodè autem hæc fiunt, vel ſcalarum vſu,cum videlicet Vrbs nullis munitur foſſis, vel quibuſdã pontibus,trabibus,ac aſſeribus,cum ea repleta aquis ſint, ſuper quibus tranſiliunt oppugnatores,vel quibuſdam alijs machinis, quas noſtræ ætatis recentiores vocant (Galleria), aut cum tanta pars muri deiecta fuerit, vt abſq; vllo periculo iam ablatarum defenſionum murum aſcendere poſſint, & ſuperare oppugnatores. In his ſummoperè verſatur Principis militaris Prudentia,cui diligenter,ſummoq; ſtudio elaborandum eſt, ne vllum interiungendi, reſpirandiuè ocium obſeſſis concedatur, ne vè vllus locus reparandi vires,muroſq; iam fractos reſtituẽdi afferatur,non enim producenda,ſed premenda eſt obſeſsio. Quod ſi muros tranſierunt,atq; in Vrbem florentem viris, viribuſq; pollentem euaſerit Princeps,ſi ſuſpicio ſit, ne ciues collectis hinc indè turbis ſe ſe conuertant, atq; irrumpentibus obſiſtant,aut eminentiora loca,arceſq; occupant,atq; illic reſiſtendo moleſtiam aduerſarijs exhibere poſsint,per Præconem edici iubeat; Non occiſum iri inermes; Quiſquis enim ex victis ſibi mortem,ſi in hoſtium poteſtatem veniat, perferendam eſſe ſuſpicatur;hinc omnia prius experienda ducit, omnia tentanda prius;& vltionis cauſa mors alicui,antequam ipſe patiatur, inferanda; Et verò ciues aliquandò effuſos per vrbem hoſtes exegerunt, aut cum hoc minus perficere potuerint, in arcem munitiſsimam ſe ſe receperunt, & rurſum nouos labores, & ærumnas ijs creauerunt, qui minus prudentes auaritia potius ducti ſe ad prædandum per vrbem diſsiparunt, quam prudentia coacti ad hoſtem infringendum cucurrerant. Hinc enim illos obſeſsi alterã denuò, & diuturniorẽ moliri oppugnationẽ coegerunt,immò & grauibus plerũq; illatis cladibus valde luctuoſam fecere victoriã,quæ prius ſibi triumphum eſſe crediderit,vbi nondum hoſtes penitus profligarat. At,ſi Præco adhibeatur,confeſtim omnes, aut certè quamplurimi arma abijciẽt. Nam etſi vnuſquiſq; cęco impetu ad defenſionem inſurgere vellit,veritus tamen,ne alia omnia ſentiat ſocius,& conciuis,arma quoq; deponere cogetur. Ac licet nullius vnquàm tale quid fuerit in animo, ob cuiuſq; tamen ſuſpicionem ſe in armis ſo-

Vita inermibus concedẽda,& publico Præcone indicenda.

lum

lum deprehendi metuentis, abijcere arma ſinguli feſtinant. Nempè ſubita illa tempora noua conſilia detegi non ſinunt, ſinguli propriam ſibi vitam cupiunt ſoſpitare, ſicq; ad minimã, quamuis inſperatæ ſalutis vmbram, animos, mentemq; conuertunt; At ſi audax hoſtis totum ſe in mortes ruere demonſtret, & ſtragem editurum minetur, & ſi nullo conſillo, neceſsitate tamen ad vim repellendam adiguntur, ſimul ac vero tantulam ſpẽ ſalutis ſupereſſe acceperunt; quibus antea infenſiſsimi hoſtes erant, ijs iam ſupplices vltrò obuiam procedunt, atq; etiam eadem Pręconis voce audita, qui obſtinato animo arma ſua nũquam deſerere decreuerant, in aliam quoq; ſententiam dulcedine vitæ capti ſæpiſsimè adducuntur. Occupata iam Vrbe, præmia cuicumq; militi pro ciuili parte, & pro meritis diſtribuenda cenſeo. Patiatur itaq; Princeps direptionem fieri, ſi aut vallũ, aut impedimenta, immò & ſi vrbem expugnando ſubegerit, niſi maior quæpiam vtilitas, aut ratio aliud ſuadeat; quod maximè bello non adhuc confecto, in futuris pleriſq; negotijs proderit. Prædæ enim correpta ſpes alacriores, promptioreſq; militum animos ad pugnæ, periculiq; diſcrimen reddit. Verùm quod ſi bonis vacua ſit Vrbs, vt plerumq; videmus aliquos tenaciſſimè ferre obſidionem, tametſi rerum copia deſtituantur? Hic cuicumq; Principi nobile illud Archiducis Alberti exemplum ante oculos pono, poſtquàm enim triennij ſpacio Oſtendam obſidiſſet Albertus, ſciretq; in oppido præter cadauera, & ſtabulum nihil aliud ſupereſſe, atq; ideò milites (quorum animos nõ tam gloriæ, quam prædæ ſpes accendere ſolet) paulatim tædio affici, obſeſſoſq; remiſſioribus oppugnationibus vrgere, aptiſſimam penſitauit rationem, qua moti negotium illi ocyus pertenderent, & oppidanos ad certamen prouocarent; Caſtra ſua in quatuor acies (tot erant nationes) partitus eſt, & quæ prima omnium irruptionem in oppidum faceret, plurimam auri vim ſuper ſtipendium addixit, idq; in prędæ compenſationem, quam minorẽ ex occupata vrbe ſperebant, quo conſilio hoc aſſecutus eſt, vt quam citiſſimè illa vrbe, ſiuè oppido longe munitiſſimo potitus ſit, quod alioqui ad plures alios annos obſidionem ſuſtinuiſſet.

Stratagema ad animãdũ milites ac expugnationem.

Quod eò res deducatur, vt munitiſſimam nequeat vllo modo Princeps vrbem ſibi ſubigere, quid erit conſilij? Plures conſiderandæ ſunt cauſæ, ob quas ſoluenda ſit obſidio; ſi enim ſtrenui & multi ſint propugnatores, certè nec timidè, nec abiectè, nec ignauè fecerit ille Princeps, qui, cum milites neq; ſatis multos, neq; fortes habeat, in obſidione inſiſtere velit, quæ animum, & corpus debilitet, eoq; magis, ſi grauiorem aliquam accceperit cladem, qua fractus vix vnquam ſe nouum repetiturum prœlium

poſsit

poſſit ſperare; Si obſeſſis auxilia non defuerint, quin immò maiora ſemper ſuppetierint, non inconſultè egerit, ſi receptui canet; quemadmodùm ſi obſidionem ſoluet, vt maiores alibi turbæ vitentur, vtq; vires in maius opere pretium conuertantur, & vt etiam in tutum reducatur ante periculorum tempus; At ſi annona, & commeatus defecerint, nulla profectò ſoluendæ obſidionis cauſa erit. Si igitur hiſce rationibus coactus fuerit Princeps, accuratè caueat, ne maiori periculo ſuas obijciat vires.

Addi ſupradictis facillimè poteſt, Principi expedire, Vrbem, quæ nec aperta vi, nec obſidione tàm facilè vinci poteſt, fallacia, & arte ex improuiſo adoriri. Permultos latinæ linguæ benè gnaros Romanorum habitu præmittens Annibal Vrbes occupauit; huiuſq; exemplo Antiochus Caſtellum Suendam in ſuam redegit poteſtatem; frumentatoribus enim occiſis milites ſuos eorum veſtibus induit, & cum frumeno remiſit. Tymarchus Etolus occiſi Carmidis chlamide, & galero vſus pro eo in Samiorum portum receptus eſt. Arcades Caſtellum Miſſenorum obſidebant, & cùm audiſſet, ventura alia quoq; præſidia, arma, habitumq; ſimilem illis mentiti ſunt, illoq; dolo à deceptis ciuibus admiſſi omnia, nullo prohibente, occuparunt. Milites in alienò habitu in Vrbem immittere iam olim fuit in vſu. Epaminondas in Arcadia, cum die feſto mulieres circa Vrbem vagarentur, muliebri veſte milites immiſcuit, qui ſub noctem recepti Vrbis portas occuparunt, ſuiſq; operuerunt.

Doli in veſtibus mutatis.

Negociatorum etiam habitu ſæpè miſſi milites Vrbes occultè inuaſerunt. Mainus Deipam cepit per ſimulatos transfugas. Alanſonius egreſſum ſimulans cum ſeruorum quidā crus ſe fregiſſe clamaret, equites, ac pedites ſubſiſterent, regreſſus penè Antuerpiam occupauit, ſed ciuium tandem expulſus viribus deceſſit; nimis enim properè rem tantam aggreſſus eſt.

Ad deditionem munitiſſimæ Vrbes fame laborantes compulſæ ſunt; atq; ideò non mirum, ſi obſidentes ſæpè Duces aditum cæteris in obſeſſam Vrbem permiſerint, vt frumenta videlicet citius abſumerentur. Alexandrum hac arte Leucadiam occupaſſe accepimus.

Fames impellit ad deditionem.

Aliæ accenſis flammis, ac circumfuſa atri vaporis caligine captæ ſunt. Turca Famaguſtam occupauit, cum magna ſacerū tedæ accenſę congeſſit, quā facillimè ardet, & fumum peſtiferum, fætidumq; exhalat, additis etiam faſcieulis, & ſignis; dūq; quatuor dies ardet, nec extingui poteſt, cuniculis interim agunt & ad conditiones impellunt. Ex his omnibus Vrbium oppugnationes facillimè dignoſcuntur.

Qua

Quæ in loci obſeſsi defenſione curanda ſunt à Principe.

CAPVT XXXIII.

VRbis defenſionem præcipuæ Principis curæ commendandam reor; periculum enim eſt, ne ab hoſte, aut obſidione cingatur, vel manifeſta quoq; vi tentetur; Ideò rei militaris periti Principi cõſulunt, ne foris aliquam hoſti relinquat, tũ ad hoſpitium, tùm ad annonã opportunitatẽ, ſed ſatagat, vt quicquid annonę comparari poſſit, in Vrbẽ quã citiſſimè deferatur, & ſi id commodè fieri nequid, voraci flammæ committatur, ne quidquam hoſti vſui eſſe poſſit. Eodem planè modo deijcienda ſunt palatia, tẽpla, aliæq; domus, ne hoſtis ad ſui ſecuritatem, aut defenſionem eò confugiat, illæ autem præcipuè, quæ immobiles conſiſtunt, quin immò optimũ foret, ſi etiam riuuli, & fontes perennes corrumpi poſſent, licet propter motum, ac fluxum difficile admodum videatur.

Omnes deniq; inficiẽde ſunt aquę

His ità foris rectè cognitis, prudenterq; cautis, totius quoq; loci ambitus eſt accuratè perluſtrandus, & ante omnia cauendum, ne aliqua in foſſis ſint impedimenta, quæ defenſionibus noceant. Item vt exitus vndiq; ſint ſecuri, per quos ità exigente, aut opportunitate, aut neceſſitate milites tutò contra hoſtes egredi, & abſq; periculo regredi poſſint. Quibus ità abſq; impedimento repertis, aggerum, vallorum, & propugnaculorum qualitas perpendenda eſt, nec non ipſa tormenta conſideranda, quæ tùm ad defenſionem, tùm ad offenſionem neceſſaria eſſe videntur.

Obſidionẽ exiſtanti quæ agenda.

Prudenter vero in vſum tormenta deducuntur tunc temporis videlicet, cum ſumma poſtulat neceſſitas; ſi enim ijs ad nimias quaſq; occaſiones vti veliſ, eaq; etiam contra quinq;, aut ſex velites tantum explodas, breui tempore, & puluerem, & globos conſumes; præter quã quod quæq; vnius tormenti deploſio non minus; quam tribus, aut quatuor coronatis conſtet. Habenda quoq; eſt ingens minorum tormentorum copia, quæ defenſioni parutilia eſſe experientia ipſa didicimus, cum non multũ abſumant pulueris, & quaſi perpetua grandine accedentem hoſtem obruant. Recenſendus præterea eſt omnis apparatus bellicus, inſtrumenta videlicet ad vſum tormentorum pertinentia, & pro militibus omnis generis armatu-

ræ tam ad defenſionem,quam ad offenſionem neceſſariæ.

Ante omnia peritos habeat Princeps Architecturæ Magiſtros,variarumq; machinarum fabros;neq; etiam inutile foret, ſi tormentorum adſint fuſores,qui in neceſſitate, vel noua fundant,vel vetera, & fracta reficiant, ſi molendinorum in ciuitate ſit copia,ſiuè truſatilium, aut aliorum. His ità perluſtratis, neceſſariorum militum tùm ad defenſionem, tum ad obſidionē ſuſtinendam turmę ſunt conſiderandæ,nimirum vt inutiles perſonæ ex Vrbe emittantur, ne annonam militibus debitam abſumant.Supradictis omnibus paratis,procurandum quoq;eſt,vt Ciutas omni pretioſa ſuppelectile exoneretur, eaq; in tutiorem locum deferatur,in quo aut nulla timetur vis,aut obſidio. Neceſſarius pariter in tali ciuitate lignorum tùm maiorum, quàm minorum ingens apparatus,maiora enim igni, & machinarum ſtructuris,minora verò in aggeribus, alijsq; parandis defenſionibus erunt vſui. De perenni aquarum ductu nihil hoc in loco; eas enim in magna copia adfuturas præſumitur,ſi munitiò, aut ciuitas eo,quo par eſt,loco, & modo extructa ſit. Curandum præterea,vt omnis generis legumina,qualia illa producit regio, abundè comportentur. Item fænum,auena,ſtramen pro equis; acetum,cepa,allia,olerum, carnes ſale conditæ furmentorum ac Vinum,quorum omnium præcipua cura conſiſtit in eius cōſeruatione diligenti,& parca diſtributione,vt etiàm diutius,quā putabatur,durare poſſit; Vbi & hoc non erit inutile, vt nimirū nomen maius ſit,quam copia, quæ non multis nota facilè opinionem augebit. Cuius rei extat clariſſimorum obſidionis Senenſis exemplum,quæ hac arte hoſtilem impetum per ſex menſes diutius,quàm putabatur,ſuſtinuit.

Munitiones quæ neceſſariæ in obſidione.

Excubiæ militum,quorum cuſtodijs obſeſſus locus committitur,maximè ſint curæ Principi, qui eas diligenter ſeruari iubeat. Quotidie ſub veſperam omnes Tribuni,aut Duces, cum ſuis quiſq; militibus armis inſtructis in forum, aut præcipuum Vrbis locum conueniāt,in diuerſas ſtationes,prout res poſtulat, diuidantur;Excubiæ pariter,ſiuè ſtationariæ, ſiuè ambulatoriæ per vices,& ſorte legētur,datis etiam teſſeris diuerſis, vt ſi fraudator quiſpiam in eo ſit numero,fraudem ſuam ad effectū nulla ratione queat perducere. Non abs re etiam cenſuerim, ſi fideles ſubditos Princeps nactus ſit, eos in certas turmas ſub proprijs tribunis diuidat,& certa eis aſſignet loca, in quibus facto ſigno armati conueniat: horum tamen nūmerus ab aliorū militum ſtipendiariorum ſuperetur. Certum & hoc etiam neceſſarium eſt,vt tali tempore,& occaſione lumina accenſa collocentur in fęneſtris,& clamoribus illis excitatis ad Arma,nemo ſtationem ſuam,ad cuius defenſionem collocatus eſt,deſerat,vt ad

Excubiæ neceſſariæ.

aliam

allam accurrat; Poſſunt enim ſimulare hoſtes, vnum locum ſe velle aggredi, & interim vel ex improuiſo alterum inuadere. Hoc etiam erit officium Ducis,cum in vno,aut altero loco conclamatum ſit ad arma,in foro ſiſtere,aut alio præcipuo loco, vt ſi quis ex officialibus eò opus habeat,vbi eum inueniat, ſciat; Cum tamen hoſtem vna tantùm ex parte Vrbem,agreſſum eſſe certò cognoſcit,nullumq́; alijs in locis eſſe periculum, tunc laborantibus nouo ſubſidio poteſt opitulari,atq; ità hoſtes repellere. Poſſet etiam conſcenſo equo totam ciuitatem luſtrari, ne quicquam vſquam deſit. Hæc omnia ad tutiorem obſeſſi loci defenſionem quam maximè curet Princeps.

De Vrbium defenſionibus,quæ ſæpè in Eruptionibus conſiſtunt, ac alijs.

CAPVT XXXIIII.

Armorum ſępè vi oppugnatur Vrbs,atq; ideò primis conatibus alacriter obſiſtendum; ſic enim facilè creſcit audacia defenſoribus;oppugnatoribus verò decreſcit; aut enim impeditur hoſtis tormẽtorum maiorum ictibus,ne vallũ munire poſſi,aut eruptione aliqua,quæ animum hoſtis facilè conſternat, viriũ oſtenditur magnitudo, quæ aduentum hoſtis nequaquam formidet. Hæ plurimùm vſu habentur,maximè cum ille accedit, caſtrametariq́; intendit,repentinę enim ſępè ſunt,vt maiorem defenſionis vim habeant. Si à populis in arte militari minimè peritis fiant,ſępè ſunt cum iactura. Nec minus laudandæ eæ, cum ſubſidium ſit è longinquo venturum,dum enim par non ſit obſidentium, & obſeſſorum numerus, in ipſis eruptionibus maius ſępè experiuntur detrimentum,quàm commodum. Erupturi autem milites ità ſe ſe gerant,vt nequaquàm ſe erumpere velle videantur. Cum Panormum tenerent Romani, raros in muris defenſores oſtenderunt, atq; incautè ſubeuntem Aſdrubalem occiderunt. Eadem prorſus arte Pompeium Aſculani,Popilium Linatẽ Numantini fugarunt. Appolloniates à Philippo Macedonum Rege obſeſſi noctu præſidium Romanorum intromiſerunt; poſtero verò die placidiſſimè quieuerunt.Facile obſeſſi quocumq́; loco,ſi primo quieſcant,deindè ſubita audacia erumpant, poſ-

Eruptiones faciendæ.

Eruptiones vtiles ſæpè.

Fff 2 ſunt

ſunt liberari. Furius Conſul primo obſeſſus,dum timere putatur,decumana porta erumpens hoſtem incautum cædit,& Cæſar,cum adeò contemneretur,vt vallum manu ſcindere, foſſas complere inciperent hoſtes,omnibus portis equites, peditesq́; emiſit,qui in oppugnatores erumpentes , ipſos tanto impetu perculerunt, vt fracti in fugam ſe ſe dederint; ſic a Labieno Induciemarus fugatus,ſic in Aphrica Pompeiani.

Quomodo defendus ſit locus,vbi ruptus eſt murus.

Cum verò ruptus eſt murus,eruptionibusq́; tueri ſemetipſum non potuerit Princeps,dummodò adſit animus,perfacilis etiàm erit defenſio. Multiplici ratione maximè armis ſe ſe defendunt obſeſſi;quocirca,cum fortes ſunt Propugnatores, ſubitò interualla ſaccis lana plenis,dolijs terra,aut fimo plenis , trabibus, ciſtis,ſportis terra plenis, palis ferreis , circumpoſito ſtamine vdo,ac terra obturant,ſarmenta proijciunt,& incendunt, murices iaciunt,& loco muricum aſſeres plenos clauis,quibus ſe oppugnantes incautius ſubeuntes offendant, machinam rotatilē demittunt,& retrahunt,interdum catarrhactas erigunt. Optimū in vicino fodere,ne ex muro deſcendere in vrbem poſſint,& ad latera deſiecti muri propugnacula ædificare, lapides etiam, omnisq́; generis ignea fomenta iacere, quæ in re mulieres etiā, puerīq́; auxilio eſſe poſsunt. Dum hæc geruntur , hoſti ſæpè proponuntur induciæ,in quibus non ſecus, quàm in pace conditiones quædam,verum ad tempus tantùm durantes, accedūt; hæ tamen ſæpè quæruntur,vt maior compararetur vis , quàm vt perpetuus pacis euentus conſequatur ; noui enim ſubſidij ſpes eſt,quæ ſæpè inducias grauioris belli cauſas interponit; Quod ſi expectata auxilia aduenian t,tunc obſidionem dimittere debet ille hoſtis,qui ſi illa diuertat,in ſuam poteſtatem obſeſſam vrbē venturam pro certo habeat.

Quandò honeſta deditio.

Plurimæ traduntur cauſæ , quibus honeſtè obſeſſi ſe dedere poſſunt. Atq́; in primis nullum erit dedecus hoſtium poteſtati arcem ſubijcere, ſi ſupra vires duta obſidione premantur mænia;ſi in arce,aut vrbe incluſi milites tanta annonæ caritate cōflictentur,vt minime viuere queant, quod dedecus erit in deditione? eodem plane modo dicerem,ſi præſidij impatientia, aut rebellione Princeps ſe dedere cogeretur;aut aduerſa ciuium voluntate,quæ cum nimis obſiſtat,munitiones eſſe poſſunt defenſioni impedimēto.Nec inhoneſta erit deditio,ſi expectata auxilia in longius differātur,aut diſſipētur,aut omninò incerta ſint.

At poſt deditionē quid conſilij erit Principi? victi tunc tēporis deditionē honeſtā ſemper dixerim , at ſemper pactionibus, quæ minus inhoneſtę,minusq́; inutiles eſſe poſſint,ſępè obſides danrur,ſæpè traduntur arces. Alię deditiones ſunt,ni alia ratio exigat;ea pſertim, quę ſine pactione fiūt ia modū ſupplicū,quā-

do

do ſe,& ſua omnia diuina,& humana dedunt, & in arbitratum eorum,quibus ſe dedunt, vt Faliſcorum legati in Senatu deditionem fecerunt,& Aduataci ſe Cęſari dedentes,ſe,ſuaq;omnia Romanorum poteſtati commiſerunt; Quo caſu, qui ſe dedebant,arma abijcere,& tradere iubebantur,ſalutem petentes; & ſæpè pacta adijciebantur, vt armis traditis,& equis abirent, ſe dedentes cum ſingulis veſtimentis,promiſsis, vel datis certis nummis.

Deditiò ad libitū victoris.

Quid Victori, quiduè Victo agendum ſit.

CAPVT XXXV.

PVgnam vel victoria,vel clades conſequitur; & ſicut, dum bellum geritur, conſilio,& prudentia egent Principes, eadem etiā poſt pugnam,vel victores omninò euaſerint,aut deuicti grauiſsimam cladem receperint. Cum igitur victoria ex Deo pendeat, non ſibi Princeps eam inſolenter nimis adſcribat,ſed gratias Deo,quas poterit, easq; ſolemnes reddat,quas Ethnici à veri Dei cognitione alieni ipſo exemplo teſtati ſunt, ad puluinaria ſupplicationes ſuorum Deorum publicas inſtituendo,vt ob præclaras pugnas,quæ Iulio Cęſari in Gallia contigerant,quindecim dierum Romę ſupplicatio decreta fuerit. Id ipſum Alphonſum Arragonium præſtitiſſe ferunt; inſigni enim victoria matutino tempore ad Troiam potius,non prius arma deponere, & corporis ſui curam habere voluit,quàm gratias Deo pro felici pugnæ euentu redderet.

Poſt victoriam gratiæ Deo agendæ

Sunt,qui ſuadent, poſt victoriam adeptam ſæueritatis exemplum in victos exercendum, & militis audacia debellatorum omninò frangēdas vires, vt in poſterum alij,& ipſi a bello contra Victores mouendo,& reſiſtendo deterreantur. Alij non crudeliter in ſubditos ſæuiendum, ſed poſt victoriam humanè, & miſericorditer ſe gerendum in victos rectius exiſtimarunt, & plus poſſe beneuolentiam,& clemētiam,quàm trucem, & atrocem vindictam arbitrati ſunt. Ego ſemper hanc ſententiam complecterer. In memoriam ſæpè ſuam reuocet Princeps,Reipublicæ,veluti corpori poſſe morbos accidere,qui potius varijs ſanandi lenimentis,quam grauius exaſperandi. Dolore interdum ægerrimè laborat caput,dum reliquum corporis bona vtitur valetudine. Iniquus Princeps laborantis inſtar capitis eſt,

An ſæuiendū in victos.

 populus

populus verò ſani inſtar corporis ; contra etiam aliquando ſanum caput,reliqua membra languida. Interdum accidit Phreneſis,& delirium corporiſquod tantum abeſt, vt quærat Medicum,quin potius contra illum curare volentem inſurgat. Inanes Phrenetici voces non curat Medicus,ſed opprobria quæq;, vt ægrotum cum ſua laude curet,patienti animo tolerat, ſciens, ſtultitiam eſſe ſtulti verbis attendere, cum cerbum ſit reſtituta ſanitate futurum,vt ægrotum pæniteat dictorum, qui poſtea ei tot gratijs actis beneficium compenſabit,quot maledictis antea vexauerat. Sic commouetur interdum Populus,vt corpus,externis aliquando impreſsionibus, & hominibus ambitioſis, & Phreneſi in Principem ſuum inſurgit. At Princeps, poſtquàm eum ligauerit,vt phreneticum,non tollere, ſed curare, & conſeruare debet. Neq; etiam ſtatim Paſtor gregem fugitiuum, vel contumacem occidit, ſed conſeruat. Longè ſemper maximè contra ſubditos abſit crudelitas. Truculentum conſilium planè illud eſt,euerſionem ſuadere. Nimis durum, & barbarum occidere. Victi ità tractandi ſunt,vt non poſsint,immò, vt nec velint,nec poſsint; Vt nolint,benignitate,vt non poſsint,cautione efficiendum. Vtroq; modo Imperium ſuum munierunt

Benignitate vtendum in victos.

Romani,benignitate initio vſi ſunt, Tatium cum Sabinis victis in Vrbem receperunt; Albanos etiam cum opibus in Vrbem importarunt,atq; ità ſibi,& victis conſuluerunt, cum id efficerent,vt ex hoſtibus amicos,ac Ciues fidiſsimos haberent, neq; enim poſtea diſcrimen Sabinorum, Albanorum,aliorumq; fuit, omnes Romani fuere. Sunt & rationes rebellionis arcendæ,vt migratio,abductio nobilium,coloniarum inductio, arcium ædificatio,armorum ademptio. Et certè ſibi peſsimè conſuluere Romani,cum Carthaginem,Numantiam,Corintum delerêt; præter enim quàm quod contra deſperatos ingenti clade certarût, commoda etiam ſua pecunia viriſq; minuerunt,nec alia cauſa, quam inſatiabile odium, aut nominis inane decus famoſarum Vrbium interitu Ducibus quæſitum. Verum & deditis, quamuis neceſsitate armorum id fecerint compulſi, & alias defecerint,parcendum erat,& vita ſaltem eis condonâda, potiſſimum ſi fides eis data ſit,vt Titus Imperator Romanorum quibuſdam, qui in extremo excidij Hieroſolymitani tempore ad ſe confugerunt,veniam dedit,quamuis neceſſitate, non voluntate eos venire ſciret,plus Romanæ fidei,quàm propriæ,licet iuſtæ, iracundiç tribuens. Animaduertendum prætereà, ne victi extrema oppreſsione coarctentur;vbi enim ſupremum ſibi obijciunt diſcrimen,deſperatione adacti,ad audaciam promptiores fiunt. Vrget enim maximè irritata ſæpius neceſsitas. Quamobrem inſtet quidem terrore victor,ſed,vbi ſatis terruerit, benignitate

rurſus

rurus irritamenta pacis oſtentet, fortunamq; vitream eſſe cognoſcat, quæ ſæpè, cum ſplendet, frangitur. Non ex hoc tamen aſſero, ſerio non eſſe vtendum victoria, quin immò vrgendos ſemper proſperos euentus pugnæ affirmo, & trepidis inſtandū; Cum enim in prælijs magnis, vt res nunc agitur, pauci ædantur, cæteri facilè ſe colligent, plus plerumq; temporis, quam dāni eſt in recenti victoria, præſertim ſi hoſti ſint ſua funera, & habeat fortuna regreſſum.

Quid ſi Victus? Quamuis Princeps magna clade perculſus ſit, animum tamen, & arma teneat. Sub clypeo firmiora ſunt pacis fœdera. Romani tribus ingentibus prælijs victi, Hiſpana clade facta, hoc ſolo Imperium tenuere, quod animis non cecidere. Conſpirabant poſt Cannenſem pugnam ciues, defecerunt ſocij, Annibal tabernas argentarias venundedit, Romanus tamen animus, ſeù virtute propria, ſeù metu punicæ crudelitatis, & perfidiæ conſiſtens, cladem fortiter accipiendo, gradum ad victoriam fecit. Eſt Romanæ virtutis veſtigia ſectatus Vercingetorix, Auarico expugnato, nec animo defuit, nec in occultum ſe abdidit, ſed in oculis cluium verſatus, auctoritatem, laudemq, in aduerſis tenuit. Non ſtatim itaq; haſta abijcienda eſt, ſed meliora ſperanda, nec prælij vnius euentu pauendum. Mars communis, & victum ſæpè erigit, & deprimit victorē, noui delectus ſunt habendi, noua quærenda auxilia, vires reparandæ, omnia experiunda, & imitandi etiam angues, qui, obtrito capite, poſtremum cauda minantur. Si iuſta ſit belli cauſa, animus non ideò debet cum clade concidere, ſed iterum exercitus reparandus, cum laudabilior ſit probis, & magnanimis viris honeſta mors, quam cum dedecore ſeruitus, aut vita. Si moderata victor imperat, accipiantur conditiones, ſi grauia, potētiori Principi ſe committant victi. Campani à vicinis preſſi, Romanis ſe dedunt, quorum ope hoſtes deleti ſunt. Florentini, cum à Caſtruccio Lucenſi opprimerentur, Robertum Regem Neapolitanorum in Vrbem acceperunt, Caſtruccij deindè, & ſenenſium vires attritę ſunt. Illud poſtremò certum ſit, in victi manu facile ſemper pacem eſſe, ſi, clade accepta, arma renouet, non quidem vt vtatur, quià infirma ſunt, ſed vt ſe fidentem, & erecto animo eſſe oſtendat; ſic enim metum aliquem hoſti incutit, ſeq; adhuc, ſi non formidabilem, ſaltem non contemptibilem in armis oſtendit.

Non eſt deſperandū ob quamuis cladē acceptā.

Optima, & ferè vnica temporis opportunitas eſt de pace agēdi, dum ſibi hoſtium vterq; confidit, & pares ambo videntur; ſed rebus inclinatis ſatius eſt, quauis tuta conditione pacē accipere, quam viribus cum valētiore pugnare; ſicuti Gubernator, vbi naufragium timet, iactura, quicquid ſeruari poterat, redimit.

De Pace.

CAPVT XXXVI.

NEMO eſt, qui bellum expertus, pacem ſummis, pleniſq; vlnis, etiamſi aliquid in ea non ſit ſemper laudabile, non amplectatur. Magis enim natura abhorremus malum, & eius collatione minus malum nobis quandoque bonum videtur. Nec quicquã dulcius amicitia, quæ cum multorum eſt, pax eſt, & bellum plurimorum, inter ſe ſimultas. Eſt tanquam nouum regnum rebus humanis pax. Poſt rigidam belli hyemem coluntur agri, vernant horti, paſcuntur lætæ pecudes, ædificantur vrbes, extruuntur oppida, inſtraurantur collapſa, ornantur, & augentur extructa; creſcunt opes, aluntur honeſtæ voluptates, vigent leges, floret Reipublicę diſciplina, feruet Religio, valet æquitas, pollet humanitas, opificum clareſcunt artes, vberior quęſtus pauperum, ſplendidior opulentia diuitium; honeſtarum diſciplinarum vigent ſtudia, pręclaris artibus exercetur Iuuentus, tranquillo otio fruuntur ſenes, bonis aupicijs nubunt virgines, concordia res paruæ creſcunt, vt diſcordia maximè dilabuntur. Pacis tempore debitum honoris tributũ probis conceditur, ſuum cuiq; conſeruatur, puniuntur mali. Si quid in bello feliciter euenerit, rarũ licet id ſit, illud ad paucos, eosq; indignos ſæpiſſimè commodum pertinet, cum ad omnes vtilitas pacis pertineat. Belli victoria aliquandò Principem, & quoſdam gloriola quædam exornat, ſed ea non niſi cum luctu, & ſubuerſione fortunarum, & ſubditorum parari nõ potuit. Nec certè vnquam, aut rarò tam feliciter bellum ceſſit, vt cordatum victorem belli ſuſcepti non pænituerit, ſi quam Princeps excelſam indolem gerat; dum enim poſt adeptam victoriam conijcit oculos in expilatam plebem, orbos ſenes, raram nobilitatem, orphanos liberos, domos funeſtas, relictas viduas, conſtupratas virgines, violata matrimonia, arua deſerta ab agricolis, ſqualidas terras, obæratum proprium cenſum, latrones reliquos, exuſtas villas, incenſos pagos, direpta fana, ſubuerſas vrbes, mænia deiecta, quid aliud poteſt, inquam, ſi hęc, & reliqua perpendat mala Bonus Princeps, quam de victoria potius queri, & flere, quam lętari? ſicut Dracones exugentes ſanguinem Elephantorũ occidũt eos, & ipſi viciſſim inebriati opprimuntur, & commoriuntur. Ità ſæpenumerò in bello pars vtraq; & peri-

mit,

mit,& perijt,damnum infert, ac accipit. Verùm cum de pace agitur conſtituenda,& conſeruanda,cauendum eſt, ne eius dulcedinis prætextu,ab eo,quod iuſtum eſt,deflectat Princeps,& ne cum torpore,& otio virtutem Reipublicæ extingui,aut in vitijs, aut indigna libero Populo ſeruitute ſordeſcere permittat. Ferocia Populorum corda longa pace molleſcunt. Inutiles autẽ fiunt otioſi,& corrumpunt reliquos. Et Pax,ſi iuſta, & honeſta ſit,res eſt certè omnium pulcherrima, & optima; Nihil eſt tamen faciendum iniuſtè,aut ferendum turpiter, vt pace frui valeamus;& quamuis Pax vel iniuſta vtilior ſit iniuſtiſſimo bello,tamen videtur intolerabilis Populo,aut Principi,qui Pactionem,aut labem,aut ignominiam habet ſeruitutis. Et maximè in ſeruitutem cadere de regno magnum eſt, videturq; potius illi cum dignitate cadendum, quam cum ignominia ſeruiendum. Cartaginenſes iniquo animo ferebant iacturam illatam a Romanis Seicıliæ; Hanc eorum indignitatem intercepta perfraudem inter motum Aphricæ Sardinia, & ſuperim poſitum tributum augebat;quas ob res ſimul atq́, Imperium in Hiſpania auxere,vltro Italiæ arma iniecere. In ſancienda pace Princeps eorum habeat rationem,qui eum iuuarunt,ne fortè,ſi eos omittat,poſtea egens illorum ope deſtituatur eorum merito auxilio; Propterea ijs,qui de Principum pace inter ſe tractabunt,in eorũ ſemper tractatu,& concluſione pacis de adhærentibus,& amicis expreſsè mentio facienda eſt; aliter prætermiſſi non comprehenderentur, quandò videlicet pacis verba ſunt in perſonam concepta,putà,quod Principes promiſsiſſent, ſe nõ offenſuros, quià ſtipulatio eſt ſtricti Iuris, & non extenditur de perſona in perſonam,niſi forſan pax non prodeſſet paciſcenti, niſi includerentur adhærentes. Contra, ſi concepta ſint verba in rem, nam tunc adhærentes,etiam non facta expreſſa de illis mentione continentur. Non poſſunt autem Ciuitates,Barones,& alij Principes recognoſcentes ſuperiorem ſine Principis licentia confœderationem inire,multò minus cum inimicis ſui Domini, nam ex eo præſumuntur inimici ſui Domini,& ingrati,atq́; priuandi beneficio. Hæc ſunt,quæ breui de Pace dici poſſunt &c.

Turpitur nũquam cedẽdum.

FINIS.

ERRORVM GRAVIORVM CORECTIO

Pag.	Lin.	Erratum	Correctio
2	7	*cooptatis*	*coaptatis*
7	15	*rependere*	*res pendere.*
10	16	*accelarent*	*accelerarunt.*
12	30		*(Demaтur) Vt*
17	18	*eius*	*cuius.*
29	39	*ex his*	*hi.*
31	34	*ſacra vo*	*ſacra.*
35	4	*exercitium*	*exercitum.*
43	6	*.Ne*	*vt*
43	25	*ſe ipſi*	*ſe ipſis.*
52	18	*pronunciant*	*pronunciat.*
67	20	*Olarchiam*	*Oligarchiam*
69	3		*Ponatur(ea omnia)ante (quibus animum)*
73	8	*recepturas*	*recepturos*
75	4	*malo*	*Mali*
90	1	*Auſẽ (tollatur eam*	*ea*
92	6	*Principatuũ*	*Principatu*
94	8	*vnus*	*vſus.*
99	6	*inter Magiſtro ter optimis (ponatur) qui eum*	
103	29	*ſuauiſſimus*	*ſuauiſſimos*
119	28	*illi*	*ille*
119	31	*poſt cuinſcunq; (ponatur) inſidijs peri ſoſie.*	
121	22	*Sinenſes*	*ſinenses.*
121	29	*tempore*	*tempora*
121	30	*pro periculis habet(ponatur) cõſiderat*	
126	5	*cellum*	*eolum*
126	16		*tollatur (Non)*
133	2	*renocet*	*renocent*
135	1	*clementia*	*clementia.*
139	26	*conſiderans inquit dele,inquit,*	
142	26	*indicijs*	*inducijs.*
144	5	*timor*	*tumor*
144	vlt.		*tollatur (&)*
144	30	*granitatem*	*paruitatem*
146	21		*addatur (Barbari)*
148	41	*Princeps*	*Principes*
150	18	*pradicant*	*prædicat*
156	28	*infirmitate,ac humilitate infirmitati, ac humilitati*	
158	36	*ſamam*	*ſumum*
159	12	*vulneratus*	*Vulneratur*
160	16	*ergo*	*erga.*
162	22	*temperantiãq; intemperantia*	
165	15		*tollatur (Non)*
169	36	*hominum illũ*	*hominem illum*
169	32	*Macedona*	*Macedonum*
169	40		*tollatur (circum)tollatur non*
170.	2	*feſti*	*ſeſſi*
171	39	*in ore habens*	*in ore habet*
171	43	*ꝑter ꝙ dãnoſa præter quã quod dãnoſ.*	
172	31	*in rep maxima eſt in rep. maximus c.*	
172	42	*Principes ſedet Princeps ſe debet*	
174	16	*complantatio*	*complanatio*
174	32	*nõ ſane imperii non ſine imperij*	
175	16	*quid exiſtima. quid exiſtimast*	
178	8	*vt vlx*	*vt vix*
179	21	*aliqua bono*	*aliquo bono*
179	29	*inſidia*	*inſidiæ*

Pag.	Lin.	Erratum	Correctio
180	8	*ſuperſtitionis*	*ſuperſtitiones*
181	19	*gratum futurã*	*gratam futuram*
182	19	*perfectiones*	*perfectiores*
185	30	*communicatione*	*comminatione*
186	35	*auxilia*	*auxilio*
186	42	*effuſa caligo*	*effuſa caligo*
187	20	*Valentianus*	*Valentinianus*
187	33	*conſ.ltant*	*conſulant*
188	14	*percipit*	*præcipit*
188	32	*Principis*	*Principes*
188	42	*idolatriam*	*idololatriam*
189	30	*vetaneruns*	*vetuerunt*
190	4	*obtradunt*	*obtrudunt*
190	5	*ſciſmata*	*ſchiſmata*
.90	6	*intenduntur*	*incenduntur*
190	17	*allis*	*aliis*
.90	23	*ethicorum*	*ethnicorum*
191	18	*accnum*	*ſuum*
191	18	*tollatur pũctus inter Hungarie, et legẽ*	
191	34	*maximum*	*maximem*
191	38	*Vrbis*	*vr es*
91	43	*calamitatũ peperit calamitatẽ peperit*	
192	16	*extolantur*	*extolantur*
193	24	*deuinci*	*deuinciri*
194	25	*redigere*	*redegere*
195	25	*exereſcat*	*excreſcat*
197	11	*inuentiſſima*	*cruentiſſima*
197	40	*factum*	*faſtum*
199	21	*diſertione*	*deſertione*
199	36	*lenta*	*lento*
200	2	*pellendos*	*pellendoe*
290	9	*Reipublica*	*Republica*
200	21	*in hac*	*in hac*
200	29	*alinbi*	*alicubi*
201	10	*tota*	*toti*
201	34	*cautionibus*	*cantionibus*
202	8	*Principe*	*Principi*
203	35	*deriges*	*dirigit*
204	1	*pereat*	*pareat*
204	14	*ſcernat*	*ſecernat*
204	37	*Princeps*	*Principes*
210	28	*iniquus*	*iniquius*
210	28	*quam etiam*	*Quin etiam*
210	28	*Principis inſtũ*	*Principi iniuſtum*
213	38	*fungetur*	*funguntur*
215	17	*huiſce*	*huiuſce*
215	24	*diligendos*	*deligendos*
215	25	*ſui ditis*	*ſubitis*
216	13	*habent*	*habentur*
218	24	*ſuſtinet*	*ſuſtineat*
218	28	*enim*	*etiam*
220	5	*venerentur*	*veneretur*
222	42	*quo de re*	*qua de*
227	20	*Malenchonicus*	*Melancholicus*
227	30	*Flegmaticus*	*Phlegmaticus*
224	7	*prædictum*	*præditum*
224	17	*capiendo*	*capienda*
225	3	*opria*	*optimæ.*
225	30	*malenchonica*	*melancholica*
226	4	*ſuiſtemporis*	*ſuis temporibus*
227	36	*correctiunculas*	*correctiunculas*
231	14	*frauidentur*	*fraudentur*

Pag.	Lin.	Erratum	Correctio
229	2	naciſcitur	nanciſcuntur.
232	22	erant	ſunt
233	1	proponerentur	præponerentur
237	19	nemnitem	neminem
240	20	per ſcribenda	præ ſcribendæ
243	15	per fecit	præfecit
243	44	Reipublica	Republica
246	27	Keſpublica	Reſpublica
249	1	vtriſq;	vtriq;
249	40	Princeps	Principes
255	3	diligendo	deligendo
255	37	incidendam	incedendum
256	9	Princeps	Principes
258	7	propriores	propiores
266	32	perdes	pendes
269	37	præſtò	preſtò
270	36	ſertiotur	ſortientur
271	8	nulla	Nullus
272	1	conſeruantur	conſequantur
274	39	flemmatico	phlegmatico
275	30	effundere	oſtendere
276	16	inſulta	inſulſa
276	3	circes	circe
277	30	longo	longè
279	27	propeius	propius
281	3	nimis	nimius
282	10	catos	Latos
283	27	contro	contra
288	25	accidos	auidos
289	5	examina	exanima
290	2	hæc	hac
291	20	lentſculum	teninſculum
291	14	Arcaſinus	Arcadius
294	11	Ingenia	ingentia
294	24	inſiguitus	inſignitos
294	27	doces	dotes
295	32	geſſerim	geſſeris
298	32	potum	portum
301	17	quaoam	quædam
305	25	coniugi	coniungi
306	15	in Belgia	in Belgio
307	14	Principes	Princeps
309	18	ſubitane	fulcrans
310	4	cenſens	cenſos
310	4	coganctur	cogatur
312	11	allocuturus	allocuturos
316	1	inſignni	inſignias
316	17	non ſint, ad quos	ad eos
318	22	Princeps	Principes
319	25	ſplendori	ſplendores
321	8	commeatus	commutamus
321	43	Gubeca	Lubeca
324	36	qualiſcunq;	qualitcunq;
331	15	milleſimum	milleſimam
335	33	Aulicorum	Aulicum
335	34	inter, Principiſ, & ferã, ponatur(vt	
337	23	facilitas	facultas,
338	22	prauia	peruia
338	25	mecicum	mercium
344	4	optimis	optimi
344	8	vniculuſq;	vniuſcuiuſq;
344	11	paruis itaq;	paucis itaq;
346	24	præſiais	præſidiæ
347	11	Nemo	Nero

Pag.	Lin.	Erratum	Correctio
353	9	multum	mullum
352	25	Hi	Hic
355	20	largà	largè
356	13	indciias	inducias
357	7	hac	hac
357	16	poſſint	poſſent
369	27	ſensum	ſenium
370	11	Maioris	Maiores
373	16	vnle	vnlen
373	40	ſibi	ſui
374	30	peecrebeſcant.	ſommo percrebreſcat, ſummo
379	21	agerim	agerem
380	40	Vndiani	Indiani
386	37	gaudemijs	laudemijs
392	23	neti	naci
393	22	Lattoringia	Lotharingia
393	30	pollitiens	pollicitus
395	11	abſq; re	abs re
395	27	deberet	deberi
40	19	frigendam	infrigendum
0.	34	qin	qui
403	43	paratum	pacatum
403	34	preſus	preſſos
405	42	ſæuitent	ſæuirent
411.	10	peeueniant	preueniant
414	41	eſſet	eſſe
415	2	ſubigunt	ſubibunt
415	10	exteeiora	interiora
415	24	aecctis	arctis
415	33		Poſt [Non] addatur ne
419	32	Talentum	Tarentum
419	33	præfuit	præbuit
420	10	cuiuqs	cuiq;
422	2	Maturis	Mauris
422	7		tollatur (ſed
422	16	primario	primariæ
422	18	ferens	ſerrens
422	27	præſidioq.	præſidiorum
423	15	confirmatur	conformat
423	21	confirmatur	confirmantur
424	3	cccunt	coeunt
425	11	hæreditatem	hæreditas
426	22	facimus	facinus
428	33	bello	bello
428	35	[illegible]	innititur
432	12	conſpeximus	conſpiciemus
432	21	ficture	futuræ
432	25	huius	leuis
433	20	Sparanorum	Spartanorum
435	30	præterquam	præterquam quod
438	17	contineret	continent
439	3	cogitationes	cognationes
441	13	premanere	permanare
441	28	Itabo	Strabo
441	25	atque educantur	dele atque
442	3	elemoſinis	eleemosynis
443	3	de imperiorum euerſionibus obnoxia	dele obnoxia
443	26	dixerim	duxerim
449	30	nobilicates	nobilitatis
450	22	reginiſ	regale
451	11	Principis	Principem.
452	29	cotlius	coactius
455	13	ocnlus	oculos

455 15

Pag.	Lin.	Erratum	Correctio
455	16	*Rerumpublicum*	*Rerumpublicarum*
455	34	*anguſta heri*	*dele heri*
457	14	*quia*	*quin*
457	18	*Principis*	*Principes*
458	13	*quem*	*qui*
459	37	*guſtatim*	*guttatim*
459	36	*ſuite*	*Suith*
451	3	*Tyrannidum*	*Piramidum*
455	29		*tollatur (Ne*
458	13	*quem*	*qui*
460	33	*loculoſum*	*loculis*
460	43	*tui*	*ſui*
462	13	*saliſſantia*	*sales*
465	44	*coniunxiſſent*	*committit*
466	31	*Burgus*	*Burgis*
466	18	*ſummo ope*	*ſumma ope*
467	27		*Inter (ne,&) in (ponatur) iam*
468	33	*vetuta*	*vetuſta*
469	21	*reperiuntur*	*reperientur*
470	29	*numnquem*	*numquam*
471	3	*parare*	*parere*
471	39	*beneficium*	*beneficum*
472	33	*ab*	*ad*
473	42	*euaginatus fueris*	*euaginatus mucro*
474	3	*legionis*	*legionis,*
476	30	*param*	*partem*
478	11	*dixa*	*lixa*
481	17	*qua*	*quam*
482	38	*attritu*	*attritu*
483	15	*tractarit*	*tractauit*
485	4	*machinamenti*	*machinamenta*
485	18	*prodiderint*	*prodierint*
488	13	*ſummique*	*ſummaque*
491	9	*poſſint*	*poſſum*
493	37	*Mediolani à duce*	*Mediolani duce*
496	3	*ſuſtinens*	*ſuſtinet*
496	29	*contineret*	*continebat*
507	23	*morbice*	*ſuperbiæ*
501	1	*Thucidis*	*Thucididis*
501	6	*Brachina*	*Barchina*
501	11	*Pompei*	*Pompeij*
507	21	*terreneque*	*terrenaque*
507	37	*alys*	*alij*
507	43	*cauſam*	*cauſa*
508	13	*Religienem*	*Religionem*
508	34	*poſſint*	*poſſent*
509	1	*excitaret*	*excitauit?*
511	19	*ſummus*	*ſumus*
512	9	*otioſi*	*otioſis*
512	31	*diſcernero*	*diſcernere*
514	31	*vrus*	*virus*
517	5	*Reipublicarum*	*Rerumpublicarum*
517	32	*quod*	*quo ad*
518	28	*virus*	*virtus*
520	5	*comprimuntur*	*comprimunt*
520	17	*Gladrionem*	*Glabrionem*
520	25	*ſaxorum*	*lexonum*
521	32	*fomentum*	*ſimentum*
524	24	*praeſſa*	*pertæſi*
524	43	*aliquam*	*aliquem*
525	14	*ſeditionibus*	*ſeditionum*
525	19	*ratione*	*rationes*
527	12	*Principis*	*Principi*
529	38	*militibus*	*milites*
531	29	*vniuerſus illi*	*vniuerſus orbis illi*
533	32	*audire iudicem eſt*	*audire iudicem eſt uneſſe*
540	43	*ſuffinſienibus*	*ſuffoſſionibus*
543	6	*parucidij*	*parricidij*
544	8	*Verum*	*Vtrum*
545	39	*Republica;*	*Reſpublica*
546	20	*maxime moueor. Ad*	*maximè moueor, vt ad*
547	11	*poſſint*	*poſſit*
547	28	*poſſint*	*poſſit*
547	32	*ob*	*ab*
547	37	*viribus*	*vires*
549	32	*Alphes*	*Alpes*
549	37	*longi*	*longè*
551	14	*omnium*	*omnia*
551	2	*vt*	*vi*
551	37	*commeatum*	*commeatuum*
553	37	*quo*	*quod*
554	20	*turba*	*tuba*
559	27	*ab Harſeta*	*à Narſete*
559	32	*conſilia*	*auxilia*
563	16	*non nullorum, non nullorum*	*Nonnulli, Non nulli*
564	41	*opes*	*opus*
566	24	*falciter*	*feliciter*
567	37	*indicatur*	*id dicatur*
570	28	*euellere*	*euehere*
571	11	*meditantur*	*meditabantur*
572	31	*matuſolea*	*manſolea*
572	38	*clare*	*clarè*
572	40	*ſuas*	*ſuae*
573	14	*obſidionales*	*obſidionalis*
573	40	*neceſſariorum*	*neceſſarium*
577	36	*quia*	*quin*
577	39	*alien*	*aliter*
581	17	*ab*	*ad*
581	19	*ſarian*	*ſigna*
582	16	*Princeps*	*Principes*
583	37	*moneri*	*moueri.*
587	15	*dicent*	*decent*
588	34	*reparare*	*reparari*
589	42	*idem*	*quoddam*
591	44	*ſit*	*ſit*
592	6	*facere*	*fecere*
594	26	*hoc*	*hac*
594	23	*quia*	*qui*
596	26	*accidus*	*auidus*
599	26	*Aſinam*	*Aſiam*
599	43	*liberati*	*libertati*
602	30	*Boetiam*	*Beotiam*
602	33	*militorum*	*militum*
605	24	*virtutes*	*virtute*
605	32	*hac*	*hoc*
605	42	*Princeps*	*Principes*
609	21	*ferrie*	*ferire*
609	41	*replicato*	*replicata*
612	26	*pro victoniam*	*pro victoria*
617	38	*quod eo*	*quod ſi eo*
623	30	*potius*	*potius*
624	31	*viriſque*	*vireſque*

REGISTRVM.

† †† ††† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Omnes ſunt Terniones.



PLACENTIAE.

Apud Io. Antonium Ardizzonum,
M.D.C.XXXIII.

y Googl

Digitized by Google

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google